

12
2 Q
19

NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
55
9 E
1
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

72.7.25.

72
2
25

72
a
2

12
16
e
5







BRICII
BAVDERONI
 DOCTORIS MEDICI
P R A X I S

IN DVOS TRACTATVS DISTINCTA.
IN PRIORE AGITVR DE FEBRIBVS
 essentialibus tam simplicibus quàm compositis, confu-
 sis, erraticis, malignis ac pestiferis, & symptomaticis
 in genere, & in specie curandis.

IN POSTERIORE DE SYMPTOMATIS
 & morbis internis à capite ad pedes vsque.



*Coll. Rom.
 Cat.*



*Soc. Jesu
 Inscrip.*



*BIBLIOTECA NAZ.
 ROMA
 VITTORIO EMANUELE*

B. S.

LVTETIÆ PARISIORVM,

EX OFFICINA NIVELLIANA.

Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, viâ Iacobaâ sub Ciconiis.


M. D C X X.
 CVM PRIVILEGIO REGIS.

BAVARIAN
DOCTOR
OF THE
UNIVERSITY OF
MUNICH
M.D. 1872



Handwritten signature or text, possibly 'M. D. 1872'.

Handwritten signature or text, possibly 'M. D. 1872'.



Handwritten initials 'M. D.'



BRICIVS
BAVDERONVS
MEDICVS.

Φιλιάτρῳ Δ' χαίρειν.

Piget me, & fateor (candide Lector) diuturnioris silentij mei, & morosa expectationis tuae: mihi tamen, quia bonus es, quia mitis, quia benevolus non succensebis dummodo mensuram labori meo difficili, ac quasi regulam applices, nec siticulosi votorum tuorum arenulis facias equalem. Nam sicut herinaceo parturienti, partus procrastinans dolorem cumulat: sic ego Thesauri mei lumen non indolens condo. Verum me prapedit crebra, non dicam importuna, publicæ rei conditio, priuataque fundi ac domesticæ necessitudinis angustat res, & laborantium seges obruit, qui mutuam à nobis indefinenter exposcunt operã, absente philautia, ex quibus gliscit prorogata pollicitatio. Voueram siquidem utilitati tuae, si bene memini, dum Pharmaceuticam desuper incude

medica meditarer Officinam, fructus alios eosque
suauiores, si tua tamen gratia cultura primitias bea-
ret. Beasti scio: hinc melioribus studentibus beneuolus
arride, *Et* sertum hoc Polyantes plena manu com-
plexum naribus admoue, uti suauem spiret omni-
bus halitum te prudenter dispensante. At ne cuius-
quam ruina mihi gradum ad gloriam comparem,
debeo plurimum pluribus Asclepiadum hortulanis,
qui me ex fragrantibus hortorum suorum areolis, se-
lectiores quoslibet flores legere passi sunt: Gracorum
attestor manes, Arabum, Latinorum, non ut doctis
scriberem: ego doctorum auditor: sed ut iuniorum
φιλιππων, *Et* ad praxim quam uocant, acceden-
tium utilitati prospicerem, quos passim cespitare uidi
magno mortalium dispendio: quae si non satisfaciant,
aut minus placeant, eosdem *Et* ipsi fontes adeant,
quos loquor, aquas hauriant, *Et* sciendi lactent ar-
dorem, floresque passim de riguis uigili manu, suo le-
gant genio. Audio quid loquatur praeceptor noster
Hippocrates: Non quaelibet, inquit, animantia simi-
li fruuntur aere, nec planta uno eodemque nutriun-
tur alibili humore terreo, sed singulae proprio gaudent
solo: Sic quaedam liberius uiuunt in maritimis, *Et*
stagnantibus humidis, aut pinguibus locis: aliae in as-
peris, apertis, aut umbrosis facilius crescunt, *Et* non
omnis fert omnia tellus. Neque uero vegetantium
duntaxat, *Et* sentientium animorum voluptas est
distincta, sed *Et* hominum, quos ipsa ratio disgregat,
ac proinde dissimilem experior quotidie in indiuiduo
temperiem. Et miror sane nouus adhuc (licet in etate

octogenarius, & in medica praxi quinquagenarius)
Cassiam, Agaricum Sennam & similia, in potu me-
dico sumpta plerisque multis torminibus excrucias-
se, quae alijs non paucis fuerunt leuamini: an non
iucundus rosarum odor? infensus tamen D. Pro-
pratori huius prouinciae D. Bariot. Nonne lilij
albi, & conuallij, uetonica coronaria, aliorumque
florum? Iucundus sane pluribus, nonnullis tamen
infensus & ita molestus, ac veneni instar suspectus
reijcitur: tanta est rerum creatarum sympathia &
antipathia. Non dispari ratione laborem alie-
num unusquisque siue bonus, siue malus, suo Marte
metitur, & quod uni acceptum est bene sensato, pru-
denti ac docto, duobus displicet ignavis, phlyarolo-
gis scriptoribus, maledicis: qui veluti icterici varie-
gatam colorum praestantiam non separant: sed quod
malum, optimum, & quod bonum, pessimum pra-
dicando, recte se iudicasse existimant. Apage, apage
superciliosum pecus: si tua tantum quasi meliora
probas, ut alienis tanquam deterioribus succenseas,
nigroque notes lapillo. Viden quomodo festucam in
oculo meo criticus arguas, & inherentem proprijs
luminibus inscitiae trabem non deprehendas. Ex-
pungo te ex hoc numero genuina Podalirij soboles,
tibi que studeo, qui diuini Senis doctus oraculo, vesti-
gia sequeris, & in amoris tui monumentum, mo-
neo, ne quamplurimas remediorum formulas, sin-
gulis capitibus adscripsisse, quarum fructum non es
ubique accepturus, quoniam longo rerum usu &
experientia, insertas illic doses meo climati proprias,

ac familiares effeci, has adeo debiles in meridionali-
bus, fortiores in septentrionalibus experiri poteris: tu
verò sedulus, & prudens, structuram mensura, ac
ponderis artificem emulabere, & singulorum natu-
ris, tam debilibus, robustis, quam medijs, aucta
vel imminuta quantitate proportionalem efficies,
habita ratione consuetudinis, sexus, aetatis, victus, re-
gionis & similium qua practicam medendi legem
non parum immutant: hoc modo meriti nomen me-
reberis, & multis nominibus antecelles omnibus
paracelsistis, institoribus, triobalaribus, & carbo-
num sufflonibus, alijsque qui suas aquas, sua balsa-
ma, quartas & quintas, quas vocant, essentias, per
compita vendicantes hiatralepticen exercent, credu-
lamque plebem, ignaram, & decipi facilem sugunt,
nec non ab uno eodemque figmento diuersas in di-
uersis realiter distinctas agritudines profigare men-
tiuntur, neque nobilem ab ignobili, puerum aut se-
nem, à iuvene, urbanum ab agricola, delicatum à
robusto, ecclesiasticum à rhedario nauclero ve discrimi-
nant. Ergo φιλιάρχη, nostris utere, si te delectant:
sin minus, obliuioni conde; & quod impolitum vide-
bitur, excusa, non accusa. Scio quamplurimas eas-
que necessarias morborum species ac differentias re-
liquisse, qua tua expectationi non respondent, tum
quia segetem tua cupidinis praeipere nolui in qua te
exerceas, & secundum propria placita pratermis-
sos affectus describere, quibus non satis fecimus, tum
quia initio mens erat, febrium tantum essentialium
& symptomaticarum therapeiam persequi, tum

earum accidentiamagis perspicua peractis conne-
ctere : sed annos dedit ultro , qui bonus est rerum
omnium moderator Deus, & spem Operis non pra-
scidit, commune mortalium fatum. Etenim ut ho-
mo sum, sic & imperfectus, fragilis, & ignorantia
plenus, illudque Theocriti non minus verè quàm scitè
dictum noui, Iouem nec pluuiam, nec serenū pla-
cere omnibus. Verum si deteriora parturis, inuide,
meliora ne pungito: tu verò, Lector iterum candidè,
boni consule, & labori meo faue, quem lubens effu-
tio. Vale, & his utere si lubet, & non abutere.
Datum Matifconi.

Πολλὰ μνησάσθαι ῥαδὸν ἢ μνησασθῆναι: i.
Multa cauillari facilius est, quàm æmulari:
Candidus imperti meliora, vel utere nostris:
Carpere vel noli nostra, vel ede rua.

I. PELERINVS D. M. ad Libri commendationem.


Hic Liber, haud Liber est, verùm Officina librorum:
Nam quod habent alij, num hic liber ynus habet?



VIA VITAE POST FVNERA VIRTVS ETATIS SVÆ 78.

*Effigiem spectas, nihil ede, de cortice lvs est,
Lctius vt sapias scripta legenda tibi.
naenij dotes miraberis: en tibi vultum
Præbet Leon, liber hic nobile mentis opus.
Petrinus W. M.*

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO



O D E
A L'AVTHEVR.

L'Ingratitude est un peché
Que l'on reprochoit en Perside,
Pour un crime plus recherché
Que le furieux homicide
A qui s'en trouvois entaché.

L'homme qui un autre défait,
N'en peut pas l'engeance défaire:
Mais qui-oublie le bien-faict
Fait comme mourir le bien-faire
Par l'exemple de son mesfaict.

Crime d'autant plus scelerat
Que la volonté le faict naistre:
Puisque celuy n'est point ingrat,
Qui voudroit bien ne le pas estre,
Si l'impuissance le combat.

Je ne le seray donc iamais,
Si nostre volonté peut faire
Tout ce que peuuent les effects;
Qui manquent à un volontaire
Pour reconnoistre les biens-faicts:



BRICII
BAVDERONI

DOCTORIS MEDICI
P R A X I S

IN DVOS TRACTATVS DISTINCTA.

IN PRIORE AGITVR DE FEBRIBVS
essentialibus tam simplicibus quàm compositis, confu-
lis, erraticis, malignis ac pestiferis, & symptomaticis
in genere, & in specie curandis.

IN POSTERIORE DE SYMPTOMATIS
& morbis internis à capite ad pedes vsque.

*Coll. Rom.
Cat.*




*Soc. J. E. V.
Inscriptus*

B. S.

LVTETIÆ PARISIORVM,

EX OFFICINA NIVELLIANA.

Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, viâ Iacobaâ sub Ciconiis.



M. D C X X.
CVM PRIVILEGIO REGIS.





BRICIVS
BAVDERONVS
MEDICVS.

Φιλιάτρῳ Ὁ χαιρείν.

Piget me, & fateor (candide Lector) diuturnioris silentij mei, & morosa expectationis tuae: mihi tamen, quia bonus es, quia mitis, quia beneuolus non succensebis dummodo mensuram labori meo difficili, ac quasi regulam applices, nec siticulosi votorum tuorum arenulis facias equalem. Nam sicut herinaceo parturienti, partus procrastinans dolorem cumulat: sic ego Theauri mei lumen non indolens condo. Verum me praepedit crebra, non dicam importuna, publicae rei conditio, priuataque fundi ac demestica necessitudinis angustat res, & laborantium seges obruit, qui mutua a nobis indefinenter exposcunt operam, absente philautia, ex quibus gliscit pro rogata pollicitatio. Voueram siquidem utilitati tuae, si bene memini, dum Pharmaceuticam de super incude

medica meditarer Officinam, fructus alios eosque
suauiores, situa tamen gratia cultura primitias bea-
ret. Beasti scio: hinc melioribus studente beneuolus
arride, *ἔ*sertum hoc Polyanthes plena manu com-
plexum naribus admoue, uti suauem spiret omni-
bus halitum te prudenter dispensante. At ne cuius-
quam ruina mihi gradum ad gloriam comparem,
debeo plurimum pluribus Asclepiadum hortulanis,
qui me ex fragrantibus hortorum suorum areolis se-
lectiores quoslibet flores legere passi sunt: Græcorum
attestor manes, Arabum, Latinorum, non ut doctis
scriberem: ego doctorum auditor: sed ut iuniorum
ἑλιδίπων, *ἔ*ad praxim quam vocant, acceden-
tium utilitati prospicerem, quos passim cæspitare vidi
magno mortalium dispendio: que si non satisfaciant,
aut minus placeant, eosdem *ἔ* ipsi fontes adeant,
quos loquor, aquas hauriant, *ἔ* sciendi lætent ar-
dorem, floresque passim de riguis vigili manu, suo le-
gant genio. Audio quid loquatur praeceptor noster
Hipocrates: Non qualibet, inquit, animantia simi-
li fruuntur aëre, nec planta uno eodemque nutriun-
tur alibili humore terreo, sed singule proprio gaudent
solo: Sic quadam liberius viuunt in maritimis, *ἔ*
stagnantibus humidis, aut pinguibus locis: alia in as-
peris, apertis, aut umbrosis facilius crescunt, *ἔ* non
omnis fert omnia tellus. Neque verò vegetantium
duntaxat, *ἔ* sentientium animorum voluptas est
distincta, sed *ἔ* hominum, quos ipsa ratio discrepat,
ac proinde dissimilem experior quotidie in individuo
semperiem. Et miror sanè nouus adhuc (licet in atate

octogenarius, & in medica praxi quinquagenarius)
Cassiam, Agaricum Sennam & similia, in potu me-
dico sumpta plerosque multis torminibus excrucias-
se, qua alijs non paucis fuerunt leuamini: an non
iucundus rosarum odor: infensus tamen D. Pro-
pretori huius prouinciae D. Bariot. Nonne lilij
albi, & conuallij, uetonica coronaria, aliorumque
florum? Iucundus sane pluribus, nonnullis tamen
infensus & ita molestus, ac veneni instar suspectus
reijcitur: tanta est rerum creatarum sympathia &
antipathia. Non dispari ratione laborem alie-
num unusquisque siue bonus, siue malus, suo Marte
metitur, & quod uni acceptum est bene sensato, pru-
denti ac docto, duobus displicet ignaris, phlyarolo-
gis scriptoribus, maledicis: qui veluti icterici varie-
gatam colorum praestantiam non separant: sed quod
malum, optimum, & quod bonum, pessimum pra-
dicando, recte se iudicasse existimant. Apage, apage
superciliosum pecus: si tua tantum quasi meliora
probas, ut alienis tanquam deterioribus succenseas,
nigroque notes lapillo. Viden quomodo festucam in
oculo meo criticus arguas, & inherentem proprijs
luminibus inscitia trabem non deprehendas. Ex-
pungo te ex hoc numero genuina Podalirij soboles,
tibi que studeo, qui diuini Senis doctus oraculo, vesti-
gia sequeris, & in amoris tui monumentum, mo-
neo, ne quam plurimas remediorum formulas, sin-
gulis capitibus adscripsisse, quarum fructum non es
ubique accepturus, quoniam longo rerum usu &
experientia, insertas illic doses meo climati proprias,

ac familiares effeci, has adeo debiles in meridionali-
bus, fortiores in septentrionalibus experiri poteris: tu
verò sedulus, & prudens, structuram mensura, ac
ponderis artificem emulabere, & singulorum natu-
ris, tam debilibus, robustis, quam medijs, auēta
vel imminuta quantitate proportionalem efficies,
habita ratione consuetudinis, sexus, aetatis, victus, re-
gionis & similibus quae practicum medendi legem
non parum immutant: hoc modo meriti nomen me-
reberis, & multis nominibus antecelles omnibus
paracelsistis, institoribus, triobalaribus, & carbo-
num sufflonibus, alijsque qui suas aquas, sua balsa-
ma, quartas & quintas, quas vocant, essentias, per
compita vendicantes hiatralecticen exercent, credu-
lamque plebem, ignaram, & decipi facilem sugunt,
nec non ab uno eodemque figmento diuersas in di-
uersis realiter distinctas agritudines profligare men-
tiuntur, neque nobilem ab ignobili, puerum aut se-
nem, à iuvene, urbanum ab agricola, delicatum à
robusto, ecclesiasticum à rhedario nauclero ve discrimi-
nant. Ergo φίλιᾱτρε, nostris utere, si te delectant:
sin minus, obliuioni conde; & quod impolitum vide-
bitur, excusa, non accusa. Scio quamplurimas eas-
que necessarias morborum species ac differentias re-
liquisse, quae tuae expectationi non respondent, tum
quia segetem tuae cupidinis praeripere nolui in qua te
exerceas, & secundum propria placita praetermis-
sos affectus describere, quibus non satisfacimus, tum
quia initio mens erat, febrium tantum essentialium
& symptomaticarum therapeiam persequi, tum

earum accidentiamagis perspicua peractis conne-
ctere: sed annos dedit ultrò, qui bonus est rerum
omnium moderator Deus, & spem Operis non pra-
scidit, commune mortalium fatum. Etenim ut ho-
mo sum, sic & imperfectus, fragilis, & ignorantia
plenus, illudque Theocriti non minus verè quàm scitè
dictum noui, Iouem nec pluuiam, nec serenū pla-
cere omnibus. Verum si deteriora parturis, inuide,
meliora ne pungito: tu verò, Lector iterum candidè,
boni consule, & labori meo faue, quem lubens effu-
tio. Vale, & his utere si lubet, & non abutere.
Datum Matifconi.

Πολλὰ μνησάσαι ῥαδὸν ἔστιν ἢ μνησάσθαι: i.
Multa cauillari facilius est, quàm æmulari:
Candidus imperti meliora, vel utere nostris:
Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

I. PELERINVS D. M. ad Libri commendationem.

Hic Liber, haud Liber est, verùm Officina librorum:
Nam quod habent alij, num hic liber ynus habet?



VIVIT POST FVNERA VIRTVS AETATIS SVÆ 78.

*Effugiam spelteas, nihil est, de cortice lis est,
T. tuis ut sapias scripta legenda tibi.
ingenij dotes miraberis: en tibi vultum
Præbet Icon, liber hic nobile mentis opus.
Petersonus W. M.*

LIBR. MUSEI HIST. NAT. VIEN. 1789



O D E

A L'AVTHEVR.

L'Ingratitude est un peché
Que l'on reprochoit en Perside,
Pour un crime plus recherché
Que le furieux homicide
A qui s'en trouuoit entaché.

L'homme qui un autre défait,
N'en peut pas l'engeance défair:
Mais qui oublie le bien-faict
Fait comme mourir le bien-faire
Par l'exemple de son mesfaict.

Crime d'autant plus scelerat
Que la volonté le faict naistre:
Puisque celuy n'est point ingrat,
Qui voudroit bien ne le pas estre,
Si l'impuissance le combat.

Je ne le seray donc iamais,
Si nostre volonté peut faire
Tout ce que peuuent les effectz,
Qui manquent à un volontaire
Pour recognoistre les biens-faicts:

Mais certes ie le seroy bien,
Si ma santé ne faisoit dire
A mon luth Apollonien,
Et à ses Carites escrire
Que ie l'ay par vostre moyen.

Car comme un double-triple feu
Bruloit mon sang en ses fontaines,
Ie fy mes prieres à Dieu,
Et il emprunta de vos peines
La recompense de mon vœu.

I'ay rendu graces à celuy
Qui est l'unique salutaire:
Il me reste encor auionrd'huy
A payer vostre ministere:
Et ie vous paye comme luy.

Je vous paye comme feront
Les ans de la derniere race:
Qui de vostre œuure heriteront
Sans en recognoistre la grace,
Que du los qu'ils luy donneront:

Et partant ils luy donneront,
Plus que luy mesme ne leur donne:
Car la santé qu'ils en auront
Sera moindre que la coronne
Dont ils l'immortalizeront.

ANDRE' GRATIER Masconnois.

*Eiusdem Grati Graterij Hendecastrichon
Hendecasyllabum.*


AD AVTHOREM.



Immortale nequit fouere numen
Humani generis ferale pectus,
Vsq̄ dum ebriolis bibax labellis,
Lactens nectarei fluenta riui
Æternas adeat beatitates.

Est nobis ea lex statuta fati,
At si non ea lex: Dij inuidebunt
Terris esse Deos, aut inuidendas,
Non esse vlteriùs vices eorum,
Cùm possis poculo quod hîc propinas
Iamiam finitimas necare mortes.

S V R L E S O E V V R E S D E
Monsieur Brice Bauderon.
S T A N C E S.

omme Glauque eut remply des troupes escaillées
Ses humides filets,
Il entra dans un pré, dont les fleurs esmaillées
Combatoit ses souhaits:
Si tost que ses poissons, pres de perdre leur estre
Furent sur ces gazons,
Ils reprindrent leur force, & quitterent leur maistre
Pour reuoir leurs maisons:
Ce Pescheur desireux de cognoistre la cause
D'un si rare secret,
Il creut qu'une vertu dans ces herbes enclose
Produisoit cét effet:
Pour esprouue: il en mit dans ses leures humides,
A l'instant il se vit
Reuestu par les Dieux des campagnes liquides
De leur diuin habit.
Ainsi toy, qui as fait par ton art salutaire
Croire à tant de mortels,
Que si la mort n'estoit une loy necessaire
Qu'ils seroient immortels:
Après auoir puisé la parfaite doctrine
Des diuines leçons
Qu'Appollon, inuenteur de l'Art de Medecine,
Dicte à ses Nourriçons,
Tu te vins reposer dedans ceste contrée,
Où les Saoniques flots
Vont chantant iusqu'aux bords de la mer Erytrée
La grandeur de ton los:

Deslors ceux que la mort abbattoit presqu'à terre
Ont este tost refaictz;
Et les maux ne sçachans à qui faire la guerre
Sont d'eux-mesmes defaictz.
Curieux de sçauoir d'où venoit l'influence
De ce don gracieux,
Tu cognus que c'estoit plutost de ta science,
Que du bransle des Cieux:
Et pour ne point d'oubter qui causoit ces miracles,
Tu as mis par escrit
Dans tes doctes Cayers les celestes Oracles
Qu'a rendu ton esprit,
Tout aussi tost ton ancre, esgal à ceste plante
Qui rendit Glauque Dieu,
Ou bien à la boisson de la table tonante,
T'eternise en ce lieu:
Et ton Art qui souuent a sauué nostre vie
Des mortelles rigueurs,
T'a monstré qu'il pouuoit s'affranchir de l'enuie
Des filandieres Sœurs:
Ta plume est le burin qui graue ta memoire
Dans l'immortalité,
Et qui d'un vol leger s'aquerra de la gloire
Par le monde habité:
Car bien que tes escrits dans les pays estranges
L'iront tousiours fuyant;
Ce sont des Orateurs qui taisent tes loüanges,
Et les vont meritant:
Ceux qui verront les biens que reçoit la patrie
De ton œuure immortal,
Sans qu'on les puisse dire attaints d'idolatrie
Te feront un Autel.

JEAN BAPTISTE VERIYS, Masconnois.

SVMMA PRIVILEGII.

REgio cautum est Privilegio ne quis intra sexennium à die primæ editionis perfectæ in suæ ditionis finibus imprimat aut vendat, aut aliunde impressum importet Librum cui titulus est, *Praxis Bricij Bauderoni Doctoris Medici in duos Tractatus diuisa, &c.* præter Nicolaum Buon, & Sebastianum Cramoisy, Bibliopolas Parisienses. Qui secus faxit, præter Librorum amissionem quingentarum librarum Turonens. pœna multabitur, vti latius patet in ipso diplomate dato Parisiis anno Domini 1618. subsignato,

Ad mandatum Regiæ Maiestatis.

RENOVARD.

Absoluta fuit prima editio 3. die Martij 1620.



ELENCHVS
SINGVLORVM
CAPITVM VTRIVSQUE
TRACTATVS.

In priore Cap. agitur de Febri nomine & definitione: an sit essentialis, aut non. pag. 3. probatur esse essentialem.

Febri in quo calore consistat, in naturali aut in ascititio, & huius diuisio. pag. 4. Febri Ephemera & Synochus non putris fiunt in calore ascititio eoque mixti, si cum putrida conferantur. pagina. 4. Calor febris maligne ac pestilentis differt ab alijs febribus totius substantiae dissidio, vitali insitioque calori aduersus. pag. 5

i. In secundo Cap. agitur de differentiis februm: nempe à caloris essentia. pag. 5. 2 A subiecto, in quo inest febris. pag. eadem. 3 Ab ipso caloris motus modo. 6. 4 A causa effectrice, euidente, interna & occulta. pag. 6 5 A materia, quae versatur in spi-

ritibus aut in humoribus, aut in partibus solidis. pag. 7

6 Aut à Symptomate, quoties viscus aliquod inflammatur, & semper est continua. pag. 7

In tertio Cap. agitur de februm diuisione. Febri omnis, aut est essentialis aut Symptomatica. Essentialis, aut est simplex aut composita, aut confusa, erratica, aut maligna aut pestilens. pag. 8 Simplex, aut est in spiritibus accensis (in actis humoribus) actionem ledens: aut In humoribus accensis actionem ledentibus citra putredinem: aut in partibus solidis. In spiritibus fit febris ephemera, seu diaria à duratione vnius diei.

In humoribus non putridis, sed tantum accensis consurgunt tres differentia: vna homotonos, altera epacmastica: tertia paracmastica: ha tres differentia, ab ephemeris differunt nomine &

materia, & non re & curatione
pag. 8

Succrefcit, in humoribus putridis,
aut equaliter, aut inaequaliter
putridis fiunt febres caeteris a-
criores ac mordaciores. Si aequa-
liter putrent, tres confurgunt
differentia quae sub uno nomine
à Gracis ουόχως nuntupatur:
quarum una homonos, altera
epacmaftica: tertia paracmafti-
ca, quae (clarioris doctrina) à iu-
nioribus Gracis fic nominantur,
pag. 9

Adhaec humores inaequaliter fi
putrefcunt aut in maioribus
venis, aut extra illas quae sunt
in ventriculo, liene, hepate, me-
fenterio, intestinis, diaphragma-
te, in habitu corporis, &c. In
maioribus venis, fiunt febres
continuae: extra illas intermit-
tentes quae denominationem
fortiuntur ab humore prapollente.
Si bilis, tertiana: si pituita,
quotidiana, si melancholia,
quartana.

Ad quartanam referuntur quin-
tana, & nonana. At quin-
tana est omnium deterrima,
quia fit ab atra bile, veluti
Ad quotidianam refertur Epialos
febris, quae fit à pituita vitrea,
pag. 9. Hectica febris numera-
tur inter feb. simplices necnon
febris pestilens, quae à caeteris
distat maligna qualitate, quae
impartiri potest sanis halitu aut
contactu. pag. 11. Leipiria inter
malignas quidem febres repo-

nenda, sed non est contagiosa:
magna affinitatem habet cum
caufone exquisito à quo differt
maligna qualitate. pag. eadem.
Febris composita dicitur quae fit
ex continua & intermittente,
vt hamitericos, vel ex duabus
intermittentibus, vt duplex ter-
tiana, vel duplex & triplex
quartana pag. eadem.

Confusa febris dicitur, quae fit ex
diuersis humoribus simul mix-
tis & putrefactu in uno eodem-
que loco, siue in magnis venis,
siue extra illas: vt tertiana no-
tha. pag. eadē. Erratica dicitur,
quod nullum aliarum febrium
typum seruat: modo 4. modo 8.
dies intermittit: postea recurrit.
pag. 12. febris symptomatica vt
dixi, semper est continua, & de-
nominationem fortitur à parte
obfessa: à reliquis distat, quod
materia putris non continetur
in venis. Si sanguis in illis par-
tibus putrefcit, dicitur phlegmo-
nodes, si bilis, eryfipelatodes, &
typhodes prae nimio calore. Est
alterum genus symptomaticae fe-
bris quae à Gracis ινάδης dici-
tur: in qua à primo die agri su-
dant, & nihil aut parum iuuantur,
unde nomen.

In 4. Cap. de febrium circuitu
agitur & causis longitudinis,
breuitatis, anticipationis aut
tardationis, quae sunt multipli-
ces, nempe cuiusque humoris sub-
stantia, quantitas, qualitas, cor-
poris habitus, virium dispositio,
februm

SINGVLORVM CAPITVM.

febrim implexus: necnon causa externa, veluti alimenta putrida, aut causa interna, veluti obstructio, & occurfus putridorum. pag. 12

- 1 A substantia, sanguis quia calidus & humidus facile putrescit adueniente calore extraneo. Ceteri tres humores, non ita facile putrent, ut pituita, quae sua frigiditate & crassitie: sua frigiditate, putredini resistit, & sua crassitie meatus obstruit, ex qua fit ut difficile resoluitur: hinc accessionum longitudo pa. 13. Bilis flava, quia calida & sicca, & sua natura tenuis, facilius resoluitur quam pituita crassa & lenta, & sua siccitate putredini resistit, & facilius resoluitur quam pituita: hinc fit ut tertio quoque die recurras. pa. 13. Melanch. tardius recurrit, quia frigida & sicca, quibus qualitatibus putredini resistit, ob id per biduum recurrit. pa. eadē. & 14.
- 2 A quantitate, causa circuitus, longitudinis, breuitatis, anticipationis aut tardationis non pendet ex sola humoris quantitate, quod ita sit, isdem motus non minus conseruatur in parua quam magna quantitate, licet videatur magnā degranare partē, & parua citius resolui. ibid.
- 3 A qualitate manifesta, aut occulta potius pronenit, quā a quantitate, ut videre est in Epilepsia insulsa, qui prouenit ex qualitate occulta & non manifesta:

sic mulierum menses. Sic de humoribus censendum: ut pituita quotidie: bilis flava, tertio: melancholia, quarto quoque die excandescit & mouetur. pag. 14

- 4 A corporis habitu denso aut raro, qui causa esse potest longitudinis aut breuitatis accessionum. Quod attinet ad anticipationem aut tardationem, causa referri potest ad materiae substantiam, vel ad multitudinem vel paucitatem. pag. eadem.
- 5 A viribus partis obesse: nam si eius facultas expultrix est valida, omne excrementum in sua emissaria expellit: contra si imbecilla ibidem remanet, & sensim putrescit, quia non diffilatur: sic citius, aut tardius mouetur, ibidem. 15
- 6 Febrim implexus causa esse potest longitudinis aut breuitatis accessionum, quia aliae sunt ab humore crasso & lento: aliae a tenui: sic vnus, citius alter, tardius mouetur, corrumpitur & resoluitur. pag. 15
- 7 Alimenta corrupta si sunt mali succi, esse possunt causa longitudinis aut breuitatis accessionum, quae nullo modo a natura non possunt emendari, & facile putrescunt & viscera afficiunt, pag. eadem.
- 8 Obstructio quoque viscerum quae fit a crassis viscidisq; humoribus per spirationē impedit, ea impedita, humores nō diffilantur, & facile putrescunt, hinc longi-

E L E N C H V S

- tudo & anticipatio morborū, p. 15
- In Capite 5. Agitur de febriam constitutione quam Hip. ἡ δὲ ἄσπαστος appellat, 4. temporibus conscripta in genere, principii, incrementum, status & declinatio. Hac 4. tempora, pertinēs ad febrem, ad causam & ad sympt. que tria præter naturam habent rationem ledentis, p. 16
- 1 Signa horum temporum universalium referri possunt ad morbi idæam seu speciem que sumitur ex motu. Nam motus velox, statim cito futurum denotat, tardus, tardum. Secundū signum sumitur ex ægritudinis motu, ratione accessionum: si accessiones sunt breues, breui tēpore erit status: si verò longa, tardus est futurus. pag. 16. 17
 - 2 Tertium, sumitur ex figura corporis totius, vel partis: ut si facies cum hypochondrys cito extenuatur, febrem esse acutam denotat & velocis motus. Contra, si corpus non minuitur signum erit morbi longitudinis: hoc signum locum non habet in ephemeris, neque in synocho non putri, sed tantum in febribus putridis & acutis. pag. 17
 - 3 Quartum, sumitur ab ægri viribus. Nam si vires cito exoluantur, indicatio est morbum esse acutum & velocis motus. Contra, morbus erit diurnus, si valide sunt vires, & morbus erit longioris motus. pag. ead. m.
 - 4 Quintum sumitur ab omni tempore, regione, ætate, consuetudine, victu, diei partibus & mense lunari. pag. 21. Nocturne febres, diurnis sunt longiores, quia remedia noctu, non commodè administrantur. pag. ead.
 - 5 Sextum, sumitur ex pulsu magno aut paruo, veloci aut tardo. Si magnus & velox fuerit febrem acutam & velocis motus denotat. Contra, paruu & tardus, longiorem futuram febrem portendit. pag. 27.
 - 6 Septimum, sumitur ex rigore qui febrem præcedit: nā febres que incipiunt cum rigore sunt longiores ijs que incipiunt sine rigore: qui si brevis fuerit, febrem futuram breuem denotat. Paruus rigor, à pauca materia fit: magnus verò à multa qua breui tempore resolui nequit ob partis imbecillitatē. ibi.
 - 7 Octauum, sumitur ex hora accessionis. Nam si febris semper eundem typum seruat, erit longa: arguit materiam esse fixam in parte obfessa & difficilis eradicationis. Contra, si anticipat aut tardat erit breuis. pag. ead.
 - 8 Nonū, sumitur à sympt. vehementia in accessionibus: indicat materia morbifica vehementiam & motum velocem. Contra si intensundur, augmentum denotant: si remittantur declinationē & febris solutionem. ibi.
 - 9 Decimū, sumitur ex longitudine & breuitate accessionum. Nam si posterior accessio est prio-

SINGVLORVM CAPITVM.

- re longior, denotat augmentum: contra declinationem si posterior, priore est breuior. pag. ead.
- 11 Undecimam, est dispositio euacuationis, quæ si in priore sit euacuationis, per sudorē & succedēs est æque longa cū priori, uel etiam longiori denotat febrē fore longam à materia copiosa. ibidem.
- 12 Duodecimam sumitur ab urinarum coctione aut cruditate, qua si appareat cocta ab initio breuitatem denotat. Contra si cruda, longitudinem. pag. ead. Ex sede humoris, longitudo aut breuitas morbi est petenda: Si in ventriculo, ex detractione: si in habitu corporis, ex sudore. pag. 18. febris 4. tempora ut distinguenda. pag. eadem. Phlegmones 4. tempora ut distinguenda. Ophthalmia, Catarrhi & ulceris 4. tempora, ibidem.
- In Cap. 6. agitur in specie de 4. morborum temporibus & de diebus decretoriis. pag. 20 Paroxysmus, & tempus quid. pag. eadem. Periodus, i. circuitus quid. pag. 20. Typus seu ordo medicis quid. pag. eadem. Quum materia februm mouetur de uno loco in alium, paroxysmus diuiditur in sex tempora. pag. eadem. Paroxysmus diuiditur in accessionem & remissionem. Accessio & remissio quid ad accessionem pertinent. 4. priora tempora: ad remissionem, 2. posteriora. pag. eadem. Principium, inæqualitas, augmentum, status, declinatio & integritas quid. pag. 20. 21. hæc sex tempora sunt dicta de febre in qua materia mouetur de uno loco in alium. pag. 21. Ut 4. februm tempora sunt distinguenda. pag. 22. febris Diaria & synochi non putris tempora distinguui possunt, sed breuius, quia earum materia non mouetur de loco ad locum, sed quiescit. pag. 22. Quoniam februm continuarum alia æqualiter putrent in maioribus uenis, alia extra illas inæqualiter putrent & sunt intermittentes: harum 4. tempora sunt euidentiora quàm in continuis qua fiunt in magnis uenis: hæc nullam habent intermissionē ut intermittentes, sed remissionē & exacerbationem statis diebus & horis pro natura humoris præpollentis, quotidie si pituita: tertio quoque die si bilis: uel 4. quoque die si quartana continua: quia materia de uno loco in alium non mouetur, sed quiescit & periodos non habet. pag. eadem. At si humores putrent extra illas maiores uenas materia morbifica mouetur de uno loco ad alterum, & suas periodos habet, & earum tempora facilius quam in continuis dignoscuntur. pag. eadē. Hæc febres soluantur uel urinis, uel sudoribus, alui fluxu, vomitu, aut hæmorrhagia. pag. eadem. Febres insalubres raro 4. tempora habent. pag. 23.

4. morborum tempora, ut dies decretoriꝝ, non certo dierum numero & horarum describi possunt. Nam morbus acutus, breviora, Chronicus longiora habet tempora. pag. 24. Quibus signis hec tica febris 4. tempora dignoscuntur. pag. 24. Dies paroxysmorum potius sunt numerandi à die quo caduntur actiones, quam à decubitu, ob egrotantium robur, qui non decambit, quãuis decubitu egeat. ibidem. De diebus decretoriis & diuisione anni solaris & mensibus 3. astronomicis & de 4. mense Gal. composito ex mense peragatorio & illuminatorio diuisus ad 120. diem per septenarios dies, ex qua diuisione apparet mensem Gal. in multis deficere. 24. 25

Cap. 7. continet multos canones ad medicinae praxim necessarios pag. 28. Indicatio medicatrix, sumitur à 4. nempe à morbo, à causa effectrice, à partis affecta natura & à symptomate. pag. eadem. A morbo, exempli gratia: Febris omnis consistit, vel in spiritibus, vel in humoribus, vel in partibus solidis: à causa, si materiam spectas (que putrida est) sui ablationem exposulat. pag. eadem: à parte affecta, ut si cerebrum afficitur, alia postulat remedia, quam pulmo, ventriculus, &c. pag. eadem. A symptomate, si illud est graue à quo vita peri-

culum imminet, illi succurrendum per aliquod tempus ommissa genaina morbi curatione. Breuis medicandi ratio. pag. eadem. Vena sectio quando celebranda in feb. putridis. pag. 29. Purgatio ut instituenda. pag. eadem. In febribus continuis, die remissionis est celebranda. At in 4. febre intermit. die accessio- nis. pag. eadem. ante vena sectionem, & apperientia quid agendum docetur. pag. eadem. Ante purgationem purgantia & narcotica aduersantur. pag. 29. 30. Si forte in statu morbi excretio quedam acciderit, non apparentibus signis coctionis non est fidendum, neque formidandum si quid præter rationem acciderit, sed noxius humor est excludendus. pag. eadem. Apparentibus signis plenitudinis ad vasa, aut ad vires, aut cruditatis, à purgatione abstinendum: neque sudores, neque urinae sunt mouenda, ne vitiosi humores sic concitati in venas maiores deducantur & febrem exasperent & consumaciorem reddant. ibid. & 31.

In Cap. 8. agitur de febris ephemera nomine, & causis externis, & internis p. 35. Qui propensi in ephemeram, & designis. pag. 36. De prognosticis & curatione. pag. 36. hæc febris non curatur vena sectione, neque purgatione, nisi adsit magna plethora, aut cacochymia,

SINGVLORVM CAPITVM.

ne degeneret in continuam: sed victo aprato causa efficienti, balneo refrigerante & humectante, frictionibus, &c. Balnea antiquorum in 4. partes erant diuisa. 37. Prima pars continebat aërem calidum: altera solum, quod erat duplex, calidum & mediocriter frigidum: 4. sudatorium. pag. 38. Si aluus est pigra, sollicitanda clystere aut aliquo eccoprotico descripto pag. 39. 40.

In Cap. 9. Agitur de synocho non putri: de eius nomine & in quo distat ab ephemera, & putrida, & hectica, & differentiis. pag. 40. Synochus est triplex; homotonos, epacmafticos, & paracmafticos, est unius paroxysmi. pag. 40. 41. Huius causa & signa scribuntur, pag. eadem. Curatur victu refrigerante, & humectante, larga sanguinis missione. pag. 43. Si sanguis impurus appareat, eius impuritas erit demenda catharticiis benignioribus ne degeneret in purridam: huius extant formulæ. pag. 44.

In Cap. 10. Agitur de synocho aequaliter putrefacto in maioribus venis: tunc tres sunt differentie. Vna similiter homotonos, altera epacmafticos, tertia paracmafticos dicitur. Causa tam externæ quam internæ, signa & prognostica describuntur. pag. 45. Crisis sex modis in hoc synocho fieri potest, per

vomitum, alui fluxum, sudores, urinas, narium hamorrhagiam & parotidas si malignus est humor. pag. 46. Si crisis acciderit 6. die quamuis in urina appareant signa coctionis, semper est dubia, p. eadem. Cur hac febre laborantes melius se habent matutino tempore quam reliquis horis. pag. eadem & 47. Curatio duobus perficitur scopis, euacuatione & humorum alteratione. pag. eadem. Euacuatio fit per vena sectionem, qua in minori quantitate celebrari debet, quam in synocho non putri. pag. eadem. Humorum alteratio fieri debet per refrigerantia & aperientia citra manifestum calorem & putredinem prohibentia. pag. 47. Deinde prospiciendum erit viribus & visceribus tam sumptis quam admotis. pag. eadem.

In Cap. 11. Agitur de febribus continuis que fiunt ab humoribus inaequaliter putridis in maioribus venis, quas Græci ονείχην appellant, & sunt duplices, que non differunt materia, neque curatione sed sede & nomine. Vna ab yisdem Græcis καυτός quum materia putrescit in magnis venis cordi propinquis, veluti in trunco vene cavae ascendentis, & in vena arteriosa, & cordis coronaria. Alteram Græci vocant τετραύχον ουνείχην, quum materia putrescit in venis quidem maioribus,

ELENCHVS

sed distantioribus, qua ab inguinibus ad alaa vsque excurrunt. pag. 49. Causus & tertiana continua est duplex: una exquisita, qua fit à bile putrefacta: altera, quum pituita salsa aut Ichores simul putrent. ibidem. Cause interne & externe describuntur. pag. 50. Signa causi legitimi & illegitimi & tertiana legitima & illegitima scribuntur pag. 51. Prognostica utriusque febris scribuntur.

1. pag. 52. & 53. Curatio 4. scopis curatur, victu. pag. 54. & 55.
2. Vacuatione per sanguinis missionem. pag. 57. & 58. premissis clystere, balano, bolo aut eccoproctico descriptis. pag. 57. & 58.
3. Purgatione (preparata materia) iulepis, apozemate, potione cholagoga, etiam cum scammonio preparata, ibidem. Si deorsum vergit natura: vel vomitu, si
4. sursum. pag. 59. 4. scopus versatur in symptomatum correctione. ibidem. Quotidiana continua, ἀμφοτέρως οὖται. Graecis dicta, fit à pituita naturali in magnis venis putrefacta, ad differentiam intermittenti qua fit à pituita excrementitia extra maiores venas putrefacta, de qua suo loco agemus. pag. 60. Qui propens, à quibus causis fieri potest, & quibus signis à cæteris febribus cognoscitur: qua sint eius prognostica, pag. 61. & 62. Quibus remediis sit profliganda, doce-

tur pag. 62. Vomitus praestantia ostenditur ex Hip. pag. 63. Quartana continua differt ab intermittente materia & sede. Materia continua est melancholica naturalis in magnis venis putrefacta: intermittenti vero, est excrementitia. Sedes continua, est in magnis venis, intermittenti vero, extra illas continetur ut de quotidiana continua dixi, pag. 64. Quartana continua est duplex, exquisita, quoties melancholia sola, intactis aliis humoribus putret, & non exquisita, quoties alii humores simul putrent. pa. 65. Cause effectrices describuntur pa. eadem. Signa praecipua & minus praecipua. pa. 65. Prognosis & therapeia. pa. eadem, & pa. 66. Summa curationis versatur in victu congruo, blanda purgatione ab initio, vene sectione, & symptomatum correctione. pa. 66. Formula remedium sunt. pa. 67. 68. 69. Tempus cibationis erit hora remissionis, aër sit temperatus aut cal. & humidus. Alimenta sint cal. & humida boni sacci, liquida potius quam solida. pa. 66. Potus erit presana aut hydrosacchari: aut acetum conuenire potest. pa. eadem. Euacuata prima corporis regione vene sectio erit utilis. pa. 67. 68. Purgatio anacharsis, si sursum repit natura, erit utilis: contra catharsis si deorsum. pa. eadem.

SINGVLORVM CAPITVM.

88. Materia concocta, melanogogis utendum descriptis pa. 69. 70.

In Cap. 12. Agitur de feb. intermittentibus qua sunt ab humore patri extra maiores venas: hinc recursus & intermissio: pa. 71. Nomina sumuntur ab humore prepollente. Si bilis excrementitia dominatur, fit tertiana intermittens, que duplex est. Vna exquisita, non exquisita altera. Exquisita, fit à bile non naturali. Non exquisita seu spuria sine notha fit à mixtione bilis & pituita, vel melanch. Si materia tertiana putrescit, in vno loco exquisitam parit: si simul in diuersis locis & in eodem die, duplicem tertianam generat intermittentem; cuius accessiones tertio quoque die repetunt & intermittunt, quia quod est putrefactum singulis accessionibus excernitur, vel per sudores, vel per vomitum, vel per alui deiectiones, pa. 71. Causa & signa vtriusque febris & prognostica describuntur pag. 70. 72. 73. Curantur per sumpta, facienda, educenda & adiuuenda. Quid per hac 4. nomina sit intelligendam docetur eadem pa. 71. & 74. Exquisita tertiana curatur victu, vene sectione, humoris morbifici alteratione & purgatione, episthematis, linimentis descriptis pa. 74. & 75. Curatio ter-

tiana spuria docetur pa. 74. Officium Medici quale sit in agrorum examine. pa. 76. Docetur balanis, clysteribus, bolo, aut eccoprotico alio exoneranda esse corporis primam regionem, qua expurgata, vena sect. esse celebranda. 76. in pa. sequenti excusatur Auic. in vena sectione pa. 77. ibidē docetur qua via, quibusque remediis humor morbificus sit preparandus & purgandus. Quotidianam intermittentem fieri à pituita excrementitia putrefacta extra maiores venas diximus cap. 11. pa. 82. Hac febris est duplex: exquisita & non exquisita. Exquisita fit à pituita excrementitia in minoribus venis seu extra maiores. Non exquisita quoties alius humor simul putrescit. pa. 83. Epialos febris quamuis generetur ex pituita acida & in iisdem locis putrescit quotidiana non est, sed diuersa est febris qua varia methodo est curanda. pag. eadem. Causa quotidiana effectrices & signa sumpta expulsa, & urinis optimè scribuntur, pag. eadem & sequenti. Signa spuria quotidiane, car sunt cōfusa, pa. 84. Curatur victu calfaciente, & incidente materiam crassam & lentam, detergente, & anacharisi, & catharsi. pa. 85. & qui propensi. pa. 86. Formulæ remediōrum interiorum & exteriorum sunt. pa. 87. 88. 89. 90.

E L E N C H V S

Epialos febris inter quotidianas continuas recensuit Gal. ego verò inter quotidianas intermittentes, pag. 90. Cause huius febris & signa proponuntur. 90. 91. Curatio non differt à quotidiana, nisi quòd validiora exposcit remedia, ob pituitæ vitæ frigiditatem. pa. 91. 92. Formula ibidem scribuntur. Est alterum genus feb. quotidianæ que fit ab humore salso, qualis est causus Hybernus. pag. 93. Distinguitur ab aliis febribus horrore, à siti, à sapore salso, ab urinis, à pulsu & circuitus duratione: sapor salsus potius provenit ex mixtione serosi humoris, qui est salsus, quàm bilis, qua est amara. ibidem. Quibus remediis sit curanda, docetur pag. eadem. Febris catarrhalis est de genere quotidianarum, iisdemque remediis curatur, ei miscèdo quedam arteriaca tam internis quam externis. pa. 94.

De Febre Quartana.

Quartana febris intermittens est duplex: exquisita & spuria: illa fit à melancholia excrementitia patrefacta extra maiores venas ut in continua diximus. Spuria vero fit quoties pituita, aut bilis simul in eodem loco putrent. Interdum bilis & pituita in iisdem locis separatim putrent & degenerant in 4. febrem. pag. 94. Signa, & qui in hanc febrem sunt propensi. ibidem. Prognostica salutis aut

mortis. pag. 95. Curatio in genere. pag. 95. Victus sit calidus & humidus, & quando est cibandus ager. pag. 96. Melancholici curantur dum humectantur. Quartana Medicorum ignorantium dicitur opprobrium. 99. Initio curatio nis blandis pharmacis utendum & sepe repetitis. Deinde sensim ad validiora eris properandum, ne ex simplici in duplicem & triplicem 4. fiat transfusus. pag. eadem. Apparentibus signis cruditatis neque sudores neque urina per diuresica non sunt mouenda, ne per ea humor corruptus in angustos meatus impellatur. At inclinante febre sunt utilia. ibidem. Curatio febris 4. ab affatione bilis aut pituitæ affatione, ut instituenda. ibidem. Quæstio agitur & diluitur, an acetum & syrapi qui ex eo componuntur sit utile quartana laborantibus. pag. 99. Formule remedium uniuersalium & particularium scribuntur pa. eadem, & 100. 101. Empirica remedia. pag. 103. 104. Febris quinsana, 6. 7. & nonana non differant à quartana intermittente materia neque curatione: neque harum febr. causa effectrices non sunt referenda ad humoris quantitatem, qualitatem aut ad corporum dispositionem, neque ad hyderum ortum aut occasum, aut ad eorum congressum:

SINGVLORVM CAPITVM.

- gressum: sed ad elementum stellarum, quod diuinum Hsp. 1. progn. appellat. pul. ad febrem 4. pag. 106. 107.*
- In Cap. 13.** Agitur de febribus confusis, erraticis & compositis, quae differunt non materia, neque putredine, sed situ, & motu humoris morbifici: Quid sit confusa, quid composita, quid erratica & quomodo fiant docetur. pag. 108. & 109. Signa febrium confusarum, & compositarum ut distingui possint, & fiant. pag. 110. Hemitriticos febris quid, & signa tam exquisita quam non exquisita. pa. 111. 112. Qui in semitertianam sunt propensi. pag. 112. Prognostica & curatio scribuntur pag. eadem. hemitriticos extense curatio. pag. 113. Febres confusa & erratica, ut curanda. pag. 114.
- In Cap. 14.** Agitur de febre Hectica quae nomen sumpsit à solutione difficili. Huius diuisio. pag. 113. & 114. De signis pag. 115. De causis. pag. 116. 117. De signis 2. gradus. pag. 118. De signis tertii gradus. pag. eadem. Signa febris hecticae symptomata, si à catarrho. Signa febris hecticae compositae, pa. 115. 116. Qui propensi: & hect. prog. pa. eadem. Curatio primi gradus, pa. 120. Curatio secundi gradus quibus remediis fiat. pag. 121. 122. & 123. Curatio 3. gradus qualis esse debeat, pag. 123. Curatio hecticae compositae. pa. 125.
- In Cap. 15.** Agitur de malignis ac pestilentibus febribus. pag. 125. Malignae & pestilentiae differunt à putridis malignae & pestifera qualitate. pag. eadem. Huius generis sunt leipyrria, syncopalis, elodes, typhodes, asfodes & syntexis. ibidem. Leipyrria est aut essentialis aut symptomata: essentialis curatur, ut quotidiana continua: symptomata vero, curatur ut causas, modo in omnibus remediis cardiaca misceantur. pa. 126. Syncopalis febris raro accidit, eius causa sunt multiplices, externa & interna. pa. 126. Signa si à bile praesina, aut ab inflammatione sumuntur ex pulsu & colore, calore & lingua, quid agendum, num vena sectio & purgatio conuenire possunt. pa. 127. 128. & 129. Cardiaca febris est de genere malignarum quae curatur ut febris ardens miscendo omnibus remediis aliqua alexipharmaca. p. 132. Asfodes quid & eius causa, & quibus praesidiis sit curanda docetur. pa. 133. Colliquantis febris varia nomina. p. 134. Causae & signa. pag. eadem. In quo distat ab hectica & epiala. ibidem, & p. 135. Signa, prognostica & curatio. ibidem, & p. 136. Pestilens febris distat ab epidemiis, endemicis & sporadicis contagione. p. 138. Si cum febre inest plethora, cacochymia, aut obstin-

E L E N C H V S

Etio, pestis non erit simplex, sed composita: in qua curanda, medium tenere oportet inter putridam & feb. pestilentem. p. 139. Causa pestis eff. etrices externa & interna sunt abunde descripta. pag. 140. Qui in pestem sunt propensi, pag. 141. 142. Tertia causa pestis est mortalibus occulta, sed verberare ira diuina accidere piè cum Christianis credendum. pa. eadem. Sequentibus pa. 142. 143. 145 deliramenta astrologorum conueniuntur. Signorum alia sunt que imminentem, & alia que presentem demonstrant: que imminentem. p. 147. que presentem, pag. 148. Signa empirica. ibidem. signa si pestis à terra proueniat pag. eadem: pestis composita signa. pag. 148. Signa lethalia, pag. eadem: signa si venenum agit in spiritibus: pag. 149. Signa si pestis agit in humoribus. pag. 150. Signa si venenum agit in cordis. substantiam. ibidem. Signa si ab aère, an à terra scaturit pag. eadem: prognostica delineantur pag. 150. 151. De curatione prophylactica, pag. 151. Primum preceptum versatur circa primores & scabios civitatis. pag. 151. Secundum de tempore statuendo quo pestiferi incolores in civitatem sunt admittendi. pag. 153. Tertium de Sacerdotibus & Chirurgis deligen-

dis. ibidem. De aère eligendo, & quid agendum. pag. 154. Qua fugienda & prosequenda. pag. eadem & 155. De suffitu necessario ad precautionem. pag. 155. De potu, qualis esse debeat. pag. 156. De victu instituendo. pag. 156. 157. De amuletis simplicibus frig. pag. 158. De aliis amuletis que agunt à facultate occulta. pag. 158. De amuletis compositis pag. 158. De amuletis simpl. calidis pag. 159. De amuletis comp. calidis, pag. 160. Formula remediorum ad precautionem pestis sunt varia, descripta pag. 160. 161. 162. Veluti clyster, eccoproiticum pro aestate, & aliud pro hyeme, amuletum rusticorum, pastilli, suffitus, aues cyprei, pomum odoriferum & pastilli etiam odoriferi. Scutum, unguentum cardiacum, oleum sudorificum. Genuina pestis curatio docetur in genere. pag. 164. indicatio medicatrix sumitur vel à causa efficiente, veluti utraque plenitudo, cacochymia & obstructio: vel à morbo, qui est magnus & periculi plenus, ratione cordis in quo venonũ, & contagio imprimis agit: vel à symptomate graui quale est syncope, delirium, anthrax, bubo pestilens, exanthemata, ectymata, parotides, quae cum saepè comitantur. pag. eadem &

SINGVLORVM CAPITVM.

165. remedia .ibid. Si pestis est solitaria, alexipharmacis occurrendum: si alris febribus est implexa, ad ea que capitibus propriis scripsimus erit 3
 recurrendum mixtis alexiteriis qua contagioni obsistant. pag. 166. Pestis in specie curatur 4. auxiliorum generibus: nēpe victu congruo in precautionione descripto: alteratione qua fit iulepis, apozematibus, potionibus cardiacis, episthematis, conditis, pul. cardiacis, emplastris, stillariis liquoribus: cataplasmate ex cepis paraso & descripto pag. 166. 167. Vacuatione qua fit vel per phlebotomiam vel per purgationem: super his difficultatibus, dissidentes conciliantur, pag. 169. 170. Vomitus, & sudores ab initio morbi an salubres. pag. 171. Ad sitim spiritus vitrioli primas tenet. pag. eadem. Conditum amuletum & pul. aduersus contagium, ibidem. Ut symptomatibus pestem sēpe comitantibus sit occurrendum, proprijs locis docebimus.
- In Cap. 16. Agetur de febribus symptomaticeis quas diximus esse continuas ex viscerum inflammatione. Differunt ab essentialibus, non materia, sed a parte obfesa, & a motus modo. Symptomatice carent intermissione ut febres intermittentes, de quibus multa diximus cap. 12. & statis diebus & horis ut continua, de quibus egimus cap. 11. non remittuntur, neque exacerbantur, sed potius homotona. pa. 172. Est aliud genus febris symptomatice, quam lentam nuncupamus, que fit ab obstructione cum putredine qua alicui visceri est impacta, adeo ut ipsa visceris substantia sēpe labefactetur: omnium putridarum est misissima. pag. eadem & 173. Huius signa, prognostica, & curatio docetur pag. 173. Si a latente obstructione oritur, ea est delenda victu idoneo, & remedijs in curatione feb. quotidiana continua enunciatis, aperientibus, incidentibus & tergentibus, venesectione si nihil obsistit, & purgatione. Deinde parti unde mali fomes prospiciendum. p. eadem. Si febris continua scaturit ex meningum inflammatione, recurrendum ad curationem febris tertiana continua. pag. 49. 50. &c. Si ex faucium inflammatione, recurrendum ad cap. 31. pag. 376. secundi Tractatus, in quo agitur de angina. Si ex pulmonis inflammatione: aut ex membrana succingentis costas oritur recurrendum ad cap. 37. pag. 427. in quo agitur de peripneumonia: & de pleuritide. cap. 38. pag. 434. erit. Si ex stomachi aut ventriculi inflammatione fuerit, curabitur vitia frigido & humido, aut

ELENCHVS

temperato, vena sectione, alteratione humorum, purgatione per blanda pharmaca, & topica ab initio astringentibus. p. 176. Si ex diaphragmatis inflammatione scaturit, curabitur ut tertiana continua. cap. 11. p. 49. 50. Si ex tenuiorum intestinorum inflammatio, curabitur ut dixi cap. 11. p. 54. de tertiana continua, victu, alteratione, vacatione & purgatione. Si ex iccoris inflammatione fuerit, curabitur ut dictum fuit cap. 64. pa. 651. secundi Tractatus, in quo agitur de iccoris inflam. Si ex tumore musculorum abdominis procedit, praemissis vniuersalibus, malaetica cum nonnullis digerentibus & rarefacientibus sunt usurpanda. p. 178. Si inflammatio fit in iccore ex humorum corruptela, & ea sit in gibba hepatis, est utendum diureticis; si in sima, purgantibus hodie vsitatis. p. 178. Si ex lienis inflammatione scaturit, curabitur, ut iccoris inflammatio. cap. 64. pa. 651. sed validioribus ob lienis mollitiem, raritatem & laxitatem. p. 178. Si a renibus inflammatis fit febris continua, curabitur remedijs ca. 68. secundi Tractatus. p. 668. enunciatis, & pag. prioris Tractatus 178. 179. Ex vesica inflammatione febris si oritur, recurrendum ad ca. 68. p. 383. & ad caput 71. p. 398. & 399. Ex uteri inflammatione

si scaturit curari debet victu refrigerante & humectante, vena sectione, alterantibus, blandis catharticis, fofibus, prostheticis. 1. pessarijs cataplasmatibus, & interdum narcoticis. pag. 182. 183. Et si suppuratur quid agendum. ibidem.

Elenchus eorum quæ in singulis Capitibus secundi Tractatus continentur.

IN Prolegomenis agitur de symptomatis nomine, descriptione & differentiis. p. 184. Omne symptoma consistit in actionibus animalibus, vitalibus, aut naturalibus, abolitis, debilibus aut deprauatis. pa. eadem & sequens. Affectus corporis symptomata sunt quinque. p. 186.

In Cap. 1. Agitur de bubonis pestiferi nomine & causis. pag. 187. 188. Qui propensius prognostis & curatio pag. eadem. Curatio fit 4. auxiliorum generibus victu instituto & descripto, Renulsione partium, robore & materia morbifica educatione per topica descripta. p. 189.

In Cap. 2. Proponitur carbunculi pestilentis diuissio, causa, signa, prasagia & curatio empirica, & dogmatica. p. 190. 191.

In Cap. 3. Proponuntur variolarum & morbillorum varia nomina, differentia, causa. pag.

SINGVLORVM CAPITVM.

194. 195. *Qui propensi*, p. 196. *Signa, & prognostica describuntur.* pa. 197. *Therapeia puerorū & nutricum.* pa. 198. *Quum variola non apparet quid agendum, & quid ab initio.* p. 199. *Curatio adultorum, & de vacuatione & purgatione num celebranda.* pa. 199. *Formula remedium scribuntur* pag. 200.
201. *Internorum & externorum.* p. 203. 204. *Variolarum vestigia qua deleant & tubercula.* p. eadem, & pa. 205.
- In Cap. 4. *Agitur de lingue scabritie & nigredine, causis & signis.* p. 206. *Quibus remediis curentur hac symptomata.* pag. 207. *Nodus & gargarismus ad lingua scabritiem & nigredinem.* p. 207. *describitur.*
- Cap. 5. *Est de sudore morbofo, qui est aut criticus aut symptomaticus aut epidemicus.* pag. 208. *Causa effectrix est calor externus.* p. 209. *Signa & prognostica.* p. 210. *Curatio methodica in genere.* p. 211. *Specialis quibus remediis curanda.* pag. 212. 213.
- In Cap. 6. *Agitur de delirio, vigilia & somno. Delirij curatio & de componendo oxyrhodino.* pag. 214. 215. 216. & seq. *Somni diuisio: vigilia quid, cause prognostis & curatio.* pag. 216. 217.
- In Cap. 7. *Agitur de lethargia, in quo distat à phrenitide & soporosis affectibus.* p. 217. *Can-*
- sa, signa, prognostica & curatio qua fit victa cal. & sicco, balanis, clysteribus, & vomitione si consensu ventriculi fit.* p. 218. 219. 220. *purgatione & externis.* pa. 220. 221.
- In Cap. 8. *Agitur de sopore, catoche, catalepsi & cataphora, & qui in his soporosis affectibus sunt propensi.* p. 222. 223. *Curatio vniuersalis qualis esse debet.* p. 223.
- In Cap. 9. *Agitur de vertiginis nomine, differentia, causis & signis tam idiopathica, quam sympathica.* pa. 224. *Signa humoris morbifici, & prognostica.* pag. 225. *Curatio vniuersalis.* pag. 226. *Curatio idiopathica qua fit à sanguine.* p. 226. *Que à bile.* p. eadem. *Si fit à pituita, ut medendum.* pag. 226. 227. *Curatio si ab humore melancholico.* pa. 229. *Curatio vertiginis sympathice.* pag. 229. 230.
- Cap. 10. *Versatur in capitis dolore tam idiopathico quam sympathico, de causis efficientibus & signis.* pa. 233. 234. *Signa si ex inflammatione alicuius visceris aut à vermibus.* pa. 235. 236. *Prasagia & curatio idiopathica à causa calida.* pag. 236. 237. 238. *Canon in componendo oxyrhodino.* pag. 239. *Curatio doloris capitis à causa frigida: sine cum materia aut sola intemperie.* pa. 241. 242. *Aduersus cephalæam nonnulla*

- scribuntur remedia. p. 242. Si dolor capitis fuerit ex vitio ventriculi aut iecoris, splenis, aut ab ebrietate quid agendum. pa. 244. Si à morbo Neapolitano quid agendum. ibidem. & 245.
- In Cap. 11. Agitur de conuulsionis differentiis, causis & signis & presagiis. pa. 245. 246. Curatio si ab inanitione. pa. 248. Curatio si à plenitudine aut per consensum. pa. 250. Curatio si ab aruginosis vomitibus fit. p. 251. Si à vulnere inducto, aut ab ictu, morsue alicuius animalis fuerit, aut à vermibus, aut à consensu uteri pagina eadem curatio instituitur.
- In Cap. 12. Agitur de tremore, rigore, horrore, & frigore, quid. pa. 252. 253. Presagia & curatio tremoris. pa. 253. 254. Hac tria symptomata ut plurimum intermittentes febres precedere solent. p. 255.
- In Cap. 13. Agitur de epilepsia variis nominibus, definitione, differentiis, & causis idiopathicis & sympathicis. pa. 255. 256. 257. Qui propensi. pa. 259. 260. De signis idiopathicis & sympathicis & prognosticis. pag. eadem. Curatio idiopathicæ in paroxysmo & extra paroxysmum. pag. 261. Curatio empirica. pag. 263. Curatio methodica epilepsie idiopathicæ. pa. 264. Varia formula scribuntur. pa. 265. 266. 267. Curatio epilepsie puerorum. pa. 269. Curatio ex consensu ventriculi. pag. 270. 271. Curatio si à vermibus oritur. pa. 272. Curatio epilepsie qua fit à maligna aliqua qualitate in aliqua corporis parte coercita. p. 274. Si vitio uteri contingat, quid agendum. pag. 275. Si vitio hypochondriorum scaturis. pa. 276.
- In Cap. 14. Paralyseos agitur de eius nomine, & in quo differt à stupore, epilepsia, & apoplexia, & differentia, & diuisio, & de causis. pa. 276. 277. De signis diagnosticis, & prognosticis. pa. 279. Curatur victu calfaciente, siccante & attenuante, reuulsione, purgatione, & viscera roborantibus. pa. 280. 281. 282. 283. Catalogus simplicium & comp. quæ paralyse conueniunt. pa. 285. 286. 287. De topicis paralyse accommodatis. pa. 288. 289. Paralyse lingue curatio. pa. 290. Paralyse vesicæ & pedicis curatio. pa. 291. Paralyse penis curatio. pa. 292. Paralyse à casu aut ictu curatio. pa. 293. Manuum & pedum paralyse curatio. pagina. 294.
- In Cap. 15. Agitur de stuporis nomine, & descriptione, & causis, & curatione, & quid differt ab apoplexia. pa. 296. De

SINGVLORVM CAPITVM.

- apoplexia nomine, descriptione, gradibus & à quibus symptomaticis differt.
- Cap. 16. p. 297. & 298. De causis. p. 298. Qui in apoplexiam sunt propensi. pa. eadem, & 299. Signa, prognostica & curatio. p. 299.
- In Cap. 17. p. 301. Agitur de mania nomine, definitione, signis, prognosticis & curatione. p. 301.
- In Cap. 18. p. 101. Agitur de Melancholia morbo, & de eius differentiis, causis & signis idiopathica, sympathica & hypochondriaca. pa. eadem, & pa. 303. 304. Prognostica. p. 306. Curatio idiopathica. pa. 307. 308. Curatio si vitio hepatis aut lienis fuerit. pa. 309. Curatio melancholice hypochondriaca. pagina 312. Si vitio uteri fuerit predictis hysterica sunt miscenda. pagina 313.
- In Cap. 19. p. 315. Agitur de ophthalmia definitione, causis, signis, prognosticis & curatione. pa. 316. 317. De particulari curatione. pa. 319. 320. 321. De Taraxi, 1. ophthalmia spuria curatione. pa. 323. 324. Sarcocolla cur in lacte nutritur. p. 322.
- Cap. 20. p. 324. Docetur quid sit albugo. Causa qua, signa, prognostica & curatio. ibidem, & 325.
- In Cap. 21. De suffusione seu cataracta. p. 317. agitur, & quid & eius diuisione. De signis incipientis, augetis & perfecta: de prognosticis & curatione uniuersali. p. 329. De curatione particulari agitur. p. 330.
- In Cap. 22. p. 333. Agitur de gutta serena que amaurosis & amblyopia Græcis dicitur. De eius causis, signis, prognosticis & curatione. pag. eadem agitur.
- Cap. 23. p. 334. Versatur in visus debilitate quam Græci myopiam & myopiasin appellant: in quo distat ab amaurosi & nyctalope. pa. sequenti agitur de causis & curatione. pa. 334. 335.
- Cap. 24. p. 337. Agitur de lachrymis inuoluntariis, causis, presagiis, curatione à causa calida & frigida. pa. 337. 338.
- Cap. 25. p. 340. Agitur de Pupille dilatatione & constrictione, de causis, prognosticis & curatione. pagina 340. 341. 342.
- Cap. 26. p. 343. De aurium dolore, causis externis & internis: necnon de signis à causa calida aut frigida. p. 343. 344. 345. Qui propensi & prognostica & curatio, pagina 344. 345. 346. Empirica remedia ad tinnitum & aurium dolorem.

ELENCHVS

- pag. 346. 347. Curatio si à
vermibus. p. 348
- In Cap. 27. p. 349. Tractatur de
parotide, causis, differentiis, si-
gnis, prognosticis & curatione.
p. 349.
- In Cap. 28. p. 352. Agitur de na-
rium hemorrhagia, quid, &
eius differentia, causis, signis,
prognosticis. p. 353. 354. De cu-
ratione. p. 356. De medicamen-
tis quae conueniunt diapedesi,
quae dieresi & quae anastomosi.
p. 358. Formule remediorum
extant. p. 358. 359.
- Cap. 29. p. 362. Est de Polypo,
& Ozana. Causa Polypi &
Ozana describuntur. p. 362. &
signa cum curatione. p. 363. 364
Curatio specialis Ozana. pag.
364.
- Cap. 30. p. 366. Versatur in
triplici catarrho, id est, Bery-
xos xocēta & catarrhus: De
causis & signis. pag. 367. 368.
Qui propensi. pag. eadem. Signa
febris laticae seu catarrhalis. p.
368. De prognosi. pag. eadem.
Curatio à causa frigida doce-
tur. p. 369. 370. Curatio à cau-
sa calida. p. 372. 373. Pomi de-
scriptio in coriza. p. 376.
- In Cap. 31. p. 376. Agitur de
variis angina nominibus, di-
uisione & causis. p. 376. Signa
& prognostica scribuntur. pag.
378. Curatio anginae exquisitae
à causa cal. pa. 380. Empirica
remedia ad anginam. p. 382.
Curatio non exquisitae à causa
- frigida. p. 382.
- In Cap. 32. p. 386. Agitur de
tonsillis quas Graeci nae Quia,
& uiliador appellant. Differant
ab angina nomine, re, & parte
malè affecta: qui in has in-
flammationes sunt propensi. Si-
gna & curatio. pag. 386.
387.
- In Cap. 33. p. 388. Agitur de
Columella seu Gargareone ma-
lè affecto, & de variis nomini-
bus: De causis, signis & cura-
tione. p. 388. 389
- In Cap. 34. p. 390. Agitur de
morbofa tussi, quid sit tussis.
p. 390. De causis idiopathicis.
p. 391. De signis sumptis à for-
ma, à subiecto, à causa effectri-
cè, ab intemperie cal. frigida à
tenui aut à crasso humore, à co-
lore sputi, à mala compositione,
ab obstructione, à solutionibus
cōtinuis, & prognosticis. p. 392.
393. Qui sunt propensi, & de
curatione idiopathica à causa
calida quae fit victu, euacuatio-
ne, purgatione & bechicis. pa.
394. 395. Curatio si ex sympa-
thia aut à vermibus. pa. 397.
398. 399.
- In Cap. 35. p. 400. Agitur de
Hamaptosi seu cruenta spuitio-
ne, & causis. pag. 400. Signa
si fit à capite, à faucibus, à gu-
la, ab aspera arteria, à thora-
ce, à pulmone, à ventriculo, he-
pate, liene, si à venis, si à ruptio-
ne, erosione, resudatione, aut ab
birudinibus. De presagiis. pag.
401.

SINGVLORVM CAPITVM.

401. 402. 403. *Curatio fiet victu, vana sectione, cucurbitulis, ligaturis, frictionibus, ischematis simpl. & compositis.* pag. 404. 405. 406. 407. *Curatio si ab erosione* pag. 409. 410. *Qui propensi sunt.* pag. eadem. & 412.
- In Cap. 36. pa. 412. *agitur de asthmatis nomine, & causis.* pag. eadem, & pag. 413. *Qui asthmatis sunt propensi.* pa. 413. 414. *signa si ab ardore, aut ab orthopnoea, aut ab hydrope, si à tuberculo, aut in quo pulmone fiat, docentur p.* 414. 415. *De presagijs & curatione.* pag. 415. 416. 417. *De medicamentis simpl. & comp. ad asthma,* 419. 420. *formula remediorum sunt* pag. 420. 421. 422. *Curatio asthmatis à catarrho & à siccitate.* pag. 424. *Quid agendum in paroxysmo.* pag. eadem. *Curatio phymatis.* pag. 425. *Curatio hydropis ab asthma.* pag. 426.
- In Cap. Peripneumonix 37. pag. 427. *agitur de varia sede & parte obsessa, à quibus affectibus distat. De eius causis & signis.* pag. 428. 429. *Qui obnoxy, & de prognostico.* pag. 129. 130. *Curatio instituitur.* pag. 432. 433.
- De Pleuritide Cap. 38. pag. 434. *de eius nomine, & definitione, & quibus signis distinguitur ab hepatis inflammacione.* pag. 434. *De causis, & signis, & prognosticis pleuritidis.* pag. 435. 436. *Signa futuri empyematis & qui propensi.* pa. 436. 437. *Curatio exquisita pleuritidis fit victu, vena sect. cucurbitulis, purgatione anacharsis.* pag. 438. 439. *Curatio si à catarrho prouenerit:* pag. 441. 442. *Empyrica pleuritidi accommodata,* pag. 443. 444.
- In Cap. 39. pag. 445. *Agitur de Empyematis nomine, descriptione, causis, signis, & prognosticis.* pag. 446. *Signa quum Empyema suppuratur, & rumpitur.* pag. 447. *Curatio si à causa externa, aut catarrho.* pa. 448. *Curatio si à pleuritide aut pulmonia fit.* pag. 449.
- In Ca. de Tabo, 40. p. 452. *Agitur de nomine, & qui in ea sunt propensi & de causis.* pag. 452. *De signis Tabis, & signa quibus pus & pituita distinguuntur.* pag. 453. 454. *De prognosticis.* pag. 456. *Curatio si ab anastomosi.* pag. 457. *Curatio si à sanguinis malignitate, & si ab erosione scaturit.* pag. 458. 459. *Lactis vitilis.* pag. 464. *Quibus alimentis tabidi sunt nutriendi.* 461. *Pulmonis vulpis preparatio.* pag. 462. *De medicamentis simpl. & compositis tabi idoneis.* pag. eadem.
- Cap. 41. pag. 466. *Agitur de cordis palpitatione, de causis externis & internis & presagijs, & curatione hydiopathica & sym-*

E L E N C H V S

- pathica: pag. 466.*
- De lipothymia & syncope C.**
42 p. 471. *De causis, signis, prognosi & curatione vniuersali & particulari, p. 472. 473. & seq. Dosis pul. in li. singulas aquarū qualis esse debet, pa. 479.*
- De sternutamento: Ca. 43. pa.**
480. *Sternutamentū quid. De causis, & prognosi, & curatione, pa. 480. 481.*
- De Cholera morbo: Ca. 44. p.**
482. *quid sit, de causis, prognosticis & curatione vniuersali, & particulari, pa. 482. 483. 484.*
- De Bulimo: Cap. 45. p. 487. In**
quo agitur de duplici fame: De nomine & de causis externis & internis: & de causis malacia, de signis & prognosticis, p. 487. 488. Curatio si à causa frigida, p. 489. 490. & 491. Curatio à causa cal. p. 492. 493. Curatio si à vermibus, p. 495. Malacia curatio, p. eadem. 496.
- De cibi fastidio: Cap. 46. pag.**
487. *De causis, signis, prognosi & curatione, p. 487. 488. 489. Curatio à causa calida, & frigida, p. ibidem. & pa. 491.*
- De nausea & vomitu: Ca. 47.**
pag. 493. *Quid nausea, quid vomitus: cause quæ, 493. Signa & prognostica, quæ, p. 494. Curatio in genere, pag. 495. In specie, 495. 496. Curatio, si à vermibus, 500. Curatio vomitionis à causa calida, p. 500. 501.*
- De singultu: Cap. 48. pa. 504.**
Quid, ibidem. De causis, signis & prognosticis, pa. 504. 505.
- De curatione ab inanitione, pa. 506. De curatione à plenitudine, p. 507. Curatio singultus à causa cal. p. 509. 510. Curatio si à vermibus, pa. 511.*
- De ventriculi cruditate: Cap.**
49. pag. 512. *De differentiis & causis: pa. 512. 513. De signis & prognosticis: p. 513. 514. Curatio à causa cal. pa. 515. 516. Curatio à causa frig. 517. 518. 519.*
- De siti: Cap. 50. p. eadem. 522.**
Quid sitis naturalis, quid vitiosa, pa. 522.
- De Diarhoea, Ca. 51. p. 524. Ab**
aliis fluxibus differt materia, loco & à causa efficiente, p. eadē. In quo distat à cæliace & dysenteria, pa. 525. De causis idiopathicis & sympathicis & signis, & progn. p. 525. 526. Qui propōsi, & de curatione vniuersali, pa. 527. 528. 529. Curatio diarhœæ symptomaticæ cū febre, p. 531. Curatio symptomaticæ sine febre, p. 532. Curatio si à capite, p. 533. Si à ventriculi cruditate: si à vermibus, 534. 535. Si vitio alimentorum, ibid. Si à mesenterij venis, ibid. Si vitio hepatis, aut splenis, aut ab ore aut à gingiuis, pa. 536. Curatio si à bile, p. 537. 538. Curatio si à pituita, p. 541. Si ab humore melancholico: Si à colliquatione: Si à veneno assumpto, p. 543. 544. Curatio si vitio vteri, pag. 544.
- De Cæliace & Lienteria: Ca.**

SINGVLORVM CAPITVM.

52. pag. 545. In quo differunt, pag. eadem. De utriusque causis & signis, p. 545. De utriusque prognosticis, pag. 546. De curatione si à pituita. 547. Curatio empirica, pag. 549. Curatio si ab humore acris, aut ulcere ventericuli. ibidem. Si ex paralyfi: si à sumpto veneno: Si ab inflammatione: si ab obstructione venarum meseraicarum, pag. 552.
- De Dysenteria: Cap. 53. pag. 553. In quo distat ab alijs fluxibus. ibidem. Qui propensi, de signis & causis, pag. 554. Signa si in crassis aut tenuibus intestinis fuerit: Si visio hepatis: signa si à causa cal. aut frigida: colliquante: aut ab obstructione, & prognostica. p. 555. 556. Curatio dysenteria hepatica. pag. 558. Curatio vera dysenteria, pag. 565. 566. 567. De victu obseruando, pa. 568. Catalogus medic. tam simplicium quam comp. calidorum & frig. quæ aptari possunt. pag. eadem & 569. Timescituratio à causa calida & frig. pag. 570. Curatio si ab inflammatione: si ab ulcere. Si à vermibus: si à malignis medicamentis. pag. 571. 572.
- De Colico & Ileo Dolore: Cap. 54. pag. 573. De nomine & differentiis, pag. eadem. De causis horum symptomatum, pag. 573. De signis, & prognosticis, pag. 575. 576. De curatione colici & ilei à causa cal. pag. 577. Si à pituita contigerit, pag. 579. Si à fecibus induratis. pa. 581. Curatio si à cruditate, aut ab epoto venenoso medicamento, aut ab hernia, aut à vermibus. pag. 582. 583.
- De vermibus. Cap. 55. p. 585. De eorum differentiis, causis, & signis. pa. 585. 586. Taniarum & ascaridum signa, & prognostica. pa. 586. Curatio prophylactica & therapeutica. pa. 588. 589. 590. Si adest febris. p. eadem & 591. Ascaridum & taniarum curatio. pa. 592.
- De hæmorrhoidibus. Cap. 56. p. 593. De differentiis, causis, & prognosticis. pa. eadem. De curatione cacarum. p. 594. 595. 596. Curatio fluxus immoderati hæmorrhoid. ibidem.
- De Ani procidentia. Cap. 57. p. 598. De eius nomine & curatione. p. 598.
- De iecoris imbecillitate. Cap. 58. p. 599. Imbecillitatis causa, signa, & prognostica. pa. 600. Curatio & materia medicamentorum simpl. & comp. refrigerantium in causa calida. p. 601. 602. Curatio imbecillitatis iecoris à causa frigida, & materia remediorum tam simplicium quàm comp. p. 603. 604.
- De atrophia. p. 59. p. eadē 606.

E L E N C H V S

- qua est duplex: in quo distat à phthisi oculi, p. 606. Curatio. p. eadem. & p. 607.*
- De Obstructione hepatis. Ca. 60. pag. 610. De causis, signis, & prognosticis, p. 610. Curatio si à flatibus aut ab humore crasso. p. 611.**
- De Ictero, Cap. 61. pag. 615. De nomine & de causis Icteri flauus, & nigri: & de utriusque signis, & prognosticis. pag. 615. 616. 617. Curatio Icteri ab icteru virulentiarum bestiarum, p. 618. Curatio Icteri ab epoto veneno. p. 619. Curatio ex imperfecta crisi: aut ex inflammatione ictericis. pag. 620. De icteru nigri curatione. pag. 622.**
- De Cachexia, Cap. 62. pag. 623. De nomine, causis, signis, prognosi & curatione. pag. 623. 624. 625.**
- De Triplici hydrope, Cap. 63. pa. 627. De nomine, differentiis, & qui propensi. pag. 627. 628. De causis, signis, & prognosticis, p. 628. 629. 630. De curatione anasarcae à causa frigida. pag. 631. 632. 633. 634. 635. Curatio anasarcae à causa calida: pag. 637. 638. Curatio ascitis à causa calida, pag. 640. 641. Curatio ascitis à causa frig. pa. 645. 646. 647. Curatio tympanitis, pa. 648. 649. 650. Bacca hedere non minus aquas hydropicorum educunt, quam chamaelea aut thymalea. pag. 647.**
- De Hepatis phlegmone. Cap. 64. pa. 651. De differentia hepatis inflammationis, à pleuride & ab ea qua fit in musculis, p. eadē, & 652. Signa si inflammatio hepatis fuerit in gibba, aut caua: Praesagia, & curatio si in gibba, aut caua hepatis parte fuerit, p. 652. 653. 654.**
- De Abscessu Iecoris: Cap. 65. pag. 658. Quid abscessus, eius differentia, causa, signa, & prog. & de tumoris notis. pa. 658. 659. & curatione. p. 659. 660.**
- De Hepatis scirrho: Ca. 66. p. 662. De eius descriptione, causis, signis, p. eadē. De praesagiis & curatione illegitimi, p. 663. Catalogus medic. simpl. & cōp. quae scirrhis cōueniant, p. 664. & formulae. ibidem, & p. 664.**
- De Morbis splenis in genere: Ca. 67. p. 667. In quo differēt affectus lienis, & hepatis, ibid. De causis, signis, progn. & curatione, pa. 668. De empiricis remediis. pag. eadem.**
- De affectibus renum: Cap. 68. p. 670. De dolore, causis, signis, praesagiis, & curatione, p. 670. 671. Et de cura inflammationis renum, pag. eadem.**
- De Nephritide, Ca. 69. p. 675. Quis morbus, & qui propensi, ibidem. De causis & signis, 676. 677. De signis diagnosticis, & si calculus fuerit in vesica, & de prognosi, p. 677. 678. Curatio prophylactica, p. 679. De genuina calculi curatione p.**

SINGVLORVM CAPITVM.

681. *Catalogus medic. simpl. & comp. qua à qualitate manifesta, & occulta calculi comminuant.*
 p. 683. 684. *Formula remediorum extant* pag. 684.
- De vlcere renum. Cap. 70. p. 688. *Quid, causa, signa, prognostica, & curatio.* p. 688. 689.
- De vesicæ aff. tibus. Cap. 71. p. 693. *De signis, prognosi, & curatione.* p. 693. 694.
- De calculo vesicæ. Cap. 72. p. 695. *De causis, signis, prognosticis, & curatione.* p. 695. 696.
- De vesicæ exulceratione. Cap. 73. p. 697. *De signis, prognosi, & curatione* p. 697. 698.
- De stranguria, dysuria, & ischuria. Cap. 74. p. 701. *Quid sit, de causis, & signis.* p. 701. & *de prognosi.* p. 703. *Curatio si à causa calida.* p. 704. *Si à causa frigida.* p. 708. *Si à causa sicca, si ex impuro coitu.* pag. eadem 708. *Curatio si ab obstructiōne.* *De figura agri in algata in vesicam indenda.* pa. 708. *Curatio si à pituita urina supprimitur.* p. 709. *Curatio si à tumore.* p. 713. *Curatio si à rupto abscessu.* pa. eadem. *Curatio si à grumo sanguinis.* pa. 714. *Si à calculo.* p. 715. *Si à caruncula.* pag. eadem.
- De vrinx incontinentia. Cap. 75. p. 717. *De causis: qui propensi: de prognosticis, & curatione.* p. eadem & 717. 718. *Catalogus medicament. simpl. & comp. qua agunt à qualitate manifesta, & occulta.* pag. 718. 719. *Curatio si ab icctu, aut casu.* pa. 721.
- De gonorrh. Cap. 76. p. 722. *Eius descriptio: & de causis. ibidem. De signis, prognosticis, & curatione.* pa. 723. *Si à sanguinis copia.* pa. eadem. *De gonorrhæa conscrentibus.* pa. 724. 725.
- De priapismo. Cap. 77. p. 727. *Meientibus in lecto remedia.* p. eadem. *De causis, prognosticis, & curatione.* p. 727.
- De phimosi, & paraphimosi. Cap. 78. *De differentiis, causis, prognosticis, & curatione.* p. 729.
- De abortu. Cap. 79. pag. 730. *Ecrysis quid: abortus quid: De causis.* pa. eadem. *Signa abortus futuri, & presentis.* pag. 731. *Signa extincti fœtus.* p. eadē. *De curatione abortus.* pa. 732.
- De partu difficili. Cap. 80. p. 733. *Partus descriptio, & diuisio, & causis, ibidem & pa. 734. Prognostica, & curatio, p. 734. 735. De remediis ante partum, & in partu.* pa. 736. 737. *Simplicia qua à proprietate agunt.* pag. eadem. *De Chirurgia administranda,* pa. eadem. *Formula remediorum.* pa. 738. 739. *Qua curatione partus mortuus, & secundine remorantes excutiantur.* p. 740
- De vteri strangulatu. Cap. 81. p. 742. *Descriptio strangulatus: & cum quibus morbis*

ELENCHVS

- strangulatus habeat analogiã, & à quibus distat. Quæ huic morbo sunt propensa. pa. 743. 744. De causis. pag. eadem. De signis quæ futurum paroxysmum, & de ijs quæ presentem denuntiant. p. 745. De signis solutionis paroxysmi. ibidem. De prognosi, & curatione. p. 747. Balani ad ulcera cancro/a. p. 750. Curatio strangulatus uteri si à catarrho. p. 754. Curatio therapeutica. pa. 755. Curatio si à semine corrupto. p. 756. Descriptio emplastri de galbano. p. 758. Curatio si à retento semine. p. 759.*
- De Mensium suppressione.**
 Cap. 82. p. 260. *Agitur de causis. pag. eadem. Quæ propensa. p. 761. De signis, & prognosticis. p. 762. 763. De curatione. p. 764. 765. 766. Curatio si vitio uteri, aut ab obesitate, aut ab atrophia. p. 766. Si à pituita. ibidem. Curatio si ab humore melancholico. p. 772. Curatio si à bile incrassata. p. 774. Curatio, si ex uteri distortionem: aut si sit per sympathiam alicuius visceris. pa. 776. 777.*
- De mola.** Cap. 83. p. 778.
Quid, & de nomine. pa. eadem. De causis, & signis. p. 779. & quibus à vero conceptu, & hydrope distinguitur. p. 780. De prognosi, & curatione vniuersali. p. ibid. De particulari mola curatione. p. 781.
- De immoderato mēsiū flu-**
xu. Cap. 84. p. 782. De causis, pag. eadem. De signis si ab anastomosi, aut à diapedesi, aut ab anaurosi sumptis, à quãtitate & qualitate, & de prognosticis. pag. 783. Curatio si ex anastomosi. p. 785. Ischemata pro pauperibus. pag. eadem. De victu, reuulsione, & formulis. pag. 786. 787. Diarefis curationis formula. p. 789. Diapedesis curatione. pag. eadem.
- De muliebri stillicidio.** Cap. 85. p. 794.
De nomine & in quo distat à ceteris uteri fluxibus. pag. eadem. De causis, & quæ sunt propensa. pag. 795. 796. De signis, & prognosticis. pa. eadem, & 797. De curatione idiopathica quæ perficitur victu, purgatione, reuulsione, derivatione & uterum roborantibus. pa. 798. 799. De curatione sympathica. pag. 801. 802.
- De uteri inflammatione.** Cap. 86. p. 808.
De causis, & signis. pa. eadem. De prognosi, & curatione. pa. 809. 810. De topicis secundum 4. tempora accommodatis. p. 811. 812. Si inflammatio suppuratur quid agendum. p. 816. 817. 818. Curatio si phlegmone est œdematodes. 812.
- De uteri scirrho.** Cap. 87. p. 818.
De eius causis, signis, & curatione. pa. 818. 819.
- De uteri cancro.** Cap. 88. pag. 824.
De cancri nomine, & in

SINGVLORVM CAPITVM.

- quo distat à scirrho qui duplex est, ulceratus & non ulceratus & de eius causis, signis, prognosticis, curatione, & de ijs qui in eum sunt propensi. pag. 825. 826.
- De vteri vlceribus. Cap. 89. p. 832. De causis, signis, prognosi & curatione. pa. 832. 833. Dioptra Gracorum speculū matricis est. p. 832.
- De vteri procidentia. Cap. 90. p. 835. De causis, prognosi, & curatione. p. 835. & 836.
- De testium scroti inflammatione. Cap. 91. p. 838. De causis, signis, prognosticis, & curatione. pag. eadem & 839. 840.
- De Arthritide. Cap. 92. pag. 840. De nomine, & in qua artuum compage sit arthritidis. pa. eadem. In quo differt ab alijs articularum doloribus: De causis externis, & internis. p. 842. 843. De signis si à causa externa oritur, & à quo humore predominante. pa. 845. Signa si à mixtis humoribus: si à capite: signa coxendicis: De prognosi. pa. 846. 847. Curatio prophylactica. p. 849. qua fit victu, vena sectione, & purgatione anacharsi, & catharsi ad unumquemque humorem. p. 850. 851. Tertius scopus versatur circa particularia, pa. 858. Curatio therapeutica vera arthritidis. pa. 858. Absoluetur victu, phlebotomia, purgatione qua fit vomitu, vel desectione, & topicis. pa. 859. 860. 861. Curatio si ab humore frigido. p. 866. Arthritica calida simpl. & composita. p. 866. 867. Curatio topiorum. p. 867.
- De ischiade. Cap. 93. p. 871. Curatio perficietur victu, reuulsione, vacuatione, purgatione, & topicis qua variari debent pro 4. morbi temporibus, anni tempore, aetate, sexu, & vita genere. p. 872. 873. 874. 875. varie describuntur formula. ibidem.

FINIS.





Faint, illegible text, possibly a title or header.

Faint, illegible text, possibly a date or location.



Faint, illegible text, possibly a name or address.

Faint, illegible text, possibly a paragraph of a letter.

Faint, illegible text, possibly a signature or closing.

Faint, illegible text, possibly a footer or additional notes.

Faint, illegible text, possibly a date or reference.

Faint, illegible text, possibly a final line.

Faint, illegible text, possibly a stamp or mark at the bottom right.



BRICII
BAVDERONI D. M.
PRAXEOS MEDICINAE
TRACTATUS PRIMVS.

ARGVMENTVM.



ATEOR, & scio quamplurimos eosque
percelebres Aesclepiade natos, quos vel
Graecorum docta progenies tulit: vel ex-
stusosa educavit Arabia: vel Latium genuit
solum: aut nostra vidit Gallia solertes tra-
ctatus, integrâque volumina conscripsisse
de Febrium Theoria, & Praxi. In quibus
nihil forsan desiderabatur. Neque ibo inficias, multa in hoc
opusculo desiderari, si ad libellam doctiorum exigatur: ne-
que hic labor meus non exiguus (partu tamen difficilis) pal-
lentis inuidi dentibus denegabit materiem, hoc probè no-
ui: quoniam nullius scribendi methodum, sed meam sum
sequutus. Ratio quæ ad hoc negotium suscipiendum me
impulit, est duplex. Vna, est iuniorum medicinæ doctorum
ad praxim (quam vocant) accedentium, ignorantia, quos
passim cæspirare vidi magno mortalium dispendio in fe-
brium *ἄγνων*, differentis, causis, signis, *ἰατρικῆ* & *ἰε-
ρατῆα*: vt cautiores, & tutiores ad febricitâtium leuamen ac-
cederent, hunc Tractatum institui, quem si diligenti studio,
& frequenti, eaque assidua cogitatione reuoluerint, *ἴσ* gra-
tum, vtile, & benè acceptum iri spero. Quòd si aures nostras
beatit vtilibus ultra studebo. Altera mentis suppleuit fe-

μὲν.

brium frequentia in latitudine nostri climatis, in quibus curandis accersuntur medici. Verum ne quis à me expectet, varios rhetorum flexus & inflexus, tropos, aut inanem aliam quamlibet aurium voluptatem: Lacon ego, qui non in verborum ambagibus, sed in rebus & doctrina facili, solida, & breui laborem meditor: magistrum audio Platonem in Protagora, suumque libet *μὲν ἀγὰν*, osculari, ne illorum messes demetam, qui iuventutem in arte nostra exerceant obiciendo, enodando, conciliando varia locorum & opinionum dissidia quæ passim occurrunt, ardua superantibus & sperantibus me hoc onere (si placet) leuabunt, & quibus plus est otij, hoc negotium relinquo tractandum. Ne ergo in ipso statim limine breuitatem affectanti offundat *λογολαγροία*, æquum est dogmaticam accersere methodum: hincque laborem meum in duos Tractatus partiri. In priore agam de febribus essentialibus & symptomaticis tam in genere quam in specie: huncque partiar in sedecim capita. In primo agam de calore febrili: In secundo de differentiis febrium: In tertio, de earum diuisione: In quarto, de earumdem circuitu: In quinto, de febrium constitutione: In sexto, de febrium temporibus & diebus decretoriis. Septimus continebit canones aliquot in curandis febribus obseruandos. Febri Ephemera dabo octauum. Perstringet verò nonus febrem Synochum non putrem: vt decimus febres quæ sunt in humoribus inæqualiter putrefactis. Disseram tandem vndecimo de febribus continuis: Duodecimo de intermittentibus: & decimo tertio Confusarum, Erraticarum, & Compositarum febrium naturam satis intricatam enodabo. Postea 14. erit febrem hecticam definire, diuidere, nosce & medicari. Decimi quinti, malignas & pestilentes percurrere, vltimo verò capite febres symptomaticas relinquam, (vel saltem breuiter) explicandas.

In posteriore vero agam de Symptomatis, quæ non tantum febres (velut umbra corpus) subsequuntur: verum etiam quamplurima alia sumpta ab actionibus animalibus, vitalibus & naturalibus abolitis, imbecillibus & deprauatis quæ mortalibus internecionem adferre solent si negligantur, aut præposterè curentur: quibus quamplurimos morbos quæ in catalogo symptomatum censeri non debent miscuimus. Hic secundus tractatus est diuisus in 93. capita; incipiendo à

Symptomatis quæ proximè consequuntur febres malignas ac pekkiferas, qualis est bubo pestilens, anthrax, variolæ & morbilli puerorum, sudor morbosus, delirium, vigilia, somnus profundus, lethargia, vertigo. Denique persequar reliqua symptomata ac morbos à 'capite ad Ischiadem vsque. At rem auspice Deo optimo maximo mox aggrediamur.

De Calore Febrili.

C A P V T I.



FEBRIS dicitur à verbo ferueo: Est enim veluti *De nomine* feruor quidam quo corpus afficitur: Græci *πυρετός* appellant, ab *πυρ* τὸ *πυρέτω*, i. febricito, seu febre corripior: aliàs dicitur *πυρέξια*, ab *πυρ* τὸ *πυρ* καὶ *ἔξις*: i. igneus habitus, seu dispositio ignea. Interdum Hip. lib. 1. Epid. Comment. 3. textu 18. *πυρ* i. ignis nominare solet. Omnis quæ à ratione suscipitur, de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, vt intelligatur, quid sit id, de quo agitur, vt doctè scripserunt Plato dialogo *ἡεὶ καλῶ*. i. de pulchro, & post eum parens eloquentiæ Cicero, i. Officiorum.

FEBRIS est calor præter naturam, in corde (tanquam in proprio subiecto) accensus, primò & per se actionem ledens: *De definitione Febris.* qui mediante spiritu & sanguine per venas, & arterias in corpus vniuersum defertur. Hanc definitionem esse essentialem multi negabunt: quia calor non est in prædicamento substantiæ, sed qualitatis. Hæc ratio, non est satis firma: quia vnumquodque prædicamentum suum habet genus; suas differentias & species, vt ex præscripta definitione apparet. Essentiales definitiones, vt exacta elementorum permixtio, soli Deo & naturæ sunt cognitæ. At Philosophi cum medicis essentialem eam vocant, quæ propinquius ad naturam essentialium accedit, vt quum hominem definimus dicimus esse animal rationale, qua ratione differt à bruto, quæ illi soli, & semper cõuenit. Animal est genus quod prædicatur de pluribus differētibus specie in eo quod quid est, vt de homine, boue, leone, &c. Rationale est differētia, qua distinguitur à brutis. Sic censendum de definitione febris, in qua calor est

genus qui prædicatur de calore naturali & ascititio præter naturam in corde accensus, est eius differentia, qui omni, prope soli, & semper conuenit. Reliqua quæ huic definitioni adduntur faciunt ad eius elucidationem. Nihil igitur obstat, quin hæc definitio esse possit essentialis, vt ea quæ admittitur de homine. Sed in quo calore consistat febris paucis est dicendum.

Diuisio caloris.

CALOR omnis aut est naturalis, aut ascititius. Naturalis, aut est insitus, aut elementarius seu fluens. In neutro horum febris fieri non potest, quia insitus fouetur ab humido primigenio, cuius origo omnino est cœlestis, & semel depeculatus non refarcitur. Neque in elementario, eo quod sua temperie insitum adiuuat, fouet, & excitat ad concoquendum & assimilandum alimenta quæ in nostram substantiam conuertuntur. Hic calor fluens à medicis nominatur, quòd vnà cum spiritu & sanguine à corde per arterias venasque in corpus vniuersum diffunditur. Igitur calor febrilis est in ascititio, Gal. Comment. in lib. 6. Epid. Hip. textu 28.

Caloris ascititij diuisio.

HIC calor ascititius, est triplex. Primus (respectu aliorum) est simplex, qui solius est caloris exuperantia, hinc genitus quod calor elementarius seu fluens assiduo incremento de temperie & mediocritate decedens, plus nimio exuperat, & qui naturalis fuerat, sensim non naturalis euasit, vitiosus proinde, & iam naturæ infensus, actionesq; humanas impedit. In hoc calore ascititio fiunt febres ephemeræ & synochus non putris. Est alter calor à superiore diuersus, acris & mordax, ex putrescente materia prognatus, qui etiam non admodum sit ardens, quoniam tamen eius de qua prodiit, materix conditione redolet, præter naturam est, & insito calori grauis. In hoc calore fiunt febres putridæ, tam continuæ, quàm intermittentes, compositæ, erraticæ & confusæ.

TERTIUS calor ascititius, toto genere est malignus & perniciosus, quem pestilens venenataque materia fundit, non qualitatis exuperantia, vt prior, neque putredine, vt altera: sed totius substantiæ dissidio, vitali insitioque calori aduersus. Ex his concludo essentiam febris in calore præter naturam consistere, & definitionem nostram esse essentialem, licet sit in prædicamento qualitatis (quæ intendi & remitti potest) & omni prope soli & semper conuenit, & actionem primò & per se lædit. Si quis plura desiderat Gal.

& Hip. euoluæ monuméta primo & 6. Epid. Pauli Æg. Aëtij, Auic. Auerr. & reliquos ad quos lectores ablego. Multa sub hac re dubia enodanda relinqno, ne longior oratio nostra excurrat.

De Februum differentijs.

C A P. I I.



V M Febres omnes fiant à calore ascititio, & non à naturali, vt diximus cap. superiori, necesse est, vt earum differentiæ sumantur primo ab essentia caloris, deinde à subiecto in quò inest febris: vel ab ipso caloris motus modo: vel à causa morbifica: vel à materia: vel à symptomate.

PRIMA differentia sumitur ab essentia caloris præter naturam, in qua semper actio læditur quia recedit à statu naturali. Hic calor quo grauior & vehementior fuerit, eo maior febris censebitur. Veluti si *καυρός*: 1. ardens, quauis alia febre maior dicetur: quia calore suo intentiore reliquis febribus humoralibus acrior & mordacior apparet. Contra, si cum hectica conferatur, mitior dicetur, quod hæc cordis substantiã obfideat. Ille verò humores cordi propinquiores. Altera differentia febris quæ sumitur à subiecto in quò inest febris. Exempli gratia: Quo pars nobilior fuerit affecta, eo vehementior: veluti ea quæ fit ex Phrenitide, Peripneumonia, Pleuritide, &c. ratione partium affectarum, erit longè periculosior ea quæ inflammationem renum, lienis, aut pedis consequitur. Succrescit, ratione subiecti feb. erit proportionata, aut non: sic maior, aut minor censebitur. Vt causus erit proportionatus. In corpore calido & sicco, in ætate iuuenili, & in ætate media, aut regione calida & sicca, & per consequens minus periculosus, quàm non proportionatus, qui accideret in ætate senili, in corpore frigido & humido, in hyeme, in regione frigida & humida, vt doctè annotauit Hip. Aphor. 34. sect. 2. *Εν τῇσι νέουσιον ἥουσι ἂν οἰκείη τῆς φύσεως, καὶ τῆς ἡλικίας, καὶ τῆς ἐξέως, καὶ τῆς ὕλης ἢ νύκτος ἢ μᾶλλον, ἢ ὅσι, ἂν μὴ οἰκείη ἤ τι τούτων.* 1. Minus periculosè ægrotant ij, quorum vel naturæ, vel ætati, vel consuetudini, vel tempori

I.
Ab essentia. l.

2.
A subiecto. fo. 2.

3.
A caloris
motus mo-
do. 3.

familiaris morbus est, quam quibus horum nullo affinis cognatusque existit: quia magnitudinem causæ, & periculum arguunt. Tertia sumitur ab ipso caloris motus modo. Motus hoc in loco, nihil est quam transitus velox aut tardus qui fit de vno subiecto in aliud. Motus velox dicitur, quoties calor transit à subiecto crasso & denso, ad tenue: exēpli gratia: Quoties febris intermittens transit in continuam, aut in aliam putridam. Contra tardus quoties ephemera vel putrida degenerat in hecticā. Facilius enim spiritus incēduntur quam humores, & hi quam cordis, aut totius corporis pars solida. Simili ratione Synochus nō putris neglectus facile trāsit in putridam: sic de multis aliis febribus. Quarta differentia sumitur à causa effectrice, quæ triplex existit. Vna euidens, altera interna, & tertia occulta. Euidens, sumitur à sex rebus non naturalibus; nempe ab aëre nos ambiente calidiore, frig. sicciore aut humidior: à crapula, ab ebrietate, ab inanitione, vel repletione: aut à vigiliis immoderatis: aut à mensium vel hæmorrhoidarum suppressione, aut larga vacuatione: aut à motu corporis vel animi. Corporis, vt exercitium immoderatum, aut intermissum. Animi, vt ira, tristitia, &c. Causa interna, vt iugis fluxio, quæ ruit in pulmones aut ventriculum: meatum obstructio, cruditas, humorum putredo, &c. Causa denique occulta, gemina esse potest. Vna externa, & altera interna. Externa, vt contactus torpedinis aut alterius animalis, vel impurus coitus cum muliere impura. Aëris corruptio, pestis, labes. Vfus medicamentorum toto genere malignorum, & venenatorum: vt fungus, scilla vnica in planta prope Thermas nata, aut Colocinthis, aut Cucumer agrestis, Euphorbium, Thymelea: hinc febres Epidemicæ, Endemicæ, & Sporadicæ & pestilentiales, de quibus Hip. meminit in Epid. & post eum Gal. suis doctis commentariis.

4.
A causa
efficiēte. 4.

5.
A mate-
ria. 5.

Internæ causæ cognitio, est longè difficilior, quoniam præter putredinem, inest aura quædam venenata, quæ re vera sæpe nobis est ignota, siue pendeat ex elemento stellarum, quod Hip. Diuinum appellat lib. 1. progn. vt sudor ille Britannicus, qui non solum Angliam & Germaniam, sed & Galliam populatus est. Sic multæ aliæ febres malignæ & perniciosæ quæ multos iugularunt: quarum causa etiam Archiatri illius temporis fuit incognita. Quinta febrium diffe-

rentia, à tribus sumitur: nempe à materia quæ in spiritibus, vel in humoribus, vel in partibus solidis consistit. Hæc tria Hip. lib. 6. Epid. sect. vltima, textu 19. nominauit ἰσχυρὰ, ἢ ἐπισχυμῶσα, ἢ ὀρμητὰ σώματα 1. Continentia, contenta, & impetuum facientia. Continentia, sunt partes solidæ, in quibus fiunt febres hæcticæ, tam vniuersales quam particulares. Illa, primum cordis substantiam, deinde reliquarum partium æqualiter inuadit: hæc alicuius partis substantiam, primum ac per se oblidet, è qua tum cordi, tum reliquis partibus solidis impartitur, vt pulmone, septo transuerso, ventriculo, hepate, &c. Contenta sunt humores 4. qui peccant quantitate, aut qualitate. A quantitate, quoties hi 4 humores citra putredinem, in corde plus minus.ve accenduntur. Hinc epacmastica, acmastica & paracmastica. Ad qualitatem referuntur tactus, visus & gustus ex eodem Hip. lib. epidem. ad tactum pulsus: aliæ iudicantur mordaces: aliæ mites & veluti temperatæ, si cum aliis conferantur: aliæ rãgenti pulsum apparent humidæ, vt febres biliosæ, quales sunt tertiana, continua aut Causus: omnes sunt mordaces, & maxime circa morbi statum, & ante crislum. Mites, veluti febris Diaria vera, quæ sudore vel madore terminatur, vt Synochus non putris, & ἰλωδης: 1. humida, de qua neminit Gal. lib. contra Lycum. Omnes hæc febres respectu aliarum febrium dicuntur mites & temperatæ. Ad visum referuntur rubræ: vt Synochus non putris, qui fit à sanguine feruidiore. Albæ, vt Quotidiana: Liuidæ, vt Quartana, aut syncopalis aut pestilens: aliæ sunt aridæ & aspectu horribiles, vt hæctica secundi & tertij gradus aut colliquans. Ad gustum, aliæ dicuntur dulces: qualis ea quæ fit à pituita naturali; & sanguinæ plurimæ, quæ etiam post putredinem quandam dulcedinem retinent. Aliæ, amaræ, vt biliosæ: aliæ salis, vt ea quæ fit à pituita salis, & Causus Hybernus. De his plura Hip. lib. primo, tertio & sexto Epid. & Gal. in comment. textu 28.

ὀρμητὰ, 1. Impetum facientia spiritus vitales, animales & naturales. In spiritibus vitalibus fit Diaria, quæ est vnius diei, si spiritus sunt tenues: vel plurium, si sunt crassiores. De his plura vno loco. Aliæ febres dicuntur longæ: aliæ breues: aliæ diurnæ: aliæ nocturnæ: aliæ ordinatæ: aliæ inordinatæ: aliæ periodicæ: aliæ erraticæ pro statu ægrotantis, vel materiæ morbificæ qualitate, aut quantitate, aut motu. Hæc tenus de materia febrium.

ἰσχυρὰ.

ἐπισχυμῶσα.

ὀρμητὰ.

6.
A Symptomate. 6.

Sexta differentia, sumitur à symptomate, quoties viscus ali-

quod phlegmone tentatur. Huiusmodi febres semper sunt continuæ, siue sanguis, siue bilis, aut pituita præpollat. Si sanguis, Phlegmonodes: si bilis, Erysipelatodes & Typhodes seu ardens, nuncupabitur. Aliamque appellationem sortiantur à parte obsessa. Hinc Hepatica, Splenica, Cystica, Cynanchica, Phrenitica, Lethargica, Comatosa, Pneumonica, Pleuritica, Diaphragmatica, Hysterica, Stomachica, &c.

De Febrium diuisione.

C A P. I I I.



EBRES omnes cuiuscunque sint generis, sunt aut essentialis aut symptomaticæ, quarum differentias superiori capite dedimus. Essentialis, aut est simplex, composita, confusa, erratica, aut pestilens, aut particeps malignæ qualitatis. Simplex, aut est in spiritibus, aut in humoribus, aut in partibus solidis, in spiritibus potissimum vitalibus, deinde animalibus, & naturalibus, si qui sunt, fit Ephemera vera, quæ vnius diei est, vel plurium si spiritus sunt crassiores. In humoribus variæ generantur febres: quarum alix dicuntur continuæ: alix intermittentes. Continuæ alix fiunt ab humoribus non putridis: alix à putridis. In his humores putrescunt aut æqualiter: aut inæqualiter. Quæ fiunt ab humoribus non putridis fiunt à sanguine inflammato in corde à calore præter naturam, qui in maiores venas & in habitum corporis diffusus primò & per se actiones lædit. Hæc ab ephemera differt nomine & materia, & non re, neque curatione, quia vna fit in spiritibus accensis: altera in sanguine non putri. Ambæ fieri possunt ab iisdem causis nempe externis, & eadem methodo: iisdemque ferè remediis curantur, & sunt de genere continuarum, & vnicam habent accessionem, licet sint triplices, diuersis nominibus distinctæ. Vna, quum calor par sui que similis toto febris decursu manet, quantumque recens inflammatur, tantumdem protinus dissipatur, tunc à Græcis homotonos dicitur. Altera, quum recens inflammatio, quam dissipatio maior est: tunc calor incremento inualescit & Epacmastica, i. Increscens dicitur. Tertia, quum plus dissipatur, quàm recens inflammatur, sensimque declinat, quoad desinat, & ab iisdem

Simplex.

*De Syno-
cho non
putri.*

*Homoto-
nos.
Epacma-
stica.*

iisdem Græcis paracmacista nuncupatur: hæc synochus in septem dies extendi potest. Ephemera verò, tertium diem non transcendit, nisi spiritus sint crassi. Synocho non putri obnoxij sunt homines quadrati, & qui abundant sanguine, & qui opiparè, & desidiosè viuunt, & in regione calida & humida, & temperata, degunt. Vt plurimum; desinit cum sudore vel madore, vt Ephemera, quæ non vacat periculo si negligatur phlebotomia. Febrium (quæ fiunt in humoribus putridis) aliæ inæqualiter, aliæ verò æqualiter putrent. Si humores in magnis venis æqualiter putrent, sunt etiam continuæ, ex quibus tres consurgunt differentiæ, diuersis etiam nominibus distinctæ, vt in Synocho non putri diximus. Vna pariter homotonos dicitur, quoties putredo par suiq; similis toto morbi decursu manet, quantumque putrescit, tantumdem euacuatur. Altera, Epacmastice, quoties putredo ab initio ad finem vsque inualescit. Tertia paracmastice, quoties humor morbificus sensim ab initio ad finem vsque imminuitur. In his tribus per interualla nullæ apparent remissiones aut exacerbationes (quia humores in magnis vasis æqualiter putrent) veluti in ijs quæ inæqualiter putrent in iisdem venis, de quibus suo loco agemus: nullæque fiunt intermissiones, vt in febribus intermittentibus exquisitis, & durant, quoad putredo omnis euauerit. Notæ sunt similes, atq; in synocho non putri, sed magis sunt conspicuæ, eo quod à materia putri fiunt, illæ verò, à materia non putri, sed à caloris efferuescentia.

Paracmacista.

Qui in Synochum sunt propensissimi.

De Synocho putri.

Συνεχης à iunioribus medicis vsurpatur pro omni febre continua, quæ fit ab humore inæqualiter putrefacto in magnis venis ad differentiam *συνεχης* quæ idem denotat, si nominis Etymon spectes. Hæc Synechis seu continua, variam sortitur appellationem pro situ humoris, qui inæqualiter putrescit. Si in magnis venis cordi propinquioribus *Καύσος*, i. ardentem generabit. Si verò in alijs venis minus propinquis, continuam etiam procreabit, quæ denominationem sumet ab humore præpollente, videlicet, si bilis naturalis putrescit, fiet Synechis biliosa; quæ alternis diebus suas habebit exacerbationes & remissiones, & manè (præcipuè) fiet remissior, sine intermissione tamen, vnde tertiana continua.

De συνεχης

Si pituita naturalis in iisdem venis putrescit, fiet quotidiana continua, quæ pariter quotidie, stasis diei horis, suas

habebit remissiones & exacerbationes. Si humor melancholicus ibidem putrescit, generatur Quartana continua, quæ 4. quoque die exacerbatur & remittitur, sed non intermittitur. Inter febres quæ fiunt ab humoribus inæqualiter putridis, sunt nonnullæ aliæ quæ à continuis differunt materia, & situ, & intermittentes dicuntur: continuarum materia est naturalis; intermittentium verò est excrementitia. Situs, materia continuarum continetur in magnis venis: harum verò intermittentium, extra illas, quæ sunt scilicet in hepate, ventriculo, liene, intestinis, mesenterio, habitu corporis, ut si bilis excrementitia putrescit, tertiana intermittens nuncupabitur: quia tertio quoque die recurrit, incipit cum rigore, & interdum cum vomitu, si fuerit exquisita, cuius accessio est horarum duodecim, plus minusve pro copia bilis eam procreantis: soluitur cum sudore. Deinde desinit in apyrexiam seu in febricitationem: huius mali fomes est præcipue in hepate. Pariter si pituita excrementitia extra magnas venas putret, fit quotidiana intermittens, cuius accessio est horarum octodecim, ratione eius frigiditatis, crassitiei, & lentoris, & incipit cum frigore nasi, auricularum, manuum & pedum, & terminatur cum madore, & non cum sudore ut tertiana: huius scaturigo est ventriculus. Si pituita vitrea in iisdem locis putrescit, fit aliud genus febris, quam Græci ἡπίδαλις nuncupant: nomen deductum ab ἡπιος, i. mitis, & ἄλος, i. mare, quod navigantibus ab initio mite apparet, mox à procellis agitatedum horribile: sic hæc febris, quum inuadit, videtur mitis, ob id à multis infigitur: paulo post ægrum in varia discrimina præcipitat, vel (ut vult Ægineta lib. 2. cap. 26.) deducitur ab aduerbio ἡπιος, i. leniter, & ἀλεῖνα, i. calfacit: huic generi referri possunt ea quæ fit ex rhennate, & ea quæ virginum scædos colores comitatur: plura suo loco.

Si humor melancholicus excrementitius ibidem putrescit, incipit cum horrore, & interdum cum vomitu, ut tertiana, & eius accessio est horarum duodecim plus minusve pro humoris quantitate, & quarto quoque die recurrit, ob id quartana dicitur, quæ februm omnium est longissima, & suam sedem habet in liene. Hactenus de febribus quæ fiunt in humoribus inæqualiter putridis tam continuis quam intermittentibus. Quoniam Hip. & Gal. Quintanæ, Sextanæ, Septanæ & Nonanæ meminerunt in epid. nouum genus humo-

ris ob id non est constituendum, sed ad quartanam sunt referendæ, & eadem methodo sunt curandæ: in eo tantum differunt, quod quintana fit ab atra bile & omnium deterrima, & periculi plena, & eius essentia, quam alix febres est maior. Gal. comment. in sect. 3. lib. 1. Epid. reliquæ verò sunt ab humore melancholico. Hæctica, inter febres (licet sit in partibus solidis) simplices reponenda est. Differt à pestilente, quod expers sit venenatæ aut malignæ qualitatis: ab humoralibus, putredine.

De feb. hct.

Pestilens febris pariter inter febres simplices enumeranda, à quibus discrepat qualitate venenata, contagiosa, & perniciosa qua pollet, & substantiam nostram contaminat. Inter malignas febres numerari possunt, quæ sunt à bile tum vitellina, tum æruginosa, & prassina, de quibus meminit Gal. comment. in aphor. 1. sect. v. Hip. Et post eum Auenzoar lib. Theisir inscripto, & Auerroës lib. 3. cap. 3. collect. Contra, fieri posse negat Isaac Israëlita lib. 5. febr. cap. 7. Leipyria quoque inter malignas febres reponitur ab Hip. in epid. & progn. 2. lib. 3. & Gal. comment. suis in hos libros.

De leipyria.

A causo exquisito differt malignitate, & semper est lethalis, auctore eodem Gal. comment. in aphor. 48. sect. 4. & c. 4. lib. de inæquali intemperie, hæc quarto die; aut citius hominem iugulare potest, & sequitur magnas viscerum inflammationes: Gal. lib. 2. oriseon. Hactenus de febribus simplicibus.

Composita febris dicitur, ea quæ fit vel ex duabus intermittentibus mixtis, ut duplex tertiana: duplex & triplex quartana: vel ex continua & intermittente, ut hæmitritæos: hæctica cum putrida, compositam constituunt febrem: sic de multis alijs febribus censendum.

De febre composita.

Confusa, dicitur, quoties duo vel tres humores simul putrescunt, siue in magnis venis, siue extra illas simul, & in eodem loco putrent, simul incipiunt, simulque desinunt. Hæc mixtio non compositam febrem, sed cōfusam generant: nullaque seorsum internosci potest, quod signa sint valde confusa, vnde illi nomen. Exempli gratia: bilis cum pituita in magnis venis simul putrent, erunt duæ continuæ in eodem loco, quæ confusam & non compositam constituent. Contra si ijdem humores cum melancholia in minoribus venis simul & in eodem loco putrent, erunt duæ vel tres intermittentes,

De confusa.

quæ mixtæ pariter confusam, & non compositam febrem constituent. Sic duplex tertiana continua, erit confusa, & non composita: quia materia putris continetur in eodem loco.

Decerratica Erratica seu inordinata febris, ea dicitur, quæ nullum typum, seu ordinem aliarum febrium simplicium seruat: qui humor putret in diuersis locis, & mouetur de vno loco in alium: hinc accessionum diuersitas: modò 4. modò 8. dies, modò plures intermittit, deinde recurrit. Huiusmodi febris aliquando præoccupat, & *περυσμεία* à Græcis dicitur: Aliàs tardius mouetur, & retardans nominatur. De his plura suo loco. Hastenus de febribus essentialibus. Nunc de symptomaticis.

Symptomatica febris licet continua sit, à prædictis discrepat, quod materiam contentam in venis maioribus non habeat, neque exacerbationes neque remissiones: sed pendet ex inflammatione partis quam obsidet, vnde illi nomen, vt annotaui sub finem cap. 2.

De Febrium circuitu.

C A P. IV.



CIRCVTIVM febrium intermittentium disquisitio, non est parui momenti inter doctos. Alij, alia probant aut improbant: sic quisque suos fouet manes. Relictis illorum argutijs: quid super hac sententiam, forsàn alienum haud erit meam proferre sententiam: vbi nonnulla præmisero, quæ in rem præsentem ad sequentium elucidationem faciunt. Partes omnes totius corporis, 4. facultatibus sunt dotatae, nempe attractrice, retentrice, alteratrice, & expultrice. Hæ quamdiu inculpatæ manent, homo prospera fruitur valetudine. Contrà varijs morbis afficitur, quoties vna alteram vincit. Veluti si aliquod excrementum cuiquam parti inhæreat, & ab ea non expellatur, ob eius imbecillitatem, est illi onerosum, quia non diffiatur, neque mouetur, vel ob eius frigiditatem, vel crassitiam, vel lentorem, ob

struentem meatus per quos illud excrementum expelli deberet, putrescit, & morbum cōcitat. Calor ex putredine contractus, cordi valde est infensus: Isque spiritus primò quia tenues: demum humores, quia sunt crassiores: postremò partes solidas occupat, & infestat. Hic calor à corde per arterias in corpus vniuersum diffusus febrem generat & actiones interpellat.

Causa breuitatis aut longitudinis, anticipationis, aut tardationis circuituum sumitur à sex: nempe ab humoris specie, quantitate, qualitate, corporis habitu, virium dispositione, & febrium implexu.

In corpore sunt 4. humores, quorum vnus alium superat *Ab humo-* quãtitate & qualitate, vt si sanguis purus in magnis venis *re, 1.* putrescit (qui calidus est & humidus) *oureyx* parit continuam. Si extra illas intermittentem procreat.

Tenuior eius pars vertitur in bilem, & crassior in melancholiam, vt docte annotauit Alex. Aphrod. in suis problematis. Altera causa circuituum pendet ex qualitate humoris & partis imbecillitate, in qua excrementum continetur: vt pituita post sanguinem alios humores superat quantitate, & qualitate sua est frigida & humida, crassa & lenta; qualitate sua frigida, putredini resistit, & sua crassitie & lentore, non ita facile resoluitur vt sanguis: hinc accessionum longitudo. Et ratione reliquiarum, & partis imbecillitate in eam nouum excrementum impellitur, & inde noua suscitatur accessio, quæ quotidie recurrit.

Bilis autem flaua in parte aliqua si putrescit, id præstat, sed difficiliùs quàm pituita, ob suam siccitatem, qua potentiùs putredini resistit: Et quia humor est tenuis, & non crassus, longè faciliùs resoluitur quàm pituita, & minus reliquiarum in parte affecta remanet: hinc fit, vt accessiones citiùs (quarum est causa) desinant in apyrexiam, & maius interuallum ad nouam accessionem requiritur. Quia verò pars à priore excremento, est facta imbecillior, faciliè nouum excipit, & putrescit, vt prius, nouamque accessionem non prius aut tardius efficit, quam tertio quoque die, & est horarum 12. eaque tertiana nominatur, quod tertio quoque die recurtat.

Melancholicus succus, pariter in aliqua parte retentus, non ita faciliè putret, vt alij humores, qualitatibus duabus,

quibus putredini resistit: nemper frigiditate & siccitate. Ob id per biduum intermittit, & quarto quoque die recurrit. Licet prior materia euacuetur: in parte tamen remanet imbecillitas & dispositio (vt in tertiana diximus) ad recipiendum nouum humorem, ex quo noua accessio consequitur: quæ sic 4. quoque die recurrit vt dixi. Huiusmodi accessiones (vt plurimum) sunt horarum 12. interdum longiores, alias breuiores pro humoris quantitate partem affectam lacessentis, & grauante.

*Contrahæ
sensationem
2.*

Quantitas humoris seu magna seu parua fuerit, causa longitudinis, aut breuitatis: anticipationis, aut tardationis accessionum esse non potest sola. magna quidem partem degrauat, & parua citò resoluitur. Veruntamen ea sola non videtur efficiens causa: quia isdem motus non minus obseruatur in parua, quàm in magna quantitate. Quod ita sit, Bilis aut melancholia in quauis corporis parte reperiantur & putrescant, certum est non tardius neque citius moueri bilem, quam tertio quoque die, neque melancholiam quam quarto. Igitur humoris quantitas sola esse non potest circuitus, longitudinis, breuitatis, aut anticipationis, aut tardationis accessionum febrilium.

*A qualitate
se 3.*

Sed potius eius qualitas, causa esse potest longitudinis, breuitatis, anticipationis, aut tardationis accessionum. Quod ita sit, Epilepsix insultus non prouenit tantum ab humoris quantitate, sed ab eius qualitate cerebro infensa. Sic mulierum menses, qui statis mensibus & diebus fluunt non sanguinis quantitate, sed qualitate, siue pauci, siue multi fuerint, nisi quid naturæ ordinem interpellat. Sic de humoribus censendum, in quibus inest quædam qualitas nobis occulta, quæ efficit, vt pituita quotidie: Bilis flaua tertio: & melancholia quarto quoque die excandescat & moueatur. Pro fautore huius doctrinæ habeo Hip. in proœmio lib. 1. progn. qui sic est vaticinatus: ἀμὰ δὲ καὶ τὸ βίον ἐστὶν ἐν τῶν νόσων. Diuinum interpretatur Arist. lib. 2. de Generatione animal. c. 3. quod proportionem respondet elemento stellarum. Elementum autem stellarum dicitur, quod supra quatuor elementorum vires & ordinem impertitur, vixque vlla mentis acie comprehendi potest.

*Ab habitu
corporis 4.*

Habitus corporis, seu densus, seu rarus fuerit, causa esse potest longitudinis, aut breuitatis accessionum. Anticipatio

aut tardatio accessionum referri potest vel ad materiæ substantiam, vel ad multitudinem aut paucitatem. Substantia, aut est crassa, aut tenuis. Si crassa & lenta, longiores: si tenuis, breuiores erunt accessiones.

Si à multitudine aut paucitate: facilius pauca quàm multa dissipatur & resoluitur. Ex his duobus anticipatio aut tardatio accessionum fieri potest. Quinta causa circuituum sumitur à viribus. Si facultas altrix & expultrix cuiusque partis valida est, omne excrementum in partes à natura destinatas expellit. Contra si ambæ sunt imbecillæ, illud remanens sensim putrescit, quia non diffilatur, sic citiùs, aut tardiùs mouetur pro eius qualitate aut quantitate, aut vtrâque simul, sunt paroxysmi longiores aut breuiores.

Implexus febrium, ordinem circuituum mutare potest: quia aliæ sunt ab humore frigido, crasso & lento: aliæ à calido & tenui: sic vnus citiùs, alter seriùs mouetur, corrumpitur & resoluitur. hinc accessionum breuitas aut longitudo. Succrescit victus ratio intempestiua aut praua, aut optima si fuerit, iuuat aut officit: necnon intemperantia ægri, aut si est medicinæ præceptis inobediens; hæc sunt causæ longitudinis aut breuitatis morbi, anticipationis aut tardationis circuituum.

Causa putredinis efficiens, aut est externa, aut interna.

Externa potissimum pender ex alimentis corruptis, aut prauis succi, quæ nullo modo naturæ beneficio emendari possunt: & quæ facile corrumpuntur, & viscera afficere. Causa interna pender vel ex obstructione, vel putridorum occurso. Obstructio ab humoribus crassis viscidisque facta, perspirationem impedit: perspiratione impedita, humores retenti, & non diffilati neque refrigerati, facile putrescunt quamuis probi: hinc febris consequitur. Eandem vim obtinet obstructio quæ fit ex plenitudine vasorum, & quæ supra vires existit.

Idcirco putrescunt, quod nequeant concoqui, neque regi à viribus imbecillis. Occursus putridorū, spiritus primum, deinde humores ipsos corrumpunt: vt acris halitus, vaporisque putredo, inspiratio velox ex scabis, lue venerea, elephantiâsi, vel febre, seu putrida seu pestilente fuerit.

à viribus

5.

Ab imple-
xii 6.

De victu.

De causa
putredinis

De Februm constitutione.

CAP. V.

*Kαταστάσις quid.
4. Morborum temporum cognitio est medico necessaria.*

Vnde peccantur signa 4. temporum morborum salubrium.

Idæa morbi vnde peccantur. 1.

BReuiloquus noster Hip. Aphor. 12. sect. 1. morborum tempora ad duo est complexus: nempe ad *καταστάσις*, & ad *παροξυσμός*. De illa in hoc capite: de hoc in sequenti agemus. *Καταστάσις* interprete Gal. lib. 1. de crisi bus cap. 4. est totius morbi constitutio seu duratio 4. temporibus conscripta: quæ sunt Principium, incrementum, status & declinatio: quorum cognitio & distinctio, medico sic est necessaria, ut horum ignoratione non possit futura prædicere, neque videtur, aut remedia ut decet ex Hip. testimonio præscribere. De videtur instituendo, legantur Aphor. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 19. sect. 1. & lib. Progn. & post eum Gal. & Arabum familia, & neotericorum peritiorum scripta. De medicamentis instituendis legatur Hip. sect. 2. Aphor. 29. & 30. & Aphor. 24. sect. 1. & Aphor. 10. sect. 4. Hæc quatuor tempora pertinent ad febrem, & ad causam morbificam, & ad symptomata, quæ tria præter naturam, habent rationem lædentis, ut scripsit Gal. lib. 1. de Crisibus. Signa horum temporum vniuersalium sumuntur ex *ιδæα*, seu specie morbi, ex motu morbi, ratione accessionum: ex figura corporis, ex ægri viribus: ex anni tempore, & ætate ægri, ex pulsu & rigore, ex hora accessionis, ex symptomatum vehementia in accessionibus: ex longitudine aut breuitate accessionum, ex dispositione euacuationis, & ex cruditate vel coctione vinarum & humorum morbos efficientium. *Idæa* morbi seu species potissimum sumitur ex motu. Nam motus velox, significat statum cito futurum, tardus, tardum. Sic febris ardens, ratione suæ essentia, dicitur vehemens, & cito peruenit ad statum: sic febris pestilens ratione facultatis regentis, etiam dicitur vehemens, quæ cito peruenit ad statum. Pariter inflammatio pulmonum, ratione dignitatis, etiam cito peruenit ad statum.

2. Ratione accessionum, signa, si breues proximus erit status: si longæ, tardus.

3. Signa

3. Signa sumpta à figura corporis, si facies cum hypochondrijs cito extenuatur denotat febrem esse acutam, & velocis motus. Contra si corpus non minuitur, signum est longitudinis, ex Hip. Aphor. 28. sect. 2.

4. Ab ægri viribus signa longitudinis aut breuitatis morbi sumuntur. Nam si ab initio plus iusto debilitantur, denotat morbum esse acutum & velocis motus. Contra, morbus erit diuturnus.

5. Ab anni tempore, ætate, regione, consuetudine & ægri victu, sumuntur etiam signa longitudinis, aut breuitatis morbi. Si omnia consentiant morbus erit brevis: contra si dissentiant erit longus. Vt exempli gratia: Adolescens biliosus, ætate media, in regione calida, opiparè viuens cibus boni succi, & meraco vtatur, si tertiana corripitur, citius finietur, quam si esset senex, in hyeme, & regione frigida, qui nutriatur cibus frigidis & humidis: si enim eadem tertianaprehendatur, tardiùs finietur: sic quotidiana hyemalis longior erit æstiuæ.

Hip. Aphor
34. sect. 3.

6. Ex pulsu quoque sumuntur signa longitudinis aut breuitatis: vt si frequens, velox & magnus fuerit, febrem acutam & velocis motus denotat.

7. Rigor febrium longus, longitudinem significat, quia humor putrescit extra venas maiores. Contra, si brevis fuerit.

8. Hora inuasionis, longitudinem aut breuitatem morbi indicare potest. Si semper est eadem, morbus futurus est longus: quia denotat humorem esse fixum, & difficilis eradicationis. Contra, si anticipat, aut tardat, breuior erit, & faciliùs eradicabitur. Quantitas materiæ, causa esse potest anticipationis, vt paucitas tardationis.

9. Vehementia symptomatum in accessionibus, indicat materiæ morbificæ vehementiam & motum velocem.

10. Duratio accessionum, si posterior est priore longior, augmentum morbi. Contra, si breuior declinationem indicat.

11. Dispositio euacuationis, si in priore accessione fit euacuatio per sudorem, & sequens est æque longa, ob materiæ quantitatem longitudinem denotat.

12. Vrina ab initio cocta si appareat, febris erit brevis: contra longa si est cruda: quia vrina iudicat de febribus seu

De signis
sumptis ab
vrina.

continuis, seu intermittentibus. Urina dicitur tenuis, in qua nulla contenta apparent, cum colore albo, cruditatem præ se fert. Contra, si mediocriter crassa, & contenta alba, læuia, & æqualia sunt, coctionem denotat, & febrem futuram breuem.

*De signis
sumptis
quum ma-
teria est
extra ve-
nas.*

*Februum
tempora 4
vt distin-
guenda.*

Si materia non est contenta in venis seu maioribus seu minoribus, sed in ventriculo: ex alui deiectionibus signa sunt petenda longitudinis aut breuitatis. Si ex instrumentis respirationis, ex sputo sunt petenda. Si ex habitu corporis, ex sudore. Hip. lib. 1. & 2. Prognosticorum. Vt hæc 4. tempora in genere distingui possint, nonnulla exempla morborum particularium subiiciemus, vt simili modo quisque in reliquis se exerceat. Principium febris dicitur esse, quoties humor in quo febris consistit est crudus. Augmentum vbi concoqui incipit. Vigor seu status totius morbi est vehementissimus, vbi maxime concoctus apparet. Declinatio, vbi symptomata minuuntur. Et vt paucis dicam: concoctio obscura principium, augmentum manifesta, perfecta statum determinat.

*Phlegmo-
num tem-
pora 4. vt
distinguen-
da.*

*Ophthal-
mie 4.
tempora.*

Phlegmones principium, est quando pars sanguine impletur: augmentum, quum fluxus cessat, & sanguis in phlegmone collectus putrescit & calor fit à putredine: & à calore fusio maior, magis partem distendens, etiam si nihil amplius affluat. Vigor, dum pus conficitur, & dolor ac febris maior. Declinatio, vbi pus effluit aut digestum resoluitur. Ophthalmie principium, est quando humor copiosus, tenuis, & crudus defluit: augmentum, quando humor crassior, & habet signa quædam coctionis. Status, quando humor adhuc crassior & parcior existit, & quum dormientium palpebræ modo glutinantur. Declinatio est quando omnia sunt solito tranquilliora. Sine harum temporum distinctione remedia ab Hip. enunciata Aphor. 31, sect. 6. in hac curanda locum non haberent.

*Vlceris te-
pora 4. vt
distinguen-
da.*

*Catarrhi
tempora, vt
distinguen-
da.*

Vlceris principium, est quando sanies aquosa, tenuis & incocta manet. Augmentum, si eadem est parcior & crassior. Status quando pus est tenue: album & æquale; crassum & paucum declinatio.

Catarrhi principium, dicitur quando humor è cerebro per palatum aut nares copiosius fluit aquosus, tenuis, acer, cruditatis est signum. Augmentum, quum parcior, crassior, &

minus est acris. Status, quum hæc sunt meliora. Declinatio, dum optima.

Sic humoris quantitate & qualitate tempora 4. cruditatem & coctionem declarant. Hæc 4. tempora, totius morbi vniuersalia, non sunt semper æqualia, nec certo dierum numero comprehensa: non tantum in diuersis morbis, sed nec in eodem morbo quoque, vnum altero nunc longius, nunc breuius, nec semper æquale. Præter dicta temporum signa, morbi augmentum declarat accessionis anticipatio: vt declinationem tardario: non tamen omnis neque sola.

Nam quædam quotidianæ, tertianæ & quartanæ, ab initio ad integram solutionem (ob morbi quandam proprietatem) perpetuo anticipauerunt: vt aliæ perpetuo tardauerunt. Si accessio anticipat, & solito sit longior & vehementior, & intermissio breuior, impurior, & calor febrilis auctior, & symptomata quæ illam comitantur grauiora, statum denotant. Contrà, si accessio breuior, tardior, simplicior & symptomata minora declinationem totius morbi arguunt. Similis est obseruatio symptomaticarum febrium, quæ fiunt ex viscerum inflammatione, quæ concurrunt cum phlegmonum temporibus. Hæc sunt intelligenda de morbis salubribus, & non de insalubribus, qui omnia tēpora non percurrunt manifesta. Quoniã alij interimunt in principio: alij in augmento: alij in statu, & nunquam (aut raro) in declinatione: nisi dum malignus fuerit morbus, & vires aded imbecillæ, vt expellere non possint humorem morbificum, licet concoctum appareat. Si quis plura desiderat, euoluat lib. Gal. de totius morbi temporibus, & lib. i. de Diebus Decretorijs, & i. de Crisibus ad quem lectorem ablegamus.

De 4. Morborum temporibus in Specie.

CAP. VI.



Vperiore cap. in genere ex Hip. diuisione egimus de *κατάστασις*, seu totius morborum constitutione. Nunc de *παροξυσμὸς* seu accessione nobis est agendum: Vbi prius dixerimus quid sit tempus, quid sit paroxysmus, seu periodus, seu circuitus, quid typus, & in quo differant Tempus est numerus motus, seu mensura secundum prius & posterius ex Arist. lib. 4. Physicorum c. 11. Gal. lib. de optima Secta ad Trasylbulum paulo aliter describit: ait enim tempus esse materię morbificę alterationem, vel à calore naturali, vel contra naturam factam quum morbi tempora secundum essentiam metimur per mediam passionem illatam in viuentes nostri corporis partes: illa vero quoad coctionem.

Tempus
quid.

Periodus
quid.

Typus feb.
quid.

Quum materia mouetur de vno loco in alium, tunc paroxysmus dicitur in 6. tempor.

Accessionum febrium diuisio.

Periodus est tempus intermissionis & remissionis, quum febris ex vno loco ad eundem redit. Verbi gratia. Si febris tertiana incipit hora decima cum rigore, & tertio die eadem hora redeat cum rigore, erit tertiana intermittens. Si cum frigore febris incipit, erit quotidiana intermittens. Si cum horrore, quartana. In periodo, seu paroxismo, seu circuitu clauditur typus, qui nihil aliud est, quam ordo intensionis & remissionis in periodo cōprehensus, authore Gal. l. de typis, qui morbi tempora & specie denotat. Materia febrium intermittentium interdum mouetur de vno loco in alium: aliàs non mouetur: sed quiescit in parte, vt docet Gal. cap. vltimo lib. de differentijs Febrium. Tempora Feb. intermittentium sunt 6. quum materia mouetur de vno loco in alium ex Gal. lib. de morborum temporibus cap. 5. Tunc paroxysmus diuiditur in principium, nempe, in æqualitatem, incrementum, statum, declinationem, & integritatem seu interuallum.

Accessio seu paroxysmus, diuiditur in accessionem, quę est totius circuitus pars deterior: incipiens à prima inuasionem

ad statum vsque durans & remissionem, quæ est pars benignior, authore Gal. comment. in Aphor. 12. sect. 1. & cap. 3. 4. 5. lib. de morborum temporibus. Ad accessionem pertinent quatuor priora tempora: ad remissionem duo posteriora. Hæc 6. tempora nunc sunt explicanda.

1. Principium, est quando materia incipit moueri, & natura nondum cœpit agere in materiam.

2. Inæqualitas, quando materia incipit putrescere, & quum putridæ fuligines cor petunt, & calor febrilis diffunditur extra cor, & dum expanditur febrilis calor natura aggreditur pugnam aduersus materiam.


3. Augmentum est quum calor æqualiter est expansus per omnes partes, & gradus caloris intenditur, & virtus reagit in materiam morbificam.

4. Status est quum in calore febrili, omnibus modis est æqualitas, id est, quando calor per omnes partes est extensus: & gradus est æqualis.

5. Declinatio verò, est quando inæqualitas in calore secundum gradum, seu quum calor minuitur, & natura vincit, & calor febrilis deserit cor, & inuadit extrema & pedes.

6. Integritas, est quando febris non adest. Hæc tamen sex tempora ad 4. reduci possunt: quia inæqualitas est pars prior ad principium: posterior ad augmentum reducitur. Integritas verò non est tempus febris, sed periodi. Hactenus de febre in qua materia mouetur de loco ad locum. Iam verò nobis est agendum de materia quæ non mouetur, sed in parte retinetur: in parte, vel ob eius imbecillitatem quæ eam nequit expellere, ob id putrescit, & febrem putridam parit, quæ intermittit quidem, eadem materia euacuata. Sed quia in eadem parte remanet imbecillitas & seminaria quædam prioris materiæ, vt aliàs diximus, illa pars nouum excrementum facile suscipit, quod corruptum nouam accessionem accersit. Gal. loco cit. & lib. 2. de differentijs febrium. Principium harum accessionum, est quum superfluitas putrere incipit. Augmentum quando fuligines materiæ putridæ cor petunt, & humores in eo contenti accendantur, & calidum ipsius innatum igneum reddunt: hinc febris auctio. Status est quum feruoris calor ad summum est perductus, & summa est pugna inter calorem febrilem & naturam. Declinatio est quum na-

*Tempora
febriliu pu-
tridarum in
quibus ma-
teria non
mouetur de
vno loco in
alium sunt
4. tantum
& non 6.
vt in ea in
qua moue-
tur mate-
ria.*



*Signa di-
stinctiua 4
temporum
harum fe-
brum.*

tura superat calorem igneum, & expellit (si materia est tenuis) per sudores, & cutis pori patent, & facultas expultrix est robusta; vel per vrinas, si earum ductus sunt aperti. Contra per podicem si eadem materia est crassa, qui est destinatus à natura ad excrementorum reiectionem. Principiū harum febrium quarum materia non mouetur de vno loco in alium, cognoscitur ex pulsu raro, tardo & veloci. Ex colore plumbeo & subliuido, & frigore extremitatum. Ex pigritia, tristitia, & dolore, & somno profundo, dum calor retrahitur ad cor, cerebrum refrigeratur: ex palpebris, quas ægri attollere vix possunt: qui materiam extra mouet, & partes molestat. Ex saliuà à concussione facta ex rigore, vel horrore, ratione materię saliuialis, quæ residens in glandulis circa linguę radicem exprimitur. Tussis sicca fit, quum tenuior pars humiditatis, in asperam arteriam defluit: tunc tussis est inanis, & sine effectu, & ægri grauius afficiuntur quam in augmentum iudicatur ex pulsu magno, frequenti & calore expanso ad omnes partes. Status iudicatur, è summo calore consistente, qui nec augetur, nec minuitur à vehementia symptomatū, & ex pulsu maiore, velociore, & solito frequentiore. Si declinatio tendit ad interitum (quod rarum est, vt diximus) pulsus est debilis, inæqualis & inordinatus. Contra, si ad salutem, omnia symptomata remittuntur, vires in dies ab alimentis reficiuntur.

*Diaria fe-
bris vnde
modo longa,
modo bre-
uis.*

*Quas fe-
bres humo-
res circa
putredinẽ
creare pos-
sunt.*

Hæc 4. tempora obseruantur tam in salubribus febribus, quam insalubribus, sed varia ratione capite 3. harum lucubrationum, dixi febres salubres fieri vel in spiritibus, vel in humoribus, vel in partibus solidis. In spiritibus fit Diaria, cuius tempora non sumuntur à materia, neque à symptomate, sed ab essentia caloris præter naturam in spiritu vitali cordis accensi. Tota huius febris accessio est horarum 24. interdum breuior, sæpe longior, ob caloris febrilis paruitatem, vel spirituum crassitiem, vel virium imbecillitatem, vel cutis densitatem: quæ si exquisita fuerit, breui tempore sua 4. tempora percurrit. Δις ἡ τρις τὸ χαλδὸν Plato. Humores citra putredinem inflammari possunt, & febrem continuam creare, quæ vnicam habeat accessionem, eamque longiorem quam Diaria. Huius tempora 4. sumuntur ab eius essentia, & à materia, nempe à sanguine feruidiore actionem lædente, siue homotonos, siue epacmastica, seu paracmastica fuerit. Hæc 4.

tempora distingui possunt, licet breuius, & eius materia non moueatur de loco ad locum, sed quiescit.

Nunc disquirenda sunt signa quibus 4. tempora febrium quæ fiunt ab humoribus æqualiter putridis, quarum materia non mouetur, sed quiescit in venis ab inuicem distinguenda. Deinde de ijs quæ inæqualiter putrent. De illis primò agam, quorum materia putrescit in magnis venis. Si æqualiter triplex consurgit febris continua, quæ pariter ad integritatem non peruenit & vnica accessione soluitur, nec periodos habet, suâque quatuor tempora percurrit, quæ distingui possunt. Vna, quum toto morbi decursu, par est modus putredinis, homotonos à Græcis nominatur: Altera, quum plus putrescit, quam dissipatur, epacmastica: Tertia, quum minus putrescit quam dissipatur, paracmastica illis dicitur: harum 4. tempora distinguuntur ex earum intentione aut remissione, & putredine.

Si humores qui in magnis venis continentur inæqualiter putrent, aut est sanguinis pars tenuior, seu biliosus qui putrescit, & fit tertiana cōtinua, aut pituita seu sanguinis pars crassior, putret, tunc fiet quotidiana continua. Si verò pars sanguinis crassior, ibidem putrescit, fiet quartana continua, vt fusius suo loco dicemus. Harum febrium tempora ex enumeratis distingui possunt. Si humores putrescūt, extra illas maiores venas, erunt intermittētes, & eorum 4. tempora erunt euidentiora quam in continuis: quia materia mouetur de loco ad locum, & soluuntur vrinis, sudoribus, vomitu, & alui deiectione.

De febribus que fiunt ab humoribus inæqualiter putridis in magnis venis.

Febres insalubres rarò 4. habent tempora: quoniam nonnullæ hominem de medio tollunt in principio, quando sunt peracutæ, & vires debiles: Aliæ in augmento, si ægri vires sunt validiores. Aliæ in statu, quum adhuc sunt validiores, & febris minus acuta, vt docet Gal. lib. 1. de Crisibus cap. 2. In declinatione vniuersali nemo moritur ex Hip. lib. 7. Epid. sect. 2. textu 45. scribente πεπόμενοι ταχίστην κρίσις & ασφαλίην ἰγυῖν σμαίνουσιν: 1. Coctiones celeritatem indicationis, & securitatem sanitatis significant. Et post eum Gal. loco citato, & lib. 3. de Crisibus cap. 5. & 9. Ratio est, quia in declinatione paroxysmi materia morbifica potest esse nondum victa: sic mors subsequi, vel à facultatis imbecillitate, vel humoris morbifici maligna qualitate & quantitate qua obruitur na-

Febres insalubres rarò habent 4. tempora.

*Signa dis-
tinctiua 4
temporum
harum fe-
brium.*

tura superat calorem igneum, & expellit (si materia est tenuis) per sudores, & cutis pori patent, & facultas expultrix est robusta; vel per vrinas, si earum ductus sunt aperti. Contra per podicem si eadem materia est crassa, qui est destinatus à natura ad excrementorum reiectionem. Principiū harum febrium quarum materia non mouetur de vno loco in alium, cognoscitur ex pulsu raro, tardo & veloci. Ex colore plumbeo & subliuido, & frigore extremitatum. Ex pigritia, tristitia, & dolore, & somno profundo, dum calor retrahitur ad cor, cerebrum refrigeratur: ex palpebris, quas ægri attollere vix possunt: qui materiam extra mouet, & partes molestat. Ex saliuua à concussione facta ex rigore, vel horrore, ratione materiæ saliuualis, quæ residens in glandulis circa linguæ radicem exprimitur. Tussis sicca fit, quum tenuior pars humiditatis, in asperam arteriam defluit: tunc tussis est inanis, & sine effectu, & ægri grauius afficiuntur quam in augmentum iudicatur ex pulsu magno, frequenti & calore expanso ad omnes partes. Status iudicatur, è summo calore consistente, qui nec augetur, nec minuitur à vehementia symptomatum, & ex pulsu maiore, velociore, & solito frequentiore. Si declinatio tendit ad interitum (quod rarum est, vt diximus) pulsus est debilis, inæqualis & inordinatus. Contra, si ad salutem, omnia symptomata remittuntur, vires in dies ab alimentis reficiuntur.

*Diaria fe-
bris vnde
modo longa,
modo bre-
uis.*

*Quas fe-
bres humo-
res citra
putredinē
creare pos-
sunt.*

Hæc 4. tempora obseruantur tam in salubribus febribus, quam insalubribus, sed varia ratione capite 3. harum lucubrationum, dixi febres salubres fieri vel in spiritibus, vel in humoribus, vel in partibus solidis. In spiritibus fit Diaria, cuius tempora non sumuntur à materia, neque à symptomate, sed ab essentia caloris præter naturam in spiritu vitali cordis accensi. Tota huius febris accessio est horarum 24. interdum breuior, sæpe longior, ob caloris febrilis paruitatem, vel spirituum crassitiem, vel virium imbecillitatem, vel cutis densitatem: quæ si exquisita fuerit, breui tempore sua 4. tempora percurrit. Δις ἡ τεῖς τὸ χαλδόν Plato. Humores citra putredinem inflammari possunt, & febrem continuam creare, quæ vnicam habeat accessionem, eamque longiorem quam Diaria. Huius tempora 4. sumuntur ab eius essentia, & à materia, nempe à sanguine feruidiore actionem lædente, siue homotonos, siue epacmastica, seu paracmastica fuerit. Hæc 4.

tempora distingui possunt, licet breuius, & eius materia non moueatur de loco ad locum, sed quiescit.

Nunc disquirenda sunt signa quibus 4. tempora febrium quæ fiunt ab humoribus æqualiter putridis, quarum materia non mouetur, sed quiescit in venis ab inuicem distinguenda. Deinde de ijs quæ inæqualiter putrent. De illis primò agam, quorum materia putrescit in magnis venis. Si æqualiter triplex confurgit febris continua, quæ pariter ad integritatem non peruenit & vnica accessione soluitur, nec periodos habet, suâque quatuor tempora percurrit, quæ distingui possunt. Vna, quum toto morbi decursu, par est modus putredinis, homotonos à Græcis nominatur: Altera, quum plus putrescit, quam dissipatur, epacmastica: Tertia, quum minus putrescit quam dissipatur, paracmastica illis dicitur: harum 4. tempora distinguuntur ex earum intentione aut remissione, & putredine.

Si humores qui in magnis venis continentur inæqualiter putrent, aut est sanguinis pars tenuior, seu biliosus qui putrescit, & fit tertiana cōtinua, aut pituita seu sanguinis pars crassior, putret, tunc fiet quotidiana continua. Si verò pars sanguinis crassior, ibidem putrescit, fiet quartana continua, vt fusius suo loco dicemus. Harū febrium tempora ex enumeratis distingui possunt. Si humores putrescūt, extra illas maiores venas, erunt intermittētes, & eorum 4. tempora erunt euidentiora quam in continuis: quia materia mouetur de loco ad locum, & soluuntur vrinis, sudoribus, vomitu, & alui deiectione.

De febribus que fiunt ab humoribus inæqualiter putridis in magnis venis.

Febres insalubres rarò 4. habent tempora: quoniam nonnullæ hominem de medio tollunt in principio, quando sunt peracutæ, & vires debiles: Aliæ in augmento, si ægri vires sunt validiores. Aliæ in statu, quum adhuc sunt validiores, & febris minus acuta, vt docet Gal. lib. 1. de Crisibus cap. 2. In declinatione vniuersali nemo moritur ex Hip. lib. 7. Epid. sect. 2. textu 45. scribente περάσμοι ταχίστην κρίσιν & ασφαλίην ὑγιάν σωμαίνον: 1. Coctiones celeritatem indicationis, & securitatem sanitatis significant. Et post eum Gal. loco citato, & lib. 3. de Crisibus cap. 5. & 9. Ratio est, quia in declinatione paroxismi materia morbifica potest esse nondum victa: sic mors subsequi, vel à facultatis imbecillitate, vel humoris morbifici maligna qualitate & quantitate qua obruitur na-

Febres insalubres rarò habent 4. tempora.

tura, vel medentis errore commisso (quod rarissimè accidit) etiam apparentibus signis coctionis. Ad huius probationem Auic. lib. 4. Fen. 2. tract. 1. cap. 98. pro exemplo profert puerorum variolas, in quarum declinatione aliquando mors consequitur, non ratione variolarū quæ sunt in declinatione; sed ratione febris & qualitatis malignæ variolarū Aliud exemplū: in Synochi declinatione homo mori potest, non ratione essentia febris, sed malignæ materiæ efficientis neglectæ, vel præposterè curatæ, vt docuit Gal. lib. 3. de Crisibus. Hæc 4. morborum tempora ex Hip. & Gal. vt dies decretorijs, non certo dierum & horarum numero describi possunt, ob variam ægrotantium & humorum temperiem, vt in sequenti assertione ex Hip. & Gal. monumentis annotabimus. Nam morbus acutus, breuiora, chronicus longiora habet tempora: Hip. in Epid. & Gal. loco citato. Aliud exemplum.

*Hæctica
febris 4.
tempora.*

Febris Hæctica quatuor tempora non sumuntur à materia, neque à symptomate, sed ab essentia caloris præter naturam qui agit in humidum cordis primigenium, auctore Gal. lib. 1. de Differentijs febrium, cuius principium est, quum calor febrilis incipit agere in cordis roridam substantiam.

*Quando
decubitus
ægræ est nu-
merandus.*

Augmentum, quando eam incipit consumere. Status, quum fit consumptio humiditatis. Declinatio, quando ea humiditas naturæ beneficio viuientis instaurari incipit. Dices paroxysmorum potius sunt numerandi ab illo tempore quo manifestè læduntur actiones, quam à decubitu, ob ægrotantium robur, qui non decumbunt, quamuis decubitu egeant.

*Nunc de Diebus Decretorijs est agendum seruato ordine
resolutorio: Incipiendo ab anno solari, ad
mensem medicum à Gal.
constitutum.*

ANnus ex Ptolomæo & Gal. 3. criseon constat duodecim mensibus, seu diebus solaribus 365. & horis sex, quæ singulis quaternis annis vnum diem constituunt: tunc
annus

annus constat diebus 366. qui dicitur bissextilis. Alphonſius ſummus Aſtologus paulò exactiùs, annum conſtituit ex diebus 365. horis quinque, & minutis 94. & ſecundis 16. qui erit minor eius Ptolomæi minorum 10. & ſecundarum 44. quæ multiplicata in centum annis vnum diem naturalem conſtituunt. In ſingulis centum annis bisſextus cadit, quem diximus conſtare diebus 366. Hic dies bisſextilis tunc ſublatus, annus nunquam variabit, & Chriſtiani ſuum Paſcha, ſemper in eodem tempore celebrabunt, & non cogentur ex anno aliquot dies detrahare, vt factum fuit anno à Chriſto nato 1582. hæc obiter dicta ſint. Iam vnde digreſſus redeo.

Annus verò lunaris conſtat tantum diebus 354. qui eſt minor ſolari vndecim diebus, horis quinque, minutis 49. & ſecundis 16. Mensis ſolaris exactus conſtat diebus 30. & horis 10. & minutis 30. ſeu hora dimidia. Mensis verò ab Hip. delineatus lib. de Septimeſtri partu eſt craſſior aſtronomico: quia conſtat diebus 29. cum ſemiſſe, Gal. ſtatuens Archigenis & Dioclis doctrinam conuellere cap. vltimo l. 2. & cap. 9. lib. 3. de Diebus Decretorijs: ſtatuentes 21. diem morborum acutorum magis eſſe decretorium quam 20. contra Hip. doct. Videns meſes triplices Aſtronomorum doctrinæ Hip. aptari non poſſe, quartum conſtituit quem medicum appellauit, compoſitum ex paragratorio & illuminatorio. Primus mensis Aſtronomorum dicitur coniuñtorius, qui fit quoties luna cum ſole coit, & ad eundem coitum redit, idque ſpatio 29. dierum cum dimidio, & 44. minorum & ſecundarum 4. Alter mensis dicitur peragratorius ſeu imprefſionis, conſtans diebus 27. & alterius ferè tertia parte, ſeu horis 7. & minutis 20. fit quoties luna ab vno puncto in idem punctum redit. Eius motus fit ab Occidente ad Orientem in ſuo eccentrico deferente planetam ſuper polos Zodiaci. Tertius dicitur illuminatorius, qui conſtat 26. diebus cum dimidio. Sic dictus, quia tunc temporis à ſole illuminatur, & terram illuminat, & in hæc inferiora ſuas vires impertitur: Eius motus non eſt ſemper æqualis, ſed aliàs longior, aliàs breuior pro ſignorum obliquitate & motu in ſuo Epicyclo. Mensis medicus à Gal. cõſtitutus eſt cõpoſitus ex media parte mensis peragratorij & illuminatorij: hoc eſt ex diebus 26. & horis 21. & minutis 40. Hic numerus diuiſus in ſeptenarium pro vnoquoque ſeptenario reperies dies 6. & horas 17. &

*De meſe
coniuñto-
rio.
De meſe
peragrato-
rio.*

*De meſe
illuminato-
rio.*

*De meſe
medico.*

minuta 25. Si totidem dies, horas & minuta in singulis septenariis addideris, ad 120. diem morborum ex decidentia acutorū (μεταπλήσων appellant Græci) in secundo septenario reperies dies 13. horas 10. & minuta 50. In tertio septenario 20. dies, horas 4. & minuta 15. In quarto septenario dies 26. horas 21. & minuta 40. Hinc liquidò constat 20. diem acutorum morborum esse decretorium, & non 21. ut voluerūt Archigenes & Diocles. Si totidem dies huic numero addideris pro quinto septenario, reperies dies 33. horas 15. & minuta 5. In sexto erunt dies 40. horæ octo & semis, seu minuta 30. In septimo dies 47. hora vna & minuta 55. In octavo: dies 53. horæ 19. & minuta 20. In nono: dies 60. & semissem cum minutis 45. In decimo sunt dies 67. horæ 6. minuta 10. In vndecimo dies 73. horæ 23. & minuta 35. In duodecimo, dies 80. horæ 17. In decimo tertio sunt dies 87. horæ 10. & minuta 25. In decimo quarto septenario reperiuntur dies 94. horæ tres & minuta 50. Decimus quintus recipiet dies 100. & horas 21. & minuta 15. Decimus sextus habebit dies 107. horas 14. minuta 40. Decimus septimus cadit in diem 114. & horas 8. & minuta quinque. In vltimo septenario reperiuntur dies centum & vnus, & hora vna cum semisse seu minuta 30. Hæc supputatio est exacta & astronomica, & non crassa & medica, ut voluit Hip. loco citato, & Gal. c. 9. lib. 3. dierum decretoriorum: quæ si vbiq; in diebus decretoriis doctrinæ Hip. aptari nequit, licet in multis vera sit, ob id temerè non est inscitix accusandus Gal. sed potius excusandus, quia conatus est inuestigare quod potuit, ut consultit Hip. lib. 1. de Diæta cap. 1. Μεμνησθαι μὲν ἐν ἰδίῳ ἀλλὰ ἀξιῶσι, εἰ μὴ ἐδυνήσασαι ἐξευρεῖν, ἐπιπέσσει δὲ μάλλον παρὶς, ὅ τι ἀλλ' ἐπεχειρίσαστο ζήτησιν. 1. Neque tamen vllus ipsorum dignus est reprehensione, propterea quod inuenire non potuerunt. Sed laudandi potius omnes, quod alia atque alia inuestigare sint conati. Neque probo Petri Apponenſis in Gal. feuitiam differ. 104. Neque Manardi Epist. quinta lib. 15. Neque Augerij Ferrerij Tholosatis lib. suo de diebus decretoriis, qui mensẽ medicum à Gal. institutum Portentosum & Chimericum appellat. humanum est errare, fuit homo ut cæteri homines. Ne videar mutus sicut piscis, & veluti anser inter olores strepere, quid sentiã de doctrina Hip. & Gal. & de diebus decretoriis, proferre, forsan haud alienũ erit. Im-

primis Hip. nunquam (ex Macrobio) falli neque fallere potuit. Multa illi falsò tribuuntur quæ sunt vel Draconis, vel Polybij, vel iunioris Hip. vel Thessali. Gal. verò in Hip. scriptis fuit valde versatus, & cui multum debemus: sed interdum dormitat: præstitit quod potuit. De diebus decretorijs dicam in fauorem Gal. post Hip. lib. 3. Progn. 4. Annum, Menses, & Dies non posse integris exactè diebus numerari. Quamquam febres placidissimæ cum signis secundissimis 4. die desinunt. Contra malignæ, cum signis prauis 4. die, aut prius occidant. Sic primus insultus acutorum fit 4. die: secundus 7. tertius 11. quartus 14. quintus 17. sextus 20. Acutorum verò ex decidentia, septimus fit 27. octauus 34. nonus 40. decimus 47. vndecimus 54. duodecimus 60. & sic de reliquis ad 120. supputando. Et Aphor. 28. lib. 3. Aphor. ait puerorum morbos iudicari intra dies 40. interdum intra menses 7. quidam intra annos 7. Alij ipsis etiam ad pubertatem accedentibus. Et Aphor. 36. sect. 4. ait sudores esse laudabiles si euenerint 3. 5. 7. 9. 11. 14. 17. 21. & 27. 31. & 34. si iudicant morbos. Et Aphor. 59. Tertianæ exquisitæ 7. circuitibus iudicatur: interdum 4. & 5. in Coacis. Et Aphor. 62. & 64. eiusdem sect. quærit cur morbus regius ante diem 7. sit malus. Contrà, cur bonus si 7. aut 11. aut 14. modo dextrum hypochondrium non obduruerit. An magnus ille Hip. vim fecit in numeris cum Pithagora & Platone? non iudico cum Celso lib. 3. cap. 4. sed potius in longa experientia quæ est alterum Medicinæ fulcrum, ut testatur Gal. comment. 1. in lib. Hip. de humoribus textu 7. An septenarius numerus ex Hip. monumentis in die decretorio primas non tenet? & quaternarius secundas? An morbi acuti diebus imparibus, & chronici paribus iudicantur? Si quis plura desiderat, euoluat lib. Epid. Hip. ne videat legentibus fastidiosus. Sic huic assertioni finem impono.

Canones aliquot medicatrices.

C A P. VII.



OMNES medicandi rationes sumuntur vel à morbo, aut à causa effectrice, vel à partis affectæ natura & situ: vel à symptomate. A morbo, vt febris, cuius calor præter naturam est vel in spiritibus, vel in humoribus, vel in partibus solidis, qui non est simplex, sed coniugatus, calidus nempe & siccus, qui ex axiomatic Hipp. lib. *αὐτὴ φύσιν. Τὰ ἐνστάσια τῶν ἐπισημῶν ἐστὶν ἰνυατα*, I. Contraria contrariorum sunt medicamina, qui curari debet per refrigerantia & humectantia: hic est primus medendi canon. Secundus sumitur à materia morbifica putrida, quæ sui ablationem postulat. Tertius, sumitur à partis affectæ natura & situ. Veluti si cerebrum afficitur, alia postulat remedia quàm pulmo, & hic quàm ventriculus, aut hepar, splen, intestina, renes, vesica aut uterus. A symptomate, si illud est graue, à quo vitæ discrimen imminet, veluti si febrienti syncope acciderit, illi succurrendum, omissa per aliquod tempus febris gemina medicatione. Contrà, si illud minus graue fuerit, vtrique occurrendum, modo morbo non officiant.

Calor febrilis tam continuatum quàm intermittentium exputrida colluie emergens, non ante repressam putredinem, sublatamque impuritatem tuto penitusque extingui potest. Hoc enim curandi methodus efflagitat, quæ omnem primo causam, deinde genitam effectum iubet submouere, nisi quid urgentius interpellet. Igitur impurus humor imprimis est expurgandus. Deinde si quid alieni caloris, vel in humoribus, vel in partibus ipsis est derelictum, extinguendum, & adhibita præparatione, & obstructionibus solutis purgandum. Huic doctrinæ multis repugnât, maximè in ijs quæ feb. extinguunt, & in ijs quæ causam submouent. Quod ita sit, refrigerantia, per se obstructiones augent, & materiam incassant, & euacuationi obistunt. Sic aucta stipatione, & fu-

lignosis vaporibus inclusis, putredinem conducunt. Contra aperientia, detergentia & purgantia ferè omnia calida sunt, quæ idcirco febris per se aduersantur, eamque intendunt. In hac difficultate uti licet rad. temperatis, quales sunt rad. Oxilapati, Graminis, Rusci, & Asparagi, quæ citra calorem manifestum obstructions referant, & calorem febrilem non augent: sic urgentiori occurritur. Si vires sufficiunt, hæc methodus rigide est obseruanda. Hoc est, causam efficientem submouere, & obstructions prædictis aperientibus radicitus referandæ: deinde humor putris expurgandus, licet per ea quæ id præstant febris aliquantulû exasperetur. Quum verò febris incendio vires supra modum resoluantur, remedijs frigidis tam sumptis quam admotis uti licet, videlicet iulepis, epithematibus &c. quæ ardorem quamprimum extinguere valeant: causa tantisper amissa. Tutum non esset febrem augere, per ea quæ causam abscindunt, ne simul cum morbo, æger de medio tollatur. Satius erit (meo iudicio) sic febrem ardentem extinguere: etiã si quid pecces in eius causam. At in curandis febribus putridis primas tenet causarum obseruatio ut materiæ portio vacuetur: deinde naturæ imitatione præparetur: quæ cum naturæ beneficio cocta apparebit, pharmaco, si id fieri potest, radicitus propulsetur ne febris fiat diuturnior, Materiæ autem vacuatio fiet vel venæ sectione, vel purgatione, etiam ab initio, nisi quid dissuadeat. Venæ sectio in omnibus febribus putridis præcipuè continuis (præmissis clystere refrigerante, vel balano si æger fuerit aluo duriore) erit celebranda, ut suadet Gal. vndecimo methodi. Necnon in febribus intermittentibus quando est plenitudo, vel pulsans capitis dolor, vel corporis iactatio, æstus pene suffocans, ne in continuam degeneret, aut putredo latius serpat, idque die intermissionis, vel remissionis si est continua, modo vires & ætas consentiant. Quod si vehemens febris urget, in ipso impetu sanguinem mittere, hominem iugulare est, ut loquitur Celsus lib. 2. Si vires sunt deiectæ, satius erit venæ sectionem partiri: sic vires nihilo euadunt imbecilliores: quia detracta oneris portione (quo natura premebatur) quod reliquum est, facilius fert, & minori negotio domat & conficit: Gal. loco citato in mittendo sanguine. Non tam annos medicus numerare, quam ægri vires æstimare debet. Quidam neotericorum scripsit suo libello

*De venæ
sectione.*

de venæ sectione, phlebotomiam in omnibus morbis esse celebrandam, quod non probo. Admitto quidem in multis, sed non in omnibus. Parcius quidem quâdo febris est ab humore frigido, ne cruditatem refrigerando magis duplicet, & concoctionem non facile admittat: Gal. 4. sanit. tuenda. Si morbi ratio patitur, sanguinis detractioni tempus aptissimum est ver. Contra si non patitur, quouis anni tempore celebrari potest modo vires ferant, vt dixi, præcipuè si inest plenitudo, aut suppressi sunt menses, aut hemorrhoides. Si æger est alio duriore, ante venæ sectionem, sollicitanda erit balano, si pauper, vel clystere, vel eccoprotico pharmaco, ne materia putris raptâ vel impulsâ, ex prima corporis regione in maiores venas transeat, & sanguinem inquinet & impuriore reddat. Idem obseruandum ante vsum aperientium. Purgatio etiam ab initio institui potest, si materia turget, ex Hippocra.

De purgatione. Aphor. 10. sect. 4. *Φαρμακένειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσιν ἢ ὀργᾶ ἀθημερῶν ἔγενέσθαι γὰρ εἰ τοῖσι τοῖς ὑποσι κακῶν: 1. Purgandum in valde acutis, si ad sui excretionem inuitet materia, eo ipso die. Differre enim in talibus, malum. Idque minorante aliquo pharmaco, vt detracta impuritatis portione, quod restat facilius coquatur: vt monet Hip. Aphor. 22. sect. 1. *Πέποινα φαρμακένειν ἔ κατέειν, μὴ ὅμα μὲν εἰ ἀρχῆσιν, ἢ μὴ ὀργᾶ τὰ δὲ πλεῖστα ὀργᾶ: 1. Concocta medicari oportet, non cruda, nec per initia, modo non turgeant: plurima verò non turgent. Deinde expurgetur alio validiore pharmaco, nisi naturæ beneficio fiat. Neque concoctio humorum semper est expectanda, & maxime quoties materia turget, & suo motu fluctuans, & oberrans omnia conturbat, vt accidit in morbis acutissimis. Si febris est continua, hora remissionis, siue mane, siue sero fuerit, potius quam tēpore exacerbationis, vel in die impari, vel decretorio purgare expedit, si vires ferant. Quæ si imbecillæ fuerint, alimēto euchymo & liquido (potius quâ solido, quia facilius distribuuntur) prius reficiantur. Deinde purgandum pharmacis mediocribus humori accommodatis. Si forte febris fuerit intermittens, die quietis: vel eodem die accessionis si à prandio accessio ægrum corripuerit, quo tempore humor à natura commouetur ad eius excretionem, & vires antea ab alimento sumpto fuerunt recreatæ. Tunc facilius & minori negotio propellitur veluti commotus, vt sum expertus in febre quartana curanda, quoties in die accessionis pharmacum**

dedi. Præter experientiam ratione probari potest. Ut purgatio technicè instituat, motus naturæ est considerandus, si sursum vel deorsum vergat, & anni tempus, & ægri propensio. Nam si sit hyems & æger prouectæ ætatis fuerit, & facillè vomit, & eius ventriculus pituita cruda, & lenta refertus, vomitus est instituendus, authore Polybio lib. de salubri diætâ: qui falsò magno Hypocrati adscribitur (inquit) sex hybernis mensibus, purgabis per superiora. Contrà, si non facillè vomit, non est cogendus vt docuit Gal. lib. 1. loc. affectorum, & post eum Aëtius. Sed deorsum expurgandus per pharmacum humori morbifico accommodatum. Initio purgationis, quæ astringendo purgant minimè sunt vsurpanda: qualia sunt Absinthium pont. maius, Myrobolani, Rosarum succus, & syrapi qui ex his componuntur, & maximè si fuerint obstructiones, quæ comitari solent febres putridas. Cæterum in expurgandis humoribus, diligens est adhibenda præparatio, per quam viæ pateant ex Hipp. doctrina Aphor. 9. sect. 2. Τα σώματα γρη. ὅταν ἄδωλις βύλεται κερδαίρειν ἔυρος ποίειν: id est, corpora quum quis repurgare voluerit, ea fluxilia faciat oportet, vt humor vacuandus trahenti medicamento cedat. Nam si aditus sunt obstructi, vnde prohibita ventilatione putredo sit inducta, tunc crassos humores incidere, lentos detergere, & obstructiones aperire oportet ante purgationem. Interdum etiam effrenatos humores (quos omnino expurgare non licuit) sedare atque compefcere oportet, ne vel impetu & feruore in partem principem irruant, vel acrimonia purgationis vias exulcerent.

De vomitione.

De purgatione per aliū facta.

Igitur vnicuique humori accommodanda ea præparationis forma, quæ præter morbi sæuitiam leniat. Exempli gratia. In acutis febribus vsurpantur Syrapi & Apozemata ex eorum materia quæ attenuando refrigerant, aut impensè non calefaciunt detergendo: qualia fuerint passim in nostro Enchiridio parte secunda diximus. In diuturnis autem atque lentis febribus, quas pituita aut humor melâcholicus procreauit, valentiora & calidiora requiruntur. Ferocientes igitur humores, quos neque venæ sectio temperauit, neque purgans medicamentum abripuit, frænare, & obtundere oportet, medicamentis refrigerantibus, non tenuis substantiæ, ne magis exagitent: neque crassi, quia vacuationi officiant, sed quodammodo mediæ, quibus etiam quip-

piam austeritatis, vel aciditatis, vel vtriusque sit adiunctum. Cuiusmodi est omphacium, succus oxalidis, vel mali punici, vel citrij, quibus bilis acrimonia & putredo retundatur, & cal. humoribus accensa, prohibetur ne amplius serpat. Si præter putredinẽ venenatæ labis aliqua fuerit suspitio, illis erunt miscenda quæ similitudine substantiæ aduersantur tam in sumendis quam ad mouendis, tractatu de malignis ac pestilentibus febribus describendis. Detergentia & attenuantia tum calidis, tum frigidis humoribus præparandis accommodantur, quod vterque humor suo lentore, aut crassitie possit obstruere: vt in bile vitellina perspicuum est. Detergendi & attenuandi facultas, si cum frigida qualitate coniuncta fuerit, vt in cichorio, &c. est efficacior, & frequentior ea quæ calida, vt in Absynthio, Hyssopo, Origano, &c. Illa tamen morbis calidis: hæc frigidis cum mulsa, & non cum aqua simplici aptantur, & maximè quoties calor est segnior, & ægre accenduntur, quæ in calidis accommodari non possunt. Sed contra refrigerantibus feruori bilis & febris ardori simul obstitimus, & vitiosum humorem qui ipsius est fomes, ante purgationem præparamus, sed diuersa qualitate, quæ admodum parte secunda nostri Enchiridij fusè docuimus. Sunt qui mordicus Auic. opinionem tuentur scribentis lib. 4. Fen 1. tract.

Dissidentium conciliatio.

2. cap. 7. humores biliosos tenuesque ante purgationem esse incrassandos: quæ opinio videtur pugnare doctrinæ Hip. & Gal. 10. meth. med. qui sic conciliari possunt. Si bilis sincera, seu excrementitia est tenuis, ante purgationem non est incrassanda, sed mox educenda: sic trahenti medicamento facile cedit, & ita Græcorum sententia vera erit. Contra si eadem bilis est crassa & tenax: qualis est vitellina, est attenuanda & detergenda, vt vult Auic. secus non nisi vi & laborâtis dispêdio educi potest. Si vero sanguini permixta fuerit, concoctio expectanda naturæ beneficio futura. Auic. fautores, contra Græcorum sententiam obiciunt, tenues humores nisi incrassentur, in membris immergi, & in abditos corporis recessus insilire. Alij huic obiectioni respondent. Si bilis immergitur, crassefcit, & obstructions parit: tunc temporis extenuantia & detergentia, & non incrassantia erunt necessaria. Extenuantibus autem natura iuuatur noxij humoris excretionem per vrinas aut sudores promouentibus. Neq; huius argumenti ratio constat in præparatione ad purgationem,

tionem, crassum ergo extenuabitur, & tenue incrassabitur?

Sententia Gal. fuit, ut quod ad naturalem statum redire potest, alteretur tenue incrassando (nempe in affectibus thoracis) crassum attenuando, & non de præparatione seu alteratione, quæ fit ante purgationem. Hac distinctione Græci & Auic. conciliari possunt Alij, alias proferunt rationes contra Auic. sic, actio prima naturalis, est attractio, ad quam tenues humores sunt paratissimi, proindèque trahenti medicamento promptius cedunt. Secunda, est violenta quædã expulsio, in qua tenues humores expulsi, facilè hac atque illac diffuunt. Igitur tenues humores ante purgationem non sunt incrassandi, ut vult Auic. Purgantium medicamentorũ tria sunt genera: quædam trahendo purgant, de quibus Hip. & reliqui antiqui Græci utebantur: qualia sunt Euphorbium, Lathiris, Elaterium, Scammonium, Colocynthis, Elleborus &c. quibus hodie non utimur, nisi in magnis morbis, idque in parua quantitate mixtis alijs, & post vitiorum correctionem in corporibus agrestibus quibus mitiora parum, aut nihil agunt: & non in febribus continuis à causa calida ortis. Alia sunt purgantia, quæ leniendo seu lubricando purgant: qualia sunt Manna Cal. Cassia Ægyptia, Senna, Polypodium, Syrupus violatus ex 9. infusionibus, de Cichorio comp. de Pomis Saporis: alia sunt medicamenta quæ astringendo purgant: qualia sunt Rhabarb. Myrobalani omnes, Absinthium p. maius, Rosarum succus & Syr. rosatus, quibus utimur quoties partes sunt roborandæ, & nullæ sunt obstructions, quibus officiant.

De medicamentis leniendo purgantibus
De medic. astringentibus purgantibus

Sumpturus purgans medicamentum mane, nocte præcedente syrupum de papauere non bibat: aut in eo Theriacam aut Mithridatum recens dissoluat, quia eorum qualitas frigida ab Opio inducta per se motum purgationis impedit. experientia & autoritate Gal. cap. 12. lib. de Theriaca ad Pisonem probatur.

Narcotica officiant purgationi.

In statu morbi à purgatione abstinendum, ne natura auocetur à scopo, sed totum negotium illi est committendum, quia tunc temporis omnia symptomata sunt fortiora: secus esset addere malum malo, multoque minus quum iam dies criticus appulerit ex Hip. Aphor. 29. sect. 2. *Ἀκμαῖος δὲ, πρὸς ἄσθην ἔχει βέλτιστος ἔστι: ε.* Vigentibus verò, quiescere multò

præstat. Et sequenti Aphor. *Ἐὶ δὲ τὰς ἀμίας, ἰσχυρότερα: 1.*
 Sub statum morborum omnia sunt vehementiora: & ob id
 à medicamentis est abstinendum. Et Aphor. 20. sect. 1. sic ce-
 cinit Hip. *Τὰ κρινόμενα ἢ τὰ κεκριμένα ἄρτίας, μὴ κινέειν, μὴδὲ νεο-
 τεροποιέειν, μήτε Φάρμακείησι, μήτ' ἄλλοισι ἐπιδομοῖσι, ἀλλ' ἔαν: 1.*
 Quæ decernuntur decretane sunt iustè, nec mouere, nec
 aliud quicquam nouare, siue id medicamentis, siue quouis
 alio modo naturam irritando fiat, sed omittere oportet.

● *Crisis im-
 perfecta
 facis reci-
 diuam.*

Si Crisis sit integra, res in tuto est, nec aliud quicquam
 mouendum. Sin quippiam derelictum fuerit, medicamento
 detrahendum ne recidiuet, vt docet Hip. Aphor. 12. sect. 2.
*Τὰ ἐγγυαλιμπαιόμενα ἐν τῇσι νόσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποτροφὰς ποίει-
 εν εἰώθει: 1.* Quæ per morbos post indicationē intus relinquuntur
 morborum reuersiones facere consueuerunt in die critico,
 non apparentibus signis coctionis, sed cruditatis, si forte
 quædam excretio, etiam in morbi statu fiat, non est fiden-
 dum: neque etiam oportet formidare mala, quæ præter ra-
 tionem accidunt, sed noxius humor est excludendus ne re-
 uertatur: ex Hip. Aphor. 27. sect. 2. *Τοῖσι μὴ μάλ' ἀ λόγον κρι-
 σίεσσιν, ἢ δὲ πρῆνεῖν, ἢ δὲ φοβέειν, ἴσιν τὰ μοχθήεα κινόμενα παρὰ
 λόγους. Ἐὰ γὰρ πῶμα τῶν τοῖσι τῶν ἐστὶν ἀρέβαια, ἢ ἢ πάροποι διαμέ-
 νων ἢ δὲ πρῆνεῖν εἰώθει: 1.* Non, si quid in morbis acutis fiat præ-
 ter rationem leuius, fidere oportet, nec turbari, si quid te-
 mere grauius acciderit. Istiusmodi enim multa sunt incerta,
 nec durare diu aut persistere solent. Vniuersa igitur morbi
 materia non nisi concocta, & post statum, quum iam sympto-
 mata præter rationem mitescunt, radicitus extirpari potest,
 tunc naturam habemus auxiliatricem. Contra apparentibus
 signis plenitudinis ad vasa, aut cruditatis, à purgatione est
 abstinendum: neque sudores neque vrinx sunt mouendæ,
 ne humores vitiatī sic concitati in venas maiores deducantur,
 & febrem exasperent, & contumaciorem reddant. Quibus
 remedijs vrinx & sudores sint prouocandi docui in nostro
 Enchiridio cap. 1. 2. & 3. partis secundæ. Hi sunt præcipui &
 generaliores canones obseruandi in medendis febribus, tam
 continuis quam intermittentibus. Alios suo loco ostende-
 mus. Nunc de febrium curatione in specie est agendum.

De Febre Ephemera.

CAP. VIII.



Hanc febrem Hip. *πύμφολωδιν*: i. flatusosam De nomine appellat: reliqui Græci *ἐφήμερον πυρέτεον*, i. à duratione vnus diei nuncuparunt: potius, quàm ab aliquo pisce de quo meminit Aristot. lib. 5. de animalibus sub finem cap. 19. Latini verò Diariam: quæ interdum in plures dies extenditur, quum spiritus inflammati sunt crassiores, qui si non resoluuntur in putridam, interdum in hecticam, aliàs in malignam degenerat, vt ex Gal. scriptis apparet. *De causis externis.* Causæ huius febris sunt aut externæ, aut internæ. Externæ, sumuntur à sex rebus non naturalibus, veluti ab aëre calidiore & sicciore in æstate, à regione calidiore, à temperamento ægri calido & sicco, vt picrocholis & biliosis naturis quibus spiritus facile accenduntur, inde febris ephemera. Gal. 8. methodi med. cap. 8. Aliàs ab aëre frigidiore, aut vsu Thermarum aluminosarum condensatur cutis, sic retinentur fuliginosæ exhalationes, quæ per cutim excerni debent, à quibus spiritus facile inflammantur: hinc febris. Interdum fit à meraciore potu, ab ebrietate, à crapula, somno longiore, à iugibus vigilijs, à labore improbo, ab equitatione succufante, à quiete, exercitij intermissione, à motu corporis & animi, vt ira, ex-candescencia, furore: à fame & à siti, à suppressione calidi effluuij, vt mensium, hemorrhoidarum: à contactu & vicinia febrientis: vsu caustici actualis aut potentialis in corpore bilioso, aut plethorico: aut alimentorum calidiorum, aut medicamentorum acrium, salforum & similibus.

Causæ internæ sunt obstructio quæ fieri potest à causis *De causis internis.* externis & internis: à causa exteriori, obstructio fieri potest à cutis densitate: interior, ab acri fluxione è cerebro per venas arteriosas in cor illabitur, quæ spiritum vitalem inflammat, hinc febris diaria. Aliàs obstruuntur viscera, vt Mesenterium, Hepar, Lien, Renes, Vesica, Vterus. His obstructis primò

spiritus naturales non difflati excandescunt, & vim suam spiritibus cordis impertiuntur, & eorum calorem supra naturæ leges augēt, & febrem excitant. Alia causa interna, est adenū inflammatio & tumor, quæ febrem Diariam concitat Hip. auctore Aphor. 55. sect. 4. *οἱ ἐπὶ βύβασσι πυρετοὶ; πάντες χαλοὶ, πλὴν τῶν ἐφ' ἡμέραν*: 1. Ex bubone febres omnes malæ, præter Diarias. Idem statuit 2. Epid. sect. 3. Signa sumuntur à causis efficientibus seu ab externis, seu internis originem duxerint. Si ab aliqua causa externa scaturiat, ex laborantis relatu disci potest. Si à causis internis fuerit, cognoscetur ex calore, pulsu & vrinis auctore Hip. 6. Epid. comment. 1. textu 29. & Gal. 1. ad Glau. cap. 2. & lib. 9. & 10. meth. med. cap. 4. Si exquisita est, calor tactu mitis & suavis est, qui madore vel sudore soluitur. Pulsus est celer & frequens, sed tamen æqualis & temperatus (modò non sit copulata putridæ aut hecticæ) nisi in ea quæ sit exira, tristitia, inædia, cruditate, cutis densitate à frigore contracta: tunc diastole maior, & velocior est quam sistole.

Vrinæ verò substantia, color, & sedimentum parum à naturali distant, Gal. lib. 1. ad Glau. & primo de Crisibus facillè toleratur accessio.

Si ex bubonis alicuius inflammatione, aut effluuij suppressione orta fuerit, de qua meminit Hippocrat. loco cit. Vrina est intensior & crassior cum pauco sedimine, eoque crasso & crudo. Incipit cum rigore, & facillè in Synochum non putrem degenerat, si ægrotus fuerit plethoricus, vel in Synocham si est cacochymus, vel in hecticam si neglecta, aut postèrè curata fuerit.

Qui propensi.
Prognosis.
In hanc febrem propensi; sunt picròcholi, & qui calido & sicco sunt temperamento, & in æstate. Hæc febris si exquisita fuerit solo naturæ beneficio curatur, vt plurimum si est exquisita. Eius accessio est horarum 24. interdum vsque ad tertium diem extenditur quum spiritus vitales sunt crassiores. vt dixi, si longius prorogetur non est exquisita, vel est Synochus non putris vel putridæ copulata, in quam facillè degenerat.

θεραπεία.
Medicandi ratio non sumitur à materia, quia nulla est, sed à febris essentia in calore præter naturam posita, quæ per refrigerantia & humectantia medicari debet. Nam spirituum vitia, non tolluntur purgatione neq; venæ sectione: quoniã

nōn agitur de cacochymia aut plethora ex Hip. parte 4. lib. de Viſtu acutorum, & Gal. 1. ad Glau. & lib. de cauſis Pro-catharticis, qui Menandrum Diaria laborantem ab æſtu ſa-nauit, Paregoricis, i. lenientibus, & Diaphroeticis, i. discu-tientibus: veluti balneis, frictionibus, inunctionibus adhi-bita cautione.

Balneo vtendum quoties ſummam cutim relaxare, te-nues & fuliginoſos vapores euocare intendimus, & corporis habitum immutare, idque febre inclinante, cum leui fri-ctione, vt inde ſudores erumpant, & ſumida excrementa diſcutiantur, & maximè quum nulla eſt in primis venis crudi-tas, aut perennis viſcerum obſtructio, aut durities, aut eo-rum imbecillitas, ne forte cruditas in omne corpus rapiatur. Si nihil horum adeſt, tuto æger lauari poteſt: ſecus non: ne forte obſtructio aut viſcerum imbecillitas, augeantur, & tu-mor ſiquis ſit. Conuenit denſitati cutis & obſtructioni, à cau-ſa frigida aut aſtringente.

Balnei vri-litas.

Balneum quibus con-uenit.

Si Diaria à ſiccitate & calore originem duxit: Balneum aquæ tepidæ & non calidæ, exonerata prius aluo, ſi eſt dura, balano ſi pauper, vel clyſtere refrigerante & humectante ne in hecticam aut ſynochum degeneret.

Si à denſitate cutis, præ nimio frigore, vel uſu aquarum aluminofarum Diaphoreticæ & Paregoricæ medicamenta (vt ſimus voti compotes) ſunt aquæ coquenda: illa, obſtructio-nes tollunt, & ſudores eliciūt: quia calidæ & tenuis ſunt ſub-ſtantix, & aquæ frigiditatem altius ſubire faciunt. Hæc ve-rò ſunt temperata, aut calida in primo ordine, tenuiſq; ſub-ſtantix, quales ſunt rad. Althææ, fœnugræcum, linum, flo-res Chamæmeli, Meliloti, Sambuci, &c. His præſidijs cutis denſitas eſt referenda, ne prohibita perſpiratione, humores accendantur, vnà cum ſpiritibus, & putrida conſequatur ma-gno ægri detrimento. Veteres ad voluptatem potius & fre-quentius quam ad morborum curationem utebantur Balneo in 4. partes diuiſo, quod hodie exoleuit. Nos in Gallia uti-mur Balneo ex aqua ſimplici, aut in qua variæ plantæ co-quuntur, non ad voluptatē, ſed ad medicationem Epheme-ræ: quod humectet, & calorem febrilem temperet, acrésque vapores euacuet: Sudoris deterſio probatur, vbi locum ha-bet aër Balnei, Gal. 1. ad Glau. frictio mollis ex oleo tepen-te vtillis: quia cutis ſpiracula rarefacit, & ſpiritus à centro ad

Curatio Diaria à cutis denſitate.

circumferentiam euocat. Contra, vehemens, corpus induratur. Inunctio veluti frictio, omnibus non est æque utilis, quæ fit ex cutis densitate competere potest, & non in ea quæ fit ex Bubonibus inflammatis: aut labore, quod non sit opus euacuatione. Frictio probatur in Ephemera ex obstructione, & repletione, & non in ea quæ fit ex inanitione. Gal: tamen cap. 3. lib. 1. ad Glau. in omni Ephemera frictiones molles usurpabat ante vsum balnei & litus, vt humor aquæ & olei discutientis altius subiret. Idem Gal. in alijs causis procatharticiis remedia ijs contraria admolitur, labori quietem: vigilijs, somnum: iræ, temperantiam: tristitiæ, gaudium: Veneri, castitatem, imperat. In his non est opus frictione. Vnge tamen oleo violato, leuiterque pertractare corpus in remissione & ante cibum.

*Curatio
Diariæ &
crapulæ, ab
frigore, ab
obstructione,
& catarrho & bubone.*

De Victu.

Si à crapula fiat, vomitus est imperandus: si à frigore, diaphoreticis est insistendum: si ab obstructione viscerum, incipientia & aperientia sunt ex vfu.

Si à catarrho, postero die est purgandum. Si vlcus præcesserit, aut bubo, ad vlcerum & tumorum curationem erit recurrendum, & sic de cæteris causis.

Victus erit instituendus pro causarum varietate. Si æstas fuerit Diariæ causa, & æger iuuenis, & bonis visceribus est præditus, sine obstructione, aut plethora, aut cacochymia, & aluo libera, & temperamento bilioso, febre inclinante, curari poterit larga aquæ frigidæ portione. Secus alia via occurrendum. Cibandus erit æger non in paroxysmi augmento aut vigore, sed in fine aut extra illum, vt monet Hip. Aphor. 11. sect. 1. *Ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ἄποσιτις ἀδείη, τὸ πρῶτον γὰρ βλάπτει καὶ ὀκνῶσα χάρις πρῶτον παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ἄποσιτις ἀδείη: 1.* In accessionibus febrium à cibo abstinendum, nam cibum dare noxium est. Et cum per circuitus irritantur morbi, in ipsis accessionibus abstinendum. Æstimata morbi causa, & ægri vires, & ætas, & sexus, nutriendus erit alimentis boni succi, alteratis herbis refrigerantibus quæ promptè alant, & aduersentur calore febrili, & minimè cutis meatibus inhæreant: fluxile enim corpus & transpirabile esse debet, vt monet Hip. initio lib. 6. Epid. sect. 6.

Σάρες ὀλέκη καὶ ἐκ κοιλίης καὶ ἔξωθεν δῆλον ἢ ἀποσιτις ὃ ἐκποσον καὶ ἐν ποσὶ, ὅλον τὸ σῶμα. Inter hæc primas tenet succus seu cremor hordei de quo meminit Hip. parte 1. l. de Victu acutorū.

Si ab ira, vigilijs, labore, Venere immoderata, inædia, mœrore inducta fuerit tunc alendus erit æger iuribus carniū, colatitiis, &c.

Si à cruditate, aut ingluvie, aut à naturalium excrementorum suppressione, aut cutis constipatione, aut ab vlcere, aut adenum tumore, aut dolore graui: tunc tenuiore victu, & extra paroxysmum vtendum.

Si in Ephemera plethora vel cacochymia subesse deprehēditur: illa venæ sectione: hæc purgatione est demenda: non præsentis quidem febris necessitate, sed imminentis putridę metu. Et vt paucis expediam. In omni Diaria à quauis causa featuruerit alimenta medicamentosa esse debent: & si alius est suppressa sequentibus est sollicitanda.

℞ Mellis costi, ℥i. stercoris muscerdæ, & pul. Hieræ Gal. & salis gemmei, singul. ℥ii. fiat balanus indenda. Si mediocris fortunæ fuerit paretur sequens. ℞ fol. malux, viol. borrag. lactuce, singul. m. i. prunorum pa. 6. sem. 4. frig. ma. singul. ℥ii. florum nymph. & rosarum vtr. p. j. coque in aqua ad lib. i. colaturæ dissolue cassiæ cum saccharo, & Diapruni simpl. vtr. ℥vi. vel tantundem hieræ Gal. & Diaphœnici si æger fuerit nauta, baiulus, rhedarius, aut agricola, & causa Diariæ est frigiditas. Mellis violati aut rosati vel mercurialis, & olei nymphææ, vtriusque ℥i β, fiat clyster supponendus.

Balanus
pro paupere
Clyster pro
diuice.

Eo reiecto si æger est plethoricus aut πολυαιμος & iuuenis, aut suppressæ sunt hemorrhoides, aut menses, educatur sanguis ex axillari dextra ad ℥vi. aut viii. pro virium ratione. Si clysterem renuerit, inclinante febre sequens potio imperari poterit.

De venę
sectione.

℞ Sem. melonis mund. ℥i. Rhamarind. ℥ii. Cassiæ recens à canna extr. ℥i β, infundantur simul in decocta communi medic. per noctem super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi violati, aut rosati ex 9. infusionibus ℥i. fiat potio summo mane propinanda. Vel huius loco cap. ℥i β. mannæ Calab. dissolutum in iure pulli insulso.

Eccoproci
cum.

Si à cutis densitate, aut vsu Thermarum aluminosarum Diaria peruenerit balneum sequens ex paregoricis, i. lenientibus, & diaphoreticis, i. discutientibus compositum, erit vtile, hoc modo compositum.

℞ fol. Malux, Violarum, Saponariæ, Cychorij, End. syl. acitris, & lactucz, singul. M. vi. aut cuiusq; fasciculū vnum

*Balneum
leniens &
discutiens.

Rosarum recentium si ver. aut siccatum si æstas, M. 4. absynthij p. ma. & Centaurij m. i. cuiusque m. ij. Rad. Althææ, incisæ aut contusæ, ℥ j. sem. fœnugr. & salis nitri, vtriusque ℥ ij. coque in aquæ lib. centum pro balneo, in quo inclinante febre æger ingrediatur.

Exsiccato corpore, in lecto se contineat, & sudabit per horam aut alteram.

Simili methodo Gal. lib. de causis procatharticis Menandrum sanavit.

Singularum Diaræ causarum seorsim curationem non persequar, ne forte in magnum volumẽ hic Tractatus excrescat. Sed si quis plura requirat quæ scripserunt Galen. lib. 1. ad Glauc. & 8. meth. med. qui vinũ oligophorũ Diaræ laborantibus concedit. Aëtius lib. 5. à cap. 59. ad 69. vsque, Paulus Æg. lib. 2. cap. 16. Trallianus lib. 12. cap. 1. Auic. lib. 4. Fen. 1. tract. 1. à cap. 5. ad finem vsque, & neotericos, ad quos lectores curiosos relego: Nunc secundum nostram diuisionem transeundum ad synochum non putrem quæ proximè accedit ad naturam Ephemera.

De Synocha non putri.

C A P. IX.

De nomine.



SYNOCHVS duplex est. Vna non putris de qua nunc agemus, altera putris, de qua sequenti cap. Medici qui spatio centum annorũ ante nos floruerũt hanc Synochũ illã Synochã appellarũt: i. cõtinuã. Vnde illorum extat versus: Synocha de multo, sed Synochus de putrefacto. Posteriores Græci non putrem Synochon nuncuparunt: putrem verò *συνεχσίη* ne deciperemur in harum cognitione & curatione: quoniam vtrumque nomen idem significat. Hæ duz febres inter se differunt, quod non putris nullas habet mutationes, sed vnicam habet accessionem, (quæ durat quoad omnino materia euauerit) nullisque exacerbationibus distinctam.

Huius

Huiusmodi statuuntur differentie à Græcis varijs nominibus insignitæ. Vna quum calor par sui que similis toto febris decursu manet, quantumque recens inflammatur, tantundem protinus dissipatur, & illis *ὀυβήστος* seu *ἀκμώστικη* dicitur. Altera quando recens inflammatio quam dissipatio maior est, tumque calor continuo incremento inualefcit: sic *ἀναβαήστος* atque *ἐπακμώστικος*, i. increscens. Tertia, quando plus dissipatur, quam recens inflammatur, ac tum calor statim à summo vigore incipiens, sensim imminuitur dum desinat, & sic *παρρημώστικος*. Synochis verò, vt Synochos non putris est continua, sed suas habet mutationes & exacerbationes pro natura humoris à quo gignitur: si pituita, stas diei horis quotidie: si bilis, tertio quoque die: si melancholia, quarto quoque die: quod rarum est, vt fusius capitibus sequentibus docebimus. Synochus non putris cum ephamera magnam habet analogiam: quia ambo sunt sine putredine, & vnicam habent accessionem donec integrè soluantur vt dixi. Differunt in eo quod ephamera suam habet essentiam in calore præter naturam inflammante spiritus vitales. Synochus verò non putris in sanguine à calore præter naturam accenso in corde citra putredinem. Differt ab hæctica, quòd hæc, sit in partibus solidis: à putrida, putredine. Synochi calor si conferatur cum calore Ephemeræ est acris: si cum putrida est mitis ratione sanguinis qui sua qualitate dicitur temperatus. Ex his cõcludere licet Synochon esse febrem continuam à sanguine redundante plus iusto calefacto factam, à calore præter naturam citra putredinem actionem laudente.

Synochos quid.

Causæ sunt similes causis ephemeræ, quum sunt vehemētiore. Causæ præcipuæ sunt cutis densitas ex astrictione contracta, vel ab aëre calidiore, vel à sordibus cutis spiracula obstructuentibus, fuliginosa excrementa sistentibus, vel à balneo aquarum aluminosarum, aut cœnosarum, aut astringentium, aut rerum pinguium. Huiusmodi stipationes, sanguinis euctilationem prohibent, & sanguinem inflammant vnde febris. Aliàs sic ex vacuatione suppressa, mensiù, hemorrhoidarum, hemorrhagiæ: vel ex potu, aut cibo immoderato, vigilia, excandescencia &c.

De causis.

Ex his causis primum inflammantur spiritus vitales ob eorum tenuitatem, deinde sanguis. Hanc sanguinis inflammationem, vnico nomine phlogosin appellant Græci. Sub no-

Qui propenſi.

De ſignis.

mine ſanguinis intelligendi ſunt 4. humores in venis maioribus contenti, qui quoties inflammantur citra putredinem hanc Synochum generant. Huic feбри propenſi ſunt homines quadrati, nobiles, aulici, Eccleſiaſtici, & qui opiparè nutriuntur alimentis boni ſucci, & deſidiosè viuentes & adoleſcètes, & qui incolunt regionem temperatam in vere, aut qui ab aliquo membro fuerunt mutilati.

Ex cauſis ſigna eliciuntur: quoniam materia febris in ſanguine conſiſtit. Hęc febris plerumque extenditur ad 7. vſq; diem, & incipit cum frigore, & terminatur cum ſudore. Urina rubra eſt, & pulſus fortis & velox exiſtit. Ex hoc nullum vitæ diſcrimen impendet, modo medicus, æger, & aſſidentes. ex officio non delinquant: ſecus in Synechin putridam degeneraret, ex qua mors ſequeretur; ob id larga ſanguinis miſſione ſuccurrendum. Corpus omne & maximè facies rubore ex inflammatione ſuffunditur: omnes artus laſſitudo occupat, magna iactatio fatigat. Venæ magna ſanguinis copia turgent: tempora vehementer pulſant: caput dolet, ſæpe ſomnus profundus premit, ac reſpiratio difficilis. Cutis tactu mollis, non acri, ſed blando calore, & madore perſuſa.

De curatione.

De victu.

De potu.

Medicatio huius febris ſumitur à febris eſſentia, & à cauſa morbifica. Eſſentia eius in calore & ſiccitate poſita eſt, quæ contrarietatem indicat. Cauſa autem ſui ablationem indicat. Igitur tam ſumptis, educendis, faciendis, quàm admouendis, opitulandum erit. Victus ſit tenuis, refrigerans & humectans, vt conſulit Hip. Aphor. 16. ſect. 1. Υγραι πάσι διάλαι τοῖσι πυρεταῖσι ἐν μερεσσι, μάλιστα δὲ παιδίοισι, καὶ τοῖσι ἄλλοις τοῖσι οὖλοις; ἰδιόμοις διαλάει. Victus humidus febricitantibus omnibus prodeſt, tum pueris maximè atque alijs qui tali victu vti conſueuerunt, vtilis: qualis hodie in multis Galliæ locis obſeruat. Iura pullorum gallinaceorum, Agni, Vituli, alterata herbis refrigerantibus, & hordeata ex aqua cocta cum Saccharo & Butyro recenti parata, ad vires conſeruandas conceduntur. Initio paſtus pruna damascena ex aqua & ſaccharo cocta ſunt ex vſu. Potus aquæ frigidæ largus. In hac febre curanda conducit, modo corpus refertum non ſit, craſſis lentisque ac frigidis humoribus, vel obſtructionibus, vel aliqua putredine: vel viſcera phlegmone, eryſipelate, œdemate, aut ſcirrho male affecta non ſint. Quod ſi quid horum contingat,

maximè officit : quia tali potu recrudescunt humores, & ob-
structiones augentur, & humorum coctio retardatur: nec non
etiam ægrum in discrimen vitæ præcipitant. Huius loco vtend-
um erit aliquo syrupo acido, limonum, acetositate citrij,
omphacij, granatorum, acetato simplici, vel iulepo Alexan-
cum decocto hordei, vel rad. acetosæ. Vino etiam oligopho-
ro non vtendum metu imminentis febris putridæ. Huius fe-
bris Gal. lib. 9 meth. medendi methodicam curationem do-
cet, qui inter præcipua præsidia venæ sect. ad animi vsq; de-
liquium commendat, modo alius libera fuerit. Contra si du-
ra, sollicitanda erit balano, si pauper : vel sequenti clystere si
diues.

*De pl. lebo-
tomia.*

℞. fol. violarum, borrag. lactucæ, & portul. singul. m. i.
prunorum pa. viij. sem. 4. frig. ma. singul. 3. ij. florum
nymph. & viol. vtr. p. i. coque in aqua ad 3 x. dissolue cassiæ
recens extractæ si diues: sin minus cum sacch. & diapruni
simpl. vtr. 3 vj. mellis violati, & olei nymph. vtr. 3 i. β. fiat
clyster, qui refrigerat, humectat, aluum mouet & impedit
ne hæc febris in putridam degeneret. Si æger hunc non ad-
mittit detur illi eccoproticum pag. 39. descriptum. Reiecto
clystere educatur sanguis ad ts. aut ad animi vsque deli-
quium. Si forte ægri vires tantum sanguinis educationem
non ferunt, partiatur. Interea eas reficere licebit alimento
liquido & eupepto. Loco sanguinis extracti, venæ inanitæ
multum æris frigidi (fuga vacui) ad se attrahunt, à quo reli-
quus sanguis refrigeratur, & in priorem statum reducitur:
sic incendium extinguitur, & putrefactio inhibetur. Ratio
est, quia calor tam naturalis, quam præter naturam est situs
in sanguine & spiritu. Hæc sententia probatur experientia
quæ est alterum medicinæ fulcrum auctore Gal. comment.
suo primo in lib. Hip. de humoribus textu 7. Si sanguis impu-
rus apparet, ne in putridam degeneret sequentibus occur-
rendum erit.

*Utilitas
venæ se-
ctionis.*

℞. rad. acetosæ, graminis, rusci & asparagi (hæ rad. pu-
tredini resistunt, & partium tenuitate qua polleant, citra ma-
nifestum calorem obstructions (si fuerint) apperiant) sin-
gul. 3 i. herb. cichorij satiu, & erratici, lactucæ, borrag.
portul. vel hepaticæ, aut lentis palustris, singul. m. i. pru-
norum acidorum pa. viij. sem. endiuicæ, 3. β. 4. frig. ma.
singul. 3 ii. florum nymph. & viol. vtr. p. i. coquantur in fictili

*Apozema
refrig. &
apersens.*

vitrato angusti oris, potius quam in vase aereo cum aqua ꝑb
iij. ad medias. Colatura clarif. cum Syrupi Endiuix comp.
aut oxyfacch. simpl. ꝑ 4. fiat syrupus aromat. Santalo albo

*Iulepus pro
delicatio-
ribus.*

pro 4. aut 5. dosibus. Vel ꝑ. Aqua stillatitix intybi ex alam-
bico vitreo, & non plumbeo distillate ꝑb j. syrupi Endiuix
comp. & de granatis acidis vtr. ꝑ. ij. fiat iulepus in 4. doses.

*Cholagogū
medica-
mentum.*

ꝑ. cinnamo. ꝑ. i. rhab. ꝑ. iiij. tryphera perlicæ ꝑ. iiij. Cassiæ
recens à canna extractæ, ꝑ. i. infundantur omnia simul in
parte vna apozematis ꝑscripti per noctem super cineres cal.
expressioni dissolue syrupi violati ex 9. infusionibus ꝑ. i. s. po-
tio diluculo sumenda post 7. morbi diem. Hæc ꝑælidia sunt
ꝑæparanda si in putridam degenerare videtur: secus non.
Contra si acmastica vel epacmastica perseverant, & vi-
res constant, denuo mittetur sanguis ex opposito bra-
chio & vena axillari ad ꝑ. vj. Deinde iulepus vel apo-
zema vt supra iterentur, continuando donec sanguis de-
ferbuerit.

*Bolus vi-
scera refri-
gerans.*

ꝑ. Conseruæ florum cichorij, & nymphææ, vel rosa-
rum, vtr. ꝑ. ii. pul. diatriasantali, ꝑ. i. cum saccharo, fiat
bolus postridie à purgatione deuorandus horis iiij. ante pran-
dium. Vel huius loco cap. tabellam vnâ diatriasantali
pondo ꝑ. ij. inclinante febre balneum aquæ dul. erit ex vsu,
modò non sit calidum, sed tepens. Vel huius loco epithe-
mata & vnguenta sequenti cap. describenda, erunt ex vsu
ad viscerum refrigerationem.

De balneo.

Medio tempore si aliquod graue symptoma superuene-
rit, recurrendum erit ad proprium cap. in id dicatum. Si
balneandi facultas non datur, ante vsu linimentorum fri-
ctiones blandæ rachitidis brachiorum, & coxarum erunt
ex vsu.

De Febre continua putrida.

CAP. X.



SINECHIS, & Σύνεχος non differunt nomine, quod idem significant, sed putredine. De hac cap. præcedenti: de illa nobis nunc est agendum. Synechis seu continua febris putrida est duplex: vna in qua humores æquabiliter, altera quum inæquabiliter putrescunt in magnis venis.

De febrib. que fiunt ab humoribus æqualiter putridis.

Quum æquabiliter putrescunt, consurgunt tres febrium differentiarum, ijdem nominibus distinctæ quales fuerunt in Synocho non putri. Vna homotonos quoties putredinis par est modus toto morbi decursa. Altera quum plus putrescit quam dissipatur & epacmastica vocatur. Tertia quum minus putrescit quam dissipatur & paracmastica nominatur. Hæ tres febres nullas habent intermissiones manifestas vt febres intermittentes de quibus suo loco, neque remissiones aut exacerbationes, veluti ex quæ fiunt ab humoribus inæqualiter (in magnis venis) putridis. Hæ febres non differunt sede neque materia: quod ambæ sedem habent in magnis venis: & materia est eadem, putris scilicet, quæ cordi communicata febrem accendit.

Quum humores naturales in magnis venis inæquabiliter putrescunt: aut est pituita naturalis (quæ nihil est quam sanguinis pars crudior in magnis venis contenta) quæ quoties putrescit, fit continua: & quotidie stans horis remittitur & intenditur, & sui appellationem sortitur .3. quotidiana continua. Si bilis naturalis putrescit in venis cordis propinquo-ribus, fit πυρρός, i. ardens: si in paulo distantioribus, quales excurrunt ab inguinibus ad alas vsque, fit tertiana continua, quæ tertio quoque die intenditur & remittitur, & non intermittitur vt tertiana intermittens: quia materia putris continetur in magnis venis & non extra illas. Si denique humor melancholicus ibidem putrescit, 4. quoque die suas habet

De febrib. que fiunt ab humoribus inæqualiter putridis.

remissiones & exacerbationes, & non intermissionem, vt quartana intermittens.

Causæ externæ effectrices sunt similes quibus synochus non putris, sed validiores, quæ non modo inflammationem, verum etiam putredinem accersunt. Causæ internæ, sunt obstructio, siue sit in magnis venis, siue in cute, siue per tenues & iccoris venas, habitusq; corporis fuerit quæ perspirationem prohibeat, ita vt calor nativus extingatur: hinc putredo huius febris parens.

De signis.

Signa sumuntur à calore mordaci, ab urinis, à pulsu. Reliqua signa sunt similia atque in synocho non putri, sed insigniora & magis conspicua. Calor acrius contactum ferit. Urina est crassa, rubra, turbida, fœtida, & cum nullo sedimento. Pulsus non modo magnus, vehemens, frequens & celer, verum etiam inæqualis & inordinatus apparet.

De prognosi.

Prognostica paracastice vacat periculo, quia eius putredo, & causa sensim minuitur: non item homotonos, aut epacastica, in quibus accurate est considerandus 4. morbi dies, qui est index 7. ex Hip. Aphor. 24. sect. 2. qui naturæ motum & crism futuram in 7. die ostendit vel ad salutem, vel ad mortem.

Quot modis fiat crisis.

Crisis quinque vel sex modis in omnibus morbis salubribus & insalubribus fieri solet: nempe per hæmorrhagiam narium, vel per vomitum, vel alui fluxum, vel per sudores, vel per urinas, vel per parotidas in malignis & pestilentibus febribus. Gal. 3. crison, si forte fortuna natura aliquã crism molitur in sexto die, etiam si coctionis signa in urinis 4. die apparuerint, semper est dubia, & recidivam pollicetur. At si in eo die coctionis signa appareant, cum animi deliquio, aut alio graui symptomate crisis sit, mortem portendit. Si vero ab initio alui fluxus apparuerit, & febris in eodem statu permanserit, & irrequietus fuerit æger, apparentibus signis cruditatis, mortem denotat: quia natura à copia materiæ obruitur. Contrà, si febris per alui fluxum minuitur cum bona tolerantia, & benè se habet ad oblata, cum facili respiracione curabitur. Si Ecthymata 4. morbi die appareant, eaque fuerint nigra aut livida, mors in propinquo est; denotat enim malignam qualitatem subesse: quæ si rubra tantum fuerint, & consent vires, cum morbi facili tolerantia, & signa coctionis apparuerint, erit benè sperandum. Hæc febris inter

Ecthymata in morbis acutis quid denotant.

missione caret, mitior tamen tempore matutino frigido, & ratione sanguinis qui nondum putruit, suamque seruans temperiem calidam & humidam.

Curatio in duobus consistit, scilicet in euacuatione, & alteratione. Euacuatio fit per venæ sectionem, idque ab initio, vt monet Gal. lib. 9. & 11. meth. med. ob suffocationis vel syncopes periculum.

*Curatio sy-
nochi pu-
tris 2. sco-
pis perfici-
tur.*

Per eam plethora minuitur, & putredo arcetur. Itaque festinare oportet, non ad animi deliquium, vt in synocho non putri. Hæc siquidem tam larga sanguinis missio, merito suspensa esse debet: quoniam plus periculi quam commodi præ se fert, cuius rei fidem facit experientia, & quorundam tristis euentus, qui cum ex multi sanguinis euacuatione animo defecerunt, ita vt ad sese nunquam redire potuerunt medicorum astantium dedecore.

*De euacua-
tione, 1. per
venæ se-
ctionem.*

Longè igitur tutius fuerit venæ sectionem partiri, vel paulatim, & per interualla sanguinis tantum auferre, quantum vires, ægri conditio, & morbi status exigit, vt ipsemet Gal. cap. 5. eiusdem lib. fatetur. Si tunc temporis sudor, hemorrhoides, aut narium hemorrhagia, aut menses eruperint, totum negotium naturæ committendum. Quæ si parcius fluunt, & febris non minuitur nihil secius phlebotomia est celebranda. Contra si immoderatè fluunt, modis omnibus talis impetus est coercendus.

Si æger fuerit aluo duriore, ante phlebotomiam, materia communis balano, vel clystere, vel eccoprotico præcedenti cap. 8. pag. 39. descriptis est sollicitanda. His materia febris minuitur, & quod superest faciliùs à natura concoquitur.

Secundum curationis genus consistit in humorum alteratione, per refrigerantia & aperientia citra manifestum calorem, & putredinem prohibentia, vt apozemate scripto pag. 43. Videtur ratio, non sit dissimilis ab ea quæ superiori cap. fuit descripta, pag. 45. ad quam recurrere licebit. Interea viribus consulendum ne deficiant, & incendium viscerum retundatur, hoc modo.

*De altera-
tione 2.*

℞. Pul. Diamarg. frig. & Diatragacanthi frig. recens præparati, (ob seminum rancorem) & crystalli sub. triti singul. ʒ. i. conferuæ florum cichorij, ʒ. β. confer. rad. bugl. & saccharolati vtr. ʒ. i. fol. auri, si diues fuerit num. iv. fiat conditio.

Conditio.

tum iuribus carniū dissoluendum si vires plus iusto sunt de-
iectæ: vel cum prisana, aut decocto rad. acetosæ inter duos
pastus. Huius loco confectio de hyacintho aut confectio al-
chermes (nisi esset ingrati saporis) est utilis: vel paretur se-
quens pul. valde cardiacus.

*Pulis car-
diacus.*

℞. Coralli rub. & fragm. v. lap. pretiosorum super Por-
phirium sub. tritorum, singul. ℥. i. ossis de corde cerui, vel
bouis (ambo sunt eiusdem facultatis) ʒ β. margaritarum sub.
tritarum, ʒ. i. sacch. rosati, ʒ. q. s. fol. auri nu. 4. vtatur vt de
condito dixi, si vires pessundant, adde confect. de hyacintho
aut alchermes ʒ. i. & lapidis becardici veri gra. 8.

*Tabellæ
cardiacæ.*

℞. Pul. Diatriasantali, & troch. de spodio, vtr. ʒ. i. confer.
viol. aut nymph. ʒ β. sacch. aqua rosarum soluti & cocti, ʒ.
iij. fiant tabellæ pondo ʒ. ij. ea. vnam ante vtrumque pastum
spatio horarum duarum, superbibendo parum aquæ borrag.
inalembico vitreo destillatæ.

*Epithema
cardiacum*

℞. Pul. Melissæ, & croci, vtriusque ℥. j. florum nymphæ,
& rosarum rub. & granorum tinctorum, singul. ℥. ij. pul. dia-
marg. frigidi ℥. iij. vini rub. optimi, ʒ. ij. aquarum scab. bu-
gl. & portul. singul. ʒ. v. fiat epithema cordis regioni admo-
uendum cum panno rub. denso. ℞. confer. florum borrag.
& calthæ, vtriusque ʒ. j. confectiois alchermes, ʒ. j. misce-
antur & extendantur super pannum chermesinum, & eidem
regioni post epithema admouendum. Pro hepate, ℞. Pul.

Emplastrū

trium santalorum, & troch. de caphura, singul. ʒ. j. rosarum
rub. & nardi ind. vtriusque ℥. i. aquarum solani, endiuix, &
rosarum singul. ʒ. v. acetiro sati, ʒ. i. fiat epithema ieco-
ri vellienitapidè applicandum cum panno rubro denso, per
horam ante vtrumque pastum: ardorem vtriusque visceris
emendat.

*Epithema
hepaticum,
& splenicū*

℞. Cetati santalini, & vnguenti rosati Mes. vtriusque ʒ. i.
olei rosati, ʒ. i. misce, deinde lauentur aquis pluribus ro-
sarum, vel frigida (si pauper) caphuræ, ℥. β. adde, & his illi-
nentur præcordia post epithema, frigidè (si æstas) vel tepidè
(si hyems fuerit) panno lineo appposito, & sequenti illinetur
lumborum regio.

*Linimentū
hepaticum.*

℞. Vnguenti albi Gal. ex tempore præparati, ʒ. iij. caphu-
ræ, ℥. β. misce pro litu lumborum frigidè singulis ferè horis
vt consulit Gal. lib. 10. meth. med. & lib. 1. simpl. cap. 6. si-
mili modo alia præscribi poterunt pro morbi tempore, statu,
& regione.

*Aliud pro
renibus.*

℞. Vnguenti albi Gal. ex tempore præparati, ʒ. iij. caphu-
ræ, ℥. β. misce pro litu lumborum frigidè singulis ferè horis
vt consulit Gal. lib. 10. meth. med. & lib. 1. simpl. cap. 6. si-
mili modo alia præscribi poterunt pro morbi tempore, statu,
& regione.

& regione. Nunc tempestivum est aggredi curationem februm continuatum ab humoribus inæqualiter putridis.

De Causo & Tertianâ continua.

CAP. XI.



ΑΥΣΟΣ πυρετός: i. febris ardens, & τριτῆτος αὐρετός: i. Tertianâ continua. Hæ febres differunt non materia neque curatione, sed nomine, & sede. Ambæ fiunt à sanguine bilioso putrefacto in magnis venis intæctis visceribus. Ille in venis propinqui-

De febre continua quum humores inæqualiter putrescunt.

bus cordi, veluti in trunco venæ causæ ascendentis, & in vena arteriosa & cordis coronaria. Hæc verò in venis quidem magnis sed distantioribus, quæ ab inguinibus ad alas usque excurrunt.

Causus per καὶ ἐξοχῆν ardens appellatur ab Hip. lib. i. Epid. sect. 3. & parte 4. lib. acutorum, ob incendium cordis maximum.

Causus, vt tertiana continua est duplex: exquisitus scilicet, & non exquisitus. Exquisitus fit à sanguine bilioso locis annotatis putrefacto. non exquisitus, fit quoties (præter bilem) pituita salsa, aut ichores simul putrescunt. Hic Causus, duplici modo contingit: vno cum venæ siccatae ab æstate ad se trahunt ichores biliosos qui sunt acres; vt nos melioribus alimentis destituti, deteriora sumimus. Sic venæ alicuius partis, vel totius corporis vehementer siccatae, ex partibus carnosissimis ichores, & alios humores sequi paratiores ad se rapiunt, & infensum sibi causonem procurant. Altero verò modo fit, quoties ichores alijque humores à parte robustiore vna, vel pluribus simul expulsi, in imbecilliore (non difflati) putrescunt. Pariratione tertiana continua est duplex: vna exquisita, altera non exquisita. Exquisita pariter vt causus fit à bilioso sanguine putrefacto, vt dixi. Non exquisita fit etiam quoties cum sanguine bilioso pituita, aut melancholia, aut ichores vnâ putrescunt.

Diuisio hærum febr. Causus non exquisitus duplici modo fit.

Tertianâ continua est duplex.

*De causis
externis.*

Causæ harum febrium sunt externæ, aut internæ. Externæ sumuntur ab aëre calidiore, à vaporis putridi inspiratione, à scæda scabie, à lue venerea, ab ægri intemperie biliosa: necnon à potu vini optimi non diluti, ebrietate, aut potu aquarum cœnosarum: à cibis bilem generantibus, aut qui facillè putrent, vt lac, & fructus horæi, aut intempestiuè sumpti: aut quum cibus prior nondum confectus, alter ingeritur, aut præposterè sumitur, aut quum diri, & concoctu difficiles, leuioribus proponuntur. Vsus piscium cœnosorum, leguminum, & herbarum acrium: iugis vigilia: labor immoderatus, equitatio grauis in æstate: excrementorum suppressio: animi pathemata, vt ira, & tristitia, illa excandescere facit, & bilem concitat. Hæc verò calorem reuocando à circumferentia ad centrum, idem quod ira præstat.

*De causis
internis.*

Internæ causæ sunt, aut antecedentes, aut coniunctæ: antecedentes sunt, obstructio quæ à crassis, ac viscidis humoribus fit, & perspirationem impedit, qua impedita, humores etiam probi facillè putrescunt. Quod si in venis magnis cordi propinquis contingat, hunc Causum: 1. ardentem febrem generat, vt dixi. Si in alijs venis paulo distantioribus fit, obstructio & putredo. Tertianæ continua generatur. Altera causa antecedens est vtraque plethora, seu ad vasa, seu ad vires fuerit, quæ concoqui nequit, neque regi à viribus imbecillis.

Causa vero continens, est ipse humor putris, qui cordis sanguinem purum & sincerum sua labe inquinat, inde in corpus vniuersum per arterias diffusa actiones humanas impedit. Ex hac putredine, non tota sanguinis massa ex primo insultu inficitur, sed tantum is qui putredini propinquior fuerit, deinde is qui ordine paratior succedit, & sic deinceps.

Veritas huius rei colligitur ex venæ sectione, qua sanguis purus qui ad partis nutritionem erat destinatus, primus emanat, mox corruptus profluit: denique purus, si vena diutius aperta manet.

Causa non exquisitæ tertianæ continuæ, fit quoties biliosus sanguis vnà cum pituita salsa, aut ichores, putrent in venis diaphragmatis, quæ exeunt à trunco venæ caux ascendentis, vel à venis oris ventriculi quæ scaturiunt à trunco

splenico venæ portæ, quæ coronariam stomachicam distant
constituunt: vel in ieiuno intestino, vel in sima hepatis sca-
turit, hæc tertiana continua non est exquisita.

Signa tam causi legitimi, & illegitimi, quam tertianæ con- *Signa causi*
tinua sunt ferè eiusdem naturæ: quorum alia παθογιομένηα,
alia ανδρυσίωσα, i. assidentia. Illa sumuntur à calore deurente, *Signa πα-*
qui maximam febrem (ratione humoris biliosi) profert: nec *thognomo-*
non à siti indicibili, ob humoris acrimoniam assiduo cor ip- *nica.*
sum & stomachum ferientis: nisi forte tenuis humor è cere-
bro deerrans in os, linguam humectet. Aliàs lassitudo ulcero-
sa quæ ab humore putri accidit.

Hæc verò assidentia signa, sunt linguæ siccitas, nigredo, & *Signa syn-*
asperitas, ab adustione: ventris dolor, & mordax, à tenuis *dreuenta.*
humoris affluxu: insomnia, à bilis caliditate, & siccitate: de-
lirium, à pulmonis, aut diaphragmatis inflammatione, vel à
bile in cerebrum sublata: spiratio difficilis, ab ipsdem parti-
bus inflammatis. Ægri efflant igneum spiritum, ore semper
aperto: illis os amaricat, à bile tunicam ventriculi internam
ori communem.

Deiectio interdum liquida, pallida, & foetida à copia ma- *De deie-*
teriarum crudæ & acris initio motæ per morbi vehementiam, & *ctione.*
maximè quum harum febrium illegitimarum sedes, hepar
aut ieiunum intestinum fuerit: interdum incipit cum rigore
leui, aliàs cum vomitu: aliàs cum sopore, si exquisitus fuerit:
aliàs cum horrore, si spurius ob bilis & pituitæ mixtionem.
In hoc, initio vrina est crassa & turbida: quia humor est cras- *De vrina.*
sus & crudus à bilis putrefactæ ardore agitato. In augmen-
to & statu, multa bile est perfusa.

Pulsus initio est paruus, & inæqualis: in statu magnus, ve- *De pulsu.*
lox, & frequens. Calor, contactu est mordax: statis diei ho- *De calore*
ris exacerbatur & remittitur, multa alia signa notantur ab *mordaci.*
Hip. lib. 1. Epid. curatione 2. & 4. & lib. 3. sect. 3. curatione
1. & parte 4. lib. victus acutorum: & post eum Gal. suis in hos
lib. commentarijs.

Signa tertianæ exquisitæ magnam analogiam cum causo *Signa 3.*
exquisito habent. Pariter & eius prognostica mox annotan- *exquisita.*
da licet mitiora seu salutis aut mortis: longitudinis aut breui-
tatis.

Signa non exquisitæ distinguuntur rigore, non ratione fe- *Signa spu-*
bris, sed facultatis expultricis venarum maiorum, quæ in *ria.*

minores sese exonerant. Hęc in habitum & partes sentientes humorem acrem & mordacem depellunt. Rigorem fieri posse à frigida vt à calida causa docuit Gal. lib. 5. de sympt. causis, & 2. de Crisibus, & lib. de rigore. Hęc *σύνεργος*, quoniam materiam morbificam à corde magis diffiram habet quam caustos, pari impetu, eoque assiduo illud non ferit putredo. Suas quidem alternis diebus exacerbationes, & remissiones habet, & non intermissionem, vt tertia exquifita intermittens. Symptomata etiam in exquifita tertia continua, sunt longè mitiora, quam in causo, & vehementiora quam in continua notha, aut intermittente.

αγγύω
719.

Si præcordia sine dolore fuerint tensa, inflammationem denotant: si cum dolore, idque à morbi principio, mortem denuntiant, ex Hippoc. sententia progn. 23. lib. 1. progn.

A vehemēti ardore, aut cerebri inflammatione, aut exsiccatione, si conuulsio fiat, lethalis ex Hip. & Gal. in A. phor. 26. sect. 2. Hęc febris comitata grauissimis signis quarto, aut septimo die interimit. Contrà, cum securissimis quarto, aut septimo die securitatem promittit. Hip. progn. 2. lib. 3. Si rigor acciderit in die critico, & deiectæ sunt vires, mortiferum est, quia imbecilla virtus rigoris vehementem quassum ferre non potest. Hip. Aphor. 46. sect. 4. Contrà, si constant vires, fit febris solutio per sudores, auctore eodem Hippoc. Aphor. 58. eiusdem sect. Si rigor sexto die acciderit, etiam cum signis coctionis, iudicium erit difficile. Aphor. 39. sect. 4. & lib. 1. Epid. & Gal. lib. 1. de diebus decretorijs. Denique alia prognostica tam salubria quam insalubria expiscari possunt ex scriptis Hip. in Epid. & lib. 1. & 2. prognost. ex facie, oculis, naribus, palpebris, decubitu, stridore dentium, manuum gesticulatione, sudore, spiratione facili, aut difficili, de somno, alui excrementis, vomitu, & vrinis, sternutatione, & insomnijs; necnon ex sect. 4. Aphor. quæ prudens omitto ne longior excurrat oratio. Præter Hip. & Gal. scripta, medico sunt ægri vires perpendendæ, temperamentum, ætas, cœli status, & regio, vt prædicere possit morbi euentum, salutem aut mortem, longitudinem aut breuitatem: sic calumnia vitatur: prædicendo laboranti aut parentibus futura, seu per vrinas, aut sudores, aut alui fluxum, vomitum, hæmorrhagiã, aut parotidas (si maligna & venenata est qualitas)

præter humorum putredinem. Quamuis hæc febres sint comitata gravissimis symptomatis, non illico tamen suam debet sententiam proferre medicus, seu de salute, seu de morte agatur, vt recte consulit Hip. Aphor. 19. sect. 2.

Signa crifim præuenientia, sunt anxietates, vigilix, dementiæ, somni graues, respiratio difficilis, vertigines, sensuum difficultates, dolor capitis colli, stomachi, & multorum aliorum membrorum, & nonnullis aurium sonitus, & interdum vanæ imagines, quæ ante oculos apparent, & lachrymæ inuoluntariæ effluunt, & vrina retinetur, labrum agitatur, obliuio, & præsentium ignorantia, & vehemens rigor accidit, multus æstus, & fitis inexplebilis sequitur, ægri sæpè saliant sicut furentes, nec possunt in eodem situ recumbere. Deinde repentè multus sudor erumpit, aut vomitus insequitur: aut venter subitò soluitur, aut abundans fluxus sanguinis fit, vnde non paruus timor adstantes inuadit. Gal. lib. 3. de Crifibus cap. 2. Minus periculosè egrotat iuuenis biliosus, in cælo æstuante, quam senex in hyeme ex Hip. Aphor. 34. sect. 2. Minus (inquit) periculosè ægrotant ij, quorum vel naturæ, vel ætati, vel consuetudini, vel tempori familiaris morbus est, quam quibus horum nullo affinis cognatusque existit.

Signa Crifim præuenientia.

Excreationes in febribus non intermittentibus nigrae aut liuidæ, cruentæ, foetidæ, biliosæ omnes malæ: si tamen commodè prodeant, bonæ. Aphor: 47. sect. 4. & Aphor. 57. eiusdem sect. *ὑπὸ χύμους ἐχομένα ἐπιγεομένα ῥίγος, λύσις γίνεται.* Si febre ardente, rigor laboranti superueniat, solutio fit. Et Aphor. 48. *Ἐν τοῖσι μὴ διαλύεσσι πυρελοῖσιν ἢ τὰ μὲν ἔξω ψύχεται ἢ τὰ δὲ ἐνδοῦ κρύεται, & δὲ ψυγῆται, θανάσιμον: 1.* In febribus non intermittentibus si partes exteriore algent, internæ vruntur, & sitiunt est lethale: & sequenti Aphor. In febre non intermittente si labrum, aut supercilium, aut oculus, aut nasus peruertitur, si non videt, si non audit, imbecillo iam corpore: quicquid horum acciderit, in propinquo mors: & sequenti etiam Aphor. Si difficultas spirandi acciderit, aut delirium, lethale, & Aphor. 37. eiusdem sect. *οἱ ψυχροὶ ὑδρῶτες ἔσιν μὲν ὄψιν πυρετῶ γινόμενοι, θανάτι, ἔσιν πρῆντέρω δὲ μῆκος χρόνου σημαίνουσι: 1.* Frigidi sudores cum febre quidam acuta mortem: cum mitiore verò morbi longitudinem significant. Et lib. 1. progn. Permissio etiam sunt sudores, si circa caput & vultum & cer-

cilius: ad coctionem autem materiz, genus & modus pertinent. Celsus lib. 3. cap. 6. Aues quæ molli sunt carne, cuiusmodi sunt capi, gallinæ, perdices, phasiani, & quæ in dumetis viuunt concedi possunt, & non quæ sunt carne dura, nigra, quæque in aquis viuunt. Ex piscibus saxatiles: quales sunt anadromi, acipenser, lucius, perca, astaci & reliqui qui carne friabili sunt præditi conceduntur. Oua sorbilia, & vna corinthiacæ, & damascenæ exacinatæ, conceduntur. In genere victus frig. & humidus febricitantibus omnibus prodest, authore Hip. Aphor. 16. sect. 1. in specie victus variari debet pro temporum varietate.

Nam in principio februm tenui victu vtendum: in augmento, tenuiori: in statu tenuissimo, ex eodem Hip. Aphor. 5. 7. 8. 9. 10. 11. eiusdem sect. At considerandum est, num ex tali victu perdurare possit æger vsque ad morbi vigorem: qui si statim futurus est, tenui victu vtendum est; sin minus, plenius est alendus æger, vt perferre queat, modo non sit tempore exacerbationis, sed remissionis vt dixi loco citato. Quin etiam ætates & anni tempora & consuetudo sunt consideranda. Ætas iuuenilis, facilius concoquit cibos, quam senilis: quia calor insitus in illa ætate est uegetior ad concoquendum, in hac verò imbecillior: ob id illi copiosiore egent alimento, quam hi. Famē facilius fert adolescens, quam puer: in denso cœlo, quam tenui: facilius in æstate quam in hyeme: facilius vni cibo assuetus, quam duobus: facilius homo pituitosus quam biliosus sustinet ex Hip. Aphor. 13. sect. 1. & Celso in fine suæ præfationis. Tempore hyemis & autumnii, vberius æger est alendus: vere minus, ætate verò adhuc minus.

Consuetudo cum sit altera natura teste Platone *συνθήκη δυνάμει φύσιν ἔχει*: 1. ei non nihil condonandum eodem Hip. authore Aphor. 17. eiusdem sect. 1. Æger superuacuo alimento non est onerandus, ne febris exasperetur, neque fame, ne vires conuellantur, quas tueri & conseruare par est, vt longitudini, atque iudicationi sustinendæ satis esse queant.

De somno.

Somnus sit moderatus, & nocturnus si fieri potest, vel matutinus, ex Hip. progn. 11. lib. 2. At si præcordia sunt inflammata, per initia, (eo concurrente humore) arceri debet: quia reuocato intro calore per somnum, ab extremis partibus ad

incimas

intimas augetur inflammatio. In declinatione verò, vtile est obdormire: sic facilius & copiosius erumpunt sudores, sic sæpe febres soluantur.

Danda est opera vt aluus quotidie fluat, spontè vel arte. Animi pathemata penitus arceantur, & si quæ sint temperantur.

2. Secundum genus curationis pendet ex euacuatione, quæ fit per venæ sectionem imprimis celebrandam. At si æger fuerit aluo duriore præmittatur sequens clyster, vel balanus.

*De vacua-
tione.*

℞. Herbarum viol. mal. lactucæ, cucurbitæ aut portul. borrag. singul. m. i. prunorum acidorum pa. viij. sem. 4. frig. ma. singul. 3. ij. florum papau. rhocas si æstas, vel nymph. & rosarum singul. p. i. coque in sero lactis, vel in aqua, ad tb. i. colaturæ dissolue diapruni simpl. & cassiæ recens à canna extractæ (si exquisita fuerit) vel diaphœnici si non exquisita, vtriusque 3. vj. mellis violati, & olei nymphææ, vtriusque 3. i. β. vel tantundem olei chamæem. si non exquisita, fiat clyster mane supponendus. Si pauper, huius loco ℞. Mellis cõmunis, 3. i. coque cum salis gemmei, & stercoris muscerdæ, vtr. ʒ. ij. pul. hieræ. ʒ. i. fiat balanus supponenda vice clysteris. Vel ℞. Sem. melonis mund. ʒ. i. rhab. crassè triti, si per aluum ducenda est bilis: vel tenuissimè, si per vrinas, ʒ. iiii. cassiæ recens à canna extractæ & mund. 3. vi. aut 3. i. si æger est aluo duriore cum saccharo fiat bolus per sesquihoram ante lotorium insulfum deuorandus. Si nequit vti bolo, vtatur sequenti potionc. ℞. cinnamo. & sem. melonis mund. vtr. ʒ. i. rhab. 3. i. thamarind. 3. iij. cassiæ ex tempore à canna mund. 3. i. β. omnia simul infundantur in decocto cichorij, seriolæ, borrag. prunorum, & florum cord. Vel huius loco in sero lactis per noctem super cineres cal. expressum, detur summo mane ex artis instituto. Sic exonerata aluo detrahatur sanguis ex vena basilica, dextra si hepar: aut sinistra, si lien afficiantur, seruata *℞. ʒ. viij. aut lib. i. si æger est iuuenis, & plethoricus, & non ad lypopsichiam vt diximus in Synocho non putri. Quantitas, ad ægri vires metienda, aut ad mensium, aut hemorrhoidarum suppressionem, ad anni tempus, ætatem, ægri temperamentum, consuetudinem, & vitium.*

*Clyster re-
frigerans.*

Balanus.

Bolus.

*Eccoproti-
cum.*

*De vena
sectione.*

*Canem ob-
seruandus.*

Quoties cassia, aut quoduis aliud purgans medicamentum,

tum iuribus carniū dissoluendum si vires plus iusto sunt de-
iectæ: vel cum prisana, aut decocto rad. acetosæ inter duos
pastus. Huius loco confectio de hyacintho aut confectio al-
chermes (nisi esset ingrati saporis) est utilis: vel paratur se-
quens pul. valde cardiacus.

*Pulvis car-
diacus.*

℞. Coralli rub. & fragm. v. lap. pretiosorum super Por-
phirium sub. tritorum, singul. ℥. i. ossis de corde cerui, vel
bouis (ambo sunt eiusdem facultatis) ʒ β. margaritarum sub.
tritarum, ʒ. i. sacch. rosati, ʒ. q. s. fol. auri nu. 4. vtatur vt de
condito dixi, si vires pessundant, adde confect. de hyacintho
aut alchermes ʒ. i. & lapidis becardici veri gra. 8.

*Tabellæ
cardiacæ.*

℞. Pul. Diatriasantali, & troch. de spodio, vtr. ʒ. i. conser.
viol. aut nymph. ʒ β. sacch. aqua rosarum soluti & cocti, ʒ.
iij. fiant tabellæ pondo ʒ. ij. ca. vnam ante vtrumque pastum
spatio horarum duarum, superbibendo parum aquæ borrag.
in alembico vitreo destillatæ.

*Epithema
cardiacum*

℞. Pul. Melissæ, & croci, vtriusque ℥. j. florum nymphææ,
& rosarum rub. & granorum tinctorum, singul. ℥. ij. pul. dia-
marg. frigidi ℥. iij. vini rub. optimi, ʒ. ij. aquarum scab. bu-
gl. & portul. singul. ʒ. v. fiat epithema cordis regioni admo-
uendum cum panno rub. denso. ℞. conser. florum borrag.

Emplastrū

& calthæ, vtriusque ʒ. j. confectionis alchermes, ʒ. j. misce-
antur & extendantur super pannum chermecinum, & eidem
regioni post epithema adiuuendum. Pro hepate, ℞. Pul.

*Epithema
hepaticū,
& splenicū*

trium santalorum, & troch. de caphura, singul. ʒ. j. rosarum
rub. & nardi ind. vtriusque ℥. i. aquarum solani, endiuiz, &
rosarum singul. ʒ. v. aceti rosati, ʒ. i. fiat epithema ieco-
ri vel lienitrepidè applicandum cum panno rubro denso, per
horam ante vtrumque pastum: ardorem vtriusque visceris
emendat.

*Linimentū
hepaticū.*

℞. Cerati santalini, & vnguenti rosati Mes. vtriusque ʒ. i.
olei rosati, ʒ. i. misce, deinde lauentur aquis pluribus ro-
sarum, vel frigida (si pauper) caphuræ, ℥. β. adde, & his illi-
nentur præcordia post epithema, frigidè (si æstas) vel tepidè
(si hyems fuerit) panno lino appposito, & sequenti illinetur
lumborum regio.

*Aliud pro
renibus.*

℞. Vnguenti albi Gal. ex tempore præparati, ʒ. iij. caphu-
ræ, ℥. β. misce pro litu lumborum frigidè singulis ferè horis
vt consulit Gal. lib. 10. meth. med. & lib. 1. simpl. cap. 6. si-
mili modo alia præscribi poterunt pro morbi tempore, statu,
& regione.

& regione. Nunc tempestivum est aggredi curationem februm continuatum ab humoribus inæqualiter putridis.

De Causo & Tertiana continua.

CAP. XI.



ΑΥΣΟΣ πυρετος: i. febris ardens, & tertiana
 συνεχης: i. Tertia continua. Hæ febres
 differunt non materia neque curatione,
 sed nomine, & sede. Ambæ fiunt à sangui-
 ne bilioso putrefacto in magnis venis inta-
 & visceribus. Ille in venis propinqui-
 oribus cordi, veluti in trunco venæ causæ as-

*De febre
 continua
 quum hu-
 mores inæ-
 qualiter
 putrescunt.*

cedentis, & in vena arteriosa & cordis coronaria. Hæc verò
 in venis quidem magnis sed distantioribus, quæ ab inguinibus
 ad alas usque excurrunt.

Causus per καὶ ἔσθλη ardens appellatur ab Hip. lib. 1. Epid.
 sect. 3. & parte 4. lib. acutorum, ob incendium cordis ma-
 ximum.

Causus, vt tertia continua est duplex: exquisitus scilicet, & non exquisitus. Exquisitus fit à sanguine bilioso lo-
 cis annotatis putrefacto. non exquisitus, fit quoties (præter
 bilem) pituita salsa, aut ichores simul putrescunt. Hic Cau-
 sus, duplici modo contingit: vno cum venæ siccata ab æsta-
 te ad se trahunt ichores biliosos qui sunt acres; vt nos melio-
 ribus alimentis destituti, deteriora sumimus. Sic venæ alicui-
 us partis, vel totius corporis vehementer siccata, ex parti-
 bus carnosus ichores, & alios humores sequi paratioribus ad se
 rapiunt, & infensum sibi causonem procurant. Altero verò
 modo fit, quoties ichores alijque humores à parte robustiore
 vna, vel pluribus simul expulsi, in imbecilliore (non dista-
 ti) putrescunt. Pariratione tertia continua est duplex: vna
 exquisita, altera non exquisita. Exquisita pariter vt causus fit
 à bilioso sanguine putrefacto, vt dixi. Non exquisita fit etiam
 quoties cum sanguine bilioso pituita, aut melancholia, aut
 ichores vnà putrescunt.

*Diviso hæ-
 rum febr.
 Causus non
 exquisitus
 duplici mo-
 do fit.*

*Tertiana
 continua est
 duplex.*

*De causis
externis.*

Causæ harum febrium sunt externæ, aut internæ. Externæ sumuntur ab aëre calidiore, à vaporis putridi inspiratione, à scæda scabie, à lue venerea, ab ægri intemperie biliosa: necnon à potu vini optimi non diluti, ebrietate, aut potu aquarum cœnosarum: à cibis bilem generantibus, aut qui facile putrent, vt lac, & fructus horæi, aut intempestiuè sumpti: aut quum cibus prior nondum confectus, alter ingeritur, aut præposterè sumitur, aut quum diri, & concoctu difficiles, leuioribus proponuntur. Vsus piscium cœnosorum, leguminum, & herbarum acrium: iugis vigilia: labor immoderatus, equitatio grauis in æstate: excrementorum suppressio: animi pathemata, vt ira, & tristitia, illa excandescere facit, & bilem concitat. Hæc verò calorem reuocando à circumferentia ad centrum, idem quod ira præstat.

*De causis
internis.*

Internæ causæ sunt, aut antecedentes, aut coniunctæ: antecedentes sunt, obstructio quæ à crassis, ac viscidis humoribus fit, & perspirationem impedit, qua impedita, humores etiam probi facile putrescunt. Quod si in venis magnis cordi propinquis contingat, hunc Causum: 1. ardentem febrem generat, vt dixi. Si in alijs venis paulo distantioribus fit, obstructio & putredo. Tertianæ continua generatur. Altera causa antecedens est vtraque plethora, seu ad vasa, seu ad vires fuerit, quæ concoqui nequit, neque regi à viribus imbecillis.

Causa vero continens, est ipse humor putris, qui cordis sanguinem purum & sincerum sua labe inquinat, inde in corpus vniuersum per arterias diffusa actiones humanas impedit. Ex hac putredine, non tota sanguinis massa ex primo insultu inficitur, sed tantum is qui putredini propinquior fuerit, deinde is qui ordine paratior succedit, & sic deinceps.

Veritas huius rei colligitur ex venæ sectione, qua sanguis purus qui ad partis nutritionem erat destinatus, primus emanat, mox corruptus profluit: denique purus, si vena diutius aperta manet.

Causa non exquisitæ tertianæ continuæ, fit quoties biliosus sanguis vnà cum pituita salsa, aut ichores, putrent in venis diaphragmatis, quæ exeunt à trunco venæ caux ascendentis, vel à venis oris ventriculi quæ scaturiunt à trunco

splenico venæ portæ, quæ coronariam stomachicam dictam constituunt: vel in ieiuno intestino, vel in sima hepatis scaturit, hæc tertiana continua non est exquisita.

Signa tam causi legitimi, & illegitimi, quam tertianæ continuæ sunt ferè eiusdem naturæ: quorum alia παθογυιαύρινα, alia ουρδ'αύουστα, i. assidentia. Illa sumuntur à calore deurente, qui maximam febrem (ratione humoris biliosi) profert: nec non à siti indicibili, ob humoris acrimoniam assiduo cor ipsum & stomachum ferientis: nisi forte tenuis humor è cerebro deerrans in os, linguam humectet. Aliàs lassitudo vlcerosa quæ ab humore putri accidit.

Signa causi

Signa pathognomonica.

Hæc verò assidentia signa, sunt linguæ siccitas, nigredo, & asperitas, ab adustione: ventris dolor, & mordax, à tenuis humoris affluxu: insomnia, à bilis caliditate, & siccitate: delirium, à pulmonis, aut diaphragmatis inflammatione, vel à bile in cerebrum sublata: spiratio difficilis, ab iisdem partibus inflammatis. Ægri efflant igneum spiritum, ore semper aperto: illis os amaricat, à bile tunicam ventriculi internam ori communem.

Signa syn-
dreuonia.

Deiectio interdum liquida, pallida, & foetida à copia materiz crudæ & acris initio motæ per morbi vehementiam, & maximè quum harum febrium illegitimarum sedes, hepar aut ieiunum intestinum fuerit: interdum incipit cum rigore leui, aliàs cum vomitu: aliàs cum sopore, si exquisitus fuerit: aliàs cum horrore, si spurius ob bilis & pituitæ mixtionem. In hoc, initio vrina est crassa & turbida: quia humor est crassus & crudus à bilis putrefactæ ardore agitato. In augmento & statu, multa bile est perfusa.

De deiectione.

De vrina.

Pulsus initio est paruus, & inæqualis: in statu magnus, velox, & frequens. Calor, contactu est mordax: statis diei horis exacerbatur & remittitur, multa alia signa notantur ab Hip. lib. 1. Epid. curatione 2. & 4. & lib. 3. sect. 3. curatione 1. & parte 4. lib. victus acutorum: & post eum Gal. suis in hos lib. commentarijs.

De pulsu.
De calore
mordaci.

Signa tertianæ exquisitæ magnam analogiam cum causo exquisito habent. Pariter & eius prognostica mox annotanda licet mitiora seu salutis aut mortis: longitudinis aut breuitatis.

Signa 3.
exquisita.

Signa non exquisitæ distinguuntur rigore, non ratione febris, sed facultatis expultricis venarum maiorum, quæ in

Signa sp-
ria.

minores sese exonerant. Hęc in habitum & partes sentientes humorem acrem & mordacem depellunt. Rigorem fieri posse à frigida vt à calida causa docuit Gal. lib. 5. de sympt. causis, & 2. de Crisibus, & lib. de rigore. Hęc *σύνεξις*, quoniam materiam morbificam à corde magis distitam habet quam causas, pari impetu, eoque assiduo illud non ferit putredo. Suas quidem alternis diebus exacerbationes, & remissiones habet, & non intermissionem, vt tertiana exquisita intermittens. Symptomata etiam in exquisita tertiana continua, sunt longè mitiora, quam in causo, & vehementiora quam in continua notha, aut intermittente.

τασθησις
σι. 9.
Si præcordia sine dolore fuerint tensa, inflammationem denotant: si cum dolore, idque à morbi principio, mortem denuntiant, ex Hippoc. sententia progn. 23. lib. 1. progn.

A vehementi ardore, aut cerebri inflammatione, aut exsiccatione, si conuulsio fiat, lethalis ex Hip. & Gal. in Aphor. 26. sect. 2. Hęc febris comitata grauissimis signis quarto, aut septimo die interimit. Contrà, cum securissimis quarto, aut septimo die securitatem promittit. Hip. progn. 2. lib. 3. Si rigor acciderit in die critico, & deiectæ sunt vires, mortiferum est, quia imbecilla virtus rigoris vehementem quassum ferre non potest. Hip. Aphor. 46. sect. 4. Contrà, si constant vires, fit febris solutio per sudores, authore eodem Hippoc. Aphor. 58. eiusdem sect. Si rigor sexto die acciderit, etiam cum signis coctionis, iudicium erit difficile. Aphor. 39. sect. 4. & lib. 1. Epid. & Gal. lib. 1. de diebus decretorijs. Denique alia prognostica tam salubria quam insalubria expiscari possunt ex scriptis Hip. in Epid. & lib. 1. & 2. prognost. ex facie, oculis, naribus, palpebris, decubitu, stridore dentium, manuum gesticulatione, sudore, spiratione facili, aut difficili, de somno, alui excrementis, vomitu, & vrinis, sternutatione, & insomniis; necnon ex sect. 4. Aphor. quæ prudens omitto ne longior excurrat oratio. Præter Hip. & Gal. scripta, medico sunt ægri vires perpendendæ, temperamentum, ætas, cœli status, & regio, vt prædicere possit morbi euentum, salutem aut mortem, longitudinem aut breuitatem: sic calumnia vitatur: prædicendo laboranti aut parentibus futura, seu per vrinas, aut sudores, aut alui fluxum, vomitum, hæmorrhagiã, aut parotidas (si maligna & venenata est qualitas)

præter humorum putredinem. Quamuis hæc febres sint committatæ grauissimis symptomatis, non illico tamen suam debet sententiam proferre medicus, seu de salute, seu de morte agatur, vt recte consulit Hip. Aphor. 19. sect. 2.

Signa crîsim præuenientia, sunt anxietates, vigilix, dementiæ, somni graues, respiratio difficilis, vertigines, sensuum difficultates, dolor capitis colli, stomachi, & multorum aliorum membrorum, & nonnullis aurium sonitus, & interdum vanæ imagines, quæ ante oculos apparent, & lachrymæ inuoluntariæ effluunt, & vrina retinetur, labrum agitatur, obliuio, & præsentium ignorantia, & vehemens rigor accidit, multus æstus, & sitis inexplebilis sequitur, ægri sæpè saluunt sicut furentes, nec possunt in eodem situ recumbere. Deinde repentè multus sudor erumpit, aut vomitus insequitur: aut venter subitò soluitur, aut abundans fluxus sanguinis fit, vnde non paruus timor adstantes inuadit. Gal. lib. 3. de Crisibus cap. 2. Minus periculosè egrotat iuuenis biliosus, in cælo æstuante, quam senex in hyeme ex Hip. Aphor. 34. sect. 2. Minus (inquit) periculosè ægrotant ij, quorum vel naturæ, vel ætati, vel consuetudini, vel tempori familiaris morbus est, quam quibus horum nullo affinis cognatusque existit.

Signa Crisim præuenientia.

Excreationes in febribus non intermittentibus nigræ aut liuidæ, cruentæ, fœtidæ, biliosæ omnes malæ: si tamen commodè prodeant, bonæ. Aphor: 47. sect. 4. & Aphor. 57. eiusdem sect. *Ἐὰν χύσῃς ἐχομένη ἐπιγενομένη ῥίγος, λύσις γίνεται.* Si febre ardente, rigor laboranti superueniat, solutio fit. Et Aphor. 48. *Ἐν τοῖσι μὴ διαλείψαι πυρέσειν ἢ τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ἢ τὰ δὲ ἐνδοὶ χεῖνται, ἢ δὲ ψυχρὰ, θανάσιμοι: 1.* In febribus non intermittentibus si partes exteriores algent, internæ vruntur, & sitiunt est lethale: & sequenti Aphor. In febre non intermittente si labrum, aut supercilium, aut oculus, aut nasus peruertitur, si non videt, si non audit, imbecillo iam corpore: quicquid horum acciderit, in propinquo mors: & sequenti etiam Aphor. Si difficultas spirandi acciderit, aut delirium, lethale, & Aphor. 37. eiusdem sect. *οἱ ψυχροὶ ὑδρῶτες ἔν μὲν ὄξει πικρῶ γιγνώμενοι, θάνατοι, ἔν πικρῶ δὲ μικροσ γῶσθ σκμαίνουσι.* 1. Frigidi sudores cum febre quidem acuta mortem: cum mitiore verò morbi longitudinem significant. Et lib. 1. progn. Pernitiosæ etiam sunt sudores, si circa caput & vultum & ger-

uicem guttatim fluant. Contra optimi si orientur in die decretorio, & febrim finiant cum ægri tolerantia. Morbus regius si 7. 9. 11. aut 14. acciderit, & hypochondrium dextrum durum non sit, bonum: alioqui minimè bonum. Si ante diem 7. acciderit malum, Hip. Aphor. 62. & 64. Si futura est Crisis 7. morbi die, ijs vrina rubram nubeculam die 4. habet. Sic censendum de enæoremate, & hypostasi. Aphor. 71. sect. 4. Vrinæ albæ, pellucidæ & aquosæ, sunt malæ, ex sequenti Aphor. Hip. quia bilem sursum ferri, & futuram phrenitidem ostendunt.

De harum febrium curatione.

HÆ febres 4. auxiliorum generibus curantur, nempe victu refrigerante, & humectante: euacuatione, purgatione, & symptomatum correctione tam sumptis quam admotis.

*De victu 1.
De aère.*

Si aër est temperatus, eo sit contentus: si calidior, leuibus euripis, irrigatione pauimenti, aquarum aspersione, flabellorum ventulo, instratis humi herbis refrigerantibus, vt lactucæ, vitium pampinis, frondibus salicis, quercus, arundinum subinde mutatis: siccata enim lædunt: vel floribus nymphææ, rosarum, violarum recentibus, & non siccatis. Vel ijdem flores naribus sæpe offerantur: vel vetonica altis vulgo dicta cariophyllus. Vel acetum rosatum aqua rosarum dilutum, cum spongia. His inspirationibus, cordis ardor temperatur. Sed æger interim continere se debet in lecto sub veste cum manibus & pedibus ne aër sic refrigeratus, extrinsecus corpori occursans, interiorum exhalationi obsit, putridamque fuliginem per tenuia cutis spiracula exilientem cohibeat. Linteola præter vulgi opinionem sunt sæpe commutanda, ne putri halitu inquinata febrim foueant. Æger in magno cœlauri decumbere debet, quo lenior aura aspiret, & in lecto ampliore tenendus, omni hominum turba prohibita, vt multum frigidum, & purum aërem liberius trahat: strepitus quiscunque fuerit, ad ægri aures non perueniat.

Contra, si aer est frigidior, qualis est in hyeme, per ignem luculentum in cubiculo temperetur, ne humores incrassentur, & pori occludantur, & fuliginosa excrementa retineantur, & naturæ motus impediatur laborantis dispendio.

Potus sit aqua frigida, modo æger bonis visceribus sit præditus, & temperamento biliosus, ab omni obstructione immunis, cælo æstuante, in regione calida, & iuuenis. Sin minus, utatur aqua cocta cum syrupo acetato, aut ptisanæ, vel hydrosaccharo. De potu.

Et si dulcia renuat, cum tantillo omphacii, vel succi granatorum, vel citrij, vel limonum. Et si ex iugibus vigilijs delirium imminet, utendum erit iulepo Alexandrino, aut syrupo viol. vel nymph. Si hæc febres sunt spurix, & æger est propectæ ætatis, senex & aer ambiens est minus calidus, & vires sunt deiectæ, vinum maximè dilutum aqua pura cocta cum saccharo & pane asso in eo macerato, est concedendum.

Esculenta liquida, potius quam solida sint, frigida, & humida: qualia sunt iura pulli, vituli, agni alterata, portulaca, lactuca, acetosa, borragine, buglossa, violis, caltha, cucurbita longa: Sem. frigidis ma. papauere albo, in quo est securitas, teste Auc. hordeata diu in aqua cocta sunt ex usu. Tempus cibationis, opportunum est maturinum, & horis remissionis, & non exacerbationis. Caro ipsa danda non est nisi rarè, quia facile corrumpitur: neque fructus præcoces, maximè dulces: qui verò acidi sunt, & subastringentes, quia putredini resistunt concedi possunt: quales sunt agrestæ, berberis, cerasa, fraga, rubi dæi, Gallicè *framboises*. Pruna damascena acida prius ex aqua & saccharo cocta: vel etiam cruda probè matura, si æger est iuuenis, & cælum æstuans fuerit. Panis clotus cum pauco omphacii, vel succo granatorum, & saccharosato est idoneus. Vbi febris desinit, aut minuitur sensim aliquid est adiiciendum. Contra si vires pessundant, collatitia, gelatina, consummata vulgo dicta, iura carniū expressa & restaurantia seu analeptica offerantur. Si deiectus est appetitus ponendi sunt ægro varij cibi, ut paulatim ex singulis degustando imbecillitatem vitet. At si neque vis, neq; deest cupiditas, nulla ciborum varietate est sollicitandus, ne plus assumat quam concoquat. Neque verum Asclepiadis dictum est, quo afferit varios cibos facilius concoqui. Eduntur enim fa- De cibo.
De tempore cibationis.

cilius: ad coctionem autem materiz, genus & modus pertinent. Celsus lib. 3. cap. 6. Aues quæ molli sunt carne, cuiusmodi sunt capi, gallinæ, perdices, phasiani, & quæ in dumetis viuunt concedi possunt, & non quæ sunt carne dura, nigra, quæque in aquis viuunt. Ex piscibus saxatiles: quales sunt anadromi, acipenser, lucius, perca, astaci & reliqui qui carne friabili sunt præditi conceduntur. Oua sorbiliz, & vuz corinthiaz, & damascenz exacinatæ, conceduntur. In genere victus frig. & humidus febricitantibus omnibus prodest, authore Hip. Aphor. 16. sect. 1. in specie victus variari debet pro temporum varietate.

Nam in principio februm tenui victu vtendum: in augmento, tenuiori: in statu tenuissimo, ex eodem Hip. Aphor. 5. 7. 8. 9. 10. 11. eiusdem sect. At considerandum est, num ex tali victu perdurare possit æger vsque ad morbi vigorem: qui si statim futurus est, tenui victu vtendum est; sin minus, plenius est alendus æger, vt perferre queat, modo non sit tempore exacerbationis, sed remissionis vt dixi loco citato. Quin etiam ætates & anni tempora & consuetudo sunt consideranda. Ætas iuuenilis, facilius concoquit cibos, quam senilis: quia calor insitus in illa ætate est vegetior ad concoquendum, in hac verò imbecillior: ob id illi copiosiore egent alimento, quam hi. Famē facilius fert adolescens, quam puer: in denso cælo, quam tenui: facilius in æstate quam in hyeme: facilius vni cibo assuetus, quam duobus: facilius homo pituitosus quam biliosus sustinet ex Hip. Aphor. 13. sect. 1. & Celfo in fine suæ præfationis. Tempore hyemis & autumnii, vberius æger est alendus: vere minus, ætate verò adhuc minus.

Consuetudo cum sit altera natura teste Platone *οὐκ ἔστιν ἀλλοτρία φύσις ἕγου*: 1. ei nonnihil condonandum eodem Hip. authore Aphor. 17. eiusdem sect. 1. Æger superuacuo alimento non est onerandus, ne febris exasperetur, neque fame, ne vires conuellantur, quas tueri & conseruare par est, vt longitudini, atque iudicationi sustinendæ satis esse queant.

De somno. Somnus sit moderatus, & nocturnus si fieri potest, vel matutinus, ex Hip. progn. 11. lib. 2. At si præcordia sunt inflammata, per initia, (eo concurrente humore) arceri debet: quia reuocato intro calore per somnum, ab extimis partibus ad

intimas

intimas augetur inflammatio. In declinatione verò, vtile est obdormire: sic faciliùs & copiosius erumpunt sudores, sic sæpe febres soluuntur.

Danda est opera vt alius quotidie fluat, spontè vel arte. Animi pathemata penitus arceantur, & si quæ sint temperantur.

2. Secundum genus curationis pendet ex euacuatione, quæ fit per venæ sectionem imprimis celebrandam. At si æger fuerit aluo duriore præmittatur sequens clyster, vel balanus. *De vacua-
tione.*

℞. Herbarum viol. mal. lactucæ, cucurbitæ aut portul. *Clyster re-
borrag. singul. m. i. prunorum acidorum pa. viij. sem. 4. frig. frigerans.*
ma. singul. 3. ij. florum papau. rhocas si æstas, vel nymph. &
rosarum singul. p. i. coque in sero lactis, vel in aqua, ad lb. i.
colaturæ dissolue diapruni simpl. & cassiæ recens à canna ex-
tractæ (si exquisita fuerit) vel diaphœnici si non exquisita,
vtriusque 3. vj. mellis violati, & olei nymphææ, vtriusque 3.
i. β. vel tantundem olei chamæm. si non exquisita, fiat cly-
ster mane supponendus. Si pauper, huius loco ℞. Mellis cõ- *Balanus.*
munis, 3. i. coque cum salis gemmei, & stercoris muscerdæ,
vtr. ʒ. ij. pul. hieræ. ʒ. i. fiat balanus supponenda vice cly- *Bolus.*
steris. Vel ℞. Sem. melonis mund. ʒ. i. rhab. crassè triti, si
per aluum ducenda est bilis: vel tenuissimè, si per vrinas, ʒ.
iiii. cassiæ recens à canna extractæ & mund. 3. vi. aut 3. i. si
æger est aluo duriore cum saccharo fiat bolus per sesquihor-
ram ante lotorium insulfum deuorandus. Si nequit vti bolo,
vtatur sequenti potione. ℞. cinnamo. & sem. melonis mund. *Eccoprosti-
cum.*
vtr. ʒ. i. rhab. 3. i. thamarind. 3. iij. cassiæ ex tempore à can-
na mund. 3. i. β. omnia simul infundantur in decocto cicho-
rij, seriolæ, borrag. prunorum, & florum cord. Vel huius lo-
co in sero lactis per noctem super cineres cal. expressum, de-
tur summo mane ex artis instituto. Sic exonerata aluo detra-
hatur sanguis ex vena basilica, dextra si hepar: aut sinistra, si
lien afficiantur, seruata *℞. ʒ. i. ad 3. viij. aut lib. i. si æger est*
iuuenis, & plethoricus, & non ad lypopsichiam vt diximus in
Synocho non putri. Quantitas, ad ægri vires metienda, aut
ad mensium, aut hemorrhoidarum suppressionem, ad anni
tempus, ætatem, ægri temperamentum, consuetudinem, &
vitam.

Quoties cassia, aut quoduis aliud purgans medicamentum, *Canon ob-
seruandus.*

*Quæ astrin-
gendo pur-
gant initio
purgatio-
nis nõ sunt
admitten-
da si adsit
obstruõti-
ones.*

infunditur, semper dosis purgantium electuariaorũ duplican-
da: sic cum minori molestia purgantur humores. Quoties cor-
poris prima regio ab initio expurganda venit, & maximè si
obstructionis aliqua est suspitio, nunquam medicamentis quæ
astringendo purgant vtendum, qualia sunt myrobalani, ab-
synthium, rosæ, & syrups qui ex his componuntur, &c. ne ob-
struõtio augeatur.

*Potio cho-
lagoga pro
agrestibus
natura.*

Sed horum loco, vti licebit syrupo viol. ex 9. infusionibus,
cassia, manna, aut thamarindis qui putredini resistunt, & fero-
cientem bilem comescunt. Pro rhedarijs, baiulis &c. fiat
sequens, ℞. Diapruni sol. aut elect. de psyllio, aut rosati cho-
lagogi mes. aut elect. de succo ros. Nic. ʒ. vi. infunde in de-
cocto præscriptæ potionis etiam per noctem. Expressioni dis-
solue syrups de cichorio dupl. rhab. ʒ. i. β. fiat potio horis 4.
ante lotorium insulsum sumenda.

*Canõ alter
observandus*

Si hæc febres fuerint spurix refrigerantibus aliqua calida
sunt permiscenda, & in purgantibus quæ pituitam expur-
gent.

His benignis remedijs subducta putri materia, quæ in pri-
ma corporis regione contenta videbatur, facilius natura (sar-
cina qua premebatur leuata) quod superest coquit, vincit, &
expellit, idque citius si arte iuuetur.

*De purga-
tione.*

3. Tertium curationis genus consistit in humoris altera-
tione, & purgatione: illa molitur iulepis, &c. vt putredo in-
hibeatur: hæc, per purgantia; materia putris cum delectu e-
ducitur, hoc modo.

*Iulepus al-
terans.*

℞. Syrups endiuix comp. ʒ. iij. aquarum stillatitiarum in-
tybi, & portul. ex alembico vitreo distillatæ, & non plũbeo,
vtriusque ℥b. β. fiat iulepus pro tribus dosibus. Si hæc febres
fuerint spurix ob pituitæ saltæ, aut humoris melancholici
mixtionem, vice syrups endiuix comp. sume oxyfacch. cõp.
quod rad. aperientes, & succi granatorum quantitatem re-
cipiat. Vel paretur sequens

*Apozema
ad idem.*

℞. Rad. acetosæ, graminis, rusci, & asparagi, singul. ʒ. i.
herb. cichorij fatiui, & erratici, portul. hepaticæ, vel la-
ctucæ, vel lentis palustris, & borrag. vel bugl. & adianti om-
nis, singul. m. i. sem. papau. albi, & 4. frig. ma. singul. ʒ. ij.
florum cord. & nymph. vtr. p. i. singula quo decet ordine co-
quantur in aqua sufficenti ad 4. v. syrups omphacij, vel grana-
torum, vel oxyfacch. simpl. vel limonum, ʒ. 4. fiat apozema

clarific. & arom. Santalo citreo, vel cinnamo. quod putredini resistit, halitum commendat, & concoctionem iuuat pro 4. dosibus.

Apparentibus signis coctionis, vt monet Hip. Aphor. 22. sect. 1. humor morbificus sequenti pharmaco foras educatur.

℞. Cinnamo. ℥. i. rhabarb. ℥. iv. tamarind. ʒ. ij. elect. *Potio alia cholagoga.*
rosati Mef. vel Nic. vel de psyllio, aut diapruni sol. ʒ. vi. infundantur omnia simul per noctem super cineres cal. in parte vna decocti apozematis. Expressioni dissolue syrupi viol. ex 9. infusionibus (si extiterit) vel rosati sol. cum agar: si febris illegitima fuerit, ʒ. i. β. fiat potio diluculo propinanda. Si spurius fuerit causus, vice superiorum elect. sume tantundem diaphœnici quod bilem & pituitam expurgat.

Sunt nonnulli qui scammoniata rejiciunt, quod acriora, & *Scamonia- calidiora, & morbis calidis infensa, qui à contrario curari de- ta in 3. cō-*
bent ex Hip. axiomate lib. de flatibus, τὰ ἐνάλια, τὰν ἐνάλιαν *tinna cur*
ἐστὶν ἴμιαλα, 1. Contraria, contrariorum sunt medicamina: cui *vsurpari*
obiectioni respondeo. Hæ febres exquisitæ, sunt morbi acu- *possunt.*
ti, ex Hip. lib. de victu acutorum, in quibus plerumque turget, qui ex eodem Hip. Aphor. 10. 4. sect. ab initio expurgari debet: differre enim in talibus malum. Itaque si turgentis humoris impetus, subsaltantisque bilis feruor venæ sectione nondum satis repressus esse videatur, omnia conturbans, medicamento accommodato subtrahenda est. Pleniùs quidem in his febribus, pareiùs verò in synocho putri, de quo memini cap. 10. pag. 45. Si Hip. in acutis morbis vim cathartorum, quæ eius sæculum vsurpabat, non satis à suis noxis castigata, suadet, vt liquet ex parte priore lib. de victu acutorum.

Cur hodie scammonio & similibus catharticis technicè castigatis coctione, aut infusione in parua quantitate vsurpatis, & mixtis alijs benignioribus non vtemur? Ea voce φαρμακείων, non modo celeritatem remedij, sed & vehementiam hortatur, minime illius calorem & acrimoniam veritus, vt simul feruentem bilem expurgaret, & sic ex accidenti refrigeraret.

Quo enim acutior est morbus, (qualis est causus & tertiana continua) eo magis acceleranda, validiorque est decernenda purgatio, eodem Hip. teste Aphor. 6. sect. 1. Extremis

morbis, extrema exquisitè remedia aptentur. Non sic autem in cæteris febribus seu cōtinuis seu intermittentibus, in quibus (materia non turgēt) mitius est agendum. Post hæc.

*Bolus em-
pyreuma
viscerum
emendans.*

℥. Pul. diatriasantali, ℥. j. conferuæ florum cichorij & rosarum vtr. z. ij. cum saccharo, fiat bolus sequenti die à purgatione sumendus horis tribus ante prandium, vt empyreuma in visceribus relictum emendetur.

De vomitu

At si nauseat æger, vel dolor stomachi eum premit, & humor sursum vergere videatur, & facile vomit, & æstas fuerit, consilio Hip. Aphor. 21. sect. 1. & Aphor. 4. sect. 4. iuuetur natura. Quo natura viam affectat, eo lege naturæ ducere oportet. Contra, si difficile, non est sollicitandus, Gal. & Ætj consilio lib. 1. loc. affectorum.

Vomitoriū

℥. Succi Nicotianæ depurati ℥. iij. Oxymellis simpl. ℥. j. fiat vomitoriū tepidè hauriendū, modo æger non sit tabidus aut angusto pectore. Quartum & vltimum curationis genus, versatur in symptomatum curatione: quibus remediis occurrendum erit, tractatu secundo, & suo loco docebimus.

De Febre quotidiana continua

De nomine

MΕΓΗΜΕΡΟΣ, & ΚΑΘΗΜΕΡΟΣ ΠΕΠΕΤΟΣ à iunioribus medicis auctore Gal. sic nominatur, quia nullam habet intermissionem, ad differentiam τῆ ΑμΦΗΜΕΡΗΣ, quæ est quotidiana intermittens. Hanc quotidianam continuam Gal. ἀμΦΗΜΕΡΕΩΝ ΣΥΝΕΧΕΩΝ nuncupauit. Hæc febris differt ab intermittente materia, & loco vbi pituita putrescit: quia continua fit à pituita naturali in magnis venis contenta, quæ nihil aliud est, quam sanguis crudus, qui successu temporis in optimum sanguinem degenerare potest, sapore dulci, & insipido ex chili portione frigida & humida procreatus. Quoties hic sanguis putrescit à calore præter naturam in iisdem venis, aliis humoribus intactis, fit quotidiana continua. Intermittens verò fit à pituita excrementitia etiam à calore præter naturam putrefacta extra illas magnas venas putrefacta: nempe in venis quæ sunt in habitu corporis, in hepate, liene, mesenterio, &c. qui cordi communicatus febrem accersit, & actiones humanas interpellat.

Causæ effectrices, sunt externæ, aut internæ. Externæ simuntur ab aëre pluuioso, caliginoso, opaco, frigido & humido, à natura pituitosa, ab hyemæ, à ventis australibus, ab esculentis, potulentisque frigidis & humidis, ab ebrietate, crapula, ex pane male fermentato, aut sub cineribus cocto: à carnibus suillis, leguminibus, lacticiiniis, caseo, à piscibus carne molli, & viscida præditis, ab extis animalium, & reliquis alimentis viscidis: necnon à brassicis & fructibus frig. & humidis, & acetariis: à somno immoderato, à nimia quiete, à natatione in aqua frigida mox à prandio, aut in aquis aluminosis: ab equitatione graui, stomacho cibus pleno, ab excretis, à peregrinatione per niues, &c.

De causis externis.

Causæ internæ, sumuntur ab intemperie frigida ventriculi, & venarum mesaraicarum, quæ chylū incoctum hepatis suppeditant. Nam primæ coctionis vitium non emendatur à secunda, neque huius à tertia: senilis ætas, humores etiam frigidi qui à cerebro in ventriculum deerrant, obstructions viscerum causa putredinis & huius febris esse possunt.

De causis internis.

His febribus propensi sunt iuuenes, pueri, senes, macilentæ, mulieres & desides homines quique nimis indulgent genio, & præcipue in hyemæ & in frequenti aquillonia constitutione.

Qui propensi.

Hæc febris non incipit cum frigore, vt intermittens: quia materia putrescit in magnis venis, & non extra illas: sed cum oscitationibus & pandiculationibus. Succrescit, plurimum inuadit nocte, & stas diei horis fiunt quædam exacerbationes, & remissiones & non intermissiones, calor minus acris & mordax quam in biliosa continua: quia humor est frigidior. Vrinæ initio sunt albæ, crudæ, & crassæ: in augmento & statu sunt magis coloratæ. Pulsus est tardus & rarus: quia obruitur à vapore crasso ex pituita generato per resolutionem. Sitis nulla, aut valde pauca. Lingua est alba, ratione pituitæ qua obducitur. Ægri sunt somnolenti, & hypochondria sunt tensa à flatu. Deiectiones sunt albæ, crudæ, lentæ & pituitosæ. Sudor nullus aut paucus, & veluti lentor apparet.

De signis.

Hæc febris diuturna esse solet, quia fit ab humore frigido & lento, vt lignum viride in ignem coniectum quod tardius succenditur quam siccum: sic hæc febris tardius quam biliosa succenditur & resoluitur si negligatur, aut præpostere curatur.

ægritudine.

Sæpe egrum in cachexiam & hydropem præcipitat, ex quo subsequitur mors. Si ab initio in vrinis signa coctionis appareant, breui finietur: Sin contra, diurnus erit affectus. Si principium est longum, & incrementum erit longum, totusque morbi progressus erit longus, & præcipue si æger artis præceptis non obedierit.

Curatio.

Hæc febris tam simplex seu exquisita, quam composita seu non exquisita, curabitur victu idoneo, aperientibus obstructiones: incidentibus, & tergentibus materiam crassam, & lentam: cruditates emendantibus: venæ sectione, & Symptomatum correctione.

De victu.

Victus, pro morbi longitudine, aut breuitate est instituentus: Item considerare an æger cum victu instituto, perdurare possit, donec morbus consistat, & nunquid prius ille deficiat, quam cedat morbus & obtundatur, vt Hip. Aphor. 9. sect. 1. suadet. Et quibus plura, aut pauciora minutatim offerenda spectandum. Dandum verò aliquid temporis, regioni, ætati & consuetudini, auctore eodem Hip. Aphor. 17. eiusdem sect. 1. Quinetiam in febris exacerbatione, à cibo abstinendum ex Hip. Aphor. 11. eiusdem sect. & lib. 1. de victu acutorum: sed in remissione, scilicet quando æger minus affligitur. Pituitosis & melancholicis febribus diurnis, plenius est alendum quam in biliosis. Initio plenus: in augmento & statu, tenuior: ne à scopo auocetur natura. Fugiat omnia quæ crassum & lentum succum generant: necnon acetum, nisi medicamentosum fuerit. Loco vini vtatur hydrosaccharo, aut prisana condita cinnamomo, aut santalo citrea. Victu instituto expurganda est corporis prima regio sequentibus præsiidiis, incipiendo à mitioribus hoc modo.

*Clyster in
quotidiana
continua.*

℞. Hordei Mercurialis, viol. & malux, singul. m. i. sem. fœniculi, & dauci, vtr. ʒ. iij. summit. anethi, & florum chamæmeli, vtr. m. ʒ. coquantur in aqua ad ʒ. j. colaturæ dissolue hieræ Gal. & Benedictæ, vtriusque ʒ. vj. mellis anthosati, & olei chamæmeli, vtriusque ʒ. j. ʒ. fiat clyster. Si validiorem requiris.

*Alter va-
lidior.*

℞. Bismal. branæ vrsinæ, atriplicis, & origani, sing. m. i. ficuum, pa. iij. sem. lini, & fœnuigr. ameos, fœniculi, & agarici in nodulos positi, singul. ʒ. ij. florum stœchadis, & torism. vtr. p. i. coque in hydromelle, ad ʒ. i. dissolue mellis rosati, sacch. rubri & olei chamæm. & diaphœnici, singul. ʒ. j. fiat clyster.

Si nauseabundus est æger & sua natura est facilis ad vomitum, sequenti iuuetur.

℞. Succo rad. raphani & aquæ multæ vtriusque ℥. ij. pul. asa-
ri ʒ. j. fiat potio tepidè propinanda. Hoc remedium in his mor-
bis esse vtile scripsit Hip. lib. de salubri diæta, & maxime in
hyeme.

*Vomito-
rium.*

Ἐξ ἡνίκαι τὸς χειμῶνος ἐμέειν, ὅπως γὰρ ὁ ζέωνος φλεγµα παδίστατος τὸ
Ἰουλιὸς γίνεται. i. Sex mēsis hybernis vomitus ciendus, quod
tempus hoc æstiuo plus pituitæ gignat. Huic tantam vim tri-
buit Hip. non solum in curandis morbis, verum etiam in
tuenda valetudine, lib. 3. cap. 2. de diæta, sic ἡγεῖσθαι δὲ τῶ
σιν ἐμέτοισι, τοῖς ἰσθμὸν ὑγροτέρους πρὸς τὸ μίλιος: τὸς δὲ ἐξηρετέρους δὲς ὑπὸ
σπίλαι παρτοδαπῶν. i. vtantur vomitibus humidiores quidem ter
in mense: sicciores verò, bis, à cibus omnis generis sumptis.
Contra non: si æger non facilè vomit: autoribus Gal. & Aë-
tio, cuius loco cap. potionem sequentem.

*Vomitus
vtilitas.*

℞. Cichorij, hordei, & capill. communium, singul. m. ʒ. Potio phle-
passul. mund. pa. iiii. prunorum, 4. num. florum cord. p. j. co-
que in aqua ad ℥. ij. colaturæ infunde elect. diacarthami, aut
indi ma. ℥. ʒ. ʒ. callicæ recens à canna extractæ, ℥. j. agarici troch.
ʒ. j. expressioni dissolue syrupi rosati sol. ℥. j. fiat potio. Si
potionem renuat vtatur sequentibus.

*Potio phle-
gmagoga.*

℞. Agarici troch. ʒ. j. massæ pil. imperialium, ʒ. j. cum mel-
le rosato, fiant pilulæ 6. aut 8. cap. post medium noctis. Le-
nientia sola, & purgántia comprimendo, in hac febre parùm
conueniunt. At cum aliis mixta iuuant: qualia sunt cassiæ,
manna, syr. violatus sol. & rosatus sol. myrobalani: quia illa
tenaces humores non educunt: hæc verò pituitam in prima
regione contentam impingunt & obstructionem augent. Sic
temperata accommodatiora esse mihi videntur. Sic expur-
gata corporis prima regione (& non prius) aperienda est ve-
na basilica dextra, & educatur plus minusve pro ægri viri-
bus, ætate, anni tempore, regione, & sanguinis impuritate,
quia hæc febris est continua, in qua vt in cæteris feb. venæ
sectio conuenit, ex Gal. lib. 11. meth. med. cap. 15. quia leuata
natura ingenti sarcina qua premebatur, haud ægrè quod re-
liquum est vincit. Deinde.

Catapotia.

*De phlebo-
tomia.*

Tulepus.

℞. Oxy mellis simpl. (humores crassos & lentos incidit, ex-
tenuat, abstergit, & obstructions reserat) & syrupi adian-
tini, (obstructions citra manifestū calorem expedit) vtrius-

que ꝑ. j. ꝑ. mellis rosati, ꝑ. j. aquarum stillatitiarum (ex alem-
bico vitreo & non plumbeo) foeniculi, & endiuix, vtriuf-
que ꝑ. ꝑ. fiat iulepus conditus cinnamo. in 4. doses. Vel

Apozema.

℞. Rad. foenic. petroselini à matrice mund. & rusci, & as-
paragi, singul. ꝑ. j. herb. eupatorij, cichorij, endiuix, & capill.
communium singul. m. j. absinthii pont. minoris, potius quam
maioris, quia minus astringit, m. ꝑ. passul. mund. pa. 10. ficuū
(quia detergent) pa. 6. sem. endiuix ꝑ. ꝑ. anisi, ꝑ. ii. florum
bugl. & stœchadis, vtr. p. i. (hæc non minus visceribus refri-
geratis quam cerebro conuenit) rotismarini, p. ꝑ. hydromel-
lis, lib. iiii. coquantur ex arte in fictili vitrato angusti oris
opercolato ad medias. Colatura clarificetur cum mellis ro-
sati, & syrupi de succo endiuix, vtriusque ꝑ. ij. & condiatur
cinnamomo pro 4. dosibus. Si hyems fuerit, herbæ siccæ, vi-
ridibus sunt præferendæ. Cocta materia, sequenti pharmaco
est expurganda ex Hip. doctrina.

*Herba sic-
ce morbis
frigidis &
in hyemeri
ridibus
sunt præfe-
renda.
Cacapotia.*

℞. Agarici troch. in oxymelle simpl. macerati cum pauco
decocti apozematis, ne calore cinerum vratur. Expressioni
dissolue electuarij indi ma. ꝑ. ꝑ. catholici, ꝑ. ii. syrupi rosati sol.
ꝑ. i. fiat potio diluculo sumenda. Vel

℞. Massæ pillularum de agarico, & de hiera simplici, vtri-
usque ꝑ. ii. trochiscorum alhandal (si stimulo egendum)
grana ii. cum melle rosato fiant pilulæ 6. deauratæ, quas cap.
post primum somnum, leui cœna præcedente.

Bolus.

℞. Michridatii probati & veteris, ꝑ. ii. conferuz florum ro-
rismarini ꝑ. ii. cum saccharo fiat bolus, postridie deuorandus
horis tribus ante prandium. Quibus præsidij symptomatis
hanc febrem comitantibus occurrendum sit, tractatu se-
quenti docebimus.

De Febre quartana continua.

*De nomi-
ne.*

TἘταπταίος νόστος: I. quartana febris sic dicta quod quar-
to quoque die stasis horis exasperatur & remittitur, dú
est continua, de qua nunc ago. Et quum est intermittens, de
qua suo loco fusius agemus, 4. quoque die recurrit. Hæ duę
febres differunt materia, & sede, vt dixi in quotidiana con-
tinua

tinua. Materia quartanæ continuæ est melancholia naturalis (intactis aliis humoribus) putrefacta in magnis venis. Materia vero intermittens est melancholia excrementitia, putrefacta extra maiores venas, sed in iis quæ sunt in liene, mesenterio &c.

Quartana continua est duplex: exquisita & spuria. Exquisita, quum melancholia naturalis sola putrescit: spuria, quum alij humores simul in magnis vasibus putrescunt, & hæc est frequentior quam exquisita.

Causæ sumuntur ex vitæ genere: videlicet si artem aliquam laboriosam quis exercuerit, & est temperamento frig. & sicco: si eius ætas est inclinans: si autumnus fuerit, si aër est inæqualis, modo calidus & siccus, modo frigidus & siccus. Succrescit, si æger est educatus cibis melancholiam generantibus à Gal. 3. loc. affect. cap. de melancholia descriptis: quales sunt caro suilla, bubula, aprina, ceruina, caprina, hircina, leporina &c. quæ sunt nigra & duræ coctionis, vt legumina, brassica, caseus, lacticia, fructus astringentes: pisces saliti, aut recentes tam marini, quam fluuiatiles qui carne molli & glutinosa sunt præditi. Ad hæc longus vsus ranarum fluuiatilium, limacum, aut ostreorum, extorum animalium: aut panis furfuracei, aut sub cineribus cocti, aut male fermentati, & reliquorum alimentorum succum melancholicum generantium: aut vini nigri & austeri assiduus vsus; quinetiam vigilæ diurnæ: aut hæmorrhoidarum, aut mensium suppressio, lienis durities & obstructio. Curæ, moerores, tristitiæ, insomnia terrore plena, lites, anni constitutio si in ea grassantur quartanæ. Gal. lib. de alimentis & de victu attenu.

Signorum alia sunt præcipua: alia minus præcipua. Præcipua sumuntur à febris substantia, quæ est in genere caloris, cuius differentias pag. 11. harum lucubrationum exposuimus. Ab actione læsa, quæ cognoscitur expulsus inæqualitate, celeritate, tarditate & raritate. Ab excrementis, vrinis, & qualitatibus quæ necessario consequuntur hæc febris incipit sine horrore, quia materia peccans continetur in magnis venis, & non extra illas vt intermittens.

Signa minus præcipua elici possunt, ex causis superius enunciatis, vt docuit Gal. lib. 1. ad Glauconem. Vrinæ sunt varix, sed vt plurimum crudæ ob humoris morbifici frigidi-

catem. Sudor nullus, aut paucus, ob materix paucitatem. Sitis mediocris: linguæ superficies vergit ad nigredinem ex Hip. sect. quinta lib. 6. epid. textu 13. *μέλαινα δὲ, ἀπὸ μελάνης χολῆς αἵαι δὲ ἀπὸ ἐκχυσίτου λιγνώδους, ἢ μητρῶν μούσων λευκῆ δὲ ἀπὸ φλέγματος*: 1. linguæ nigræ ab atra bile, valde resiccatur ex succensa fuligine & vterò, albæ autem à pituita. Calor minus acris & mordax quam in tertiana continua.

Παροξυσμῶν

Quartana continua seu exquisita seu spuria fuerit in senibus est lethalis, & maxime si ab intermittente scaturit, aut à cause neglecto, aut præpostere curato. Iuvenes curantur quidem, sed cum magna difficultate, etiamsi pareant artis præceptis. Quartana spuria si æstiuua fuerit, magna ex parte est brevis; autumnalis verò, quæ ad hyemem usque pertingit, est longa, autore Hip. Aphor. 25. sect. 2. Qui quartana corripiuntur, rarò conuulsionibus tentantur. Si verò prius tentati fuerint quartana superueniente, liberantur. Aphor. 70. lib. v. l. 6. epid. sect. 6. textu 9. per conuulsionem à plenitudine, non solum intellige morbum comitiale, sed etiam quemuis alium magnum. Et sect. 2. eiusdem lib. textu 13. *Ἀπὸ τῆς ἀμφοτέρωθεν ἀμφοτέρωθεν ἀμφοτέρωθεν*: 1. quartanæ, sanguinis è naribus eruptiones difficile iudicantur.

Παροξυσμῶν

Summa curationis versatur in victu idoneo, blanda purgatione ab initio facta, inclinante verò validiore, venæ sectione, & symptomatum correctione tam sumptis quam admotis. De victu instituendo docuit Hip. Aphor. 4. 9. 10. sect. 1. victus tenuis & exquisitus, in morbis longis, est parum tutus: videndum tamen ab initio si ex tali victu ad vigorem usque perdurare possit, an prius deficiat, quam cedat, & obtundatur morbus & perferre queat, & maximè in nostra Gallia, in qua homines præ cæteris nationibus indulgent genio, meraco vtuntur vino, & cibis boni succi, cum paruo aut nullo exercitio. Tempus cibationis erit horis remissionis, (cum intermissione hæc febris careat.) Aer sit temperatus, aut calidus & humidus. Caliginosus, crassus, pluuiosus, frigidus & siccus, aduersatur.

De victu.

Alimenta sint boni succi, liquida potius quam solida: qualia sunt iura pullorum, gallinarum, hædorum, agnorum, vituli &c. Alcerata borragine, buglossio, caltha, violis, & similibus. Et si vires sunt deiectæ, vtendum erit hordeatis, consummatis, succis carniuum, gelatina capi, aut perdicis,

ouis sorbilibus, fugiat omnia in causis effectricibus enunciata, & vinum licet calidum sit & humidum, quia in febre cōtinua facile putrescit, cuius loco vtatur ptisana, & hydrosaccharo, & prunis acido dulcibus ex aqua & saccharo coctis initio pastus, & in fine passulis damascenis exacinatiss parum coctis, aut corinthiacis, aut nucleis pineis recentibus aut præmaceratis in aqua ob rancorem, piris coctis aspersis saccharo, ficibus recens siccatis, martiopanibus & piscibus, anadromo scilicet, lucio, perca: saxatilibus carne friabili præditis. Acetum in hac febre (licet incidat humorem crassum) minus conuenire mihi videtur: quia humorem morbificum in magnis venis contentum sua frigiditate, & siccitate conduplicat. At verò si in liene tantum contineretur, ad eius crassitiem incidendam, & obstructionem tollendam esset proficuum. Animi pathemata potissimum iram, tristitiã, & mœrorem fugiat, & curas graues.

Initio purgationis benignis medicamentis vtendum: quia *Initio purgationis validiorum medicamentorum humor magis ac magis crassefcit, ex tenui parte dissipata, fax eius terrena indissolubilis manet. Inclinante verò febre, non est eadem ratio, in qua validiora purgantia iuuant. Quocirca si aluus astrictior fuerit, emollienda erit sequenti.* *gationis valida purgantis cur non conueniunt.*

℞. Mal. viol. attriplicis, borrag. buglossi, singul. m. i. sem. *Clyster*
lini, & scœnogr. vtr. ʒ. B. 4. frig. ma. & scœnic. (melancholici sunt flatuosi) singul. ʒ. ii. summit. anethi, chamæm. meliloti, & sambuci, singul. p. i. colaturæ dissolue catholici, & diasennæ, vtr. ʒ. vi. mellis viol. & olei liliorum vtr. ʒ. i. B. fiat clyster hora deligenda supponendus. Hiera picra & benedicta lax. sunt calidiores quam par sit.

℞. Polypodii querni contusi ʒ. vi. sem. carthami & sennæ *Potio mellea*
mund. vtriusq; ʒ. iii. epithymi ʒ. ii. anisi ʒ. iii. carioph. integr. *nagoga.*
num. ii. coquantur in sero lactis ad ʒ. iii. colaturæ infunde elect. diasennæ Nic. aut diacarthami (quæ pituitæ, eadem humori melancholico conueniunt) ʒ. vi. vel vtriusque ʒ. iii. expressioni dissolue syrupi violati ex 9. infusionibus si extiterit, vel saporis de pomis ʒ. i. B. fiat minorans diluculo sumendum.

Hæc febris valentiora exposcit purgantia, quam synechis biliosa ob melancholici humoris terrenam facultatem.

Euacuata sic prima corporis regione, veniendum ad sect.

De phlebotomia.

venæ, quia materia putris continetur in magnis vasis, & eâ nihil præstantius autore Gal. l. ii. met. med. qui huius rei rationem sic reddit. Leuata natura & exonerata portione quo velut sarcina premitur, haud ægrè quod reliquum est, vincet. Itaque proprii muneris haud oblita, coquet quod concoqui est habile, & excernet quod potest excerni: sententia certe notatu digna. Quantitas sanguinis decernenda erit pro ægri temperamento, ætate, viribus, regione, cœli statu, tempore morbi, sexu, plethora, aut suppressa aliqua vacuatione, ex basilica sinistra, lato vulnere diducto.

Vomitoriū

Si æger à venæ sectione ad vomitum incitatur, & non per se vomit iuuetur natura ex Hip. consilio, Aphor. 21. sect. 1. *Αδὲ ἀγνὸν, ὅκου αἰ μάλιστα ῥέπη φύσις, ταύτη ἀγνὸν, ἀπὸ τῆς ἐμφερέτας χολῆων*: 1. Quæ ducere oportet, quo maximè natura vergit, per loca conferentia eo ducere oportet. Et lib. de salubri diæta sic Hip. loquitur. Sex hybernis mensibus purgabis per superiora: reliquis verò per inferiora, vt dixi pag. 64.

℥. Pul. cort. medianæ iuglâdis, aut eius iuli, qui catuli vocantur si ver est, vel sem. genistæ, vel rad. asari, vel rad. peponis, ℥. iiii. cum decocto rad. raphanî fiat potio. Horum coctione vis vanescit. Vrticæ semen puluerisatum cum mulsâ vel sero lactis idem præstat tepidè propinanda die minoris afflictionis. Sunt qui stibii præparati grana tria aut 4. propinant, quod non probo nisi prius tentatis benignioribus remediis, idque tantum agrestibus corporibus quæ faciliùs validiora quæque perferunt remedia, & quorum vires non sint deiectæ. Deinde veniendum erit ad humoris præparationem seu coctionem vt monet Hip. Aphor. 22. sect. 1. *Πέποινα φαρμακείων ἐκπέειν, μὴ ὅμα, μὴ δὲ ἐν ἀρχῆσιν, ἰὸ μὴ ὄργα, τὰ δὲ πλεῖστα ὄσα ὄργα*: 1. Quæ matura cocta que sunt, medicari ac mouere oportet, non etiam cruda, nec per initia, nisi materia turget, idque raro turget. Et Aphor. 9. sect. 2. *τὰ σώματα χολῆ ὅκα ἄντις βέλῃται χολαίρειν, εὐροσ ποιέειν*: 1. Corpora quum quis purgare volet, ea fluxilia faciat oportet. Secus omnia irrita erunt, & naturam non haberemus adminiculantem. Igitur

Iulepus alterans.

℥. Syrupi de succo fumaricæ, ℥. iii. aquarum stillatitiarum (in alembico vitreo) endiuicæ, & borraginis, vtriusque lib. ss. fiat iulepus in tres doses pro delicatis. Vel paratur sequens apozema.

Apozema ad idem.

℥. Rad. buglossi, ℥. ii. lapatiacuti, gram. rusci, aspaagi, &

glycyrrhizæ, singul. ℥. i. medianæ cort. tamarisci, vel ericæ, vel fraxini, & sambuci, vtriusque ℥. β. herbarum fumarizæ, lupuli, endiuizæ vulg. quæ est lactuca agrestis, diosc. cicchorii, asplenii, melissæ, singul. m. i. vuarum damasc. exacinarum pa. 15. prunorum. pa. 7. sem. cuscutzæ, portul. & 4. frig. maiorum, singul. ʒ. ii. florum tamaricis, genistæ, borrag. sambuci, singul. p. i. coquantur singula quo decet ordine in aqua suffi. ad 4. 5. succi pomorum redol. ℥. iii. sacch. albi q. s. fiat apozema clarific. & arom. pul. lætitizæ Gal. vel lætificantis Rhafis, ʒ. β. pro 4. dosibus. Ex decocti portione parari poterit syrupus magistralis additis melanagogis, quo epicrasticè educentur humor morbificus: si sequens potio non profuerit, apparentibus signis coctionis in vrinis propinata, hoc modo proderit.

℞. Decocti præscripti q. s. in eo coque polypodii querni contusi, ʒ. vi. sem. carthami, & sennæ mund. vtriusque ʒ. iii. epithymi, ʒ. ii. veratri nigri veri & non adulterini (huius vsum ne verearis vt multi somniant) quia ægri temperamentum melius facit, & mores probatiores reddit, & corpus incolume, ac iuvenile efficit, modo à suis noxis emendetur, (vt doctè annotauit Mes. in simpl. cap. proprio, & ante eum Hip. & Democritus in Epistolis) sem. anisi, vel cymini, cuiusque ʒ. i. caryoph. integrorum, num. iii. colaturæ infunde elect. diacarthami, (potius quam confect. hamech, ob myrobalanorum astringionem quas recipit) ʒ. vi. syr. de fumarizæ ma. vel de epithymo, vel de pomis saporis, vel viol. ex 9. infusionibus: vel rosati sol. cum agarico ℥. i. fiat potio diluculo sumenda. Syr. magistralis si ver, aut autumnus fuerit paratur sic.

Potio melanagoga.

℞. Succorum pomorum redol. fumarizæ, lupuli, & bugl. vel borrag. singul. 4. iii. in tertia parte infunde super cineres cal. salis gemmei, ʒ. i. cinnamo. ʒ. ii. agarici troch. ℥. i. rhab. selecti, ℥. ii. in reliquis duabus partibus coque in fictili vitrato angusti oris opereculato polypodii querni contusi ℥. iii. & sem. carthami & sennæ mund. vtriusque ℥. ii. epithymi, ʒ. i. β. veratri nigri veri & non adulterini, & sem. anisi cuiusque ʒ. β. caryoph. integrorum ʒ. i. macerentur in eodem fictili per horas duas. Deinde exprimentur in torculari. Colatura traiecta super colum medicum pro omni clarificatione, coquantur in syrupum cum sacch. albi & mannæ Calabrizæ, cuiusque ℥. β. deinde affunde expressum infusionis præscriptæ, & re-

Syrupus magistralis.

coque lentis prunis vt seruari possit citra corruptionem. Dosis erit ℥.i. β. aut ℥.ii. pro cuiusque ægri facilitate bis in hebdomade cum iure pulli insulso, aut cum decocto asplenij diebus febris exacerbationis, quibus materia est in motu, quæ à natura mota, facilius educitur. Intermediis autem diebus, prospiciendum erit viribus, & visceribus, sequentibus præsidis.

Tabella.

℥. Elect. de hyacintho, aut confect. alchermes, ℥. β. pul. diatriasfantali, & lætitix Gal. cuiusque ℥. i. conferuæ florum cichorii, & asplenij, vtriusque ℥. iij. sacch. albi aqua stillatiua lupuli, vel fumarix soluti & cocti, ℥. iij. fiat elect. in tabellis redactum pondo ℥. ii. cap. vnam alternis matutinis horis tribus ante primum pastum: intermediis autem vtatur sequenti.

Conditum.

℥. Troch. de capparibus, ℥. β. pul. diatriasfantali, & lætificans Rhasis, sem. citrij mund. cuscute, & portul. singul. ℥. ij. conferuæ rad. apij. & florum tamaricis, vel florum genistæ, & cichorij, singul. ℥. j. β. fiat confectio, de qua cap. mane. ℥. β. superbibendo parùm decocti graminis etiam horis iij. ante primum pastum: adde fol. auri ij. aut iij. si diues fuerit. Si fortè lien obduruerit, ob humoris crassitiem, vel obstructus appareat & robore egeat, sequenti vnguento illinetur manè & vesperi.

*Vnguentum
splenicum.*

℥. Succorum apij, & eupatorij, oleorum amygdal. amararum, & de capparibus, singul. ℥. j. β. bulliant ad succorum fermè consumptionem, & colentur, tum liqua ceræ flauæ, ℥. vj. gummi ammoniaci, & bdellii aceto solutorum, & ad mellis crassitiem coctorum, vtriusque ℥. iij. Axungix gallinæ, & medullæ ossium cerui, vel vituli, vtriusque ℥. ii. pul. nardi ind. schœnanthi, & sem. agni, i. casti, & portul. singul. ℥. i. fiat linimentum vsui dicto. Vel.

Aliud vnguentum.

℥. Gummi elemi, & succi nicotianæ, vtriusque ℥. i. olei hyperici, vel sambuci, ℥. β. resinæ, & gummi ammoniaci aceto capparorum soluti, & ceræ flauæ, vtriusque ℥. ii. extra ignem iniice pul. aristol. rot. & longæ, & cyclaminis, singul. ℥. i. fiat vnguentum vsui dicto.

Quibus præsidis symptomatis aliis has febres comitantibus sit occurrendum, Tractatu de curandis symptomatis docebimus.

De Febris intermittentibus.

CAP. XII.

De Tertianâ intermittente.

ΔΙΑΛΕΙΠΩΝ πόντος apud Græcos in genere sumitur pro omni febre intermittente putrida quæ vicissim soluitur & repetit. At speciatim iidem Græci & maxime Hip. sect. 4. Aphor. 59. hanc tertianam febrem de qua agimus τριταίου πόντος appellant: quod tertio quoque die recurat. Differt à continuis, de quibus superiori cap. egimus, non essentia sed materia & sede: quia continentium materia (vt diximus) putret in magnis venis: intermittentium verò non vbiq; sed in venis minoribus, quæ sunt in ventriculo, hepate, mesenterio, intestinis, liene, utero, & habitu corporis. Sunt qui aliter sentiunt, quorum sententiam conuellerè nostri nunc non est instituti, sed quibus plus est otij, discutiendam relinquo. Tertianâ intermittens est duplex. Vna exquisita: altera non exquisita seu spuria, & notha. Exquisita fit à bile non naturali seu excrementitia, quæ multiplex cum sit, variæ consurgunt tertianæ differentiæ. Exquisita materia peccat aut quantitate aut qualitate. Quantitas, aut magna aut parua est: Si magna, aut putrescit in vno loco, aut in diuersis simul. Si in vno loco, tertianam exquisitam, quæ septenis circuitibus terminatur ex eodem Hip. loco superius citato. Si verò quantitas est parua, eius circuitus est minor, & finitur quarto vel quinto circuitu vt annotauit Hip. in coacis prænotionibus. Si materia peccat qualitate, si bilis magis vel minus fuerit calida tota morbi constitutio & paroxysmi sunt longiores aut breuiores: mitiores, aut grauiores. Nam bilis non naturalis seu pallida, seu excrementitia est longe mitior quàm flaua, & hæc quàm vitellina, porracea, aut æruginosa: cærulea verò omnium calidissima.

Si bilis putrescit in diuersis locis simul & in eodem die, fit duplex tertianâ intermittens, cuius accessiones tertio quo-

Materia feb. tertiana peccat quantitate aut qualitate, aut in vno loco aut diuersis.
Quantitate.
Qualitate.
Tertianâ duplex fit, quoties bilis putrescit in diuersis locis simul & in eodem die.

que die repetunt, & ingrauescunt, licet quotidie repetant & intermittant: quia quod est putrefactum, singulis accessionibus excernitur, vel per sudores, vel vomitum, vel per alui deiectiones. Non exquisita, mixtione pituitæ aut melancholicæ sit longior, quam si à sola bile excrementitia fieret, & ultra 7. periodum extenditur pro natura humoris mixti: nec non ex ægri intemperie, cœli statu, & intemperato victu, ut annotauit Gal. 1. ad Glau. de quodam adolescente, qui ex intemperato victu, tertiana spuria laborante, extensa fuit ab æquinoctio autumnii vsque ad æquinoctium vernum, & maximè quoties artis præcepta negliguntur.

*De causis
externis.*

Causæ effectrices tertianæ exquisitæ omnes sunt calidæ & siccæ bilem procreantes: qualis est aër calidus & siccus, æstas feruida, alimenta cal. & sicca. pauca, aut inædia, sitis, labor improbus, vsus medicamentorum acrium cal. & siccorum: & frequens potus vini generosi non diluti: ætas iuuenilis biliosa, curæ, vigiliæ, excandescencia, hepar calidius: temperies ægri calida & sicca.

Causæ tertianæ spuria, præter enunciata, sunt vita desidiosa, ætas puerilis, aut senilis, sexus, ut mulieris, & eunuchi, tempus hyemis: aër pluuiosus, victus ratio frig. & humida, somnus diurnus, nimia satietas, vsus piscium cœnosorum, curæ graues, suppressio excretorum, viscerum obstructions: plethora ad vires, aut ad vasa, quæ neque concoqui, neque à natura ab imbecillis viribus, regi possit.

Causa continens, sunt humores in aliqua parte retenti, non difflati qui facillè putrent à calore externo. Hic calor acris & mordax est, calori insito infensus, qui cordi communicatus per arterias diffusus, actiones humanas offendit. Ex hac putredine tota sanguinis massa non inficitur: ut annotaui in tertiana continua, sed tantum portio quædam.

Qui propens.

Huic febri propensæ sunt desides, homines biliosi, & qui sunt hepate calidiore, & helluones, & qui degunt in regionibus cal. & siccis, qui opiparè viuunt, aut artem laboriosam exercent.

*De signis.
3. exquisita
18.*

Signa maxima sumuntur à febris substantia, quæ est in genere caloris præter naturam. Ab actione læsa: & ab excrementis. Calor exquisitæ tertianæ est acrior & mordacior, quam in non exquisita pro 4. morbi temporibus plus minusue.

Exquisita

Exquisita, incipit cum rigore & sæpe cum vomitu bilioso, & terminatur cum sudore vniuersali. Calor autem (vbi rigor cessauit) veluti luculentus ignis accenditur: aucta verò febre, plurimusest, & mordax, qui ægrum adeo deurit, vt corpus nudare & stragula iactare cogitur, cum difficili anhelitu. Pulsus initio accessionis est debilis, paruus, tardus, & rarus. In augmento & statu celer & frequens, calidus & valdè inæqualis. In declinatione minus: quia tunc corpus paulatim ad statum naturalem redit, & calor accessionis mitescit. Vrina ab initio subflaua, & rufa, aut subrufa cum mediocri substantia: in eius parte inferiore videtur tenuis, & in superiore opaca. Contenta si sunt alba, lænia, & æqualia, febris in 4. aut quinto finietur paroxysmo, vt annotauit Hip. in coacis prænotionibus, si talia signa ab initio morbi apparuerint, sunt bona.

De vrina.

Signa tertianæ spurix, sunt horror, qui fit ex mixtione bilis & pituitæ. Calor quam tertianæ exquisitæ est obscurior, & quam quotidianæ exquisitæ manifestior. Pulsus minor, tardior, & rarior: in dies si durior appareat, febris erit multorum mensium. Gal. 1. ad Glau. Sitis in exquisita est maior quam in spuria, & lingua sicciior & magis flaua. Eius accessiones sunt longiores, & constitutio etiam longior, ratione pituitæ, & maximè si æger fuerit intemperatus & artis præceptis inobediens vt dixi versa pagina: quod etiam ex humoris quantitate, aut qualitate, aut eius motu accidere potest. Vigilæ sæpe ægrum diuexant, & oris amaritudo, corporis grauitas, vertebrarum dolor, & ventriculi inflatio, & cibi fastidium.

De signis tertiana spuria.

Si bilis quantitas est magna, & crassa, & corpus imbecillum aut densum fuerit, & sensus obtusus, accessiones, & constitutiones huius febris erunt longiores. Contra breuiores, si parciior, tenuior, & eius motus vehementior, & corpus robustum, rarus, & sensus tactus exactior. Si ab initio rigor est breuis, cum vomitu bilioso, & in fine accessionis fit sudor copiosus ac vniuersus cum ægri leuamine, & vrinæ fuerint quales sunt depictæ, paucis paroxysmis finietur febris. Tertiana exquisita si fuerit, septenis circuitibus vt plurimum iudicatur, ex Hip. Aphor. 59. sect. 4. & prænotione Caocorum 141.

περὶ τῆς

τῆς τριῆς ἀξιόσους.

Tertiana exquisita autore Gal. comment. 2. parte 29. in

*Quid intel-
legendum
sit per sum-
pta, educē-
da & ad-
mouenda.*

lib. Hip. & de humoribus curabitur sumptis, educendis, faciendis, & admouendis. Sumuntur aër ambiens, esculenta, potulenta & medicamenta. Educuntur humores morbifici euacuatione per venæ sectionem & purgatione excrementorum triplicis coctionis seu sponte naturæ, vel artis beneficio. Aguntur frictions, ambulationes, uestiones, equitationes, vitæ studium & somnus, animi pathemata. Admouentur quæcunque foris occurrunt, vt balneum aquæ dulcis (referatis prius obstructionibus & vniuersalibus præmissis, vestes, olea, vnguenta, emplastra, pulueres, epithemata, fomenta &c.

De victu. Speciatim æger decumbat in amplo conclau, si sit æstas, & sæpe irrigetur aqua rosarum vel frigida, & humi sternentur fol. violarum, salicis, pampinorum vitis, vel flores suaveolentes, quales sunt rosarum & similium quæ aërem æstuantem temperent. Reliqua quæ ad victus rationem pertinent cap. de tertiana continua sunt petenda, ne videar toties eundem lapidem reuoluere pag. 54. & 55. tam in exquisita quam spuria tertiana. Instituta victus ratione, veniendum ad venæ sectionem prius exonerata corporis prima regione, clystere refrigerante, vel balano, vel bolo, vel manna, aut minorante eccoproctico pag. 57. descriptis, ne fiat raptus humoris morbifici in maiores venas, & febrem continuam pro intermittente pariat.

*De venæ
sectione.*

Quantitas sanguinis sumenda erit à viribus ægri, plus minusue pro sexu, ætate, regione, cœli statu, plenitudine, tempore, victu & sanguinis impuritate: ex vena basilica dextra, ex angusto vulnere die intermissionis: At si vires sunt deiectæ, partiatur. Deinde ex Hip. consilio Aphor. 9. sect. 2. ante humoris morbifici purgationem, oportet corpus fluidum facere sequentibus præsiidiis.

Iulepus.

℞. Oxyfacch. simpl. & syrupi de succo endiuiz, vtriusque ℥. i. β. aquæ stillatitiæ cichorij, & portul. vtr. ℥. v. fiat iulepus in tres doses: vel paretur sequens apozema refrigerans, aperiens, vt bilem flauam domans, si est ver, quo tempore vigent plantæ.

Apozema.

℞. Rad. cichorij, ℥. ij. graminis, rusci, asparagi, & acetosæ, singul. ℥. i. herb. ferulæ, port. (si sit æstas) cichorij, borrag. vel bugl. quia ambo sunt eiusdem facultatis, & capill. communium singul. m. i. vuarum damasc. abacinis mund. pa. x. pru-

orum pa. iij. seminum endiuix, portul. plantag. (hoc iocineris obstructions tollit ex Gal. 6. simpl. cap. de arnoglossa) & melonis, singul. ʒ. ij. florum cord. p. i. singula quo decet ordine coquantur in aqua ad 4. quinque. Colatura clarificetur cum syrui omphacij, ʒ. iij. & aromat. santalo albo, pro 4. dosibus mane sumendis. Concocta materia & reseratis viis sequenti pharmaco purganda.

℞. Cinnamo. ʒ. i. rhabarb. selecti, ʒ. iij. thamarindorum *Potio cholagoga.*
(bilem ferocientem domat.) ʒ. ij. diaprui sol. vel elect. de psyllio, vel cholagogi Mes. vel Nic. ʒ. vj. omnia simul infundantur in parte decocti apozematis præscripti per noctem super cineres cal. express. dissolue syrui violati, aut rosati ex nouem infusionibus, ʒ. j. fiat potio hora 4. matutina propinanda die intermissionis. Quoties purgantia medicamenta infunduntur eorum dosis duplicanda venit: sic citra noxam clementius purgant vt dixi. Si æger catapotiiis delectatur, & potiones renuit, & hyems fuerit,

℞ Diadacrydij, grana iij. rhab. selecti, ʒ. j. massæ pil. aurea- *Catapotia.*
rum, ʒ. j. cum syrupo de cichorio, forma pil. 6. aut 7. deauratas, quas cap. post primum somnum cum custodia domus & regimine.

℞. Conseruæ florū cichorij, & viol. vel nymph. vtr. ʒ. ij. pul. *Bolus.*
diatriasantali, ʒ. j. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus horis tribus ante prandium: viscerum empyreuma emendat. Medio tempore si aluus non fluit, iteretur clyster in curatione tertianæ continuæ descriptus pag. 56. Et ægri vires conseruentur alimentis euechymis, & eupeptis, diebus quietis, & non in accessionibus ex Hip. Aphor. 11. sect. 1.

℞. Pul. trium santal. ros. rub. & troch. de caphura, singul. ʒ. j. *Epithema hepaticū.*
nardi ind. & scheenanthi, vtr. ʒ. j. aquarū solani, endiuix & ros. singul. ʒ. v. aceti rosati, ʒ. i. ʒ. fiat epithema hepati tepidè applicandum cum panno rub. denso per horam in paroxysmi vigore, continuando.

℞. Cerati santalini, & vnguenti rosati Mes. vtriusque ʒ. j. ʒ. *Vnguentū.*
olei rosati, ʒ. j. lauentur aquis pluribus, deinde adde caphuræ, ʒ. ʒ. & his illinetur iecur post epithema panno lineo appposito frigidè si æstas fuerit, vel tepidè si hyems, & maximè in accessionis vigore, & non in ea inclinante, quo tempore sudores erumpere solent: initio curationis harum febriū astringentia reicienda esse dixi, at in declinatione, ea admittimus

ad partium affectarum robur. Si his empyreuma non tollitur, ob metum recidiat, balneo aquæ dul. utendum, (tametsi à nonnullis reprobetur) neenon frictione blanda, aut ambulatione, vel somno, vel ptisana per aliquot dies. Quod si vires plus æquo sunt deiectæ, & ea uti nolit, utatur vino oligophoro in pastu tantum. Hoc balneum cutis spiracula aperit, & fuliginosa excrementa excutit, & præcipuè si vinum album vel oleum aliquod discutiens, quale est anethinum, aut chamæmelum inieceris. Post cuius exitum, & exsiccatō corpore æger contineat se in lecto per aliquot horas, & hæc sufficiant in educendis, faciendis &c.

*De tertiana Febris intermittens spuria
curatione.*

HÆc febris in hoc solo est frequentior tertiana exquisita, quia homines nimis indulgent genio, & eius paroxysmi, & tota eius constitutio sunt longiores, ob pituitæ lentæ & crassæ, vel melancholicæ mixtionem. Hæc febris ab exquisita non dissidet sede, quod utriusque materia putris cōtinetur in venis minoribus ut sæpe diximus.

Causæ effectrices, signa & prognostica non differunt ab exquisita de qua egimus, sed tantum in paroxysmorum longitudine, qui non sunt horarum 6. 8. 10. aut 12. sed interdum 20. 24. aliàs 40. & tunc extensa tertiana nuncupatur. Causa huius longitudinis pendet ex humoris quantitate, qualitate, tempore & ægri intemperantia. Non enim in 7. periodis terminatur: sed in plures extenditur. Præposterè curata aut neglecta, ægrum sæpe præcipitat in feb. erraticam, vel cachexiam, inde hydropem accersit. Et si materia eius est pauca, terminatur in septem periodis.

Curationis indicatio sumitur à bile dominante, & à pituita, vel à succo melancholico, vel ambobus simul mixtis ac putrefactis. Imprimis victus secundum sex res non naturales, refrigerare & nonnihil declinare ad caliditatem & siccitatem (ob pituitæ frigiditatem & humiditatem) debet. Pro potu quotidiano utendum hydromelle cum tantillo succi gra-

natorum, ad humoris lenti incisionem & detersionem. Vel huius loco si aulicus aut nimis delicatus, syrupo acetato cū decocto hordei, vel hydrosaccharo (nostri *Bouchet* appellat) si diues fuerit, & mel renuat. Si omnia dulcia reiiicit, vtaturaqua simplici bullita, (si cœnosa fuerit) cum aliquo succo acido, qualis est omphacium, succus mali punici, citrij, limonum, auranciorum, aut cerasorum acidorū. Cibus non detur accessionis tempore vt monet Hip. Aphor. 11. sect. 1. sed eadem finita, vel, ante eius insultum spatio 4. aut 5. horarum ne auocetur natura à scopo, & die quietis, vt conseruentur vires, alimentis bilem refrigerantibus, & pituitam incidentibus, & tergentibus. Initio pastus vtendum prunis elixis aqua & saccharo ad refrigerationem, & aluum concitandam: necnon iuribus carniū boni succi, alteratis seriola, borrag. petroselino, oxalide, portulaca, cum quarta parte hyssopi, vel satireiz, vel hingidij, i. cerefolij cum tantillo omphacij, si æstas fuerit, vel auranciorum pro ægri palato.

Aromata non omnino sunt reiiicienda, ob pituitæ lentorem. Carnes elixæ, assis sunt præferendæ. Legumina, caseus, pisces, brassicæ, castanæ, rapæ, & quæcunque crassum lentumque succum generate possunt, huic feбри aduersantur. Si vires pessundant, propinentur succi perdicis, vituli, & consummata, colaticia, gelatina, stillaticia, & similia quæ in parua quantitate sumpta, multum nutriunt, & facilè excernuntur, ob id quater aut quinquies offerantur, ex Hip. Aphor. 18. sect. 2. *Ἡ τρεῖς ἡμέρας ἀφροῦς ἔτι παχίας, παχίου ἔτι αἱ λεγόμενες χυροῖται*: 1. Quæ confertim & celeriter alunt, celeres quoque faciunt excretiones. Si hæc non sufficiunt, illis dissolue tabellamvnam elect. diarthodi ab. aut pul. cardiaci cochlear i. mox descripti.

℞. Pul. lętitię Gal. ʒ. ij. pul. analeptici seu resumptiui ʒ. β. *Pul. cardi-*
 sacch. albi ʒ. vj. fol. auri num. vj. fiat pul. iuribus carniū dis- *diacus.*
 soluendus. Hoc puluere reficiuntur vires à longo morbo prostratæ. Si aluus pro secunda valetudine non fluxerit, sollicitanda erit balano, vel clystere, aut iure pulli in quo coxerint Mercurial. m. ij. diebus quietis & non paroxysmi, ne à scopo auocetur natura, ex Hip. præscripto, qui tunc temporis, cibum dare vetat, qui alere potest, multo magis à purgantibus quæ sua natura corpora nostra alterant, immutant, & vim illis inferunt. Gal. lib. 1. simpl. Animi pathemata, vt choleram

& mœrorem fugiat contraria his prosequatur. Medici munus in ægrorum examine.

*Officium
medici in
ægrorum
examine.*

Imprimis cognita febre, medicus disquirere debet ab ægro vel à ministris diem decubitus, & palpate pulsum: si tardus, rarus, parvus, inæqualis, & si alius fluit, si placide dormit & respirat, si bene se habet ad oblata: si vrina fuerit bile perfusa, cruda, tenuis, vel crassa. Deinde morbi tempora considerare, si principium, aut augmentum fuerit dum accersitur. Si æger est nauseabundus, & facile vomit, quo victu est usus: si eius ventriculus est pituita refertus ab ingluvie, si iuuenis aut senex, si homo, aut mulier, si æstas aut hyems. Hęc omnia considerata, non erit difficile victum & remedia instituire. Si nauseat, iuuanda est natura vomitione sequenti, si facile vomit.

Vomitoriū

℞. Pul. sem. vrticæ ꝑ. j. syrupi nicotianæ, vel oxymellis simplicis ꝑ. j. cum mulla, fiat potio tepidè post cibum sumenda. Quantitas huius remedij cum cibo, œconomiam peruertit, & ventriculum à pituita lenta, qua opprimebatur exonerat, sic iuuatur æger. Qui facile vomunt, us aqua tepida sufficit, cum oxymelle. Si alius est dura sollicitetur balano aut clystere sequenti.

Balanus.

℞. Mellis cocti, ꝑ. i. salis gemmei, & muscerdæ, vel pul. hiera Gal. vtr. ꝑ. ii. aut ꝑ. i. si agricola, baiulus, rhedarius &c. fiat balanus.

Enema.

℞. Hordei integri, absinthij pont. ma. (ratione ventriculi pituitæ sedes) analuæ, & violarū, singul. m. i. centaurii mi. m. s. ficuum recentium, (hęc duo pituitam in intestinis contentā detergent) num. 4. seminum 4. frig. ma. & fœniculi, singul. ꝑ. ij. coque in aqua suffi. ad tb. i. colaturæ dissolue diaphœnici, (bilem & pituitam purgat) cassiæ cum sacch. vel diapruni simpl. vtriusque ꝑ. vi. mellis rosati, & olei chamæmeli. vtr. ꝑ. i. s. fiat clyster. Si mulier aut puella quæ hęc remedia admittere noluerit, horum loco cap. sequentem potionem.

*Accōpropi-
cum.*

℞. Cinnamo. ꝑ. j. agarici troch ꝑ. ij. rhab. selecti, ꝑ. iij. oxymellis simpl. & diaphœnici, vtr. ꝑ. vj. omnia simul infundantur per noctem super cineres cal. infusione recenti rosarum pallidarum. Expressum detur summo mane ex artis instituto. Vel

*Bolus ad
idem.*

℞. Agarici troch. ꝑ. i. rhab. optimi, ꝑ. j. diaphœnici, ꝑ. ij. cassiæ ex tempore à canna extractæ & mundatæ, ꝑ. vj. cum

saccharo, fiat bolus mane deuorandus per sesquihoram ante lotorium insulfum pulli vel cicerum rub. Si æger nocte non dormierit, vel debilis fuerit obdormiat. At ubi alius semel fluxerit vigilet, ne eius vis purgatrix per somnum intercipiatur, aut tardetur. Expurgata sic prima corporis regione, si æger est iuuenis, & *πολυαιμοις*, aut suppressi sunt menses, aut hæmorrhoides, die intermissionis educatur sanguis ad *Venesectio.* 3. vii. aut octo pro virium ratione, & sanguinis impuritate, ex axillari dextera vt Gal. docet lib. 11. meth. med. cap. 15. Contra si hyems, & æger fuerit senex, & debilis, & venæ cubiti inanitz, & non tensæ appareant, sanguis non est mittendus, ne fiat raptus materiz crudæ è minoribus venis in maiores, & fiat continua. At si adhuc vires ferunt, præmissa leni purgatione educatur sanguis quidem, sed in parua quantitate.

Sunt qui sequuntur in Auic. quod in his febribus venæ sectionem dissuadeat, quod scripserit sanguinem esse frænum bilis, cum pituita potius sit, quia frigida & humida est, quibus dotibus eius ardorem extinguit & celeritatem retardat & dissipationem prohibet. His rationibus adducti concludunt sanguinem non esse frænum bilis: inde concludunt in hac febre sanguinem non esse mittendum. Verùm sequentibus rationibus Auic. excusari potest, ducto argumento à maiori ad minus.

Auic. experientia edoctus, dixit quidem sanguinem esse frænum bilis, ratione quantitatis & qualitatis: quia sanguis superat bilem & pituitam quantitate, qui per venæ sectionem imminutus, bilis facilius mouetur & furit non retenta: & qualitate sua, quia est cal. humidus, & temperatus: quibus dotibus temperat acrimoniam bilis, & sua humiditate eius ardorem extinguit. Experientia edoctus, quibus Asiaticis aperta erat vena, ægri illico in phrænesim vel delirium incidebant, & non ii quibus nõ aperiebatur. Quinetiam Auic. Asiaticus erat, & in ea habitabat. Asiæ regio longè Europa nostra est calidior & siccior. Ad hæc eadem experientia docet, tertiaria continua laborantes & phræniticos sub auroram melius se habere, ratione dominiy sanguinis qui tunc viget. Cōtra sub vesperam peius, quo tempore pituita dominatur. His rationibus excusatur Auic. Natura igitur leuata onere quo premebatur, præscriptis remediis & phlebotomia, procurandum, vt reliqua materia euincetur medicamentis re-

*Obiectio
contra A-
uicennam
diluitur.*

*Excusatur
Auicenna.*

frigerantibus ratione bilis, & incidentibus, tenuantibus & detergentibus ratione pituitæ, quæ contumaciorem, longiorem & curatu difficiliorem reddit: in hanc rē sequentia profutura iudicamus.

Iulepus.

℞. Oxyfacch. comp. aut syrupi acetati comp. & mellis rosati col. vtriusque ℥. ii. aquarum stillatitiarum endiuix, vel cichorij, & de eupatorio in balneo mariz, & non plūbeo vtriusque ℔. sem. fiat iulepus in tres vel 4. doses. Vel paretur sequens

Alter;

℞. Oxymellis simpl. & syrupi de succo endiuix, vtriusque ℥. ij. aquarum solani, cichorij, & hyssopi, singul. ℥. 4. fiat iulepus in tres doses. Vel paretur sequens apozema bilem & pituitam præparans.

Apozema.

℞. v. rad. aperientium à matrice mund. & contusarum, singul. ℥. i. infundantur in parua quantitate oxymellis simpl. super cineres cal. horas 4. herb. cichorij, seriolæ, hepaticæ, & capill. communium, singul. m. i. pulegij, & origani, vel calamenti, vtr. m. β. glycyrrh. rasæ & contusæ, ℥. vj. passul. mund. pa. x. prunorum, pa. iiii. sem. endiuix, ℥. iiii. melonis, anisi, & fœniculi, singul. ℥. i. β. florum trium cord. & chamæmeli (hoc febribus pituitosis conuenire scripsit Diosc.) singul. p. i. thymi p. β. coquantur singula quo deget ordine cum oxymelle & radicibus in fictili vitrato angusti oris, & non in æneo vase, ratione oxymellis cum aquæ ℔. 4. ad tertias. Colatura clarificetur & aromat. cinnamomo, pro quatuor dosibus.

Potio purgans.

℞. Caryoph. ꝑ. β. agarici troch. ꝑ. ii. rhabarb. selecti & thamarindorum (bilem compescunt) vtriusque ꝑ. iiii. diaphœnici, ℥. vi. infundantur omnia simul in parte vna decocti apozematis per noctem super cineres cal. expressum detur summo mane, die intermissionis & non accessionis.

Nisi ex præscriptis, febris sanetur, ob humoris contumaciam paretur sequens syrupus magistralis.

Syrupus magistralis

In decocto præscripti apozematis coque polypodii querni contusi ℥. 4. sem. carthami, & sennæ mund. vtriusq; ℥. ii. sem. anisi, ℥. β. caryoph. integr. ꝑ. β. in parte vna colaturæ infunde salis gemmei ꝑ. i. cinnamo. ꝑ. iiii. agarici troch. ℥. β. rhab. optimi, ℥. i. altera verò pars traiecta super colum medicum absque alia clarificatione coquatur in syrupum cum syrupi rosati sol. ℔. i. Deinde affunde expressum infusionis, & lentis prunis bulliant (ne vis purgatrix euanescat,) ad iustam crassitudinem

tudinem vt seruari possit in multos dies citra putredinem. Dosis erit ℥. ii. cum iure galli veteris, quod sua nitrositate purgat autore Mes. cap. proprio: vel cum decocto cichorij, & pulegij, semel aut bis in hebdomade. Si hæc dosis imbecillior videtur ad expurgandam materiam satis rebellem, augeatur, vel dissolue diaphœnici, vel elect. de citro sol. ℥. iii.

℥. Conseruę florum cichorii, & cort. citrii saccharo condita, vtr. ℥. ii. Mithrid. veteris & probati, ℥. ss. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus horis iii. vel. iiii. ante primum pastum. *Bolus.*

Si forte fortuna æger liquida pharmaca reiciat, & solidis catapotiiis delectatur, sequentibus purgabitur præcipuè si hyems fuerit.

℥. Massæ pil. imperialium, ℥. i. de agarico, ℥. i. cum melle rosato, forma pillulas vj. deauratas, quas cap. post primū somnum. Si duriore fuerit aluo, his adde diadacrydij grana iiii. & contra si æger baiulus, nauta aut agricola vtatur sequentibus. *Catapotia.*

℥. Massæ pil. aurearum, ℥. i. de agarico, ℥. ss. diadacrydii grana vi. cum melle rosato, fiant pillulæ 8. cap. cum puluere glycyrrhizę. Vel si tenuis fuerit fortunæ, cap. tabellam vnam elect. de citro sol. pondo ℥. ss. cum decocto eupatorij. Expurgatis humoribus noxiis, visceribus prospiciendum, à quibus mali scaturigo, ne recidiuet, aut quid grauius illi contingat: hoc modo *Alia fortiora.*

℥. Pul. diatriasantali, ℥. ij. conseruę florum cichorij, & corticis citrii sacch. condita, vtr. ℥. iii. sacch. albi aqua stillatitia eupatorij soluti & cocti, ℥. iii. fiant tabellæ pondo ℥. ij. aut trium cap. quotidie mane vnam horis tribus ante primum pastum, superbibendo parum eiusdem aquæ cichorii, & pro ventriculo. *Tabella pro hepate.*

℥. Pul. aro. rosati, aut diarhodi ab. ℥. i. diatriasantali, ℥. iiii. cort. citrii condita, & myrobal. citrearum condita. vtr. ℥. ss. conser. florum cichorii, & rosarum, vtriusque ℥. i. ss. fiat elect. molle, de quo cap. ℥. ss. quotidie mane. Si lien aut aliud viscus huic febris ansam præbuerit, illi prospiciendum medicamentis eisdem. Si huius sapor displicet, hauriat cochlear vnum vinalbi aqua cichorij diluti. Extrinsecus ad vtriusque visceris empyreuma tollendum, præscribi poterunt epithemata, vnguenta &c. *Pro vtericulo conditum.*

Si tertianâ spuria, fit à bile & ab humore melancholico prædictis quæ hunc humorem respiciunt, vice eorum quæ pituitam, erunt miscenda tam in sumptis, educendis quam admouendis: quibus nonnulla astringentia viscera corroborantia erunt addenda, & maxime si à liene originem ducat. Si verò hæc febris, fuerit ex tribus humoribus cõposita, chologogis aliquot, phlegmagoga & melanagoga erunt permiscenda. Quibus præsidis occurrendum erit symptomatis hanc febrem comitantibus tractatu proprio docebimus.

De Febre quotidiana intermittente.

A Μονήμενος πέπετος: 1. Quotidiana febris intermittens ad differentiam cõtinuæ de qua memini pag. 59. à qua differt sede & materiâ. Sede, quia continuæ materia continetur in magnis venis: intermittentis verò extra illas. Materia continuæ est pituita naturalis: intermittentis, est pituita excrementitia de qua nunc agimus. Hæc febris excitatur ab hac pituita putrefacta, quæ quotidie nouas cum refrigeratione accessiones habet. Putrescit autem in minoribus venis, & reliquo corporis habitu, tum maximè in ventriculo, qui ferè semper in eo febris genere afficitur. Aliàs in mesenterio: aliàs in hepatis parte sima, liene, vtero &c. Ex hac pituita excrementitia putrefacta non semper fit febris: Nam si extra venas minores putret, alia accersit mala præter febrem: veluti si in cerebro putret licet sit acris, & graueolens, & sæpe putri similis, & diuersi coloris, non inde fit febris. Interdum putrescit in pulmones post catarrhos, & asthmata: aliàs in ventriculo, quæ vomitu reiicitur: aliàs in vtero, hinc mulierum fluor: aliàs in intestinis, in quibus vermium omne genus gignitur, qui per podicem reiiciuntur: aliàs in cystide & renibus vbi exsiccat & in lapillos versicolores degenerat, citra febrem; de quibus nunc differere mei non est instituti: sed tantum de ea quæ putrescit in harum partium & habitus corporis venis minoribus, & febrem parit & actiones interpellet.

Ψλέγμα: 1. pituita deductum nomen à verbo φλέγω: 1. vro: contra etymologiæ rationem à medicis sumitur pro quouis

humore frigido & humido in nobis genito, qui putrere potest, aut à causa calida, aut frigida. A causa calida per putredinem, aut ferosæ humiditatis mixtionem (potius quam bilis ut voluit Auicenna,) fit falsum. A causa frigida, aut ea erit remissa, aut intensa. Si à causa remissa, fiet pituita acida: si ab intensa, fiet vitrea seu albuginea. Ex his pituitæ generibus varix generantur febres. Quotidiana seu *Αμφιμεινος* febris est duplex: vna quæ fit à pituita excrementitia sapore dulci seu insipido in ventriculo, (ut plurimum genita) quoties putrescit in venis minoribus exquisitam quotidianam creat. Altera fit quoties alius humor præter pituitam dominantem simul putrescit, & quotidiana notha nuncupatur. Si in iisdem partibus pituita acida putrescit, fit epialos febris de qua suo loco. Ne quis hic parum cautus, confundat febrem tertianam notham, aut duplicem tertianam intermittentem aut triplicem quartanam, quæ statis diei horis quotidie recurrunt, cum quotidiana intermittente: quoniam earum non est eadem medendi ratio, & in his magna medici requiritur solertia, in illarum distinctione perquirenda.

Diuisio huius febris.

Causæ tam externæ, quam internæ harum febrium effectrices, dissimiles non sunt ab iis quæ in quotidiana continua sunt enunciata pag. 61.

Hanc febrem præcedunt oscitationes, & pandiculationes, quæ incipit cum frigore partium externarum, ut nasi, digitorum, aurium, manuum & pedum cum ventriculi dolore, & nunquam aut raro cum rigore, sæpe tamen cum leni horrore pulsus est inæqualis, inordinatus, paruus, debilis, tardus initio accessionis: in augmento vehementior, maior & velocior, rarior tamen quam in tertiana, & frequentior quam quartanæ: sed quotidianæ & quartanæ est æquè tardus. Urinæ primis diebus sunt albæ, tenues, & crudæ ob humoris frigiditatem & ingentem obstructionem. In augmento sunt crassæ & turbulentiore, quia materia incipit concoqui. Aliæ autem morbo procedente apparentes, ipsius tempora indicabunt. Interdum adest vomitus pituitosus, & deiectiones sunt pituitosæ, frigidæ & humidæ, aquosæ, & crudæ: quia totum corpus crudis humoribus est plenum: & os ventriculi, & hepar laborant à multis cruditatibus ex coquendi tarditate natis, vnde ructus acidus, & hypochondriorum tumor, inflatio, & distentio: faciei color albus, cum pallore: nulla aut pauca

Signa.

Ex pulsu.

Ex urinis.

(humiditate substantifica) omnibus febricitantibus prodest. Hip. Aphor. 16. sect. 1. cuiusmodi sunt iura carniū euchymarum, alterata petroselino, fœniculo, hyssopo, satireia, maiorana, salvia, herpillo, thymo, cum parte vna seriolæ, portul. aut borrag. si spuria fuerit hordeata diu cocta, quia nutriunt, & detergent, & auentum concedi potest. Et si vires pessundant morbi longitudine, colatitia, consummata vulgo dicta, gelatina & succi carniū &c. quibus dissolui possunt, aromata quædam, vt cinnamomum, nux moschata, caryophyllum, piper: & pul. diaspoliticon à Gal. cōmendatus lib. sanit. tuendæ, erunt ex vsu.

Carnes sint boni succi, & facilis coctionis in prandio elix, & in cœna assæ. Cibandus erit ægrotus extra paroxysmū, aut eo inclinante, vt docet Hip. Aphor. 11. sect. 1. ne natura auocetur à concoctione humoris. Quinetiam cibus à calore febrili facilè corrumpitur, veluti lac in cœlo æstuante. Vitanda sunt omnia alimenta dispepta & prauis succi, quæ crassum & lentum succum procreare possunt, qualia sunt, carnes bubulæ, suillæ, aprinæ, ceruinæ, vrsinæ, leporinæ, anatum, extra animalium, & eorum pedes, & quæ sunt viscidæ substantiæ: pisces etiam tam saliti quàm recentes, carne molli præditi, quales sunt anguilla, ciprinus, sunt reiciendi. Contra marini & saxatiles qui carne dura & friabili sunt præditi & super crateram cocti, & conditi omphacio, aut iure auranciorum, & butyro recenti aromate aliquo conditi in parua quantitate concedi possunt: quales sunt anadromi, lucius, perca, astaci marini, & fluuiatiles. Necnon butyrum recens, oua sorbilia, vix damascenæ exacinatæ, corinthiæ, pira cocta, pruna acida cocta in aqua, & saccharo initio pastus concedantur: aduersantur legumina omnia, & lactici-
nia, caseus, castanæ, rapæ, brassica, allia, porrum, cepa, & herbæ refrigerantes, nisi in spuria quotidiana curanda, & in parua quantitate ratione bilis & melancholiæ, borrago, buglossum, caltha, violæ: fructus horæ seu fugaces, & recentes, qui in ventriculo refrigerato facilè corrumpuntur, vt melopepones, cucumer, cucurbita. Inter acetaria concedi possunt scolymos, carduus, cappares, & radices cichorij, & tragopogi hortensis ab hispanis scorzonera appellari cocti, & aromate aliquo conditi. Somnus inclinante paroxysmo, aut horis matutinis non damnandus: contra diurnus, aut pa-

roxysmi initio ne maior fiat excrementorum prouentus dē-
natur. Quamuis qui febricitant vix moneri possint, indigent
tamen aliquo exercitio, aut simili, veluti frictione totius cor-
poris, & maximè inclinante accessione, cum linteis calidis,
totius rachitidis, crurum, & brachiorum, vt intimus calor
obrutus à frigiditate pituitæ suscitetur, & foras euocetur, &
reseratis poris cutis fuliginosa crassa excutiantur, & humoris
concoctio acceleretur. Humor crassus, lentus, & frigidus sur-
sum, vel deorsum educi debet quò natura vergit, aut per
vrinas, sudores, menses, aut hæmorrhoidas, aut per insensibi-
lè transpirationem remediis post dicendis, quibus suppres-
sis ingrauescit febris, & plerunque alia mala accersunt. Ani-
mi pathemata, corporis affectus augent, vt timor, mœror,
tristitia, &c. Gal. li. i. de animæ morum & corporis tempera-
mento; & mutua consecutione. His vniuersum corpus, &
præcordia refrigerantur, pituitam incrassant, & concoctio-
nem labefactant. Contra ira, seu excandescencia non omni-
no damnanda: gaudium probatur: quia calorem suscitatur, &
humores crallos extenuat. Illa maiori impetu calorem, &
spiritum foras erumpit: ambo humores calfaciunt, incidunt,
& attenuant, quod est proprium in hac febre curanda. Huic
febri sunt obnoxij pueri intempestiuè viuentes, & adulti qui
nimis indulgent genio, senes, spadones, abstemij, naucleri,
vrinatores, & qui piscibus nutriuntur, in hyeme & cælo
pluuioso. Initio curationis, si æger fuerit nauseabundus, pro-
tinus detur illi vomitoriū in tertiana notha descriptum, pag.
76. Exonerato ventriculo, pariter exoneranda erit aluus ba-
lano, vel clystere, vel eccoprotico vt sequitur.

*Qui pro-
pens.*

*Anachar-
sis.*

*Cithariss.
Balanus.*

℞. Saponis gennensis, ℥. i. pul. hieræ simpl. gal. agarici, & sa-
lis gemmei, singul. ℥. i. pul. granorū colocynthidis, ℥. i. omni-
bus in mortario subactis cum paucis succi mercur. fiat balani
quæ siccata seruentur vsui. Vcl.

Enema.

℞. Orig. pulegij, calamenti, & mercur. singul. m. i. sem. ane-
thi, ℥. iii. agarici, ℥. ij. florū chamæm. anethi, & furfuris ma-
cri, singul. m. ℞. coque in aqua ad ℔. i. mellis rosati, & olei nu-
cum vel alterius discutientis, vtriusque ℥. i. ℞. bened. lax. &
hieræ Gal. vel Pachii, si fortius requiritur, vel diaphœnici, vtr.
℥. ℞. vel ℥. vi. fiat enema: vel patetur sequens potio.

*Potio pur-
gans.*

℞. Polypodii querni contusi, ℥. ℞. sem. carthami, & sennæ
mūd. vtr. ℥. ii. calamēti (absinthiūp. quāuis ventriculo sit fa-

miliare non vsurpandum censeo, ob eius astrictionem & pituitæ crassitiem, qua obstruuntur viscera, & maximè initio purgationum) m. ß. sem. anisi, ʒ i. ficus duas, florum thymi, p. i. coquantur in aqua ad ʒ. iii. colaturæ infunde elect. indi ma. vel diacarthami, ʒ. vi. super cineres cal. syrupi rosati sol. cum agarico ʒ. i. fiat potio. Hæc dosis augeatur aut minuatur pro ægri facilitate & vitæ genere. Vel huius loco paratur sequens bolus.

℞. Catholici, & diacarthami, vtr. ʒ. iii. agarici troch. puluerisati, ʒ. i. cum saccharo fiat bolus loco potionis deuorandus si eo delectatur. His præmissis, si verum est tempus, & æger iuuenis, *εὐσπυρος*, & venæ tumeant, aut suppressæ sunt hæmorrhoides, aut menses, aperienda est axillaris vena dextra, & fiat sanguinis missio ad ʒ. vi. aut viiii. pro laborantis viribus, & sanguinis qualitate. Contra si obæsus, senex, debilis, & venæ sunt inanitæ, si hyems, non mittendus est sanguis. Ex venæ sectione, æger ab obstructionibus liberatur, & natura leuata sarcina qua premebatur, quod superest faciliùs concoquit, & expellit sequentibus adiuta.

Bolus catharticus.

De venæ sectione.

℞. Oxymellis comp. ʒ. iii. aquarum stillatitiarum saluiz, *Iulepus.* bethonicæ & cichorii (si bilis mixta) singul. ʒ. v. fiat iulepus in 4. doses. Vel

℞. v. rad. aperientium à matrice mund. & contusarum, *Apoxyema.* singul. ʒ. i. infundantur in oxymelle simpl. per horas 4. 6. aut per noctem super cineres calidos in fictili vitrato: herbarum siccarum origani, pulegii, eupatorii, mentæ, singul. m. i. absinthii p. minoris quia minus astringit quam maius, & capill. communiũ vtriusque m. ß. & si bilis est mixta, adde cichorii erratici, & fatiui, vtriusq; m. i. Si melancholia, borrag. vel bug. & melissæ, vtriusque tantundem: passul. mund. pa. x. ficuum recentium, pa. v. glycyrrhizæ, ʒ. vi. sem. apii, anisi, & fœniculi, singul. ʒ. ii. & tantundem sem. endiuiz, si bilis, vel portul. vel viticis si melancholia est mixta: florum saluiz, rorism. vel stœch. arab. thymi, & buglossi, vel borrag. singul. p. i. hydromellis ʒ. iii. bulliant in eodem fictili, & non in vase æneo ratione aceti quod oxymel recipit, ad tertias: sub cuius finem & extra ignem iniice oxymel, in quo maduerint radices & per horas duas, fictile cooperiatur. Expressum clarificetur & aromatizetur pul. arom. rosati ʒ. i. ß. pro 4. matutinis. Si ingratum videatur, dulcoretur sacch. vel syrupo capilli Ven.

Si ex urinis nondum cocta appareat materia, denuo iteretur idem apozema, quo utetur donec concocta videatur. Medio tempore si alius non fuit iteretur clyster præscriptus, deinde ut monet Hip. Aphor. 2 2. sect. 1. sic purgabitur.

Potio purgans variis humoribus accommodata.

℞. Caryoph. grana vi. agarici troch. in melle rosato colato super cineres cal. macerati, cū tantillo decocti apozematis ne vratur, ʒ. i. rhabarb. selecti (si bilis mixta fuerit) in eodem decocto macerati per se ʒ. iiii. expressionibus dissolue elect. in di. na. si pituita tantum, vel diaphœnici si etiam bilis putret, vel elect. de citro sol. si utraque bilis simul putruerint ʒ. β. Syrupi de cichorio (si bilis) dupl. rhab. vel de pomis saporis si melancholia, ʒ. i. fiat potio. Vel huius loco cap. sequentes pillulas.

Cataplasia.

℞. Massæ pil. cocciarum, & de agarico, vtriusque ʒ. β. pul. hieræ Gal. ʒ. i. agarici troch. grana iiii. troch. allaandaal. grana ii. vel diadacrydii, si bilis mixta est, & æger duriore fuerit aluo, aut agricola, & non urbanus, vel aulicus, tantundem, cum guttis aliquot mellis rosati, forma pillulas vi. aut viii. deauratas si diues fuerit, vel asperfas puluere glycyrrh. cap. post primum somnum. Vel paretur sequens puluis.

Pul. purgans.

℞. Turbith, ʒ. i. agarico troch. & pul. hieræ simpl. vtriusque ʒ. β. masticis, vel macis, ʒ. β. fiat pul. in iure pulli insulso mane dissoluendus si prædicta remedia renuat. Vel detracta hiera ob amarorem, & aliorum dosi aucta, paretur martiopanis quam comedat mane. Sic mutanda forma, & non materia ex Auic. ut ægrotum palato satisfaciamus. Sequenti die cap. sequentem.

Bolus visceræ roborans.

℞. Mithridatii veteris, & probati, ʒ. ii. conferuæ rad. helenii, & cort. citrii sacch. conditæ, vel nucis moschatæ, vel zingib. viridis etiam sacch. conditi, ʒ. ii. cum sacch. fiat bolus à purgatione deuorandus horis 4. ante prandium. Vel utatur sequenti.

Tabella ad idem.

℞. Pul. diagalangæ, vel aromat. rosati, & diarhodi ab. vtr. ʒ. i. myrobal. cepularum sacch. condit. vel nucis iuglandis sacch. conditæ ʒ. β. sacch. albi aquæ stillatitiæ absinthii vel mentæ soluti, & cocti ʒ. iiii. fiat elect. in rhombos pondo ʒ. ii. cap. vnum mane horis iii. vel iiii. ante prandium. Vel huius loco si pauper, cap. duo vel tria cochlearia vini absinthites, vel aquæ cœlestis si extiterit. Vel tantundem syrupi de menta, vel absinthii. Vel

℞. Pul.

℞. Pul. Diarhodiab. & galangæ tenuioris, vtriusque ℥. i. Troch. de absinthio, ℥. ii. cort. citrii cum melle conditæ, ℥. i. conferuæ florum saluiæ, & rotism. vtriusque ℥. ii. fiat conditum bracteis auri coopertum, de quo alternis diebus mane cap. ℥. β. etiam horis iii. ante prandium. Vel huius loco cap. ℥. ii. Mithridatii veteris & probati, superbibendo cochlear vnum aquæ stillatitiæ cinnamomi, vel saluiæ.

℞. Pul. Galangæ minoris, ℥. i. nucis moschatae, & cinnamomi, vtriusque ℥. ii. pul. aromat. rosati, ℥. iii. sem. coriand. præparati & sem. anisi, vtriusque ℥. β. cort. citrii saccharo conditæ, ℥. i. medullæ panis albi assi, & puluerisati, ℥. iii. sacch. albi, ℥. β. fiat pul. de quo cap. cochlear vnum post singulos pastus nihil superbibendo. Si æger est tenuis fortunæ, vtatur semine anisi: vel miua cydoniorum cum speciebus. Si fortè ex prædictis æger non est sanitati restitutus ob humoris contumaciam epicrasticè subducatur, hoc modo.

℞. Polypodii querni contusi, ℥. 4. sarzæ parillæ, & v. rad. aperient. mund. & contusarum, sem. carthami, & sennæ mund. singul. ℥. ii. cort. citrii. siccæ, ℥. i. herb. siccarum mentæ, absinthii, melissæ, hyssopi, & eupatorii, singul. m. i. vuarum damasc. exacinarum, pa. 12. ficuum, pa. iii. sem. anisi, ℥. β. florum saluiæ, rorismarini, thymi, & bugl. singul. p. i. caryoph. ℥. i. singula quo decet ordine coquantur in aquæ lib. vi. ad tertias, in fictili vitrato angusti oris operulato. In parte vna colaturæ infunde zingiberis, ℥. β. agarici troch. ℥. β. rhab. selecti, ℥. i. β. per noctem super cineres cal. altera verò pars colaturæ super colum medicum absque alia clarificatione bis aut ter trāscolatæ, coquatur in syrupum cum manne Cal. & syrupi rosati sol. vtr. ℥. β. sub cuius finem iniice expressum agar. & rhab. & recoq; lentis prunis, ne multitudine flammæ vis eius purgatrix resoluatur, ita tamen vt seruari possit citra putredinæ: huius cap. bis in hebdomade ℥. ii. cum iure pulli insulso: vel decocto maioranæ, vel hyssopi, continuando donec sit omnino expers febris. Extra admouentur sequentia.

℞. Oleorum de absinthio, & de mastiche, vtriusque ℥. i. olei è nuce moschata, ℥. β. misce ad litum ventriculi antè & à tergo ex Gal. lib. 7. catageni, cui adde inunctionis tempore guttas aliquot vini rub. optimi per horam ante vtrumque partum: vel

Conditum.

Pul. digestus & Gracis oxyporos dictus.

Syrupus magistralis.

De externis. Linimentum.

Vnguentū. ℥. Vnguenti stomachici Gal. ℥. ii. olei absinthii, ℥. i. vel mentæ tantundem, misce pro litu ventriculi tepidè panno cannabino apposito. Vel

Emplastrū. ℥. Massæ empl. de mastiche, ℥. ii. pro stomacho, vel de ladano, ℥. i. pul. absinthii, ℥. ii. rosarum rub. ℥. i. macis, ℥. ii. omnibus in massam subactis fiat empl. scutiforme ventriculo ad-mouendum. Vel.

*Scutū in-
sertum.* ℥. Rad. cyperi, galangæ, acori veri, vulgo calami arom. ligni aloes, vel rhodij, vel fantali citrini, singul. ℥. ij. rosarum rub. absinthij p. ma. & mastices, singul. ℥. iiii. troch. aliptæ moschi & styracis cal. vtr. ℥. ii. fiat pul. aptandus in scutū cū serico rub. & gossipio intersutum, ventriculo ad-mouendum die nocteq; ferendum. Vel ℥. Balsamitæ, mentæ siccæ, absinthij p. ma. & rosar. rub. singul. m. i. Cyperi & corti Citrij siccæ, vtriusq; ℥. j. sē. anisi, & fœniculi, vtr. ℥. ℞. caryoph. cōtusorū, & acori veri, vtr. ℥. ij. schoenāthi, & nardi ind. vtr. ℥. j. coque in æquis parti-bus aquæ & vini rubri pro fotu ventriculi cum spongia ante vtrumque partū. Sivitio hepatis, paretur sequens epithema in

Fomentū. causa frigida.

Epithema. ℥. Pul. Diarhodi ab. ℥. iiii. Rosarum rub. schoenanthi, & nar-di ind. singul. ℥. ij. aquarū absinthij, & cichorij, vtr. ℔. ℞. vini albi ℥. ij. fiat epithema quod hepatis tepidè ad-moueat cum panno rubro denso: hoc hepatis dolorem à causa frigida de-mulcet. Huic si addideris aliqua semina cal. ad flatuum discus-sionem, quos procreat pituita crassa, & lenta, erit longè effi-cacius. Si vitio vtriusq; hypochondrii paretur sequens vn-guentum, quo vtetur vt diximus.

*Vnguentū
vtriusq; hy-
pochondrii
apertum.* ℥. Succorum apii, & eupatorii; oleorum de absinthio, & de cappar. singul. ℥. i. ℞. bulliant ad succorū fermè consumpt. deinde dissolue gummi elemi, ℥. vj. Ammoniāci, & Bdellii, vtr. ℥. iij. aceto prius dissoluta, & cocta ad mellis crassitudinē, pul. nardi indicæ, schoenāthi, & sem. cuscutæ, singul. ℥. j. ℞. cū cera fiat vnguentum quo vtrumq; viscus mane & vesperi ante vtrumq; partum illinetur panno cannabino apposito: sic per multos dies continuando. Huic febris curandæ ab initio non conueniunt quæ lubricando, & constringendo purgant, qualia sunt cassia fistularis, tamarindi, violæ, pruna, myroba-lani, absinthium &c. quia humores crassos, & lentos non expurgant: quinimo sua astrictione pituitam impingunt.

Denomine. Ηπιάλος πύρετος: i. Epiala febris. Hanc Gal. comment. i. in lib.

6. τῶν ἐπιδημίων, inter continuas quotidianas recensuit. Ego verò intermittentes, quod à pituita vitrea & acida oriatur. Quidam aiunt hanc febrem vocatam fuisse ab ἀπὸ τῆ ἡπίης, ἢ ἄλος, quod mare in summa tranquillitate perpetuo agitetur. Alii verò qui Æginetam sunt sequuti, lib. 2. cap. 26. nomen fuisse deductum ab Ἠπιός: i. leniter, & ἀλεινίη i. calfacit.

Causæ evidentes sunt quæ pituitam in nobis largiorem gi- *De Causis.*
gnunt: vt hyems, aër pluuiosus, ætas senilis, ægri tempera-
mentum frig. & humidum, sexus, regio frig. & humida, vi-
ta desidiofa, crapula, ebrietas, Venus intempestiua mox à pa-
stu, potus aquæ frigidæ, somnus diurnus. Reliquas causas re-
quire cap. de febre quotidiana continua pag. 61.

Causæ internæ sunt, pituitæ acidæ seu vitreæ seu albuginæ *De Causis*
prouentus, quæ in partes sentientes delata, rigorem tantum *internis.*
concitât. Vbi verò moderatè ea, aut potius dimidio sui pu-
tret, febrem epialam excitat: in ea autem quæuis pars corpo-
ris, eodem tempore, totaque febris constitutione febri &
rigorem sentit: febri quidem à portione vitreæ pituitæ in-
censa & putrente; frigus verò à reliqua eius parte non pu-
trente nec incensa, sed frigida manente: siquidem non pu-
tis pituitæ pars, per omnes venas, vel vniuersum corpus di-
sperfa, rigorem concitat vt dixi. Quæ verò iam putruit febrē
accendit, frigore ita victo per multum calorem, vt per in-
crementum non amplius appareat, multò minus per vigo-
rem. Gal. lib. 2. de differentiis febrium cap. 6. Rarissima hæc
est, & admodum diuturna, ac solutu contumax: aliquot tamē
meo tempore curauit.

Signa præcipua sunt quando interiora algent, & exteriora *De signis*
vruntur, contra quam lipyriis in quibus interiora vruntur, *præcipuis.*
& exteriora frigent, de qua plura suo loco, dum agemus de
febris malignis.

Signa minus præcipua sunt oscitatio, pandiculatio: pulsus
paruus, tardus, & rarus: vrina aquosa, & cruda: eius acces-
sio est horarum 24. interdum breuior: quotidie inuadit. Si-
tis quæ ægrum diuexat, non ad pituitam acidam aut vitreâ
est reuocanda, sed ad materiam putrem febris, quæ in præ-
cordiis est impulsâ, ea feriens, horrorem parit, & partium ex-
ternarum calore intro reuocato fit vegetior: hinc sitis. Ad
huius febris cognitionem, antecedens vita, ætas puerilis,
aut senilis, temperamentum, & cælum sunt consideranda,

ne tertianam aut quarranam existimemus, eo quod tertianæ aut quartanæ periodis moueatur.

Depuratio.

Curatio, à superiore quotidiana tantum differt, quod validiora remedia postulat: quia humor qui hanc procreat est frigidus in 3. ordine: ob id calidiora & sicciora. Si æger fuerit alio duriore pareretur sequens clyster pituitam vitreâ incidens, tenuans & calfaciens.

Clyster.

℞. Orig. pulegii, calamenti, & mentastri, singul. m. i. centaurii mi. & summit. anethi, vtr. m. β. bac. lauri, ʒ. vi. coque in aqua ad ℥. i. dissolue hieræ pachij ʒ. vi. aut ʒ. i. si æger laboriosam artem exercet, mellis mercurialis, aut anthosati, & olei rutæ, vtr. ʒ. i. β. fiat clyster. Si æger ad vomitum est propensus, detur illud quod in tertiana descriptum pag. 76. vel quod sequitur.

Vomitorium.

℞. Pul. sem. genistæ, ʒ. i. aut ʒ. iii. oxymellis scillitici, ʒ. i. decocti rad. raphani, sem. atriplicis, & agarici, ʒ. v. fiat potio tepide mox à pastu sumenda, vt vnà cum cibo pituitam ventriculo hærentem euomat.

Potio pituitam vitream euans.

℞. Agarici troch. in oxymelle scillitico super cineres calidos macerati cum pauco decocti sequentis ne vratur, ʒ. iii. Express. dissolue diacarthami, ʒ. β. plus minusue pro ægritate, viribus, & anni tempore & sexu. Syrupi florum persicorum ex 9. infusionibus (si extiterit) vel de cichorio dupl. rhab. potius quam rosati sol. (ob astrictionem qua pollent rosæ) ʒ. i. cum decocto rad. aristol. longæ, & centauri mi. si amarorem non veretur, fiat potio mane sumenda. Vel huius loco cap. pillulas sequentes.

℞. Troch. alhandaal, grana iiii. quia humor sua insigni frigiditate & lentore non facillè euellitur, agarici troch. ʒ. i. massæ pillularum cocciarum, ʒ. i. cum melle scillitico fiant pil. vi. aut viii. deauratæ, quas cap. cum obæliis, aut liquore aliquo qui saporem ingratum tegat post primum somnum ex artis præscripto.

Cataplasia ad idem.

Expurgata prima corporis regione, quod supererit iulepo vel apozemate calidioris, incidente, tenuante, & magis tergente eo, in tertiana spuria & quotidiana exquisita ante descripto, nonnullis additis, & detractis. Deinde expurgabitur minorante vel pillulis præscriptis, quibus laxantium dosis augetur aut minuat si necessitas postulat. Huic febrì phlebotomia locum non habet, ne corpus per eam plus iusto re-

De vena sectione.

frigeretur, & fiat raptus humoris morbifici in venas maiores. Veruntamen si plethoricus æger appareat celebretur in parua quantitate. Deinde.

℞. Mithridatii veteris, & probati, ʒ. i. zingiberis viridis *Bolus.* conditi, vel nucis moschatæ conditæ, ʒ. ii. vel tantundem confer. helenii, fiat bolus postridie deuorandus horis 4. ante primum passum.

His præmissis nisi conualuerit, syrupus magistralis in febre quotidiana descriptus pag. 89. imperetur: necnon reliqua quæ viscera corroborant tam interna quam externa ibidem descripta.

De Febre quotidiana à pituita salsa.

Aλεπεώδης πίπετος: 1. Salsa seu sulfuginosa febris, est de genere quotidianarum: sic nominata quia fit à pituita sal- *Denomine*
sa, qualis est causus hybernus. Hip. parte 3. lib. *ἢ Ἀλίτις*
ἢ ὀξύς. Sed cum Gal. qui hunc locum interpretatur, ad
tactum non ad gustum differentias explicari debere, quæ
salis modo cutem ægri, aut manū medici pruritu magno mor-
deat. Id quod accidit dum fuliginosa & multum vsta excre-
menta per corporis habitū, & cutem feruntur, vt in pruritus
causis docetur à Gal. ab aliis febribus distinguitur horrore *In quibus*
potius quam à frigore: & à siti, necnon à sapore salso, ab vri- *differit hæc,*
nis, & à pulsu, & à circuitus duratione, de qua meminit Hip. *ab aliis fe-*
sub finem sect. i. lib. 7. epid. ob eius calorem à putredine or- *bris.*
tam, vel à mixtione serosi humoris qui est salsus, potius quam
bilis quæ est amara, & non salsa, vt existimauit Auic. & eius
sequaces.

Curabitur iisdem remediis quibus quotidiana intermit- *De curatio-*
tens, tam in sumptis quam admotis, si temperentur mixtio- *ne.*
ne cichorii, lupuli, fumariz, sem. 4. frig. ma. & similium cū
incidentibus, tenuantibus, & tergentibus, vt syrupo debi-
santiis, oxyfacch. comp. Et in purgatione humoris morbifici,
non est semper expectanda concoctio, qui aded crassus, &
lentus est, vt non nisi longo nature subsidio concoqui possit.
Ob id purgare licet in augmento, & statu: gradatim cuique
purgationi præmissa cōuenienti præparatione. In morbi prin-

cipio vomitus erit ciendus, & in declinatione frictions, & balnea arte comparata erunt ex vsu, & non alio morbi tempore, ne humor fusus ad venas magnas trahatur, & febrem augeant.

De cura-
tione Fe-
bris ca-
tarrhalis.

Febris catarrhalis est de genere quotidianarum, quæ iisdem ferè remediis curatur, modo illis arteriaca miscèatur, & temperentur, tam in vniuersalibus quam particularibus supra descriptis.

De Quartana intermittente.

De nomine

TΕΤΕΡΤΙΑΙΟΣ ΠΕΠΕΤΟΣ: I. Quartana febris, sic dicta quod quarto quoque die repetit: cuius duæ habentur differentia.

Diuisio.

Vna exquisita, altera est spuria seu notha. Exquisita intermittens differt à continua materia & sede, quoniam hæc fit ab humore melancholico eoque naturali putrefacto in venis maioribus: illa verò à melancholia excrementitia frigida & sicca putrente, in liene potissimum, deinde in hepate, mesenterio, & in habitu corporis. Non exquisita verò quoties hæc melancholia excrementitia vnà cum bile aut cum pituita in eodem loco putrescit, interdum pituita & bilis in iisdem locis putrescunt separatim, & degenerant in quartanam febrem, vt colligitur ex scriptis Hip. lib. 3. progn. parte 7. & post eum Aristot. probl. 19. sect. 1. & Gal. 3. locorum affect. & 2. de crisi bus cap. 4.

Qui propensi.

Huic feбри propensi sunt qui 45. ætatis annū attigerunt, & qui sunt temperamento frig. & sicco, & maximè in autumno, & qui cibis melancholicis, piscibus, leguminibus, & lactiniis vescuntur.

De signis
præcipuis.

Signorum alia sunt præcipua, alia minus præcipua. Præcipua sunt rigor circa initium & in augmento, horror cum succussione totius corporis, ac si carnes & ossa contunderentur. Calor minus est æstuans, feruens, & deurens quam in tertiana. Pulsus initio accessionis est tardus, rarus, & valdè inæqualis in vna pulsatione. In augmento & statu, seruata tarditate & raritate est frequens & velox: sed minus quam in tertiana. Urinæ circa initia sunt albæ, tenues, crudæ & variæ. At progressu temporis, fiunt crassæ & nigre, à tertianis omnino.

diffimiles. Signa minus præcipua, sunt inclinans ætas, consuetudo, corporis extenuatio, cutis nigra, & hirsuta. Victus ratio parca, & quæ bilem atram pignere sit idonea, vitæ genus, vt ars ferraria, vel alterius generis magni laboris. Curæ, mærores, graua insomnia, vigilæ diurnæ, autumnus, aëris cõstitutio inæqualis frig. & sicca. Hip. Aph. 22. sect. 3. Si in illo anno grassantur quartanæ: Si febris inordinata, aut vaga præcessit: si lien intumuerit aut tumer. Interdum eius accessio est longa, aliàs breuis. Longa si humor melancholicus multus, & crassus fuerit: si quietus, & vires sunt imbecillæ, & si sensus tactus partium per quas putrescens humor defertur, est obtusior, & ægri corpus est densum. Breuis autem à causis contrariis.

Huius febris constitutio cum reliquis febribus si conferatur, omnium intermittentium est longissima: sed tuta & facilis ex Hip. lib. 1. sect. 3. epid. textu 4. Si verò eius accessio conferatur cum quotidiana exquisita quam diximus esse horarum 18. erit breuior: at quartana per se considerata, periculo vacat, & à multis morbis hominem vindicat ex Gal. qui morbum comitalem inueteratum à veteri quartana sedatū fuisse testatur. Contra si negligitur lienis tumorem durum, & renitentem, & hydropem accersit. Si degenerat in duplicem, est mala: peior si in triplicem: pessimum si in continuā, & est lethalis. Rarò veræ quartanæ ex primo insultu seruant proprium typum, sed plerunque vagas & erraticas, alias quotidianas nothas sequuntur. Vt nulla tertiana sine hepatis cõfortio, neque quotidiana ventriculi: sic nulla quartana, sine lienis vitio sit, autore Gal. lib. 1. ad Glauconem.

Quartana laboranti, si hydrops superuenerit, lethale. *Æstivæ* Quartanæ plerunque breues, autumnales longæ, & maximè quæ ad hyemem vsque pertingunt, Hip. Aphor. 25. sect. 1. Qui quartana corripuntur non admodum conuulsionibus tentantur. Si verò prius tentati fuerint, superueniente quartana liberantur. Aphor. 70. sect. v. Hip. quia calore febrili humores frigidi & lenti attenuantur, & discutiuntur, ex quibus, conuulsio ex repletionem facta erat. Gal. in comment. Aphor. 26. sect. 2. & Aphor. 57. sect. 4. Hæc febris rarò soluitur per sudores, nisi in declinatione, vt tertiana intermittens, ob materiæ paucitatem, & frigiditatem: rarò etiam vomitu, ob humoris grauitatem. Adhibitis tamen idoneis

degenerat
as

Dominus
precipuis.

remediis, in mense Aprili curari potest, obseruata victus ratione decenti: quæ si non curatur, annua fit, ob humoris contumaciam. Et sepe est medicorum opprobrium, quoties æger in victu delinquit, & omnia remedia spernit: tunc in multos annos producit & in hydropem terminatur, inde mors, ut contigit ancillæ meæ, quæ spatio annorum octo, laborauit febre quartana ob eius intemperiem in victu & neglectis omnibus remediis, tandem hydropica mortua est.

Historia. Curaturus quartanam febrem considerare oportet num fuerit exquisita, an spuria: & causam eius effectricem, & ei remedia idonea aptare & variare pro morbi tempore, & ægri temperie, ætate, victu, & aëris constitutione, venæ sectione, medicamentis sursum & deorsum purgantibus, liquidis potius quam solidis sæpe iteratis, & aperientibus obstructions interiores, & roborantibus viscera tam sumptis quam admotis, idque per morbi initia, priusquam altas egerit radices, ne mali medici nomen subeamus: cauendum erit à falsis pollicitationibus, ut loquitur Celsus: nec non à symptomatum correctione, de quibus tractatu proprio agemus.

De victu. Victus humidus febricitantibus quidem omnibus prodest, ex Hip. testimonio aphor. 15. sect. 1. & maximè in hac febre, in qua siccitas præpollet frigiditati, & melancholici curantur dum humectantur. Aër cal. & humidus esto, qui si talis non fuerit, arte comparetur. Pro potu in die accessionis vtatur prisana, vel hydrosaccharo, vel aqua simplici cocta cum syrupo capilli ven. vel, syrupo omphacii, vel granatorum, & non acerato ob rationes ante allatas, si iuuenis est æger. At extra paroxysmos, si æger fuerit senex & imbecillo ventriculo, vtatur vino oligophoro, aut rubro optimo diluto decocto graminis vel asplenii vel phillitidis Diosc. De cibo offereudo, docuit Hip. aphor. 11. sect. 1. In accessionibus cibum dare, noxium est: sed diebus intermissionis: vel per horas 4. ante eius insultum si iisdem horis recurrit accessio. Contra, si eundem typum non seruauerit & anticipauerit, eo die omnino à cibo abstinendum, & expectare finem quo tempore erit cibandus: sic vires conseruantur. Nam in chronicis morbis (qualis est hæc febris) vberius sunt alendi ægri, ut ad morbi vigorem perdurare possint, autore Hip. aphor. 9. sect. 1.

Initio pastus, vtendum prunis elixis aqua & sacch. & non vino, quia vinum coctione fit astringens, & obstructions auget.

ger. Deinde ius carniū eūchymarū, & eupeptarū prius alteratū borragine, bugloſſo, violis, & atriplice hortenſi, caltha, ſpinachiis, porrūlaca, oxalide, vel eucurbitis domeſticis, ſi æſtas fuerit, & iis delectatur. Iiſdem carniſus quibus ius paratū fuit, vti poteſt cum omphacio, vel ſucco auranciorū. Et in fine pro bellariis vtatur nucleis pineis recentibus, vel prius maceratis in aqua viol. vel priſana, aut aqua ſimpl. (potius quam roſ. ob aſtrictionem) vt omnem rācorem deponant. Vel vuis damasc. exacinatis aqua etiam bullitis, vel vuis corinthiacis, ficubus recēns ſiccatis: piriſ coctis ſaccharo aſperſis & ſimilibus. Carnes quibus iura parantur, erunt veruecis, vituli, agni, hœdi, porcellorū lactentium: Et ſi diues fuerit, phaſianorū, perdicū, pullorū gallinaceorū, caponū ſaginatorū &c. Et ſi vires ſunt delectæ, vtatur ſuccis harū carniū expreſſis, conſummatis, hordeatis, auenatis, panē loto in iuribus carniū cocto, ſtillatitiis, ouis ſorbilibus, butyro recenti, piſcibus ſaxatilibus & marinis carne dura & friabili præditis, aromate conditis. Concedi poſſunt cappares, fœnic. marinus, & aceraria ex rad. cichorii, tragopogi hortenſis, erythronii ſeu tartoſſes cū vulgo: ſummitatibus lupuli, aſparagi, & ſcolymioſ: necnon ius ſecundum napi vel paſtinacæ, ſi ex prima coctione omne vitium depoſuerint, peculiari dote huic febrī conueniunt.

Contra aduerſantur quæ craſſum, lentum, & fœculentum ſuccum, & flatuſ generant, quia melancholici flatibus abundant: qualia fuerint abundè docet Gal. lib. 3. locorū affect. cap. de melancholia, & lib. de alimentis: vt carnes animalium terreſtrium, & volatiliū nigræ, legumina omnia, caſeus antiquus, & piſces carne glutinoſa præditi, caſtanæ, rapæ crudæ, aut non ſatis coctæ, braſſicæ omne genus, porri, cepa, & fructus aſtringentes, & acerbi, eo quod humoris morbifici frigiditatem, & ſiccitatem, & obſtructiones augent. Salfamenta, & acria initio curationis non conueniunt; quoniam tunc temporis leniendum, humectandum, & laxandum eſt. Reliquis verò morbi temporibus, vſui eſſe poſſunt: eo quod craſſos humores, & ſanguinis fœcem attenuant, diſcutiant, & abſumant. Denique in hac febre, longa abſtinentia æger non eſt cruciandus, quia ſua natura eſt longa, neque ſiti, niſi quūm frigus, vel horror expectatur. Excrēmenta omnia per ſuos ductus à natura inſtitutos quo-

tidie fluant, si fieri potest, sin minus arte educantur.

Somnus sit nocturnus, aut matutinus, & non diurnus, neque accessionis tempore, at ea inclinante concedi potest, si nocte non quieuerit, ne calore intro reuocato viscera fiant calidiora, vnde empyreuma, & morbi longitudo & cruditatum prouentus. Iuges quoque vigiliæ damnantur: quod corpus exsiccant, & calidum innatum dissipant, humidum primigenium absorbent, & vires frangunt. Exercitium diebus intermissionis fiet per horam ante vtrumque pastum, ad lassitudinem vsque, vel ad sudoris eruptionem.

At si quid illud impediat, fiant frictiones cum linteis aspersis, ad cutis vsque ruborem, vt per eam fuliginosa excrementa discutiantur. Contra quies immoderata, improbatur.

Animi perturbationes, vt curæ, sollicitudines, mœror, tristitia, & excandescencia prorsus sunt vitanda: contraria his prosequenda: vt gaudium, cantilenæ, instrumenta musica sunt salubria. Domestica negotia, & lites, si quæ sunt, amicis sunt committenda. Hæc victus ratio instituta, ab initio morbi ad statum vsque est continuanda. At in statu, subtilior esse debet. Gal. lib. 1. ad Glauc. cap. de feb. quartanæ curatione. Hac ductus ratione, quoniã humor morbificus est contumax qui facîle non cedit remediis ob eius crassitiem, & frigiditatem quæ impedit (obstruendo) quominus per vias angustas transeat, & qui in carnoso genere residet, eget coctione: sine qua trahenti medicamento non cedit. His neglectis, iure optimo dicitur medicorum (ignorantium) opprobrium. Quæ cum sua natura sit longa, præmissis prognostico, conandum tamen vt eius paroxysmi sint breuiores, & toleratu faciliores, & tota eius constitutio, breuiori tempore soluantur.

Summa igitur curationis est, vt initio blandis remediis utamur, seu clysteribus seu pharmacis sæpe repetitis. Deinde sensim ad validiora erit progrediendum. Qui secus agit, ex simplici quartana sæpe duplicem, & triplicem, & interdum continuam accersit, vnde mors. Huius rei fidem facit Gal. historia lib. de præcognitione ad Posthumum cap. 3. qui contra aliorum medicorum sui temporis sententiam, in media hyceme, Eudemum philosophum triplici quartana laborantem sanauit vsu theriacæ, cuius vsu præpostero in triplicem inciderat. Apparentibus adhuc signis cruditatis, neque vrinæ,

neque sudores sunt mouendi per diuretica, ne per ea humor corruptus in angustiores meatus impellatur, è quibus non facile dimoueretur, & in furorem ageret. Quare satius erit de crescente febre eam viam moliri, & tales excretiones promouere.

Si quartana febris ex bilis affatione prouenerit, sequentibus remediis refrigerantia erunt permiscenda, quæ illius acrimoniam retundant. Si verò ex pituitæ affatione fuerit, quæ incidunt, tenuant, & detergent erunt permiscenda.

Curatio febris 4. à bilis affatione.

Dubitatur si acetum & syrupi qui ex eo componuntur huic feбри possit conuenire, cum incidat, tenuat & aperiat tenuitate partium qua pollet. Huic dubio satisfacit Gal. commēt. tertio in lib. Hip. de victu acutorum textu 38. hoc modo. Si hæc febris est exquisita, fiet ab humore melancholico, per vniuersum corpus diffuso, acetum aduersatur, quia frigidum & siccum est, & auget melancholiam. Contra, si tantum in aliqua corporis parte (videlicet liene) est contentus, acetum, syrupi, & alia remedia hoc recipientia, competerè possunt ex Gal. lib. 1. simpl. quod crassum fæculentumque succum liennem obstruentem incidit, & aperit. Victu sic instituto, si aluus non fluxerit, paretur sequens clyster.

An acetum febris 4. sit utile.

Solutio.

℞. Fol. mal. viol. borrag. fumarix, & lupuli, si vernum est tempus vel mercur. singul. m. i. prunorum dul. pa. vi. sem. endiuix, ʒ. β. 4. frig. ma. singul. ʒ. ii. florum viol. & sambuci, vtr. p. i. coque in aqua ad ℥. j. colaturæ dissolue cassiæ cū saccharo, & diapruni simpl. cuiusque ʒ. vi. mellis violati potius quàm rosati (ob eius astrictionem) & olei violati, vel nymph. vel liliorum, vel sambuci, vel butyri recentis, vel olei amygd. dul. vtriusque ʒ. i. β. fiat clyster. Hæc dosis augeatur vel minuatur pro cuiusque ætate & vitæ genere. Vel huius loco

Clyster.

℞. Medullæ cassiæ ex tempore mund. ʒ. vi. pul. sennæ mūd. ʒ. i. sem. anisi, ʒ. i. pul. caryoph. grana ii. cum sacch. fiat bolus mane deuorandus. Si vtrumque remedium æger renuat, paretur sequens

Bolus mēlanagogus.

℞. Polypodii querni contusi, ʒ. vi. fumarix, lupuli, & borrag. vel bugl. (ambo sunt eiusdem facultatis) singul. m. β. prunorum dul. nu. 4. ficus duas, sem. cassiæ, anisi, & portul. singul. ʒ. β. coque in aqua ad ʒ. iiii. colaturæ coque fol. sennæ orient. mund. ʒ. ii. sem. anisi, ʒ. i. caryoph. integr. nu. ii. expressioni infunde catholici, & diacarthami (hoc non minus

Potio mēlanagoga.

quartanæ febrî quam quotidianæ conuenit) vtriusque ꝓ. iij. expressioni dissolue syrûpi de fumarîa ma. vel de epithymo, vel de pomis saporis, ꝓ. i. fiat potio horis quatuor ante lotorium insulsum in die paroxysmi propinanda potius quam die quietis: quia in eo die materia terrena & pigra, facîle non cedit nostris remediis; at in eo die humor est in motu, & tunc facilius educitur: expertus loquor contra multorum opinionem. Licet hæc febris liquidis facilius quam solidis curetur, si æger bolum & potionem non admittit, para pilulas sequentes.

*Pilule me.
lanagoge.*

℞. Massæ pil. de fumarîa, ꝓ. i. pul. sennæ mund. & agarici troch. vtr. ꝓ. ꝓ. cum syr. de suc. fumarîæ, fiant pil. vi. deauratæ, quas cap. post primum somnum. Si natura sursum vergit & æger facîle vomuerit, & agrestis est naturæ, aut artem exerceat labdriofam fiat sequens

Hoc remediocandè vtendū.

℞. Antimonij præparati, & puluerisati, grana tria, confer. violarum ꝓ. iij. cum sacch. fiat bolus die paroxysmi sumendus, & non die quietis. Vel eiusdem antimonij infunde grana vi. in vino albo per noctem super cineres cal. expressum detur appetente horrore. Contra non vtendum si æger est urbanus, ecclesiasticus, aut nobilis, aulicus, qui desidiose viuat, & cibus boni succi. In eo paroxysmi insultu cap. scyphū aquæ rosarum tepidè. Hoc remedio Amatus Lusitanus cæcuria 2. curatione 97. gloriatur multas febres quartanas se curasse. Sunt nonnulli qui etiam fœlici successu quartanarios in eo insultu febris, grana piperis v. aut vj. integra cum vino generoso potui data, sanarunt: quod remedium bis aut ter iterant semper initio accessionum, & non diebus intermissionum. Hoc remedio multa biliosa reiciuntur: vel paretur sequens

Remediū ab Amato Lusitano probatum.

℞. Rad. raphani per taleolas diuisa, ꝓ. iii. sem. eiusdem, ꝓ. iii. sem. atriplicis, vel vrticæ, ellebori nigri veri, singul. ꝓ. i. coquantur in aqua suffi. ad ꝓ. v. aut vj. olei liliorum, vel butyr. rancidi, vel syrûpi omphacii, vel granatorum, ꝓ. i. ꝓ. fiat potio initio accessionis danda. Expurgata corporis prima regio, aliquo ex superioribus phatmacis, si est ver, & æger iuuenis, & venæ cubiti tumeant, aut suppressæ sunt hæmorrhoides aut menses, aperiatur vena axillaris sinistra lato vulnere ducto, & educatur sanguis ad ꝓ. viii. pro virium ratione, & sanguinis impuritate, vitæ genere, anni & morbi tempori-

Vgmitoriū

℞. Rad. raphani per taleolas diuisa, ꝓ. iii. sem. eiusdem, ꝓ. iii. sem. atriplicis, vel vrticæ, ellebori nigri veri, singul. ꝓ. i. coquantur in aqua suffi. ad ꝓ. v. aut vj. olei liliorum, vel butyr. rancidi, vel syrûpi omphacii, vel granatorum, ꝓ. i. ꝓ. fiat potio initio accessionis danda. Expurgata corporis prima regio, aliquo ex superioribus phatmacis, si est ver, & æger iuuenis, & venæ cubiti tumeant, aut suppressæ sunt hæmorrhoides aut menses, aperiatur vena axillaris sinistra lato vulnere ducto, & educatur sanguis ad ꝓ. viii. pro virium ratione, & sanguinis impuritate, vitæ genere, anni & morbi tempori-

De vena sectione quando celebranda.

bus. Deinde ad humoris morbifici præparationem venien-
dum, hoc modo.

℞. Rad. satyrii erythronij, (quia cal. & humida in fine pri-
mi ordinis) vulgo tartofles, & buglossi, vtr. ꝑ. ii. v. rad. ape-
rientium à matrice mund. & contusarum in parua quantita-
te vini albi infusarum, singul. ꝑ. i. cort. tamaricis, vel media-
næ fraxini, & capparorum, & glycyrrh. (hæc aliorum siccita-
tatem moderatur) singul. ꝑ. β. herbarum lupuli, fumarizæ,
bugl. vel borrag. chamæd. singul. m. i. melissæ, mercur. & ca-
pill. communium, singul. m. β. passul. ab acinis mundat. pa. xii.
sem. cuscutzæ, apii, & endiuizæ, singul. ꝑ. ii. portulacæ, (leni astri-
ctione pollet, quæ comprimendo lienis tumores soluit) anisi,
& fœnic. vtriusque ꝑ. i. β. 4. frig. ma. tenuitate partium lienis
meatus aperiunt, singul. ꝑ. i. cicerum rub. & florum genistæ,
vel thamaricis, vel hyperici, bugl. & viol. singul. p. i. singula
quo docet ordine (præter vinum in quo maduerint) co-
quantur in fictili vitrato, angusti oris & operculato cû aquæ
lib. iiii. ad tertias: deinde extra ignem iniice vinum infusio-
nis radicum & cooperto fictili macerentur per horam. Ex-
pressum clarificetur cum syrupi de pomis, vel conseruat. rad.
bugl. & cort. citrii vtr. ꝑ. ii. & arom. cinnamo. pro 4. do-
sibus.

*Apozema
in plures
dies aperi-
humectas.*

Si quartana febris sit ex affatione bilis,

℞. rad. lapati acuti, ꝑ. ii. rusci, asparagi, graminis, & gly-
cyrrhizæ, singul. ꝑ. i. cort. medianæ fraxini, ericæ, & sambu-
ci, singul. ꝑ. β. herb. cichorij, seriola, lupuli, fumarizæ, endi-
uizæ, borraginis, eupatorij, pimpinellæ, asplenii, & mercur.
singul. m. i. absinthii prætermitto ob eius astrictionem, quod
minus conueniat in initio, & augmento, quam in statu & de-
clinatione) vuarum damasc. ab acinis expurgatarum (hepa-
ti & lieni sunt familiares) pa. xii. prunorum pa. vi. ficuum re-
centium (quia humorem crassum detergunt) pa. iiii. sem. en-
diuizæ, portul. & 4. frig. ma. singul. ꝑ. ii. florum trium cord. sin-
gul. p. i. aquæ lb. 4. coquantur ex arte in fictili ad tertias. Co-
latura clarificetur cum syrupi omphacii & granatorum, vel
de bisantiis, vel endiuizæ comp. vtr. ꝑ. ii. & arom. santalo ci-
ttee in 4. doses. Si quartana sit ex pituita salsa, paretur se-
quens apozema.

*Curatio
quartana
si fuerit ab
affatione
bilis.
Apozema.*

℞. Rad. cichorii, ꝑ. i. β. graminis, rusci, & asparagi, singul.
ꝑ. j. infundatur in oxymelle simpl. per noctem super cineres

*Curatio si
pituita sal-
sa fuerit
quartana.
Apozema.*

cal. & cum aqua lb. iiii. coquantur in eodem fictili cum herb. seriola, borrag. vel bugl. endiuia, lupuli, fumariz, orig. calamenti, & eupatorij, singul. m. i. mercur. & capilli Ven. singul. m. β. glycyrrh. rasa & contusa, ℥. β. passul. mundat. pa. x. ficuū recentium pa. iiii. & sem. portul. cuscuta, anisi, & 4. frig. ma. singul. ℥. ii. florū tamaricis, vel genista, & viol. vtr. p. ii. Deinde extra ignem iniice oxymel in quo erant infusa rad. expressum clarific. cum oxysacch. comp. ℥. ii. & arom. pul. diatriasanti in 4. doses. Præparata si videretur materia & cocta, sequenti pharmaco educatur.

Potio ad pituitam salisam.

℞. Polypodii querni contusi, ℥. vi. fennæ mund. ℥. β. epithymi, ℥. ii. anisi, ℥. i. veratri nigri veri & non adulterini, ℥. ii. caryoph. integ. nu. ii. coquantur in parte yna decocti prioris apozematis ad ℥. iiii. infunde catholici, & confect. samech vtr. ℥. β. colaturæ dissolue syrui de fumariz maiore, vel de pomis saporis, ℥. i. fiat potio mane hora 4. propinanda ex artis præscripto. Si ex bilis affatione post apozema præscriptum sic purgabitur.

Potio expurgans bilem assalam.

℞. Carioph. grana iiii. cinnamo. ℥. i. anisi, ℥. β. rhab. selecti, & thamarind. & fennæ mundata, singul. ℥. i. β. infundantur omnia simul in sero lactis vel in decocto apozematis per noctem super cineres calidos, elect. de succo rosarum Nic. vel de psyllio, vel cholagogi Mes. ℥. β. expressioni dissolue syrui violati ex 9. infusionibus, ℥. i. β. fiat potio horis 4. ante lotorium insulsum sumenda. Si quartana sit ex mixtione pituitæ post tertium apozema scriptum sic purgabitur.

Potio purgans pituitam & melancholicam.

℞. Caryoph. grana iiii. & sem. anisi, ℥. ij. agarici troch. ℥. i. turbith contusi, ℥. iiii. fennæ mund. ℥. ij. infundantur omnia simul in decocto tertij apozematis cum ℥. i. oxymellis simpl. per noctem super cineres cal. Expressioni dissolue elect. Diacarthami, aut Indi ma. & catholici, vtriusq; ℥. iij. vel hæc duo cum reliquis infundantur (sic clementius æger purgabitur) fiat potio addendo syrui de fumariz ma. ℥. j. cap. vt dictum fuit.

Bolus viscera & caput roborans.

℞. Theriacæ veteris & probatæ, ℥. iiii. conser. florum vel radicum buglossi, ℥. iij. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus.

Mithridatium vetus, aurea Alexandrina, vt theriaca antiqua in statu & declinatione febris quartanæ conueniunt, & non initio aut augmento, ne ex simplici, fiat duplex aut tri-

plex quartana vt contigerat Eudemo peripatetico, cal. lib. de prænot. cap. 3. Præmissis superioribus, vrinx, & sudores moueri possunt diureticis, non solum vt lien & hepar exonerentur per vrinas & sudores, verum etiam & corporis habitus, eorum quæ sub cute sunt. Frictiones, & Balneum aquæ dul. aptari possunt, quia multum humoris (qui in habitu corporis remansit) exhauriunt.

*Quando
vendum
diureticis.*

*Vsu bal-
nei & fric-
tionum.*

Si his non cessauerit febris, ob humoris contumaciam, singulis diebus accessionū purgetur sequenti syrupo magistrali nuncupato.

℞. Succor. pomorum redolentium, ℥b. ij. fumarix, lupuli, & borrag. singul. ℥b. j. in his coque polypodij querni contusi, ℥b. β. rad. lapati acuti, ℥. ij. bugl. graminis, rusci, & asparagi, & glycyrrh. singul. ℥. j. herb. cichorii cum rad. (si ver aut autumnus fuerit) m. ij. eupatorii, chamæd. melissæ, & asplenii, singul. m. j. absinthii p. minoris, quia minus astringit quam maius m. β. vuar. Damasc. mund. p. xii. ficuum recentium, pa. vi. sem. cuscute, ℥. β. endiuix, portul. & iij. frig. ma. singul. z. ii. florum sambuci, & trium cord. singul. p. i. coque ad medias in fictili vitrato angusti oris, (seruato ordine coctionis.) In parte vna colaturæ per horas vi. infunde zingiberis, ℥. ij. agariqi troch. & oxymellis simpl. vtr. ℥. i. rhabarb. selecti cum suo cinnamo. ℥. ij. super cineres cal. interea in reliquo colaturæ, in eodem aut minore fictili coque. carthami, & sennæ mund. vtriusq; ℥. ij. rad. veratri nigri veri & non adulterini (hoc diuturnis febribus, quartanæ biliosæ, & reliquis affectibus melancholicis sanatu contumacibus ap-primè conducit, autore Mes. cap. proprio) z. vi. sem. anisi, ℥. β. Caryophyll. integr. ℥. β. huius expressum bis aut ter super colum laneum traiectum pro omni clarificatione coquat in syrupum cum mannæ Cal. & syrupi viol. (si ab atra bile) vel de fumaria ma. vel de epithymo, si à succo melancholico, vtriusque ℥. viij. Deinde affunde colaturam infusionis & recoque lentis prunis vt seruari possit. Dosis erit plus minusue pro cuiusq; viribus, ætate, sexu & vitæ conditione, cum iure pulli, vel alio liquore idoneo mane in die paroxysmi ob rationes superius annotatas potius quam diebus intermissionis. Reliquis verò diebus intermissionum si quis vult vti consilio Gal. alternatim vtatur pilulis de Opo Cyrenaico, i. Lascerpitio Diosc. myrrha & pipere paratis oboli men-

*Syrupus
magistralis*

*Empirica
remedia.*

sura cum succo rutæ. Vel intermedijs diebus vtetur pul. diatrium piperorum, vel pul. diospolitico. robustioribus naturis dari potest infusum ℥. i. aut ℥. iij. (cum pauco sem. cymini) ellebori nigri veri & non adulterini in iure pulli, vel decocto hordei vel hydromelle. Vel huius loco ℥. iij. aut iij. & succi cort. rad. lauri cum vino albo extracti spatio trium dierum mane, qui sursum & deorsum purgat humores crassos, & terrenos, & febres quartanas sanat, si initio accessionis sumatur. Vel huius loco æger cap. tantundem succi cort. medianæ sambuci, etiam ex vino albo extracti mane vel in paroxysmi insultu, sursum deorsumq; purgat. Franciscus Pedemontanus additionibus suis ad praxim Mes. tractatu de febre quartana cap. v. ad finem laudat pilulas compositas ex theriacæ veteris, ℥. ij. myrrhæ, ℥. j. sem. melanthii, & assæ, vtriusq; granis iij. moschi, gr. duobus, deuorandas hora accessionis febris superbibendo parum vini optimi. Sunt etiam nonnulli qui probant ℥. i. sem. hyperici, aut millefolii puluerisati cum vino, initio accessionis. Alii vinum maluaticum tepidè haustum initio paroxysmi laudant: quod vomitum & sudores moueat. Si eo vniuersa rachitis ante ignem luculentum illinetur, frigus minuit, & sæpe quartanarios sanauit. Hactenus de vniuersalibus remedijs, nunc de particularibus.

Opiata febre meli-nante vtilis & non initio aut incremento. ℥. Piperis longi, bac. lauri, & fol. rutæ siccorum, singul. ℥. i. croci, myrrhæ, styracis cal & castorii, singul. ℥. i. ℞. rad. gentianæ, & cinnamo. vtr. ℥. ii. si. pul. triplo mellis optimi despumati, & cocti: exceptus forma opiatam de qua alternis matutinis cap. ℥. i. aut duas pro dosi cum vino albo in morbi statu, & declinatione, & non initio, aut incremento, ne pro simplici quartana, fiat duplex aut triplex.

Altera opiatâ. ℥. Conseruæ florum tamaricis, vel genistæ, ℥. ii. confer. rad. apii, & asplenij, vel capilli ven. vtriusque ℥. i. pul. troch. de capparibus, & pul. dialaccæ aut diacurcumæ, (vel radicis ialap si quis amarorem veretur) vtriusque ℥. i. fiat opiatâ, de qua diebus intermedijs cap. ℥. ℞. superbibendo parum vini albi horis tribus ante prandium. Vel huius loco cap. ℥. j. ℞. mithridatij veteris, aut tantundem theriacæ probatæ & veteris, aut pul. diospolitici, per horas duas ante accessionis insultu, quo tempore sese exercebit, vt calor suscitetur, & reliquæ febris quæ sunt in habitu corporis discutiantur. Vel

℥. Conser.

℥. Conser. Rad. Bugl. Cort. Citrij condita, & Asplenii, singul. ʒ. β. pul. crocomartis & laxificantis Rhasis, vel laxitiz Gal. & sem. Anisi singul. ʒ. i. confect. alchermes, ʒ. i. cum Sacchato pulu. fiat conditum bracteis auri cooperatum, de quo cap. mane ʒ. β. superbibendo etiam parum vini albi. Vel ℥. Troch. de Capparibus, & de Absinthio, vtr. ʒ. β. Rad. Ialap. ʒ. i. crocomartis ʒ. ii. Conser. Rad. vel florum buglossi, ʒ. vi. Sacch. aqua stillaritia vel decocto Asplenii soluti & cocti ʒ. 4. fiant tabellæ pondo ʒ. ii. cap. vnam interpolatis matutinis, superbibendo parum vini albi. Inclinate febre Balneum aquæ dul. concedi potest: Si efficacius requiritur fiat sequens

*Conditum
pal. instar.*

Tabella.

℥. Rad. Althææ, & liliorum alborum, vtr. lb. β. sem. limi, & scœnugræci, vtr. 4. i. herb. Maluæ, Viol. Borræg. Bugl. Lupuli, Fumariæ, Mercurialis, Parietariæ, & Melissæ, singul. m. vi. Summit. Anethi, & florum Sambuci, Chamæmeli, & Meliloti, singul. m. ij. Coque in aqua suffi. pro Balneo, in quo (exonerata prius aluo) diebus intermissionis mane hora v. & secunda pomeridiana ingrediatur: hoc, humor crassus & terrenus emollietur, eo attenuato facilius cedit medicamento trahenti. In statu verò & declinatione febris, (concocta materia) parabitur sequens

*Balneum
inclinate
febre vsur-
pandum.*

℥. v. Rad. aperientium, Iridis nostratis, Aristol. longæ, Cypri, & Helenii, singul. 4. i. herbarum Calamenti, Origanii, Pulegii, Chamædr. Melissæ, Betonicæ, & Millefolii, singul. m. 4. summitatum Anethi, Centaurii mi. & florum Chamæm. Meliloti, & Sambuci, & Hyperici, singul. m. ii. bulliant in aqua suffi. pro balneo, in quo (extra ignem iniice vini lib. vj.) bis in die ingrediatur vacuo ventriculo, & aluo exonerata. Hoc ab intimis partibus ad extimas humorem attenuatum per cutis spiracula & per sudores educit. Si cui suspectum est balneum, eius loco vtatur fotu ex eadem materia parato, nempe emolliente, aperiente, tenuante & incidente materiam in splene acruatam, idque in minore dosi simplicium: deinde vnum ex sequentibus admoueri poterit.

*Alind
Balneum
pro statu
& decli-
natione.*

℥. Oleorum Irini, & Liliorum comp. & vnguenti Philagrios, singul. ʒ. i. Aceti infusionis capp. ʒ. β. misce pro litu splenis a fotu. Vel ℥. Succorum Apij, & Eupatorij, Oleorum Sambuci, & de cappar. singul. ʒ. i. β. coquantur simul ad succorum fermè consumpt. deinde dissolue Gummium

Linimentū

Vnguentū.

Ammoniacy & Bdellij aceto solutorum, & ad Mellis crassitiam coctorum, Axungiz Gallinæ, Anatis, vel Anseris, & cæsyi humidæ, singul. ʒ. iii. pul. Iridis, flo. Nardi Ind. Schœnanthi, sem. viticis, flor. Thamaricis, vel Genistæ, singul. ʒ. i. Absinthij p. ma. ʒ. β. Cera quantum suffi. fiat vnguentum quo Splenis regio tepidè mane & vesperi illinetur. Vel

Emplastrū ℞. Massæ emplastri Diachylli ireati, & demuccag. comp. D. Textoris vtriusque ʒ. vi. his adde gūmi Ammoniacy & Bdellii, vtr. ʒ. ii. pul. Iridis flo. ʒ. i. sine oleo (in aqua calente) malaxentur, & fiat emplastrum super alutam extensum instar linguæ bubulæ, quod lieni admoueatur, fascia lata apposita.

Aliud. ℞. Gūmi Elemi, ʒ. i. Cera ʒ. β. Colophoniz, Terebinthinæ, & pul. Aristol. longæ, cort. cappar. singul. ʒ. ii. Iridis, Schœnanthi, Nardi Ind. & Myrrhæ, singul. ʒ. i. Styracis cal. ʒ. β. vini albi q. s. ad gummi dissoluendum, fiat massa, de qua paretur emplastrum formā prædicta spleni admouendum. Eius duritiem emollit & resoluit. Vel eadem pars illinetur oleo Ammoniaco arte chimica distillato, cum guttis aliquot Aceti acris, potenter quosuis tumores duros splenis emollit, & resoluit. Multa alia remedia quisque suo Marte componere potest. Nunc veniendum ad eas febres quæ quartanis annectuntur.

• *De Febris Quartana annexis.*

FEBRES Quintanæ, Sextanæ, Septanæ & Nonanæ à Quartanis, intermittentibus non differunt materia neque curatione, sed ab humoris quantitate, & corporum dispositione potius quàm ab astrorum ortu, occasu aut congressu, vt astrologis nonnullis visum fuit. Omnes hæ febres nomen sumplerunt à motu quodd quinto quoque die, 6. 7. aut 9. recurrunt.

Causa horum circuituum non solum pendet ex intempestiuo victu, vel reliquiis materiæ morbificæ non omnino euacuatis, neque humoris quantitate, qualitate, & crassitie, aut lentore, neque ex syderum influxu, aut corporum dispositionibus: sed potius ex elemento stellarum quod diuinum appellat Hip. lib. i. prognosticorum. Quum febris quartana sit à pituita admodum crassa, & lenta, & ab humore me-

lancholico, valde crasso, vltra quartum diem produci potest ex Paulo 2g. lib. 2. cap. 22. & Rhafi 18. continentis, qui ait se vidisse quæ redirent non tantum 5. 6. 7. & 9. diebus: sed etiam decimo quoque die, & semel quoque in mense: nec propterea nouum humorem inducendum existimabat. Quantitas, & qualitas vtriusque humoris, & corporum dispositio, iuuare, nemo ibit inficias, opinor. Causam circuitus ab elemento stellarum esse referendam testantur historiae. Plinius lib. 7. cap. 51. sub finem, refert Antipatrem Sydonium poetam, qui omnibus annis vno die natali tantum corripiebatur febre, & cum consumptum fuisse satis longa senecta. Quintanos circuitus se vidisse Gal. fateretur, sed obscure. Contra Auic. lib. 4. Fen. 1. ad finem cap. 58. tract. 3. se multoties obseruasse gloriatur, & nonanos fidelem quendam: ego neminem vidi, & has febres esse de raro contingentibus iudico. Rationem harum febrium repetitionis, reddere non est facile: neque astrologorum opinioni subscribere possum.

De harum febrium præfagiis sic vaticinatus est Hip. lib. 1. *Præfagia.*
 epid. sect. 3. textu 7. & 9. Nocturna non admodum est lethalis: longa tamen est. Diurna verò longior: sunt autem quædam quæ ad tabem vergunt. Ratio quia nox hyemi assimilatur, quo tempore humores frigidi mouentur. Diurna verò est longior ratione præsidiorum quæ noctu commodè non possunt administrari, & maximè si ad tabem vergit. Quintana est omnium pessima: nam & ante tabem & iam tabidis superueniens interimit: quia fit ab atrabile & non succo melancholico, & ob eius vehementiam. Septena, longa est, non lethalis: Nonana verò est longior, nec est lethalis. Gal. commentario suo & lib. 2. de crisiibus. *Curatio.*
 Curatio harum febrium non differt ab præcedenti quartana exquisita, aut spuria in sumendis, educendis, admouendis, & faciendis, ob id superuacaneum esset plura scribere. Nunc de febribus compositis, confusis & erraticis nobis est agendum.

℞. Fol. sennæ mund. ʒ. iii. rad. ellebori nigri veri, & non adulterini ʒ. i. Sem. Anisi, Epithymi, Diadacrydij, singul. ʒ. ʒ. *Pul. ad quartanam intermittem.*
 masticis, & salis gemmei, vtriusque ʒ. i. caryoph. ʒ. ʒ. fiat. pul. subtilis. Dosis erit ʒ. i. cum vino albo die paroxismi summo mane propinanda semel in hebdomade.

De Febribus confusis, composuis & erraticis.

C A P. XIII.

De confusa



MNES hæc Febres sunt de genere essentialium, quæ à præcedentibus differunt non materia neque putredine, quia omnes sunt putridæ: sed à situ, & motu humoris morbifici. A situ febris confusa dicitur quoties humores æqualiter putrescunt in maioribus aut minoribus venis. In maioribus, si bilis & pituita simul putrescunt, erunt duæ continuæ: quia hi duo humores mixti in eodem loco putrent, simul incipiunt simulque desinunt. Ex hac mixtione, nulla seorsum internosci potest, eo quod earum signa sunt confusa, vnde illi nomen.

De composita.

Si pariter, vterque humor putrescit in minoribus venis sitis in habitu corporis, vel in ventriculo, vel hepate, mesenterio, liene intestinis &c. in eodem loco simul, erunt duæ intermittentes, quæ mixtæ confusam & non compositam febrem constituent.

Contra, composita febris fit quoties humores inæqualiter putrescunt non in vno loco (vt confusæ) sed in diuersis locis simul, seu in maioribus, seu in minoribus venis fiat humorum putredo. Hæc febris sortitur appellationem à præpollente humore: vt in tertiana notha in qua bilis præpolleret. Pariter si plus pituitæ aut humoris melancholici inest, nuncupabitur quotidiana, aut quarrana notha, quæ febres erunt compositæ, & non confusæ, quia earum materia putrescit non in vno loco, sed in diuersis, & horis diuersis incipiunt, diuersisque desinunt, quod vnaquæque suas habet essentias, & sedes, suosque motus. Duæ pariter quotidianas, & tertiana duplex, & quartana duplex, triplexue, etiam in genere compositarum numerantur, quoties materia effecta exputrescit in diuersis locis. Sic censendum de semitertiana, quæ componitur ex bile putri in maiores venas, vnde continua, & pituita extra illas vnde intermittens. Vel ex pituita putri in maiores venas & ex bile putrefacta extra illas vnde intermittens, & nomen hamitriteos. Simili modo febris he-

Etica cum putrida, compositam febrem constituunt, quia causa effectrix hectica, est in partibus solidis, & putridæ in humoribus. Ephemera verò, aliis febribus mixta, compositam constituere non potest: eo quod humores & partes solidæ inflammari nequeant intactis spiritibus, ob eorum tenuitatem. Contra spiritus vitales accendi possunt, intactis humoribus, & partibus solidis. Hæc assertio probari potest ex axioma Physico. Si id quod minus videtur inesse, inest, & id quod magis, hoc est, si partes solidæ incensu difficillimæ, sunt incensæ, & humores incendi paratioris, multo magis spiritus vitales incendi, est necesse. Secus nulla febris esset simplex, sed omnes essent compositæ. Symptomata pariter quæ febrem comitantur, non compositam constituunt, eo quod non sunt de essentia febrium, licet eas augere possint atque fouere, & protelare.

Erratica verò febris *πλευρική πυρετός* à Græcis dicta, quod eius accessiones nullam inter se proportionem seruant. Habent enim suarum accessionum inordinata principia, nullam certæ alicuius febris vel simplicis vel compositæ speciem referentia. Itaque Erratica febris nullius certæ speciei est, nec eam possis dicere quotidianam, nec tertianam, nec quartanam, multoque minus continuam. Nam cum febris erratica ab incertis accessionum principiis dicatur, patet continuam esse non posse, licet continuæ implexa esse possit, æque atque aliæ intermittentes febres. Est autem febris erratica, non ex certa humoris specie, quemadmodum aliæ intermittentes, sed vel ex confusis secum humoribus, & inæqualiter permixtis, & in corporis habitu putrentibus, vel ex vno quidem humore, sed transmutato, & in alteram transeunte. Quantum enim in ægotantium corpore humores mutantur, tantum etiam accessionum circuitus. Ac maximè quidem transmutatur sanguis quum putrescit, parte vna in bilem flauam, altera in nigram abeunte. Causa harum febrium multiplex esse potest. Vna est ætatis, & autumnæ inæqualitas; altera, quum quis putrescere incipit humor, in aliquo membro consistit: alter verò ex aliis defluit partibus, qui vel in ipsis solis continebatur, vel in corpore vniuerso redundabat. Tertia causa, est error in victu ab ægris commissus, qui si in sanis non accessiones parit, & multo magis morbos, in ægotis, vel circuitus facit anticipare: vel alios diuersæ naturæ à priori-

De erratica.

De causis.

bus excitat, à quibus accessionum ordo peruertitur. Causa huius inordinationis, non solum pendet ex humoris quantitate, sed potius ex qualitate, viribus ægri imbecillis, corporis habitu, quæ humorem vincere nequeunt, vt annotauimus cap. 4. huius Tractatus.

Hæ febres sunt longæ, & mali iudicij, testimonio Hip. aphor. 8. Sect. 3. de certis & incertis mutationum temporibus agens. Medicus qui harum febrium exactam cognitionem habere cupit, oportet eum in febrium simplicium tam continuarum quàm intermittentium differentiis esse optimo versatum: sic non erit difficile, confusas à compositis, & has ab erraticis distinguere, futura prædicere & congrua iudicare. Nunc quibus signis distinguantur, ostendendum.

*De signis
feb. confu-
sarum.*

Signa febrium confusarum certa describi non possunt, siue humores putrescant in vno loco, vt in magnis venis, siue extra illas: quia simul incipiunt, simulque desinunt: potissimum quum confusarum par est modus. Quum verò impar, confusa febris eius humoris qui plus pollet potiorque est, genus nomenque sortitur, vt dixi. In principio morbi, omnia sunt mitiora: in statu, fortiora: & in declinatione, symptomata omnia remittuntur. Discernuntur tamen tempora, rigore, horrore, & frigore, vigiliis, & somno profundo. Sic signa, per sincerarum febrium tam continuarum quam intermittentium facillè cognoscuntur: quæ natura sua sunt longæ, & curatu difficiles: quarum curationem in spuris declarauimus.

*De signis
feb. compo-
sitarum.*

Signa feb. compositarum non dissident à simplicibus intermittentibus: vt tertiana duplex intermittens, vt simplex, incipit cum rigore, & aliquando cum vomitu, & finitur sudore.

*Compositæ
febres rard
sunt ex
intermit-
tentibus.
Quartana
comp. vt
sunt.*

Calor in primo occurso, sua acrimonia manum tangentis ferit & mordet, & exacerbationes facit breuiores quam quotidiana. Hæc non similes atque quotidiana, aut quartana febris accessiones habet. Compositæ rard frunt, ex diuersis intermittentibus: idque si quando acciderit, primis diebus vix animaduerti poterit. Quartanæ compositæ, incipiunt cum horrore, perinde ac simp. intermittens: & earum constitutiones sunt omnium longissimæ: inter se tamen distinguuntur, quod duplex quartana, duobus diebus excandescit & quiescit tertio. Quarto & quinto rursus excandescit,

& sic diebus sequentibus. Si triplex quartana, quotidie pariter incipit cum horrore: sed quarto quoque die ingrauescit febris, ac si fofet simplex quartana: intermittentiū februm, vnaquæque febris diuersi generis complicari potest cum altera eiusdem generis, modo sit loco diuerso. Vt si tertianæ quotidiana miscetur, in vno die, erunt duæ accessiones, sequenti verò vna quotidianæ sc. tertio die erunt duæ accessiones: quarto verò vna & sic deinceps: illa incipiet cum frigore, hæc cum rigore. Quotidiana si quartanæ miscetur; quartus dies duas habebit accessiones, vna cum frigore, altera cum horrore: reliqui verò dies, vnam, quæ quotidianæ erit. Si tertiana & quartana concurrunt, primus insultus erit tertianæ cum rigore: secundo die nulla erit febris: tertio recurrit tertiana: quarto, quartanæ paroxysmus: quinto die, tertianæ fiet insultus: sexto nullus: septimo fiet duplex insultus, vnus tertianæ, & alter quartanæ; & sic in reliquis fiet. Si hecticæ putrida iuncta fuerit, compositam febrem constituent, eo quod illius calor cordis substantiam obrepit: huius verò humores. Vtriusque signa petuntur ex pulsu duro & inæquali: vrinis, & calore mordaci, & motus modo. Si biliosa, tertio quoque die: si quartana, quarto quoque die: si quotidiana, quotidie huius vel illius fiet insultus, vel cum rigore, vel cum horrore vel frigore. Quintam stas diei horis fiunt exacerbationes, & remissiones eius febris putridæ quæ illi copulabitur.

Vnaquæque febris intermittens alteri diuersi generis complicari potest; cum altera eiusdem generis.
Signa si quotidiana, miscetur quartana.
Signa si tertiana & quartana commiscetur.
Signa si hectica putrida miscetur sumuntur ex pulsu, vrinis & calore & motu modo.

De semitertiana febre.

Hυστριταιος πίπετος: 1. Semitertiana febris, hanc Hip. lib. 1. Epid. *Φεραδν πίπετος*: 1. horridam febrem appellauit, ab horrore. Hæc febris est de genere februm compositarum & est duplicis differentiæ. Vna exquisita, altera non exquisita: illa fit ex quotidiana continua & tertiana intermittente, eo quod facilius sit, quotidianam fieri continuam quam tertianam, cuius etiam accessiones exquisitæ sunt longiores quam tertianæ: Ad hæc horror non quotidie, sed alternis tantum diebus inuadere solet. quibus scilicet tertianæ & quotidianæ accessiones simul concurrunt, & confunduntur: diebus au-

De signis semitertianæ.

tem aliis mediis & paribus refrigeratio sola incidit, quam febris quotidiana accersit. Reduplicaciones quidem habet tertio quoque die, non quales habet tertiana, sed dimidia ex parte similes: quo fit vt tertianæ typum immutat pituita, ex qua fit quotidiana continua. Hæc interdum fit ex tertiana continua & quotidiana intermittente & non ex duabus continuis aut duabus intermittentibus, vt voluerunt Archigenes, Agathinus & Celsus, quorum opiniones si veræ essent, non esset horrida vt voluit Hip. loc. cit. & Gal. comment. 1. & 3. in eundem librum. Horror fit ex rigore & frigore mixtis.

*Signa non
exquisita
semiteriana.*

Non exquisita est duplex: vna quum bilis præpoller: altera quum pituita. Si bilis præpoller, fit rigor, & non horror, & ad statum citius peruenit sine multis reduplicacionibus, & calor est acrior, & vomitiones & alui deiectiones flauescunt: Symptomata, vigilia, sitis, & alia quæ magis bilem quam pituitam referunt. Contra, si pituita dominatur frigus potius quam horror fit, & plures reduplicaciones sunt: calor minus acris, & tardius accenditur, pauca sitis, & alui excretiones sunt pituitosæ. Sic hæc febres differunt longitudine & breuitate pro natura humoris dominantis seu crassus seu tenuis fuerit, necnon à quantitate humoris & motus modo, & à parte ex qua putredo originem ducit.

Hæc febres raræ sunt in Gallia: frequentes in Æthiopia, Italia, & aliis regionibus calidis. Mitissima est horarum 24. media 36. fortis 48. Si est exquisita tertio quoque die fit horrida, ex Gal. 2. de different. febrium & 2. de crisiibus. Pulsus est durus & inæqualis: calor quoque inæqualis: vrina fit crassior & turbulentior. Sudores in his febribus, mali, quia symptomatici & non natura victrice facti, vel propter humorum crudorum copiam, vel virium imbecillitatem cum sæuis symptomatis.

Propens.

In hanc febrem propensæ sunt Ecclesiastici, nobiles, aulici, iuuenes, & desides, opiparè viuentes, nimis genio indulgentes, & qui cal. regiones incolunt. Hæc febris inter lethales numeratur & interdum extenditur ad mensem integrum: aliàs degenerat in hecticam, aliàs in hydropem, propter magnas obstructiones: aliàs etiam breuior, scilicet quando materia est pauca, aut in viis ductuum continetur. Ad earum curationem diligenter est consideranda pars male affecta, à qua febris originem duxerit, & ab ea indicationem medicatricem

Prognostica.

De curatione.

sumere.

sumere. Imprimis intemperies est emendanda, deinde obstructions aperiendæ, & viscera ab omni impuritate cathartici liberare & symptomata corrigere, idque diebus & horis minoris afflictionis.

Victus ratio secundum sex res non naturales sit media inter eam quæ de quotidiana continua & tertiana intermittente dixi, habita ratione humoris dominantis. Si fuerit extensa ad victum institutum in continua quotidiana recurrendum erit pag. 62.

Si spuria, media erit victus ratio, inter eam quæ de tertiana continua & quotidiana intermittente, etiam habita ratione humoris præpollentis. Si alius non fluit & exquisita fuerit paretur sequens clyster ex refrigerantibus & tergentibus, hoc modo.

℞. Hordei, fol. mal. viol. mercur. parietariæ, singul. m. i. *Clyster.*
centaurij mi. & furfuris macri, vtr. m. β. sem. fœniculi, ʒ. iii. ficuum pa. iiii. florum chamæm. & sambuci, vtr. p. i. coque in aqua ad ℥b. i. dissolue hieræ Gal. & diaphœnici, vtr. ʒ. vi. mellis anthosati, & olei chamæmeli, vtr. ʒ. i. β. fiat clyster: vel huius loco paretur quod sequitur

℞. Cinnamo. ʒ. β. agarici troch. ʒ. ii. rhab. selecti, ʒ. iiii. *Potio purgans.*
mellis rosati, & diaphœnici, vtr. ʒ. i. infundantur omnia simul in decocto cichorii, hyssopi, glycyrrh. passul. mund. ficuum: sem. anisi, & flor. thymi, buglossi, & sambuci, per noctem super cineres cal. expressum, detur mane vel horis remissionis & non exacerbationis.

℞. Syrupi acetati simpl. (pituitam incidit, & bilis feruorem *Syrupus ad fixum.*
retundit, & obstructions reserat) ʒ. iiii. vtatur cum decocto hordei vel ptisana ex hordeo, passulis exacinatedis, ficibus & glycyrrhiza præparata; vel decocto rad. acetosæ: vel hydrofaccharo. Si acetum displicet vtatur syrupo granatorum, vel omphacij, vel capilli Ven.

℞. Oxyfacch. simpl. ʒ. 4. cum ptisana præscripta, fiat syrupus clarificatus, & aromat. cinnamomo pro 4. dosibus. Si *Tulepus.*
in vrinis apparet coctio, purgabitur præscripto pharmaco, cui adde elect. de citro sol. ʒ. ii. nisi prior satis potens videatur. Ex curatione febris quotidianæ continuæ, & tertianæ intermittentis multa alia remedia expiscari poterunt, quæ faciunt ad viscerum robur & ad reliquias humorum quæ supererunt metu recidivæ aut longitudinis morbi, non

nullis additis, aut reiectis vt videbitur.

*De cura-
tione he-
mitritæos
extensæ.*

Pariratione non exquisita ex tertiana continua & quoti-
diana intermittente procreata, remedia tam vniuersalia quam
particularia erunt petenda ex curatione tertianæ continuæ, &
quotidianæ intermittentis. At si hemitritæos febris fuerit
extensa, quam diximus esse horarum 48. curabitur remediis
tam vniuersalibus quam particularibus in quotidiana conti-
nua recensitis, nonnullis additis, aut sublatis pro astantis me-
dici consilio. Et si hemitritis fuerit spuria & in ea præpolleat
bilis, cholagoga, phlegmagogis præpolleant. Contra, si pitui-
ta præpollet, phlegmagoga cholagogis quoque præpolleant,
quibus permiscenda sunt gastrica (si ventriculus, aut intesti-
na tenuia male afficiantur) aut hepatica, si hepar: aut splenica,
si lien: aut cystica, si vesica fellis succrescit. Morborum 4.
tempora obseruanda & distinguenda ad victum & remedia
tam interna quam externa instituenda. In principio exone-
rata aluo aliquo clystere detergente, aut balano, aut mino-
rante præscripto: si pituita in ventriculo contineatur vomitu
educatur, si nauseabundus est æger. Deinde interiores
meatus reclusi decocto sequenti aperiantur.

*Apozema
aperiens.*

℞. Rad. acetosæ, graminis, rusci, & asparagi, singul. ℥. i.
herb. cichorii satiuæ, & erratici, fumaris, & capill. com. sin-
gul. m. i. absinthium, licet sit ventriculo familiare, ob eius
astrictionem initio curationis est suspectum. Glycyrrhizæ, ℥.
vi. vuarum damasc. mund. ab acinis pa. 10. ficuum recen-
tium, pa. vi. sem. endiuizæ, ℥. iii. anisi, ℥. ii. florum sambuci, &
borrag. vtriusque p. i. thymi, p. β. Coque in aqua ad lb. i.
mellis rosati & oxyfacch. simpl. vtr. ℥. ii. fiat apozema clar. &
arom. pul. diarhodi Ab. in tres vel quatuor doses. Deinde
purgabitur minorante præscripto sine agarico quia ventricu-
lum subuertit etiam castigatus, cum syr. rosato sol. in aug-
mento validioribus catharticis vtendum, nec non aperienti-
bus & detergentibus cum syrupis acidis. In statu quiescen-
dum.

In declinatione sudores, & vrinæ sunt prouocandæ. Syru-
pus catharticus seu magistralis ex iisdem plantarum partibus
augendo aut minuendo earum dosim, & agarici & rhabarb.
cum Polypodio, carthamo, fenna, manna, syr. rosato ex 9. in-
fusionibus parari poterit, quia morbus est contumax, qui
validioribus catharticis exasperatur, & mitioribus non cedit:

mediocribus per interualla exhibitis vincitur.

Sanguinis missio celebrari potest, si æger est plethoricus, *De pleboto-*
iuuenis, aut suppressi sunt menses, aut hæmorrhoides, & vi-
tonia.
res consentiant ex Gal. consilio II. meth. med. quia hæc fe-
bris est putrida. Contra si vires sunt deiectæ vi morbi, aut al-
terius febris quæ præcesserit, vel tabis aut hydropis, ab ea erit
abstinendum.

Premiis vniuersalibus, condita, tabellæ quæ viscera cor-
roborent, nec non epithemata, vnguenta &c. describi pote-
runt. Quæ symptomatis opitulantur, tractatu proprio doce-
bimus Deo auxiliante. Aliæ febres compositæ, si fiant ex pu-
tri materia (quod verissimum est) curantur eadem methodo,
iisdemque remediis quibus intermittentes spurix, de quibus
fatis abundè (opinor) tractauimus.

Febres confusæ si fiant ex materia putri in maioribus vasis, *Ut curan-*
recurrendum erit ad ea quæ annotauimus in curatione feb-
de sunt fe-
continuarum. Si eadem putrescit in eodem loco & extra *bres con-*
maiora vasa, recurrendum pariter ad ea quæ scripsimus in cu-
fusæ.
ratione febrium intermittentium.

Febres erraticæ nullam aliam exposcunt curationem præ- *Ut febres*
ter eam à nobis descriptam in curationibus febrium inter-
erratica
mittentium spuriarum quotidianæ, tertianæ & quartanæ, tam *sunt cu-*
in sumendis & faciendis quam in educendis & admouendis. *randæ.*
Nunc de febre hæctica dicendum.

De Febre hæctica.

CAPVT XIV.



HETIKH, i. hæctica sumitur pro omni febre so- *De nomine*
luta difficili, siue pituitosa, siue melancholica
fuerit. Huic opponitur τῆν ἁπλοῦν : i. solutu faci-
lis. Nomen sumpsit ab ἥξι i. habitu, eo quod
sit stabilis. Est enim hæctica febris, calor præter
Definitio.
naturam in partibus solidis accensus. Hic calor, primò cordis
substantiam occupat: mox sese diffundit in reliquas corpo-
ris partes solidas longè latèque per venas & arterias. Hæc fe-
bris est de genere continuarum, quæ vnicam habet accessio-
nem à principio ad finem vique, absque vlla intermissione,

aut remissione, nisi putridæ copulata fuerit Omnis hectica febris, aut est simplex aut cōposita. Simplex aut est vniuersalis, aut particularis. Vniuersalis dicitur, quæ cordis primùm, deinde reliquarum partium substantiam inuadit, & rara est. Particularis vero dicitur, quæ partis cuiuspiam substantiam primùm, deinde cordis obsidet, & frequens est, vt pulmonis in phthisi, diaphragmatis, hepatis &c. Composita vero dicitur, quæ febrem putridam comitem habet.

Diuisio.

*1. Hectica
triplex
gradus.*

*αδύ-
δύμα.*

Simplex rursum diuiditur in tres gradus. Primus dicitur in quo corpus cordis & ceteræ partes solidæ iam primum sunt incensæ: duratque hic gradus, quandiu in corpore cordis, & aliis partibus solidis inest humor substantificus & radicalis, terreas ipsius partes glutinâs, & adhuc multus superest, ipsum calorem igneum nutriens, & fouens, veluti oleum in ellychnio flammam alit, & fouet. Hæc cognitu est difficillima, sed curatu facillima. Alter, est extremus *μαγος μωδης* dictus, quod marasmus calidum & siccum habeat adiunctum: sic autem dicitur, quum humor ille omnino est absumptus, partesque omnes solidæ, non solum corpus cordis, velut vstæ sunt, & versæ in cinerem, vt putrefacta; & vsta omnia, qualeque exustum est ellychnium, quod nullius olei affusione, non amplius ardet: sic enim omnino absumpto humore substantifico, calor natiuus extinguitur, nec potest instaurari, etiam per alimenta euchyma, & eupepta. Hic gradus vt neminem latere potest: sic nunquam curatur. Tertius gradus inter reliquos, est medius: nunc illi, nunc isti; quo propinquior, aut remotior, eo curatio faciliior, aut difficilior: medium tenens inter duo extrema. Omnes hi gradus maioris & minoris ratione inter se tantum differunt.

Causæ effectrices sunt, aut externæ, aut internæ: externæ à sex rebus non naturalibus sumuntur: nempe ab aëre calidiorre, vel longa mora in sole ardente, à siti, tempore & loco, non expleta: ab inædia triduana: ab alimentorum, vel medicamentorum acrium longo vsu scammonium recipientium: à iugibus vigiliis, à lassitudine, ab excretis suppressis, aut immodicè fluentibus: aut à balneo aquarum aluminosarum: ab animi pathematis ira, excandescencia, mœrore, tristitia, curis grauibus. Hæ causæ ephemeræ, & febrì pestilenti, vt hecticæ sunt communes, à quibus differunt *αδύ ήτλον ήμύ μαλλον*. i. secundum magis & minus.

*De causis.
αδύ ήτλον
ήμύ μαλλον*

Causa interna, sumuntur ab ægri temperamentobilio so, à febre continua prægressa, malè curata aut neglecta, qualis est caufos, tertiana continua, & non à quotidianis, aut tertianis intermittètibus: à phthisi, dysenteria, aut lienteria, aut à viscerum inflammationibus, & aliis morbis in quibus alimentum non coctum, aut malè concoctum, aut vitiatum, partes solidas non humectat, quæ propterea alimento destitutæ, & calorem acriorem & febrilem concipientes resiccantur, & incalescunt.

Signa primi gradus, si est à causa evidente, elici possunt ab ægri, aut astantium relatione. Hic gradus etiam cognosci potest à calore præter naturam si ab initio tangenti arteriam est acris, & mordax: si à potu, aut mox sumpto cibo, calor emicat in facie, à vaporibus sursum sublatis. Hic calor ab initio adeo lente agit, ut ægri se febricitare negent. Quæ sensim fiunt, dolorem non inferunt, teste Hip. aphor. 51. sect. 2. humidi primigenij portio, licet consumatur, quod superest sufficit ad tempus ad ægri conseruationem: interea resarciri potest alimento euchyimo, & eupepto calido & humido ut dixi. Ut plantæ à prima germinatione, facilè à terra eruuntur, sed difficilè distinguuntur nisi ab agricolis aut à rei herbariæ peritis. Sic hic gradus facilè quidem curatur: sed difficile cognoscitur nisi à peritis medicis. Pulsus solito videretur durior tangenti, & vrinæ à sanis parùm dissimiles: quia calor præter naturam tantum agit in roridam cordis substantiam & nondum in eius humidum primigenium: hinc macies totius corporis tam cito fieri nequit. Hic gradus in triduum distingui potest ab ephemera, aut putrida. Ab ephemera, quia hæc soluitur intra 24. horas sudore, madore, vel vrinis. Putrida verò incipit cum frigore, si quotidiana: vel rigore, si tertiana: vel horrore, si quartana, & statis diebus, & horis fiunt exacerbationes, & remissiones pro natura humoris eam procreantis. Si nihil horum appareat, & calor æqualis semper perseuerat: hanc iudica esse hecticam, & non putridam, aut ephemeram.

Secundi generis signa sumuntur ex calore mordaci, qui non solum ex longo arteriæ contactu percipitur, verum etiam in pedum plantis, & volis manuum. Adhæc pulsus est durior, & siccior, quam in priore: quia calor ille febrilis non solum agit in roridam cordis substantiam, sed in eius humidum primigenium: deficiente pabulo, æger cõtabescat necesse

*De signis
primi gra-
dus.*

*Aliud præ-
ex dicitur*

*A pulsus
vrinis.*

*De signis
secundo
gradus.*

est. Urinæ sunt magis coloratæ quam in superiore gradu, à calore sc. intensiore, non solum cordis sed totius corporis habitum depopu. ante. Minus tamen quam si adiunctam haberet putridam. Hic gradus magnam habet latitudinem: nam quo vicinior, aut remotior à priore fuerit, eo facilius aut difficilius cognoscitur & curatur, vt iam superius annotauimus.

*De signis
certij gra-
dus.*

Signa præcipua tertij & vltimi gradus, sumuntur ex pulsu, urinis, & facie. Pulsus est debilis, durus, à siccitate, & paruus & frequens. In urinis quid pingue, telæ aranæ instar innatat, colliquationem partium similarium denotans. Facies veluti in marasmo talis apparet qualis docetur ab Hip. lib. 1. progn. cap. 2. & 3. Oculi sunt concaui, consumptis eorum humoribus: collapsa sunt tempora, consumpto humore proprio & substantifico musculorum erotaphitorum: frons est arida, & vngues curuantur, à nimia siccitate, & ægri vix aperiunt palpebras, & conuiuent veluti dormituri. Hypochondria sunt tensa, & cutis dura, & sicca veluti ossibus adhærens, consumpra carnosâ substantia.

*Signa fe-
bris hec-
ticæ sym-
ptom:*

Signa febris hecticæ symptomatice sumuntur ex visceris (vnde scaturit) inflammatione. Imprimis considerandum si frigus, rigor, vel horror, vomitus, sudor, aut aliqua perennis excretio præcessit: typus quoque febris est considerandus: si quotidie, vel alternis diebus, vel si quarto quoque die fiunt exacerbationes aut remissiones: si inflammatio præposterè fuit curata aut neglecta. Si iam dies critici præterierunt, & si calor est acris, & mordax, & si ab initio inæqualis erat, iam æqualis existit, & si multa ex signis præscriptis adsunt. Si pulsus est durus: tunc certò sciendum febrem putridam in hecticam degenerasse.

*Si à catarrho
figura.*

Item si catarrhus in pulmones antea defluerit qui phthisim pepererit. Si dolores qui fuerant, sunt sedati: si urinæ intensæ maneat cum hypostasi vtcunque laudabili: si perennis aliqua excretio præcessit, vt diarrhœa, lienteria, dysenteria: aut si ieiuni, vel coli intestini, aut visceris alicuius phlegmone antecessit.

*Signa he-
cticæ com-
positæ.*

Signa hecticæ compositæ sunt valdè confusa, in quibus distinguendis magna requiritur medici solertia, cum experientia in febribus putridis dignoscendis: quibus collatis cum hectica, tandem ad eius cognitionem peruenitur.

Hæctica rarò pueros obrepat, frequenter iuuenes biliosos, & senes qui sunt temperamento calido & sicco, in æstate, & autumno, & qui sunt collo longo, & angusto pectore, & *Qui propens.* *πρωδης*: i. alati, vel à parentibus tabidis sati: & qui alimentis acerbis nutriuntur. Primus gradus facilè curatur, postremus est immedicabilis. Quoniam quicquid accidit in stauratione, plurimum deficit ab integritate eius infiti humidi quod euauit, quodque olim fuerat à semine comparatum. At medius, medium tenet inter duos extremos. Vniuersalis rarò accidit, particularis verò frequenter. Quibus facies *θεραπεία* hypocratica apparet, sunt desperati: pariter quoties in vrinis *πρωγιάδης* quid pingue innatat, aut quibus alui fluxus succedit, seu diarrhœa, aut lienteria, aut dysenteria fuerit. Ex quotidiana febre, hæctica non fit, ob pituitæ frigiditatem, & lentorem humiditati coniunctam. *De victu.*

Curatio primi gradus parùm distat à curatione Diarix: quoniam ab iisdem causis euidentibus, sed vehementioribus fit, in habitu corporis hærentibus: ob id vehementiora remedia exposcit. Curatio huius gradus versatur in eius causæ abscissione, & victu euchymo & eupepto liquido potius quam solido, frigido & humido, & incrassante, qui dissipationem prohibeat: qualis est is qui comparatur ex iuribus carniū, alteratis lactuca, portulaca, caltha, violis, borragine, oxalide, spinachiis, atriplice, hordeatis & similibus.

Pro potu vtatur ptisana, aut hydrosaccharo, vel aqua simplici bullita cum syrupo capilli ven. Vel iulepo Alexandrino, aut violato, aut nymphææ, aut acetato si ex ephemera. Si *Clyster.* fuerit senex, & vires collabi videntur, vtetur in pastu vino oligophoro, & extra illos ptisana sola si sitit. Aër deligendus frigidus & humidus, qui si talis natura non est, arte paretur, irrigando cubiculi pavementum, aqua frigida, vel rosacea, vel sternentur humi folia salicis, quercus, pampinorum vitis, vel flores suaueolentes si æstas, vt docet Gal. 9. & 10. methodi. Et si æger est duriore aluo, paretur sequens clyster.

℞. Fol. malux, viol. borrag. lactucæ, vel portul. singul. m. i. Prunor, pa. vj. sem. 4. frig. ma. singul. 3. iii. flor. nymphææ, & viol. vtr. p. i. coquantur in aqua. In colatura ℞. 1. dissolue *Posio.* diapruni simpl. & cassiæ cum sacch. vtr. 3. vj. mellis violati, *ecoprota.* & olei nymph. vtr. ʒ. i. β. fiat clyster supponendus quoties *ca.*

videbitur. Si validior requiritur coquantur simplicia in sero lactis. Et si simul nutrire cupis, coquantur in iure capitis veruecis, vel capi, & adde vitellos ouorum. Vel huius loco si ventriculus aliqua materia putri refertus videtur, vratur sequenti

Iulepus.

℞. Mannæ cal. ℥. i. β. syrupi viol. ex 9. infusionibus si extiterit: vel rosati sol. cum rhab. si bilis, vel cum agar. si pituita, ℥. i. cum iure pulli insulso, vel prisana fiat potio mane sumenda. In fortiora remedia non esse prorumpendum censeo.

Secundus curationis scopus in alteratione versatur, vt: ℞. Syrupi acetati simpl. vel oxysacch. simpl. vel de limonibus vel de acetositate citrij, vel de granatis dul. vel de succo pomorum redol. vel de succo borrag. vel de succo endiuix, vel viol. vel nymph. vel de papauere si vigilix vrgent ℥. iij. aquarum stillatitiar. ex alembico vitreo & non plumbeo bugl. & oxalidis vtr. ℥. vj. fiat iulepus in tres doses per multos dies continuando, vt calor acris & mordax & eius siccitas emendari possit.

Balneum.

Deinde vt cordis, & totius corporis habitus empyreuma relictum, in pristinum statum restitatur, per aliquot dies balneo aquæ dul. non calido sed temperato vtendum. Quod si fortius requiritur, & anni tempus permittit, paretur sic

℞. Rad. bugl. lb. i. fol. eiusdem, borrag. maluc, viol. calthæ, atriplicis hortensis, lactucæ, portul. acetosæ, lentis palustris, vel cucurbitæ, singul. m. vj. florum nymph. viol. & rosarum singul. m. ii. sem. 4. frig. ma. singul. ℥. i. β. sacculo inclusa, coque in aqua suffi. pro balneo, in quo temperato bis in die ingrediatur & resideat per horam aut sesqui alteram: quotidie renouentur simplicia per aliquot dies continuando, cum exsiccato corpore quiescat in lecto. Sunt qui probant scyphum lactis asinæ cum sacch. rosato sumptum, aut ius aliquod carniū ægro in balneo adhuc sedente, vt facilius in habitum deferatur. Proderit quidem vtrumque, modo nulla sit cruditas in ventriculo, nullus tumor, aut obstructio, nullaque putredo. Si veretur sudor (dilatatis viis à tepore aquæ) illinetur tota rachitis & emunctoria, & partes extremæ, idque molliter: (vt allecto sanguine nutriantur) sequenti litu:

Linimentū

℞. Oleor. viol. vel nymph. vel amygd. dul. & olei rosati omphacij vel lentisci, aut myrthini, vtr. ℥. iij. misce vsui dicto: deinde

deinde contineat se in lecto, modo multa veste non operiatur ne sudet.

Si quis in iure carniū (quod ægro offertur) in balneo sedente, dissoluat cochlear vñum, aut alterum sequentis conditi, & tantundem, in omni alimento liquido, & maximè initio pastus multum iuabit.

℞. Conseruæ viol. vel nymph. & cort. rad. bugl. sacch. *Conditum.*
conditæ, vtriusque ꝑ. i. pul. resumptiui recens præparati ꝑ. iiii. vel in huius penuria, sem. melonis, & cucumeris mund. vtr. ꝑ. i. ꝑ. pul. diarriasant. & diamarg. frig. vtr. ꝑ. i. ꝑ. sacch. rosati, ꝑ. i. fiat conditum auro coopertum, quo vtatur vt dixi. Extra pastus vtatur bellariis, martiopane, pignolato, pasta regia sequenti curatione describenda, vel vuis damasc. mund. vel corinthiacis, vel nucleis pineis recentibus, vel prius maceratis in aqua per noctem ob rancorem.

Secundus gradus curationis pariter duplici scopo curabitur: nempe victu euchymo & alteratione vt primus gradus. *Curatio 2. gradus.*

Victus liquidus esse debet, vt facilius & citius in vniuersum habitum distribuatur, & vberius nutriatur æger, vt annotauit Hip. aphor. v. sect. 2. Πάν πληρότα πότη ἢ σίτις: 1. facilius est impleri potu quam cibo. Neque reijcio alimenta solida boni succi, quia diutius & plenius nutriunt quam liquida, modo vti possint. Si liquidis vtimur: frequentius offerenda: quia quæ velociter nutriunt, veloces quoque faciunt excretiones ex Hip. aphor. 18. sect. 2. Τῶν τροφῶν ἀθρόως καὶ ταχέως, ταχέως καὶ αἱ ἀγαχρήσιες γίνονται: 1. Eorum quæ confertim, & celeriter alunt, celeres etiam excretiones esse solent.

Secundus huius gradus scopus versabitur in humorū efficientium alteratione & blanda euacuatione per clysteres & portiones facta: nam causa efficiente sublata, tolletur quoque eius effectus.

Si hectica fit ex phthisi, aut ex aliqua febre continua neglecta, aut præposterè curata procedat, ad ea quæ diximus propriis capitibus erit recurrendum. Pariter si ex aliqua alio cuius visceris inflammatione, vel intestinorum prouenerit, vt ex diarrhœa, lienteria, aut dyssenteria, etiam ad proprias curationes recurrendum. Hæc symptomata difficiliter curantur, quandiu causam hecticam fouentem habuerint. Si aluus quotidie non fluit, sollicitanda erit balano, aut clystere, vel eccoprolico superius descripto. Deinde vtatur sequentibus vali-

Iulepus.

dus refrigerantibus, vt ℞. Syrupi de iniubis, & violati, vtriusque ℥. ii. aquarum stillatitiarum endiuix, & tussilag. Si à phtihisi, vtriusque ℥. ii. fiat iulepus in tres vel 4. doses; vel si

Apozema.

vernum est tempus paretur sequens. ℞. rad. bugl. ℥. ii. graminis, rusci, asparagi, & glycyrrh. singul. ℥. i. herb. cichorii, lupuli, hepaticæ, borrag. endiuix portulacæ, seriolæ, si hepaticis inflammatio est causa feb. hectica, singul. m. i. passul. mund. pa. x. prunor. pa. vi. sem. papaueris albi, & 4. frig. ma. singul. ℥. ii. florum nymph. & violar. vtr. p. i. coque in aqua suffi. ad 4. v. syrupi endiuix comp. vel cydonior. si ab aliquo alui fluxu fuerit, ℥. iiii. fiat apozema clarific. & aromat. fantulo albo

Eccoproium.

pro 4. dosibus. Deinde paretur sequens ℞. nardi Ind. minutim incisæ, ℥. β. quia lenis & amara, rhab. selecti ℥. ii. cassiæ recens à canna extractæ, ℥. i. β. infunde simul per noctem super cineres cal. in parte vna apozematis. Expressioni adde syr. rosati sol. cum agarico ℥. i. si pituitæ est aliqua suspitio fiat potio: Et si alui fluxus, infusioni adde myrobal. oleo amygd. dul. confricatas, ne sua asperitate ventriculum lædant.

Bolus.

℞. Conser. viol. vel borrag. & cichorii, vtraz. i. β. cort. citrij sacch. conditæ, ℥. i. pul. diatragac. frig. ℥. ii. cum saccharo fiat bolus postridie deuorandus. Expurgato sic corpore, vtatur condito & balneo præscripto, & oleis emollientibus & astringentibus. Vel vnguento sequenti, si à phtihisi hectica scaturiat.

Vnguentum sborachicū

℞. Vnguenti resumptiui, ℥. ii. olei amygd. dul. ℥. i. pul. iridis flo. ℥. iiii. croci, ℥. i. fiat linimentum quo pectus vniuersum antè & à tergo mox à balneo tepidè illinetur. Vel sequenti si ex inflammatione alicuius visceris oriatur.

Vnguentum hepaticum

℞. Cerati santalini, & olei rosati, vtr. ℥. i. β. lauentur aquis rosarum, & plantag. aut solani: Deinde adde pul. caphuræ, ℥. β. fiat linimentum quo viscus affectum tepidè illinetur. Si ab alui fluxum fiat, illinetur epigastriū vng. comitissæ: præter linimenta præscripta, sequentia epithemata erunt vsui.

Epithema pro pectore

℞. Pul. diamarg. frig. & diatragacanthi frig. vtr. ℥. ii. rosarum rub. & florum nymph. & gr. tinctorum singul. ℥. β. aquarum scabiosæ, cardui bened. & buglossi, singul. ℥. v. vini rub. ℥. ii. fiat epithema regioni pulmonis & cordis tepidè applicandum cum panno rub. denso ter in die spatio vnus horæ, vel si aliquod viscus inflāmatum fuerit, paretur sequens

℞. Pul. diatriasantali, ℥. iiii. troch. de caphura, & ros. rub. *Aliud ad viscerum inflammationem.*
 vtr. ʒ. i. nardi Ind. & schœnanthi, vtr. ʒ. β. aquarum solani, vel plantag. & endiuia, vtr. ℥. β. aquæ rosarum & aceti ros. vtr. ʒ. i. β. fiat epithema visceri inflammato tepidè applicandum. Vel paratur sequens quod ad quemuis fluxum competit.

℞. Troch. ramich. rosarum rub. balauft. & troch. de succino, singul. ʒ. i. boli armenæ, ʒ. ii. aquarum pediculi rosarum & prunellorum agrestium, vtr. ℥. β. succi mororum batinorum semimaturorum, aut mespillorum, aut sorborum, ʒ. 4 fiat epithema ventri applicandum ante vnguentum præscriptum. *Aliud ad fluxum ventris.*

Interea dum his vtetur, quotidie mane hora 4. hauriat lactis asinæ ab vberibus adhuc calentis, ℥. β. cum sacch. rosati puluerisati cochleariis ii. vel tribus: horis 4. ante pastum: os deinde colluat vino diluto & superdormiat si nocte præterita non dormierit: sin minus, non dormiat. Hoc lac, quia serosius & frigidius & magis tergens in phtisi est accommodatus. Si nutriendum, muliebri primas tenet: deinde vaccinum & ouile, si vlcus est consolidandum, quia caseosius & butyrosius vsurpandum autore Gal. lib. 5. simpl. medicamentorum. *Vsus & delectus lactis.*

Tertius febris hecticæ gradus licet immedicabilis sit omnium consensu, ægri tamen cum prognostico non sunt relinquendi, (vt voluit Gal.) ne desperent vt scripsit Celsus, in quibus satius est experiri aliquod remedium quam nullum. *Curatio 3. gradus febris hecticæ.*

Summum quod aprari potest remedium in hoc gradu, consistit in victu secundum sex res non naturales, qui sit multo plenior (si fieri potest) quam in cæteris gradibus. Imprimis ægri cubiculum sit amplum, vt aërem refrigeratum natura vel arte paratum (vt docui) inspirent. Secundo nutriaatur cibus multum nutrientibus etiam in parua quantitate sæpe sumptis: inter quos primas tenet lac muliebri mane mox ab vberibus sumptum: Deinde iura & succi carniū veruecis, vituli, perdicis, phasiani, capi gallinacæi, consummata, gelatina, hordeatum, auenatum, panis lotus & in iure harum carniū coctus, pignolatum, tortugat. pandaleon, pasta regia, oua forbilia, pedes agni, vituli, veruecis, testudo, anadromi, cancri fluuiatiles, & astaci, lucius, perca, nuclei pinei recenset aut præmacerati in aqua ob rancorem, & saccharo aspersi, *De victu.*

ficus recentes, vuz damasc. ab arillis mund. vuz corinthia-
ca, pruna dulcia in aqua & saccharo cocta, pira cocta in fine
pastus, & poma etiam cocta vice prunorum initio pastus con-
ceduntur. Talis cibus etiam sexties in die naturali offerri po-
test Hip. autore aphor. 18 sect. 2. superius citato.

Pro potu vtatur ptisana, vel in pastu vino oligophoro si vi-
res plus iusto deijci videntur. Somnus conciliandus syrupo
nenuph. vel de papauere, vel diacodio, vel philonio recenti,
in parua quantitate, vel pilula vna de cynoglossa, vel laudano
spagiricorum. Medio tempore si aluus quotidie semel non
fluit, sollicitetur clystere nutriente, refrigerante, & hume-
ctante, vel manna, vel cassia & syrupo viol. ex 9. infusionibus
supra descriptis. Præter victum iulepi refrigerantes per mul-
tos dies vsitati ad incendium partium solidarum extinguen-
dum, vel saltem moderandum sunt vtiles: Vel horum loco
iura carniū herbis refrigerantibus, & humectantibus supra
enunciatis alterata, mane & in cœna probantur. Et extra pa-
stus vti licet sequentibus quæ multum nutriunt & recreant
vires.

Pandaleon ℥. Pul. diatragac. frig. recens præpar. ℥. β. nucleorum
pini recentium, & amygd. dul. excorticatorum & in morta-
rio marmoreo diligenter contusorum, sacch. crystallini, &
penidiarum singul. ℥. i. sacch. albi (aqua borrag. vel tussilag.
soluti, & cocti in syrupum) ℥. β. cui dissolue fructus, dein-
de puluerem, & fiat pandaleon quo vtatur ante, post, & extra
pastus, quantum libuerit. Vel patetur sequens

*Buccella
multam
nutriens.* ℥. Sem. 4. frig. ma. & bombacis mund. malux, & papa-
ueris albi, singul. ℥. i. pul. diatragac. frig. recens præparati, ℥. iii.
nucleorū pini recentium, pistaciorū, & amygd. dul. excortica-
torum, singul. ℥. i. sacch. albi aqua viol. vel decocto hordei
soluti & cocti, ℥. β. fiat pasta in buccellas redacta, de qua vtat-
ur vt supra, vel

*Pasta re-
gala.* ℥. Sacch. albi, & penidiarum aqua tussilag. solutorum
vtr. ℥. β. pulpæ carnis phasiani, aut perdicis, aut capi sagina-
ti, assæ & in mortario contusæ, ℥. 4. nucleorum pini recen-
tium & amygd. dul. excort. vtr. ℥. i. β. pul. diapenidij sine
speciebus ℥. β. pul. diatragac. frig. recentis: quia successu
temporis à sem. 4. frig. ma. facile rancescit & ingrati est sa-
poris ℥. ii. sem. bombacis, & papaueris albi vtr. ℥. i. fiat pasta
regalis in morsellis deauratis reducenda, qua sæpe vtatur, vel

℞. Sem. bombacis, & melonis mund. & violarum, singul. ʒ. i. pul. elect. diatragac. frig. ʒ. ii. pul. diapenidij sine speciebus, ʒ. β. confec. florum borrag. & nucleorum pini recentium, vtr. ʒ. i. carnis testudinis coctæ in decocto hordei, & cancrorum fluuiat. vel astacorum, vtr. ʒ. ii. sacch. albi, & penidiarum, vtr. ℥. β. fiat pasta vt supra in morsellis deauratis, de qua vtetur vt dixi. Vel si mediocris fuerit fortunæ, horum loco vtatur martiopane, vel similibus varia forma: quæ variari potest & non materia. Vel

Tortugar.

℞. Confec. de hyacintho, vel alchermes, ʒ. iiii. margaritarum, ʒ. ii. frag. v. lap. pretiosorum, & coralli rub. super lap. porphirium tenuissimè tritorum, singul. ʒ. i. pul. diapenidij sine speciebus, omnium par pondus, sacch. crySTALLINI, ʒ. i. fol. auri numero vi. fiat pul. cuius cochlear vnū dissolue in parua portione cuiusque alimenti quod offertur, vel in ptisana, extra pastum, pro ægri arbitrio. Hic pul. vires collapsas mirum in modum reficit. Extrinsicis admoueantur epithemata, vnguenta, balneum &c. superius descripta.

Pul. analeptics.

Hæctica composita multis cognitu est difficilis: doctioribus verò non, qui cuiusque febris typum & formam distinguere nouerunt. Hæc curatur venæ sectione, si adest plenitudo, aut menses, aut hæmorrhoides sunt suppressæ: aut purgatione, si cacochymia, per cathartica benigna, nulla habita ratione maciei, sed plethoræ & cacochymix ex Hip. & Gal. lib. de humoribus, & 6. epid. sect. 3.

Curatio breuis feb. hec. comp.

De malignis & pestilentibus Febris.

C A P. X V.



Kακονθεῶν πορεῖσσι: i. malignarum febrium, *Malignarū febrium* aliæ sunt essentielles aliæ symptomaticæ. *Essentiales* magnam cum febribus putridis *diuisio & differentie* ἀναλογίαν habent, à quibus tamen differunt non materia, sed sola maligna qualitate venenata & contagiosa, in nobis genita, vel aliunde inducta. Differunt etiam ab hæctica non macie quæ in hac sensim fit, in illis ἀθροῦς: i. affarim:

quæ corporis substantiam multis modis diffluere faciunt: cuiusmodi sunt λευκία, συγκοπάλις ἐλάδης, τρωάδης, ἀσπίδης, σωματίξις, cardiaca, & quæ ex cruditate fit & pestilens, de quibus posthac nonnulla ex veterum & neotericorum placitis annotabimus.

Symptomaticæ febres dicuntur, quæ viscerum inflammationes sequuntur & febres ardentes, à quibus differunt etiam qualitate maligna ut essentielles. Hip. lib. 6. epid. & lib. 3. progn. & lib. 4. aphor. 48. & Gal. in suis commentariis, & in coacis prænot. textu 120. quæ non nisi superueniente cholera soluitur, τὰ λευκία, μὴ χολιγὰς ἐπιγρομίας, ἢ λύεται: quia lipirix materia biliosa focus habet in aluo, vnde prohibetur exitu à contumaci obstructione, partiumque obsessarum languore, facitque homines πικρὸς ἢ ἀελυπὸς: i. amarulentos & mæstos.

De febre
leipyria,

Λευκία est duplex: vna essentialis, altera symptomatica. Essentialis fit à pituita vitrea frigida in 3. ordine in visceribus collecta, etiam si bilis portio quædam illi misceatur, nihilominus tamen ut putrescat, calorem ab externis partibus ad intimas allicit, in quibus magnum incendium accendit. Hinc fit ut interiora vrantur, & exteriora algent. Ex hoc incendio sitis consequitur, & est lethalis omnium consensu. De ea vaticinatur Hip. aphor. 48. sect. 4. Ἐν ποσὶ μὴ ἀγλάπυσι πυρετοῖσι ἢ τὰ μὲν ἕω ψυχρὰ ἢ, τὰ δὲ εἶδοι κρύπται ἢ διψήχης θανάσιμον: i. In febribus non intermittentibus si partes externæ algent, internæ vruntur & sitiunt, lethale est. Quia quarto die aut citius hominem iugulare potest.

De λευκία.
Febris leipyriæ essentialis.

Essentialis si fuerit, curatur ut quotidiana continua. Si symptomatica, ut causos & tertiana continua; ea cautione ut in omnibus remediis tam internis quam externis misceantur nonnulla cardiaca quæ venenatam & malignam qualitatem retundant citra manifestum calorem: ob id ad propria recurrendum.

De febre
syncopali.

Febris syncopalis nomen sumpsit à symptomate: quoniam quæ tentantur sæpe lipopsychia, & interdum syncope præhenduntur: ob oris ventriculi sensum exactum & læsionem.

De causis.

Causa effectrix, aut est pituita crassa in ventriculo putrefacta, cum maligna aut venenata aliqua qualitate, cuius qualitas sursum sublata os ventriculi vellicat, & laceffit, vnde dolor, & animi deliquium, aut syncope fit. Aliàs à bile ærugil-

nosa toto genere pernicioſa, cuius vapor in os ventriculi de-
larus illud ferit: hinc lipopſychia, conuulſio, & mors, niſi eam
euomuerit, vt acciderat adoleſcenti de quo meminit Gal. cō-
ment. in apher. 1. ſect. v. Cucumis febres malignas inducit
teſte Aëtio: pariter cenſendum de melopeponibus, legumi-
nibus, fruſtibus fugacibus, lacticiiniis, caſeo, piſcibus marinis,
& fluuiatilibus carne viſcida præditis, aut ſalitis: qualis eſt an-
guilla, lampetra, cyrinus, cochlea, &c. Potus aquæ niuealis,
aut frigidiffimæ, vel vini meracioris, craſſioris, aut intempe-
ſtiuus: & reliqua quæ craſſam pituitam, aut bilem vitellinam,
praſſinam, aut æruginofam bilem in nobis generant.

Sunt nonnulli medici non aſpernandæ doctri-næ, qui ne-
gant febrem ſyncopalem fieri poſſe à bile praſſina, aut ærugi-
noſa, quam Arabes Zinariam appellant: inter quos eſt Isaac
Iſraëlita, lib. v. febrü cap. 7. ob inſignem eorum humorü pra-
uitatem, inſitamque quandã venenoſitatem quæ ita humano
corpori aduerſantur, vt citius aut acrimonia venenoſitateque
ſua enecent quam fieri poſſit: At ſi virtus paulò ſit validior,
quam vt ab ijs ſuperetur, vomituque reiſciantur, potius ho-
minem iugulant quam febrem accendant. Natura quippe
ſuis ſemper viribus vtens, cum ob ſui malignitatem expellit:
quod ſi non faciat, accenditur ab ea corpus, & moritur homo.
Hæc ille, contra Isaac, & Auerroës 3. collect. cap. 3. has febres
eſſe incurabiles ſcripſit. Ego iam ſenio confectus, tales febres
nunquam me vidiffe fateor. Contra fieri poſſe, fatentur Gal.
12. meth. med. cap. 3. & 4. & Trallianus lib. 12. cap. 3. Ægi-
neta lib. 2. cap. 37. Auic. ſen. i. quarti tract. 2. cap. 52. Auen-
zoar in ſuo Theſiſ lib. 3. tract. 1. cap. 6. & inter Neotericos
Aponenſis Conciliator dictus differentia 91. Valeriola lib. 4.
enarrat. 3. qui dum medicinam Valentia Allobrogum exerce-
ret duas mulieres tali febre curauit De raro contingentibus,
nihil certi determinatur. Signa ſumuntur à cauſa efficiente:
(ſi fiat à pituita craſſa, vel tenui) & à quantitate, etſi venena-
tæ qualitatis ſit particeps à qua maius periculum imminet,
quam à minori copia: ratione partis affectæ, & lipopſychiæ
imminentis, aut ſyncopis, & doloris oris ventriculi. Hæc fe-
bris videtur ſeruare typum quotidianæ: quia exacerbatur
ſub vesperam, quo tempore ſuum habet dominium, hinc ani-
mi deliquium, non lethalis tamen.

*Opinio
Iſaac Iſ-
raëlica de
febre ſyn-
copali.*

Signa ſi à bile praſſina, aut æruginofa ſit, ſumuntur ex tem-

*Signa feb.
syncopalis
si à bile
prassina
oritur.*

pore anni calido & sicco, ex corpore iuuenili macilento, & bilioso: ex victus ratione calida & sicca, aut febre continua: qualis est ardens, & tertiana continua, cum qualitate maligna inducta, quæ tertio quoque die exacerbatur: talis febris vix ad quartum vsque paroxysmum peruenit, quin hominem iugulet.

*Signa si ab
inflammatione.*

Si ab aliqua visceris inflammatione proueniat, vix ope medica curatur, & maximè quum ægri vires sunt deiectæ. Quæ à bile æruginosa fit, est deterior ea, quæ à prassina.

*Signa ex
pulsu.*

Pulsus est celer, inæqualis, durus, & paruus. Celer, ex caloris abundantia, & viribus validis: inæqualis, à copia humoris noxij naturam opprimentis: Durus, ex humoris & venarum siccitate: paruus, à viribus ægri deiectis, ex Gal. 1. de causis pulsuum: & Auic. fen. 2. primi. Præcordia & totum corpus inflatum videtur, ac tumidum. Color est vitiatus, in nonnullis albus, in aliis liuidus, & niger apparet.

Ex calore.

Ad sunt ructus, & vomitus acidi, à pituita, aliàs amari, à bile porracea: Oculi interdum sunt fusci, & prominentes. Calor tactu mitis apparet. Lingua arida & nigra existit. Ægri quandiu quieti manent, melius se habent: si verò moueantur, velut syncope corripri videntur: quia tetri & maligni vapores ex motione commoti, os superius ventriculi, vellicant: ac si cor ipsum læderetur, paria inducit symptomata.

Hæc febris magni est momenti, ob vitæ discrimen: quoniam multa incidunt, quæ omnem curationis ordinem peruertunt: quales sunt crudi humores, qui interdum corpus vniuersum, aliàs stomachum occupant: vnde caloris & spiritus substantia sic infringitur vt leui momento frequentes leipopsychiæ obrepunt. Præterea quoties venæ, & arteriæ à crassis lentisque humoribus obstruuntur, tunc spiritus animales ita coercentur, & insitus calor adeo premitur, vt suffocationis periculum impendat. In eo rerum statu, neque venæ sectio, neque purgatio, neque attenuantium, neque detergentium vsus tuto decerni potest. Ac neque cibo, neque vlli remedio locus est: nam si medicus cibo subuenit, ægrum superuacua materia grauius onerabit: sin minus imbecillitate ac fame perdet. Adhæc impurum corpus, in ædiam ægre fert, eaque languidæ vires fatiscunt. Et tamen quum nititur dissolutionis iacturam frequentialimento resarcire, non corpus, sed eius perniciem alit & fouet.

Quid agendum.

In remediis

In remediis venæ sectio cruditatem conduplicat refrigendo, & vires imbecilles prosternit. Aperientia, humores diffundunt & exagitant, atque in angustiora loca protrudunt, è quibus non possunt dimoueri. Purgatio verò multo magis exagitat & grauiore ægri periculo decernitur. Nam si mitioribus medicamentis instituitur, magis conturbat, quam euacuat, suscitatoque terro vapore corpus inflat: si vehementioribus, noxium quidem humorem, sed vi quadam elicit. Non enim humor crudus & impactus facillè cedit. Omnis ergo huiusmodi cura ægrum affligit atque torquet, & syncopen accelerat. Et tamen nisi occurritur, vires copia opprimuntur. Si occurritur, etiam multo promptius collabuntur, quum per se languescunt, & nondum commota camarina deficient, & vndiquaque dubia & periculosa sit curatio. In summa magna labæ humorumue copia, vehementer pressum & languens, medicamenti vi labefactatum concidit: quemadmodum ruinosæ ædes instaurando concussæ, fortè mox vniuersæ corruunt. Atque si est turpis error medicamento dato aliquem occumbere, ne medicus illum occidisse videatur, quem fors ipsius de medio sustulerit. Ideoque in tam ancipiti statu corporis, pro medicatione expedit, interdum alimento *ωπιτιω & ωχρω* blandiri, aut ægrum (si nequeat in integrum restitui) subleuata morbi portione leuare, & minutatim aliquid substituere.

An vene
sectio con-
ueniat. 12
aperientia.
An purga-
tio.

Quamobrem satius fuerit eam materiam quæ lædere videtur, clystere leni sapius subducendo subtrahere, & humorem morbificum alterare & epicrasticè euacuare, additis cardiacis ob malignam & venenatam eius qualitatem tam in sumendis, faciendis, quam in educendis, & admouendis. Interea vires conferuentur victu boni succi multum nutrientis in parua quantitate sæpe oblato: & si nauseat æger, prouocetur vomitus, vt humor in ventriculo contentus vacuetur, vt accidisse legimus adolescenti, de quo meminit Gal. comment. 1. in lib. 5. Aphor. qui ex bilis æruginosæ vomitu à febre & conuulsione fuit liberatus. Contra non prouocandus: sed aliunde opitulandum.

℞. Iuris capi q. s. in eo coque (si à pituita crassa & tenui, cum maligna aliqua qualitate) Mercurialis, melissæ & borrag. singul. m. i. summitatum anethi, & florum chamæmeli, meliori, singul. p. i. furfuris macri, p. ii. ficuum pa. vj.

Clyster si à
pituita.

sem. anisi, ʒ. ii. colaturæ dissolue hieræ, ʒ. i. mellis mercur. & olei chamæm. vtr. ʒ. i. β. vitellos duos ouorum, fiat clyster hora electa supponendus.

Clyster si à bile aruginosa. ℞. Decocti mal. viol. borrag. portul. & melissæ, singul. m. i. prunorum pa. viii, sem. 4. frig. ma singul. ʒ. ii. florum nymphæ, p. ii. colaturæ dissolue diapruni simpl. & cassiæ cum saccharo, vtriusque ʒ. vi. mellis rosati, & olei rosati, vtr. ʒ. i. β. fiat clyster supponendus horis remissionis quo tempore videtur melius se habere æger.

Minorans si à pituita fuerit. ℞. Mannæ Cal. & syrapi ros. sol. cum agarico, vtriusque ʒ. i. β. cum iure pulli insulso, fiat potio summo mane propinanda. Validioribus catharticis merito à Gal. 12. meth. med. cap. 3. reiectis, non vtendum ob rationes superius annotatas. In iure pulli coque corr. citrij ʒ. iii.

Potio si à bile. ℞. Cinnamō. ʒ. i. rhab. selecti, ʒ. iii. tamarind. ʒ. ii. cassiæ recens à canna extractæ, ʒ. i. β. infundantur per noctem super cineres cal. in iure pulli, vel decocto cichorij, portul. sem. citrij, & florum bugl. & nymph. Expressioni dissolue syrapi viol. ex nouem infusionibus si extiterit, vel de cichorio dupl. rhab. vel rosati sol. ʒ. i. β. fiat potio. Vel si potiones reijcit, & solidis delectatur, parentur sequentes pilulæ.

Pilule ad idem si à pituita. ℞. Agarici troch. si pituita est educenda: vel rhab. si bilis, ʒ. β. massæ pil. imperialium, ʒ. i. cum melle rosato, si pituita, vel syrupo violato si bilis, fiant pil. vj. aut viij. deauratæ, quas cap. post primum somnum: vel quum melius se habet. Deinde humor morbificus alterandus erit sequentibus si pituita fuerit.

Iulepus ad pituitam. ℞. Syrapi conseruat. corr. citrij, & de granatis acidis, vtr. ʒ. ii. Aquarum melissæ, & bugl. vtr. ʒ. vi. fiat iulepus in 4. doses. Vel

Apozema. ℞. Rad. bugl. ʒ. ii. corticis citrij siccæ, ʒ. i. si pituita: vel huius loco rad. acetosæ, & graminis si bilis æruginosa aut præsina, vtriusque ʒ. i. herb. cichorij, seriolæ, portul. lactuca, borrag. scab. succisæ, singul. m. i. melissæ, & stoech. si pituita, vtr. m. β. passul. mund. pa. x. glycyrrh. ʒ. vi. prunorum si bilis pa. iii. sem. papaueris albi, & 4. frig. ma. vel sem. cardui bened. & anisi, singul. ʒ. ii. si pituita, florum cord. p. i. coquantur in aqua suffi. ad t̄b. i. syrapi de granatis, (pituitæ & bili æruginosæ conuenit) ʒ. iii. fiat apozema clarificatum, & aromat. ligno sassafras, ʒ. i. β. pro tribus matutinis. Si syrupum magistralem

es compositurus : in parte vna decocti (sine syrupo) infunde *Syrupus*
 caryoph. ꝑ. i. & agarisi troch. ꝑ. i. si pituita est educenda *mazistralis*
 vel cinnamo. ꝑ. i. & rhab. optimi si bilis ꝑ. i. ꝑ. per noctem
 super cineres calidos expressum lentis prunis coque in syru-
 pum cum mannæ Cal. & syrupi rosati sol. vit. lb. ꝑ. vt seruari
 possit. Dosis erit ꝑ. ii. cum decocto borrag. vel iure pulli bis
 in hebdomade continuando.

Ꝓ. Pul. diamoschi, aut diambraz, ꝑ. ꝑ. pul. crystalli (à *Bolus.*
 proprietate, in vtraque causa valet) ꝑ. ii. theriacæ veteris, &
 probatæ ꝑ. i. conseruæ rad. helenij si pituita, vel floris calthæ,
 vel cichorij, si bilis ꝑ. iii. cum sacch. fiat bolus postridie à pur-
 gatione deuorandus.

Medio tempore (vt monet Gal. loco cit.) frictiones erunt *De frictio-*
 ex vsu, quæ calorem sopitum, & torpescentem excitent, &
 crassos putridosque vapores, qui cor offundunt, & cerebrum
 aggrauant, & quàm maximè auertant. Et quamuis hoc au-
 xilium potius in morbi remissione, & ante cibum, quam in-
 crescente morbo aut in multa cacochymia conuenire possit:
 tempus idoneum tamen semper non expectandum, ob vitæ
 periculum quod imminet. *ne cele-*
branda.

Ab initio frictio breuis, & leuis esse debet, vt summam cu-
 tim tantum emolliat, qua facilius capax nouæ materiæ fiat.
 Deinde verò multa violentique extremarum partium fri-
 ctione est opus, vt à mediis partibus corporis materiam euo-
 cet, & suffocantes halitus discutiât. Celebranda primò deor-
 sum cum manu calida, vel cum panno cannabinò aspero, eru-
 ra, deinde brachia, hinc scapulæ, & tota rachitis fricentur.
 Non potest numerus frictionum definiri, nisi prout vires suf-
 ficiunt. Ergo si imbecillitas adest, sæpe iterentur clysteres
 præscripti.

Interea si frequens leipopsychia, aut syncope acciderit, &
 vires collabi videantur, vinum dilutum concedendum, non
 ratione febris, sed virium deiectionum, & imperentur condi-
 ta, epithemata tractatu de syncope describenda. Si forte hæc
 febris prouenerit ex alicuius visceris inflammatione, remedia
 erunt petenda in curatione febris tertianæ continuæ, & in-
 terdicetur vinum per initia; sanguis est detrahendus si vires
 constant & æger iuuenis & *euapros* consilio Tralliani loco ci-
 tato: Contra si senex & hyems aut prostratæ sunt vires non
 detrahendus & à pituita crassa in ventriculo detenta, ne qua-

litas maligna in maiores venas transferatur & morbum con-
 duplicet. Si obstructæ sunt viæ, aperiente decocto sunt re-
 ferendæ.

De Cardiaca Febre.

Signa.

HÆc febris nomen sumpsit à corde quæ est de genere fe-
 brium malignarum ac colliquantium parum dissimilis
 à syncopali. In hac est magnus æstus, facies rubet, magnus-
 que cordis fluctus, exigua frequensque spiratio, vt orthopnoi-
 ci recti residere coguntur, & dolitant in regione cordis. In-
 clinante morbo, sudor tenuis, frigidus spiritus, ex quo synco-
 pe & mors.

Curatur vt febris ardens cap. ii. pag. 55. tam in victu refri-
 gerante & humectante quam in sanguinis missione præmisso
 clystere ibidem descripto si æger astricta fuerit aluo: In hu-
 moris alteratione additis aliquot alexipharmacis cal. veluti
 4. aut 6. pars, ratione malignæ & perniciosæ qualitatis im-
 pressæ: necnon eiusdem humoris vacuatione facta per manna,
 cassiam, tamarindos, syrupum violatum, rosatum, de cicho-
 rio, de pomis: catholicum, diaprunum, lenitium, &c. Con-
 dita, epithemata, vnguenta &c. Interea providendum erit
 siti, syrupo viol. nymphææ, granatorum, omphacij: iulepo ro-
 fato, aut violato, aut papauerino si vigilæ urgent &c.

Inter malignas febres censentur quæ corporis substantiam
 multis modis diffluere faciunt, idque paulatim vel affatim.
 Paulatim vt in febribus hecticis. Affatim vt πυώδης, ελώδης,
 ασώδης, σύντηξις πύρετος de quibus meminerunt Hip. & Gal.
 Hip. 1. & 3. epid. Gal. in comment. & 10. meth. med. & lib.
 contra Lycum. Paul. Aët. & Trall. & Gal. comment. in aphor.
 42. sect. 7. πυώδης, est genus febris, in qua præ nimio calore
 ægri suffocari videntur, & dici potest erysipelatosæ: curatur
 vt tertiana continua.

Ελώδης πύρετος: 1. Febris humida, sic dicta, eo quod à primo
 statim die ægri sudant, sudoreque ipso vires exoluuntur: sic
 parum aut nihil iuuantur. Anno 1528. ex Anglia in Galliam
 hæc febris irrepit, quæ sudoribus copiosis, multos quosque
 fortes homines & non debiles breui tempore de medio su-
 stulit. In qua curanda humana auxilia inutilia erant. A su-

doribus copiosis Galli nominantur *Suette*, & inter pestilentes numerauerunt, ob eius malignam & venenatam qualitatem, à Græcis ἐδρονόητος nominata est.

Ασπίδης πέπτος dicitur ab Hip. febris in qua irrequietus æger est, & implacide molestèque habet, sicut exponit Gal. comment. 4. ἐστὶ τὸ εἶναι ἀσπίδης οὕτως. In hac febre perpetuo ægri iactantur, nec ullam seruant decubitus figuram: omnia illis fastidiunt, hypochondria tenduntur, sitiunt, vigilat, aut in leui somno delirant. Causa interior est humor crassus, acris, & biliosus, tuminis stomachi & ventriculi imbibitus. Decansis:

Interdum fit ex ardore febrili, vel dolore graui interiore. Pessimum est genus febris, in quo pulsus celeriter conciditur, & maiorum remedium occasio præcipitur.

Curatur victu incidente humoris crassitiem, & refrigerante & humectante ardorem febrilem. Imprimis æger decubat in obscuro loco, & molli lecto. Contineat corpus quietum quantum fieri poterit. Ægrum tenuiter esse nutriendum præcipit Hip. aphor. 7. sect. 1. reddens rationem hoc modo. Quum morbus est peracutus, extremos protinus labores habet, summèque tenuissimo victu est vtendum. Quum verò minimè, sed pleniorum victum licet exhibere: tantum de extrema victus tenuis ratione remittendum, quanto extremis morbus fuerit remissior, modo vires permittant. Reliquum curationis sequentibus perficietur. Decuratio.

℞. Føl. viol. cucurbitæ, portul. & vrticæ, singul. m. i. sem. 4. frig. ma. & vrticæ, singul. ʒ. ii. florum chamæm. & violarum vtr. p. i. coque in aqua: & in lib. i. colaturæ dissolue diaphœnici, mellis rosari, & oxymellis simpl. singul. ʒ. i. olei nymphææ, ʒ. i. β. fiat clyster supponendus si est astricta aluo. Enema.

Ad sitim compescendam vtere succis omphacij, aut granatorum, aut citrij, aut syrupis qui ex his succis componuntur. Ad sitim remedia.

Ex iisdem syrupis, & stillatitiis aquis incidentibus, & refrigerantibus sæpe commemoratis patentur iulepi in multas doses. Vel ex apozematis præscriptis præparentur humores: Deinde

℞. Cinnamo. ʒ. i. rhab. ʒ. iii. cassiæ recens à canna extractæ, ʒ. i. β. infundantur simul in infusione ros. pallidarum recenti (si vernum tempus) vel in decocto cichorij, calthæ, Potio purgans.

portul. borrag. prunorum & ʒ. i. sem. vrticæ. vel citrij, & flo-
rum cord. expressum detur summo mane. Si vigiliæ vrgent
oconcilietur somnus cum syr. nymph. & papaueris cum tan-
tillo pul. diamarg. frig. & extrinsecus vtere epithematis, vn-
guentis, & conditis præscriptis: lotio pedum ex decocto sa-
licis, vitis, violarum, cucurb. ros. &c. valet.

De vario
nomine.

Σωτήριος, ἢ σωτήρις, ἢ ἀναλυσις, ἢ σωτήριον πόρετος, seu quo-
modocumque nominare libet, à Latinis vocari potest colli-
quans febris, cuius ardore vehementi non solum pingue-
do, verum etiam carnes, ipsamque solidarum partium sub-
stantiam colliquantur: & est de genere malignarum febrium.
Hæc duobus fit modis: vno quum colliquatio sensum fit,
vt in hecticis & marasmode. Altero, quum breuissimo tem-
pore corporis substantia, carnosum genus, pingue & solidum
dissoluitur. Hæc febris omnino est grauissima & periculo-
sa, quia hominem aliquando interimit, priusquam solida cor-
pora liquentur.

Colliquans
febris in
quo à febre
hectica
distat.

Inducit summam maciem vt febris marasmodes. Sed in
eo differunt, quod quæ portio carnis per febres marasmo-
des colliquatur, ea semper vaporis vice digeritur per insen-
silem transpiratum: per febres autem colliquantes humo-
ris biliosi flauī vel fului, graucolentis crassique specie de-
fluit in ventrem.

De causis.

Causa efficiens, aut est externa, aut interna. Externa vt iu-
ges vigiliæ, inædia, mœror, tristitia, curæ graues, aut vsusalicuius
medicamenti toto genere maligni: ex his causis, hæc
febris non est lethalis: quia breui tempore reparari potest.

Interna causa eaque præcipua pendet ex feruido calore
cum qualitate maligna, qui non semper per insensilem trans-
pirationem: sed per manifestam excretionem dissoluit
corpus.

De signis.

Signa, sunt deiectiones alui rufæ, crassæ, fœtidæ, & ali-
quando pinguis, viscidæ, & biliosæ, in quibus spuma inci-
det, quæ feruorem indicat. Nares acuuntur, oculi cauantur,
& reliqua quæ ab Hip. scribuntur lib. i. progn. vnde se-
quitur mors.

Hæc postrema signa si ab initio appareant, nihil tentan-
dum, sed solo prognostico sunt relinquendi, ne diffamen-
tur præsidia quæ multis fuerunt salutis. Contra si ægri ætas,
temperamentum, anni tempus, & vires permittant, ex vno

aut altero malo signo non est desperandum, sed propinare quæ illum effluxum prohibeant & vires conseruent, cibis boni succi, quibus miscenda sunt amuleta quædam iucundi saporis, qualia sunt succus citrij, aurantiorum, limonum, omphacij. Inter herbas cõmendantur caltha, borrago, buglossum, portulaca, & acetosa, quæ colari possunt: hordearum, consumatum, gelatina, succi carniæ eucharum, capi &c.

Duo remedia ab Hip. proponuntur parte 4. lib. victus acutorum, nempe cremorem hordei, & aquam frig. cum syrupo acido cum sacch. & non cum melle parato, si æger est hydropota, aut vehementer sitit.

Si alius est dura & pigra, sollicitanda erit clystere refrigerante, aut si humores in prima corporis regione constituerint, eccoprotico aliquo pharmaco educentur: Et si morbus dederit inducias, & dispersi fuerint humores & crudi, aut obstructions, erunt coquendi, & viæ obstructæ, erunt aperiendæ rad. temperatis, & herbis refrigerantibus hepaticis, cap. de tertiana continua enunciatis. Deinde repurgare si opus fuerit. Inde vtendum conditis & pulueribus cardiacis, epithematibus, vnguentis ibidem descriptis, hypochondriis, & pectori admouendis, quæ refrigerent, humectent, & leniter astringant. Medio tempore eligatur aer frig. & humidus natura, vel arte talis paratus.

Si his remediis febris minui non videtur, ad validiora proponendum. Si quis plura desiderat legat Gal. comment. 4. in lib. Hip. victus acutorum. Pauli Æg. lib. 2. cap. 41. Aëtij lib. 5. cap. 90. Orib. lib. 3. de morborum curatione, ad quos lectorem ablego.

De Febris, ex cruditate, curatione.

Quòs πρῆτος: i. ex cruditate febris. Licet αἴμα: i. crudum *Hæc feb. in quo distat ab Epiala* denotat, & ad varia nomen aptari possit, hoc in loco vsurpatur pro humore crudo & frigido, contento in primis viis, aut in toto corpore. Hæc febris ab Epiala differt non materia, neque loco vbi putret, sed malignitate: ob id periculo non vacat, & maximè si cum inflammatione ventriculi, aut hepatis scaruerit: quia interdum sine horum

viscerum inflammatione originem ducit.

De signis Signa si humor crudus putrescit. In primis viis seu venis sunt, nausea, ructus acidus, crapula, otium, exercitium intempestivum, Venus immoderata, sumpto recens cibo, ventris tormina, frequens borborigmus, atque hypochondrij inflatio: consideranda est antea acta vita.

Signa si à toto corpore fuerit, sunt urinae tenues, aquosae, & leniter tinctae, & diuisa contenta. Color faciei pallidus, lividus, & plumbeus: totius corporis moles subtruncata: pulsus inaequalis, obscurus, parvus, & sensuum hebetudo.

Prognostica. Si hæc febris oriatur ex ventriculi aut hepatis inflammatione, & deiectiones sunt vires, est desperata salutis, præcipue si syncope aut leipopsychia acciderit, mors in propinquo est. Contra si omnia sunt moderata, de remediis sic statuentum.

Ægyptiaca. Imprimis si alvus restitit, præscribendus est clyster ex hiera, catholico, melle rosato, oleo chamæmeli & decocto malvæ, mercurialis, origani, anethi & cæx. Vel paretur sequens

Minorans. ℞. Catholici, ꝑ. i. Infunde in infusione recenti rosarum pallid. per noctem. Expressioni dissolue syrupi de cichorio duplicato rhabarb. ꝑ. i. β. fiat minorans summo mane sumendum.

Veneficatio. Expurgata corporis prima regione, si ægri vires, & ætas consentiant, & urinae solito sunt magis tinctae, & pulsus temperatior, educatur sanguis in parva quantitate ex axillari dextra, & angusto vulnere. Quantitas erit decernenda non ex sanguinis mutatione, aut impuritate, ne plus iusto vires deiciantur, sed potius vires ægri decernendae sunt ex pulsu.

Canon observandus. In usu attenuantium, & incidentium humoris crassitiem: In omnibus quæ intro sumuntur, vel foris admouentur, vitanda sunt quæ nimis calfaciunt, metu febris ne augeatur, & crudiores fiant crudi humores, & vires deiciantur, inde syncope & mors: hæc omnia sunt sic moderanda.

Idiopis. ℞. Syrupi acetati simpl. & de succo endiviæ, vtriusque ꝑ. ii. aquarum cichorij, & absynthij, vtr. ꝑ. vi. fiat idiopis in tres doses. Vel

Apozema. ℞. Rad. graminis, rusci, & asparagi, singul. ꝑ. i. herbarum cichorij,

cichorij, eupatorij, endiuia, & capill. com. & absinthij p. m. i. singul. m. i. origani, & melissa, vtr. m. β. sem. cardui bened. citrij, & anisi, singul. ʒ. ii. florum bugl. & thymi, vtr. p. i. coquantur in aqua fʒ. i. oxymellis simpl. ʒ. iii. fiat apozema clarif. & aromat. cinnamo. in tres vel 4. doses. Deinde purgetur sequenti

℞. Cinnamo. ʒ. i. rhab. optimi, ʒ. iiii. catholici, ʒ. β. castia recens à canna extracta. ʒ. i. infundantur omnia simul in parte vna decocti apozematis per noctem. Expressioni dissolve syrupi rosati sol. cum agarico, ʒ. i. β. fiat potio diluculo sumenda.

*Potio par-
sans.*

A validioribus pharmacis abstinendum : quia ab his necantur ægri, qui iam de morte periclitantur, à qua vix reuocari possunt.

℞. Conser. cort. citrij, ʒ. iii. Mithridatij veteris & probati, aut theriacæ probata, vel aureæ Alexand. ʒ. i. cū sacch. fiat bolus postridie deuorandus horis iii. vel iiii. ante primū pastū.

Bolus.

Friktiones commendat Paul. Æg. lib. 2. cap. 37. vt in synopali febre docuimus pag. 131. autoritate Gal. 12. meth. med. cap. 3. vt his cruditas concoquatur, & humores intercutanei euaporentur. Deinde oleo relaxante illinentur crura, rachitis, brachium, manus. Et si hyems fuerit, oleo chamæmeli, anethi, aut aliis eiusdem facultatis : frictio morbis diuturnis, vinctio acutis est vtilior.

*Defrictio-
ne & vinctio-
ne.*

Omnia impensè calida sunt vitanda, aut aliorum mixtione temperanda. Decumbat æger in molli lecto & in aëre temperato. Somnus quoque & vigilia sint temperata in mediocritate. Victus ad calorem vergat, incidens tamen & attenuas ratione cruditatis, & crassitiei humoris. Utatur in potu ptisana, vel vino oligophoro in pastu tantum, idque in parua quantitate si vires sunt deiectæ. Alius libera esse debet : modo diarrhœa non sequatur, quæ si perseueraret, hominem præcipitaret. Si vires constant, tenui victu vtendum : contra si sunt deiectæ, vberius alendum, vt æger perdurare possit, donec morbus consistat : Aphor. 9. Inter cardiaca simplicia præcipua, sunt corno rhinocerotis, cerui, aut eius cordis, vel bovis, ebur vltum, margaritæ, corallium vtrumque, fragmenta v. lap. pretiosorum, buglossum, vtrumque, melissa, cortex citrij, ex quibus parari poterunt condita, tabellæ, pulueres, epithemata &c.

De victu.

De Peste & Febre Pestilente.

De nomine

Λοιμὸς Græcis, id est, pestis Latinis: λευκῶδης πύρετος: i. pestilens febris; quæ nihil aliud est, quam morbus epidemicus seu popularis, contagiosus, ac venenatus, & vt plurimum lethalis.

Omnes morbi contagiosi, non sunt pestilentes, vt elephantiasis Græcorum, lues venerea, scabies, phthisis, lippitudo & cæt.

Contra, omnis febris pestilens καὶ ἕξοχη contagiosa dicitur: qua sola, differt ab epidemiis, endemiis & dispersis.

Diuisio
morborum
epidemio-
rū à pesti-
lentibus.

Epidemij differunt à dispersis quos Græci ἀποεχθεις nominant malignitate, & à pestilentibus, contagione. Epidemiorum alij sunt simplices, alij pestilentes: Simples licet maligni, non tamen (vt pestilentes) mutua societate homines contaminant: cuiusmodi sunt populares lienteria, dyssenteria, sanguinis eruptiones, tusses, ophthalmia, pleuritides, febres ardentes, & quamplurimi alij de quibus meminit Hip. libris epid. & lib. 3. aphor. & lib. de aëre, aquis & locis, & Gal. suis in hos comment. & alibi. Pestilentium verò morborum alij aliis sunt grauiores, consueti, aut inconsueti. Grauiores sunt febris pestilens, anthrax, bubo: Inter leniores consueti, censentur exanthemata, ecchymata seu papula, & pituitæ eruptiones. Non consueti, vt paraplegia quædam lethalis insueta, & inaudita de qua meminit Hip. lib. 1. epid. in fine secundæ tempestatis textu 59. in Thaso: & sudor Britannicus, & ἐλωδης febris de qua pag. 132. memini, & grauedo anhelosa.

Endemij
morbi qui
dicuntur.

Endemij verò morbi dicuntur, ij, qui quibusdam regionibus sunt familiares: siue vitio aquarum, siue aëris illius prouinciæ accidant: vt hydrocele, in Gallia Narbonensi: phthisis, in Lusitania; struma, in Hispania & Alpinis: pustullæ quædam in noua Hispania Indiæ Occidentalis morbo Neapolitano similes, quibus prope omnes illius prouinciæ afficiuntur, à quibus tamen faciliè curantur vsu ligni Giacini: Bronchocele in Sabaudia, & maximè in ea valle quæ vernacula lingua Valdoste dicitur: Icterus, in Calabria & Apuleia.

Dispersi
morbi qui
dicuntur.

Dispersi seu ἀποεχθεις morbi dicuntur, ii qui sunt aut ex

plethora, aut cacochymia, aut praua victus ratione, aut obstructione. Verbi gratia: vnus pleuritide, alter nephritide, alius phthisi &c. laborat. Omnes hi morbi fiunt ex proprio cuiusque vitio, absque tamen contagione, licet lethales esse possint.

Febris pestilens est de genere continuarum & malignarum, quæ vnica habet accessionem, & ob analogiam quam cum causone ab humore melancholico putrefacto habet, ad eum referri potest. Inditio sunt anthraces qui fiunt à sanguine crasso efferuescente: Idem docent, stigmata nigra, per vniuersum corpus sparsa: sitis inexhausta, incendium maximum circa cor, pulmonem, ventriculum, splenem: Delirium, mania cum studio: difficultas anhelitus, & alia symptomata quæ causonem comitari solent, & tumores præter naturam, qui in his febribus apparere solent.

Si pestis in corpus inciderit, quod iam plethora vel cacochymia vel obstructione laboret, ea simplex non est: sed putridæ febrimimplexa & composita dicetur. Hac permixtione, mixta signa elucent: ob id in hac curanda, quasi mixta medendi ratio est tenenda. De hac plura in signis, nunc de causis agendum.

De causis Pestis effectricibus.

VT Epidemij ab endemiis morbis differunt maligna qualitate: sic pestilentes ab epidemiis differunt venenata & contagiosa qualitate, qua breui tempore homines pereunt aliunde quam in nobis genita, ad differentiam aliorum morborum contagiosorum, qualis est lepra Arabum, seu Elephantiasis Græcorum, lues venerea &c. Causæ omnes effectrices pestilentium morborum ad tres referri possunt, aut ad externas, aut internas, aut occultas.

Causæ externæ sumuntur à sex rebus non naturalibus: nempe ab aëre corrupto ex vaporibus corruptis sursum sublati veluti ex barathris, seu speluncis, lacubus, stagnis, aut cadaveribus ex publica obsidione insepultis. Talis aër inspiciendo attractus non morbos epidemicos tantum: verum etiam si vna cum putredine, inest quædam qualitas venenata (modo adsit corporum dispositio, sine qua non inficiuntur

homines) & contagiosa generatur pestis, quæ multos contactu aut halitu inquinat. Huc pertinent siderum ortus & occasus à quibus fiunt repentinæ temporum mutationes, de quibus meminerunt Hip. lib. 1. & 3. epid. & lib. 3. aphor. & post eum Arist. sect. 1. probl. & Gal. lib. 1. de different. feb. cap. 6. & comment. suis in Hip. & status austrinus.

De potu.

*De alimē-
tis.*

Potus aquæ cœnosæ, aut pluviæ, quum mali labes pender ex aëre vitiat, est insalubris, & febrem pestilentem accersere potest. Sic annuæ caritas cogit homines tenuis fortunæ vesci alimentis pravi succi, quibus vesciebantur Massilienses (obsessi à Iul. Casare lib. 2. de bello civili) nempe leguminibus, exis animalium crudis, felibus, canibus, caræ asinina, & plantis crudis sæpe malignis, hordeo, panico &c. quæ tandem in venenum, & febrem pestilentem degenerarunt.

Siquidem in magna ciborum parsimonia, vitiosus humor irrupit in ventriculum, qui non tantum morbos epidemicos, sed & pestem ipsam. Quandoquidem qui impuro sunt corpore, hanc luem facile suscipiunt: hinc natum proverbium. Μετὰ λιμῶν, ὁ λοιμὸς: 1. ex fame, pestis. Ad hæc lanionum avaritia, huius contagionis sæpe causa fuit, quum boues aut pecudes morbosas & pestiferas pastu herbarum venenatarum aut tetro ac venenato halitu erumpere è visceribus terræ quo inficiuntur, mactant, & in macello plebi distribuunt. In hos, magistratus, & Scabini animaduertere pœna capitali debent. Vacuationes solitæ cuiuscumque sint naturæ, suppressæ, aut immodicè fluentes: vt alui fluxus, urinæ aut sudoris, aut mensium, aut hæmorrhoidarum profusio gravissimorum morborum, & febris pestilentis, non minus quam Venus immoderata, aut intempestiua sunt pestis seminaria: quia in hac fit magna virium iactura, quod maximè perniciosum iudicavit Hip. lib. de nat. humana quin etiam cruditates, & obstructions parit.

*De exercitiis
& reuētis*

*De motu
& quiete.*

Motus corporis violentus, vt equitatio grauis, & succufans mox à pastu in æstote, & regione cal. corruptos & malignos humores qui alioqui tranquilli, & quieti tenebantur, quique à natura domari & excludi poterant, irritat, & quasi in furorem agit, & variè corpus lacessit, & putridas & febres pestilentes procreat.

Ad hæc valida exercitatio per loca impura, aliqua qualitate maligna aut venenata prædita, corpora inquinare potest,

& febrem pestilentem aut epidemicam accersere. Contra quies diuturnior non solum corpus ignauum reddit, verum etiam obstructions & excrementorum prouentum cumulat, quæ omnis generis morborum sunt causæ proximæ. Somnus immoderatus non solum spiritus animales, sed & vitales obscurat, ctudos humores & omnis generis superuacua exaggerat. Contra vigiliæ immoderatae dissipant spiritus, corpus exsiccant, & natium calorem dissoluendo extinguunt: humidum primigenium absorbent, bilem inflammant, concoctionem lædunt, hinc cruditarum prouentus, ex quibus febris pestilens, aut epidemij morbi fiunt.

*De somno
& vigilia.*

Animi perturbationes (excepto gaudio) nemini frugiferae, sed perniciose: vt sollicitudo, curæ graues, mœstus, mœsticia, timor, formido, terror, pavor, ærumna &c. calorem spiritumque reuocant, & cor premunt & strangulant, ita vt aëri pestis lenti resistere non possint. Quod ita sit, quotidie obseruatur in eos qui quæstus causa pestiferis necessaria ministrant etiam si gulæ sint dediti & cacochymi, qui hac lue non facile corripuntur: quia nullis animi pathematis afficiuntur, etiam si multos mori videant: contra ob lucrum lætantur.

Animi pathemata.

Causæ internæ huius febris sæpe, (& non semper) pender ex plethora, aut cacochymia, obstructione, excrementorum suppressione, aut eorum immoderata profusione, nisi pariter adsit maligna, & venenata qualitas, quæ agat in cor, & spiritus vitales, homini aduersissima, siue spontè in nobis generetur, vel extrinsecus inducatur: sine qua pestis esse nequit. Quod ita sit, plurimos videmus boni habitus, & quadratos in quibus putredinis nulla est suspitio, qui contactu aut decubitu, pannorum & stragulorum lecti, aut vestium infectorum, peste corripuntur, etiam post multos menses & annos, autore Alexandro Benedicto lib. abs se edito de peste. Igitur non à sola putredine, quæ teste Arist. cap. 1. lib. 4. meteor. & Gal. est proprij naturalisque caloris in vnoquoque humido existentis ab extraneo calore corruptio: causa putredinis potest esse obstructio, sed sola, pestis, minimè: licet aër conclusus & non diffusus facile putrescat, pestem non accersit, nisi simul & contagio maligna ac venenata qualitas sit copulata.

2. De causis internis

Putredo quid.

Huic febri propensi sunt homines sanguinei quia sunt temperamento calido & humido, potius quam melancholici.

Qui propensi

frigido & sicco temperamento, & quia sanguis cæteris humoribus præpoller, in quantitate, & qui cute sunt rara, & laxa, & qui incolunt loca maritima calida & humida, austro subiecta, aut tetrivaporibus obnoxia, & qui imbecillo & effœminato sunt corpore ac cacochymo, & qui nimis vtuntur coitu, aut balneo intempestiuo. Corporum laxitas, & obstructio interna, ad pestem præparat.

*Tertiatan-
sa pestis est
occulta.* Causæ occultæ à peritioribus medicis non sunt satis perspectæ, & qui inde creantur morbi cæci & occulti illis dicuntur, quod à causa occulta & admirabili, nec villo sensu comprehensa proueniunt.

*Pestis mor-
talibus ver-
bere in
diuina ac-
cidere pro-
batur.* Quicquid enim summum ac extra omnem humanæ cogitationis atque ingenij aleam positum, id veteres diuinum appellarunt, inter quos fuit medicorum coriphæus Hip. Vnde diuinos quosdam homines, diuinos quoque morbos quosdam, quorum esset vis admitanda, nec nobis satis perspecta merito dixerunt. Diuinitus enim immitti morbos, non ethnicorum solum monumentis, sed etiam sacrarum literarum assertione constat. Lib. Exodi cap. 5. versu 3. sic loquitur Moses: Sacrificemus Deo nostro, ne forte accidat nobis pestis: & cap. 9. versu 15. Nunc extendens manum meam (ait Pharaoni Deus) percutiam te, & populum tuum peste, & peribis de terra. Et Leuitici cap. 26. versu 25. Quum fugeritis in vrbes mittam pestilentiam in medio vestri. Et Numeri cap. 14. versu 12. Feriam eos pestilentia atque consumam. Et Deuteronomio cap. 28. versu 21. & 27. Transgredientibus mandata Dei, adiunget illis pestilentiam Dominus, donec consumat eos de terra, ad quam ingredientur. Et paulo post: Percutiet te Dominus vlcere Ægypti, & partem corporis per quam stercorea egeruntur, scabie quoque & prurigne, ita vt curari nequeas. Et cap. vltimo versu 15. lib. 2. Regum Davidis historia probatur.

Et inter ethnicos Homerus Poëtarum Græcorum coriphæus Iliados 2, ait Chrysa precatione ad Apollinem, ob negatam illi ab Agamemnone filiam grauissimam pestem in agmina Danaum immisisse, quæ vniuersam feram Danaum generem iumenta que nouem dierum spatio confecit ac perdidit: restituta que tandem Chrysa filia, mactatisque victimis, restincta quoque fuit pestis. Hæc à me scripta sunt tantum vt ostenderem pestem, & quamplurimos alios morbos mortali-

bus accidere, vt Deus hominum scelera vlcisceretur, & causam pestis esse abditam, contra Astrologorum doctrinam, qui huius causam referunt ad siderum influxum, quorum opinionem pro virili mea parte conuellere nitar, & meam fulcire ratione, experientia, auctoritate Philosophorum, & historiis. Veruntamen priusquam vltra progrediar operapretium duxi præcipuas eorum rationes & auctoritates in medium proferre quibus suam fulciunt opinionem. Horum prima referitur ad siderum influxum, quoties Saturnus & Mars inter se congregiuntur, qui tanquam contrarij hostiles, dura contagione corpora nostra afficiunt: quod vnus sit frigidus, & alter siccus. Alteram opinionem fulciunt auctoritatibus Hip. scribentis lib. 1. progn. esse aliquod diuinum in morbis: necnon Auicennæ fen. 1. quarti tract. 4. cap. 1. & fen. 2. primi cap. 8. & primo Canticorum textu 104. & Guidonis Cauliacensis, qui conceptis verbis lib. de tumoribus pest. cap. 5. asserit anno à Christo nato 1345. sub Clementis vi. pontificatu quandam pestem (quæ ab oriente duxerat originem, & ad occidentem perueniens) aded crudelem, vt hominum vix quarta pars incolumis superstes remansit spatio septem mensium: Referens causam ad congressum Saturni, Iouis, & Martis 24. mensis Martij in 14. gradu aquarij. Hæ sunt Astrologorum præcipuæ rationes, & auctoritates quibus suam fulciunt opinionem. Nunc videndum si sunt firmæ & inexpugnabiles.

Prima eorum ratio facile conuellit ab experientia. Nam si pestis mortalibus accideret quia hæc duo sidera sunt frigida & sicca: homines qui sunt eiusdem temperamenti, quales sunt melancholici soli, facile corripentur, quorum cutis & totum corpus est densum. *Confutatio prima.*

Eadem experientia contrarium docet, homines sanguineos huic labi esse propensiores, duplici ratione. Vna, quia sunt calidi & humidi & cute rara & laxa, qua facile lucem vndeque proueniat suscipiunt.

Altera, sanguis exuperat quantitate, & sua qualitate manifesta à calore extraneo facile corrumpitur, ex corruptione, sæpe pestis modo adsit (præter corruptionem) venenata quædam qualitas.

Si pestis ex influxu syderum mortalibus accideret, cur quæso homines illius prouinciæ æque non polluantur? respondent Astrologi, quia in omnibus hominibus non est eadem *Confutatio secunda.*

dispositio, sine qua influxus, est inanis. Admitto tale responsum: igitur causa pestis referenda est ad corporum dispositionem, & non ad siderum congressum.

*Opiniones
Philosoph.*

Nunc quid sentiant (super hac re) Philosophi & eorum sequaces, videamus Mercurius Trismegistus qui in ciuitate Cariatsephet publicè docebat paulo post Mosis obitum in Asclepiade (docet voluntatem Dei veluti in Pimandro potestatem & sapientiam Dei) ait cælum & astrorum influxum esse principium rerum creatarum: si vera loquitur quomodo mortalibus interneccionem inferent?

Plato in Epinomide pag. 981. litera D. & E. versionis Ser-rani, & sequenti pag. A. B. C. D. E. ait astra esse quoddam genus absque pernicie, sempiternaque corpora ab omni contagio alienissima. Et paulo post ait Astrorum naturam esse visu pulcherrimam, progressu & chorea optima vctem quæ cunctis animalibus commoda præbet. Si ergo Astrorum natura est, vt aspectu suo pulcherrima sint, incessu, ordine, ac motu (quam Plato choream vocat) decentissima, coque incessu ac motu suo ordinatissimo commoda, hoc est bona, cunctis animalibus præbeant, nempe generandi vim, seseque tuendi alimentorum ope, quæ fotu suo ac beneficio vitalique calore astra è terra ad animalium alimoniam proferunt: quomodo sit tanta bona (vt hoc loco sentit Plato) ab astris proueniant, contagio vlla animantibus manare poterit?

Nulla enim effatrix causa, contraria per se vnquam efficere potest, omnium Philosophorum testimonio. Et pag. 986. litera, A. B. sub persona Athenæi eiusdem dialogi, cælorum virtutes recensens, Solis, Lunæ, ac quinque reliquorum planetarum ac stellarum omnium potestatem atque naturam admirans, sorores omnes appellat, & nefas cuiquam esse putat, existimare horum siderum alia esse legitima, & alia illegitima: taliaque, qualia nefas & pronuntiare. Quod si nullum sidus (vt hic Plato sanctissimè censet) malum est, quomodo mala in hæc inferiora vi sua plane benefica, ac salutari immitterent?

Chalcidius in Timæo Platonis conceptis verbis, ait nullum malum à stellis oriri, & nullas maleficas esse, quia sapientia cælestis sunt plenæ. Quod si aliqua essent malignæ aut maleficæ, à propria natura degenerarent, quod fieri non potest, omnium Philosophorum consensu. Quod enim vniusmodi

modi est, à seipso degenerare minimè potest.

Huic opinioni subscribit Proclus lib. de anima & dæmone cap. 37. pariter Iamblichus lib. de mysteriis Ægyptiorum cap. 8. & Aristoteles lib. 1. de cælo, & Auerroës comment. 19. & 22. ostendens à cælo & astris malum in hæc inferiora delabi minimè posse. Denuo Aristoteles 9. Metaphysices cap. 10. Auerroës quoque negant congressum Saturni & Martis pestem mortalibus inferre posse, quia sunt corpora pura, simplicia, & sine materia, & qui aliter sentiunt, eos ab omni Philosophia esse alienos contendunt. Has rationes æqui bonique consulant lectores quibus iudicium esto. Prudens relinquo quæ Pica Mirand. Marsilius Ficinus: D. Augustinus, lib. de ciuitate Dei scripserunt. Nihil certe Astrologiæ superstitione, ac vanitate contemptius esse iudico.

Nunc tempestiuum est respondere autoritatibus medicorum Hip. & Auicen. quibus nituntur suas fulcire opiniones.

Hip. fatetur quidem in morbis aliquod diuinum subesse (diuersum à siderum influxu aut congressu, vt somniarunt Astrologi) quod respondet elemēto stellarum, quod est sup. 4. elementorum ordinē & vires, quodque vix vlla mentis acie comprehenditur: vt interpretatur Aristoteles lib. 2. de generatione animalium cap. 3. neque in hoc morbo quicquam aliis morbis diuinius agnouit Hip. lib. *Ἐπισημῶν νόσων*. Consideranda sunt (inquit) ambo æquinoctia, & solstitia: siderum ortum, & occasum, & non eorum influxum, aut congressum, vt Caniculæ, Pleiadum, Arcturi & temporum ac tempestatum mutationes, loca, & regiones, vt libro 3. aphorismorum. & lib. 1. & 3. epid. & lib. de aëre, aquis, & locis. Hanc doctrinam est sequutus Gal. comment. suis in hos libros, & Ptolomæus astrologorum princeps lib. 1. apotelesmatum aphor. 15. qui fatetur sidera suo occasu vim quandam rebus subditis inferre. Sub solis occasum aërem crassescere, perfrigerari & tenebras nobis offundi cernimus.

*Elementæ
Stellarum
quid.
Ex Aristotele.*

Sic Pleiadum occasu, magnas in aëre fieri mutationes, tempestates, aquilonaresque ventos insurgere certum est. Cane occidente atque in arcturo oriri tempestates antiqui obseruauerunt: & Columella non parum versatus in astrologia & rei herbariæ peritus lib. 11. cap. 2. Aëtius lib. 5. cap. 94. & 95. Paulus Æg. lib. 2. cap. 36. & maior Neotericorum pars sunt eiusdem sententiæ: quibus assentiri malim quam deli-

rantibus astrologis qui pestis causam referunt ad Planetarum Saturni & Martis congressum. Non eo inficias pestis semina-ria esse adedè occulta, vt non nisi ab euentibus & effectis de-prehendi possunt.

Quæsi inopinatè homines ferunt, id non ex siderum in-fluxu, sed potius ex aëris inquinamento, cacochymia, cor-porum dispositione, aut ab aliis causis in nobis genitis vt di-ximus 140.

- Hæc assertio 4. sequentibus historiis probari potest ab au-toribus fide dignis mutuatis. Thucydides lib. 2. suæ historix cap. 8. inquit, in Æthiopia magna pestilentia per Nilum in Ægyptum & Libyam debacchata est, ac inde etiam per ostia Nili, & mare internum ad Pyreum vsque & superiorem Py-reo urbem Athenas, atque adeo Atticam regionem totam penetravit. An ex siderum congressu? minime. Sed potius à ventis contrariis qui hanc luem in aëre contentam, procul transtulerunt. Polydorus Virgilius in suis Chronicis Angli-cis refert nouum genus & inauditum pestis, tam sæuum ac-cidisse anno salutis humanæ 1486. quæ spatio annorum ali-quot Angliam propè vniuersam depopulata est, vt ex centum hominibus, vix vnus incolumis euasit. Hæc vltro sæuiens Germaniam ferè totam occupauit. Tandem post aliquot an-nos eadem contagio in Galliam irrepfit. An ex siderum con-gressu acciderit, nemo sanæ mentis asserere audebit. Si Ethni-cus, ad aërè vitiatū impulsus per vêtos cōtrarios; si Christia-nus ad verber iræ diuinæ vlciscentis hominū scelera, referet.

- Aliud nouum genus pestis ex eadem Anglia anno Domi-ni 1528. in Galliam irrepfit, quam *uid potius pestis*: 1. sudorificam appellarunt. Galli vero sua vernacula lingua *Suette*, à co-piosis sudoribus nominarunt, quæ multos quosque fortes & non debiles homines immoderatis sudoribus breui tempo-re de medio sustulit, cui auxilia humana inutilia erant. An ex siderum influxu, aut congressu? non. Sed potius crediderim à materia crassa, maligna & venenata. In aëre retenta, impulsa à ventis contrariis: quæ ob eius crassitiem non nisi longo tem-poris interuallo dissipari potuit. An non erit Hip. vera sen-tentia, scribentis aliquod diuinum, i. occultum in morbis esse, de quibus nihil certo pronuntiare possunt medici? Sic sentiendum de ea cuius meminit Guido Caul. loco citato. Com-pertum est aliam pestem incidere, quæ solos boues, aliam quæ

sues, aut quæ oues, aliam quæ gallinas, aliam quæ homines interimat, vt pulchrè à Virgilio 3. Georg. est descriptum paulo ante finem.

Tempore pestis multos videmus feбри continua, tertiana, quotidiana, quartana corripī, quæ à viciosis ac putridis humoribus fiunt, qui tamen peste non corripīuntur. Alios, quos optimè sanos iudicamus, qui ea polluuntur: alios qui occurſu multorum pestiferorum nihil patiuntur etiam absque remediōrum vsu; quamuis eorum corpora disposita videantur. Ex his concludo causam pestis hominibus esse ignotam, & ad verber iræ diuinæ potius referendam, quam ad congressum siderum. *Conclusio assertiois.*

Signorum pestis, alia sunt quæ imminentem, alia quæ præsentem demonstrent. Imminentis, alia sumuntur è sublimi, id est, à vaporibus malignis ac venenatis per aërem diffusis, qui totius substantiæ proprietate nobis sunt infensī: alia à causa in nobis genita, qualis est corporum dispositio, sine qua non inficimur. *Signa si ab aere.*

Signa imminentis sunt cometæ qui ad Orientem & non ad Occidentem vergunt. At stellæ ignitæ per aërem volitantes & alia meteora ignita non futuram pestem vt voluit Auic. fen. 1. quarti tract. 4. cap. 2 & 3. sed calorem insignem à materia calida plurima in aëre sine maligna alia qualitate, autore Arist. lib. 1. meteororum cap. 7. canicula si cum circio oriatur, caliginosam pestem prænuntiat, autore Cicero lib. de diuinat. Aër vitari potest à variis causis superius enunciatis, necnon à ventis australibus: aut quoties anni tempora suam non seruant naturam, veluti si in vno die modo calor, modo frigus fit, & repentinæ mutationes, ex his corpora sensim disponuntur ad futuram pestem autore Hip. sect. 3. aphor. & lib. 3. epidem. Si auster aut subsolanus diu perseuerant, aut aër diutius quam par est nebulosus, caliginosus aut opacus, sine pluuia appareat, signum est futuræ pestis. Si veris & æstatis constitutio est autumno similis, pestis est expectanda, & maxime si aër est mali odoris. *Alia signa futura pestis.*

Signum futuræ pestis si à visceribus terræ scaturit cognoscitur ex multitudine insectorum. Quoties in terra generatur teter vapor & malignus, qui præ crassitie à sole non eleuatur, armenta & pecudum genus inficiuntur & non homines, inde insectorum varia genera præter ordinem: vt pulices, *Signa si à terra veniunt.*

*Signa em-
pirica.*

1.
2.

cimices, locustæ, ranæ, mures, muscæ varix; & reliqua quæ in terra viuunt, vt talpæ, glyres, buprestes &c. quoties latibula relinquunt, futuræ pestis sunt nuntia. Sunt qui pro comper-
to habent, pestis futuræ, quoties araneas in galla viridi non perforatæ repertus, ea rupta si currit, pestilentiæ futuræ esse signum. Alij subdio panem recentem exponunt, an id vitium ex aère sit, an ex terra: hæc signa, quamuis parui sunt momenti, non sunt tamen contemnenda, quia sæpe magnarum calamitatum sunt indicia, vt refert Plutarchus dialogo de defectu oraculorum.

Morbi dispersi & Epidemij qui fiunt sine vlla maligna & venenata qualitate, sed tantum ex putri materia in nobis genita si frequentes fuerint, sunt futuræ pestis nuntij: vt febres putridæ, alui profluvia, ophthalmiæ, variolæ & puerorum morbilli, pustulæ, exanthemata, ecchymata, vtraque plethora, obstructio, cutis raritas, excrementorum fætor &c. Si quis plura desiderat, legat quæ scripserunt Gal. cap. 1. lib. 1. de cibis boni & mali succi: & cap. 1. & 4. lib. 3. de præfag. è pulsibus, & cap. 8. lib. de inæquali intemp. & comment. in aphor. 48. sect. 4. Hip. & aphor. 57. sect. 3. & in lib. 3. epid. sect. 1. textu 29. & lib. 6. epid. & lib. 9. de simpl. cap. de terra Samia, & ca. 4. lib. de atra bile.

*De signis
quæ pestem
præsentem
denotant.*

Signa quæ pestem præsentem denotant, præcipua sumuntur à caloris motus modo, qui est mali moris, à pulsu aut vrinis: siue qualitas venenata & contagiosa agat in spiritibus, siue in humoribus, siue in cordis substantiam.

*Pestis com-
posita signa*

Calor licet primo occurso in tactu mitis appareat, interiora tamen vruntur, vt in lipyriis. Ab initio febricula esse videtur: ita vt ægri facillè stant nec decumbunt, & si vigilant, nullo loco stare possunt: interdum adest cardialgia, quoties stomachus afficitur: Cibi fastidium, nausea, aut vomitus, quum ventriculus: spirandi difficultas, quum pulmones: somnus profundus, quum tetri vapores in caput feruntur: respiratio fit magna, si diaphragma est occupatum: si hypochondria sunt ten-
ta, hepar aut lien afficiuntur. Sitis si est vehemens & lingua scabra & ardens, indicant febrem continuam esse copulatam: Si delirium acciderit, cerebrum aut diaphragma, affici est necesse.

*Signa le-
thalis*

Signa perniciofa, sunt anhelitus & excrementorum fætor, vomitus, alui fluxus spumofus, pinguis, multa bile tinctus:

sudor frigidus, syncope, conuulsio, anthrax, bubo, exanthemata, ecthymata, liuida, aut nigra. Ab initio si appareant, & vires sunt deiectæ, æger versatur in magno vitæ discrimine. Si in augmento, venter distenditur, veluti in tympanite, indicium est, calorem insitum esse debilem non resoluentem flatum.

In pulsuum dignotione, requiritur magna medici solertia. Medicus quum accersitur, debet considerare ægri ætatem, temperamentum, sexum, anni tempus, cœli statum, vitæ genus & morbi tempora, & ægri vires, secus sæpe cæspitabit, & si febris fuerit simplex, aut cum putrida copulata. Si simplex ac solitaria, pulsus ab initio est paruus; in augmento, velox: In statu frequens & vndosus. Si continuus est copulata, seruabit typum eius à qua duxerit originem cum paruitate: quia cor à venenata qualitate afficitur, & sistole est maior diastole, autore Gal. lib. 3. de præfag. ex pulsibus, & lib. de cibis boni & mali succi, & alibi vt diximus.

*Quum accersitur
8. sunt consideranda.*

De pulsu.

Vrinæ in pestiferis sunt variæ pro temporum diuersitate, & materiæ in qua agit venenum. Nam si simplex fuerit, circa initium à sanis non erunt dissimiles: quia tunc temporis venenum adhuc stat in corde, & arteriis, & nondum in hepate, neque in venis, quarum sunt serum: pariter si materia agat in spiritibus. At si copulata pestis fuerit febris putridæ, aut bubo iam appareat in inguine, tunc turbantur & nigricant, alias sunt biliosæ: quia lues iam irrepit in hepar & venas.

De vrinis.

Si contagio agit in spiritus vitales, fiet Ephemera pestilens: non à putredine, ad quam requiritur humiditas: at spiritus sunt tenues, calidi & sicci, & impuritatis expertes. Statuendum igitur pestilens venenum eos tantum alterare & calfacere: vnde cordis calidum innatum redditur igneum, quæque faciliè in febrem putridâ aut hecticam degenerat. Quum lues diffunditur per arterias in corpus vniuersum, vires debilitantur, & pulsus fit paruus, celer & frequens. Quia calor non est mordax, nec sitis vehemens, ideo laborantes se febri re negant, vt credunt.

Signa si in spiritibus agit venenum.

Interea sæpe animi defectio & syncope (viribus scilicet à veneno exolutis) corripiuntur: alias vomitione assidua, aut vigiliis: alias iactatione corporis, viriumque prostratione ægri vexantur, & sine sensu doloris plerumque inopinatè rapiuntur.

Signa si in humoribus

Quum mali labe in humores iam putridos agit, vrinæ perturbantur & confusæ apparent, sed substantia, colore, & sedimento laudabiles. Anthrax & bubo si appareant, naturam nondum victam esse, & cordis robur denuntiant. Capitis dolor, & delirium, & sitis, quæ ægrum diuexant, potius ex diaphragmatis inflammatione & ex humoribus putridis permixtis, quam ex pestilenti labe contingit: Tunc pulsus fit languidior & vires pessundant.

Signa si venenum agit in cordis substantiam.

Si febris pestilens, hecticæ copulata fuerit (licet raro) omnes moriuntur, non ratione siccitatis febris hecticæ, sed ratione venenatæ qualitatis eam comitantis. Vrinæ pariter ab initio à sanis parùm dissimiles: quia morbus non est in hepate neque in venis, sed in cordis substantiam solidam. Pulsus etiam est durus, ratione hecticæ, & debilis ratione venenatæ qualitatis, qua vires collabuntur.

Signa si ab aëre fuerit, an à terra.

Si pestis scaturit ab aëre vitiatò, aut à terra: si ab aëre, aues nidos, oua & pullos relinquunt, aut volantes mortuæ cadunt, & quæ in montibus degunt grauius afficiuntur ijs quæ in vallibus. Si à terra, armenta & pecudum omne genus afficitur vt diximus, & non aues neque homines. Hæc signa in omnibus non apparent: quia hæc febris est versipellis. In nonnullis multa, in aliis pauca: & licet omnia sint certa, variant tamen pro cœli statu, & ægrorum dispositione, & contagionis magnitudine: ob id maximè non est fidendum.

Προγνώσις.

Nulla est febris in qua prognostica sint magis ambigua, quam in hac seu salutis seu mortis vt Hip. scriptum reliquit aphor. 19. sect. 2. *Ἡ δὲ οὐκ εἰς ἰσοημερίαν ἢ πρῶτον ἀσφαλές αἰ τῶν ἀγροπεισίων ἢ πρὸς τὴν θανάτην, ἢ πρὸς τὴν ὑγίαιναν*: 1. In morbis acutis non omnino certæ sunt mortis aut salutis prædictiones.

Quando quidem alij 4. die, alij citius, alij tardius moriuntur, pro cuiusque ægri viribus, temperie, cacochymia, aut plethora vtraque, victus genere, aëris corruptela, & remedium vsu idoneo, vel neglecto in sumendis, faciendis, educendis & admouendis.

Signa pro spei vale eudæmonis.

Si è sublimi oritur, veluti ex aëris impuritate, & corporum dispositione, pauci euadunt, & omnium febrium hæc est pessima: quia proprium morborum venenatorum est agere in cor fontem vitæ: multa Hip. lib. 1. & 2. præfagiorum. Signa salutis sunt, quando æger facillè spirat, & facillè sustinet morbum, si dolor, quem percipiebat, leuatur, si facillè sreat, si cor-

pus æqualiter est calidum & molle, si mediocriter sitit, si urina toto morbi decursu à sanis parum deflectit, si eius contenta subsident, eaque alba, lænia & æqualia fuerint: si alui sedimina parum aut nihil fœtent, si anhelitus non fœtet, si placidè dormit, si benè se habet ad oblata, si exanthemata sunt rubra, si sudor est spontinus; isque vniuersus: talis sudor pestiferis febribus est præsentaneum remedium autore Celso, lib. 3. cap. 7.

Contraria his si acciderint, mortem denuntiant. Si pestis ephemeræ aut putridæ continuæ, aut hecticæ, aut phthisi superuenerit, scias taliter affectos esse deploratæ salutis, & solo prognostico esse relinquendos ne diffamentur remedia quæ multis fuerunt saluti. Gal. Vel vt monet Celsus præmissis prognostico parentibus (ne desperent ægri) aliqua cardiaca, & clysteres benigni sunt præscribendi. Pulsus debilis, intercisus cum syncope, est lethalis. Frigus partium extremarum cum incendio, partium interiorum, & siti indicibili, & frequenti vomitu, mortem portendunt: pariter sudor frigidus, guttatim erumpens in fronte, facie, & collo: & conuulsio sunt mali ominis. Alia signa lethalia ex lib. 1. prognost. Hip. sunt petenda.

Signa aduersa valetudinis.

De curatione prophylactica Febris pestilentis.

Curatio huius febris prophylactica versatur circa vniuersalia, & particularia. Vniuersalis pertinet ad Magistratum, Consules, Scabinos & ciuitatis primores, qui omnium consensu Ædiles plebeios creabunt spectatæ virtutis, quibus hoc negotium committeretur.

Curatio prophylactica pertinet ad magistratū

Imprimis domus pestiferorum, non in ciuitate, sed extra pomeria, in loco edito, & aëre libero constructa sit, dissita à viis publicis, prope aquam currentem, vt eorum ministris liceat emundare lintecola, ne lues à ventis oppositis prætereuntes inficere possit: sintque in ea plures ædiculæ ab inuicem septis muralibus separatæ.

De domo pestiferorū

Ædiles eligantur qui portarum ciuitatis curam habebunt: ne cuius vrbs aditus concedatur, sciantque distinguere Ecclesiasticos, Nobiles notos, ab ignotis extraneis & tenuis fortunæ: quoniam illi in imminente periculo sui curam habere

De portarū custodijs

solent: hi verò non admittantur in urbem nisi cum schedula aut chirographo propinquieris urbis vnde venerint, ne lucem perniciosam ciuitati inducant.

*De officio
centurionū
ac adilum.*

Quinetiam edicto publico sancitum sit singulis centurionibus ac decadibus referre ædilibus, & hi magistratibus & medicis prius electis numerum ægrotantium, vt ab initio prouideatur, priusquam longius serpat. Si morbus non est contagiosus, accersant ægri quem voluerint medicum, cuius consilio vtentur. Contra si est contagiosus & æger fuerit diues, ab eo percunctandū, an velit domi manere, vel ruri proficisci. Si domi cum ministris, admonendus ne quisquam ministrorum à domo exeat, quibus, suis sumptibus parentes necessaria suppeditabunt. Si pauper, relegendus in domum publicam extra mœnia constructam, cui ærario publico, quæ ad victum & remedia pertinebunt, suppeditabuntur.

Ex vno aut altero pestifero plebi effutiendum non censeo, sed magistratui tantum & medico electo, quibus pro salute reipub. mentiri licet ex Hip. iurisiurando & Platone 3. de republ. pag. 389. ob commercium publicum, quo cessante respub. breui tempore corrui. Interea ciuitati & ægris prouidebitur.

Sic bis terque fœlix erit respub. quæ gubernatur à Philosophis, vel in qua ciues philosophantur. Sic principiis obstandum, ne sero medicina paretur: quum mala per longas inualuere moras.

Eodem edicto, cautum sit lanionibus, piscatoribus & hortulanis, ne quid populo venæant, quin prius singula à peritis in arte sint explorata, ne illi in macello carnes morbosorum animalium exhibeant, à malignis vaporibus ex terra erumpentibus, infectorum dum herbas depascuntur: ne etiam piscatores venales pisces semimortuos, ex aqua putrida, exhibeant. Hi verò hortulani ne fruges in hortis stercoreis, aut prope aquas putridas educatas populo iam famelico distribuant.

Eodem edicto ædiles dabunt operam, vt quisque publicas vias & domos priuatas, ab omni inquinamento defæcatis teneat, & fimum extra pomeria deferat: quinetiam cloacæ & aquæ ductus mudentur.

Nundinæ, choreæ & hominum turba quælibet interdican-
tur: feles, canes, porci & hirci (contra vulgi opinionem) ar-
ceantur:

ceantur. Non solum hæc sunt in ciuitate obseruanda, sed pagatim: ob id agricolæ in singulos animaduertant, & suis ædilibus suos ægrotos denuncient, vt pro necessitate occurratur, ad aliorum conseruationem: quoniam interdum agricolæ prius quam vrbanus: alias vrbanus & frequentius quam agricolæ inficiuntur.

Qui publico edicto non obtemperauerit, ab vrbe cum tota familia expellatur si vrbanus: vel denegatur vrbis ingressus, si agricola.

Eodem edicto & regio, venefici capitali pœna puniantur, qui diuitum ianuas & seras illinunt sanie vlcerum pestiferorum, vt tandem eorum domos sic inquinatas spoliant. *In veneficos.*

De tempore statuendo ijs qui incolumes euaserunt, eorumque ministris, & iis qui semel aut bis visitauerint, idem esse non debet, his domi se continere 14. aut ad summum 20. dies sufficet. *De tempore statuendo quo pestiferi incolumes in ciuitatem*

Qui si in hanc contagionem sunt dispositi, ea ante id tempus apparebit. Contra, si non sunt dispositi, ea parua cum sit maturius dissoluetur. Alij autem qui incolumes euaserunt, 40. aut ad summum 60. dies sufficent, modo aërem & vestimenta priora mutant, & corpus lauent aqua pura, tepida cum pauco aceti. Medio tempore domus eorum apertis fenestris mane & vesperi suffiatur, & culcitæ, matræ, stragula, vestes pellicæ comburantur, quæ vsui fuerunt pestifero: quoniam diu labem seruant, etiam per multos menses aëri peruiosa, vt refert accidisse Venetijs Alexander Benedictus lib. de peste cap. 3. Alieno periculo quisque cautior esse debet. Lapides & omnia metalla, ob eorum densitatem contagium non retinent: ob id ab homine pestifero nummos contractanti (dummodo aliqua crassitie non fuerint inquinati) accepisse, nihil periculi est. *admitti debeant.*

Præter ædiles, magistratus eligat aliquem sacerdotem religiosum, qui animarum pestiferorum curam habeat, & doctum ac expertum chirurgum, & pharmacopœum, qui corporum curam suscipiant: ea cautione vt si quis eorū ea lue moriatur (præter stipendia concessa) annua pensio ex ærario publico detur, qua vxores & liberi viuere possint. Si mares fuerint artem ediscant: si puellæ, nubant eodem ærario publico. Sic non vtentur præcone, doctosque & non ignaros habebunt chirurgos. Hac charitate Christiana in proximum

exercitata Deus optimus max. auertet pestem à nobis, & ciuitatem beabit: vt fecisse legimus Niniuitis, qui hortatu Ionæ Prophetæ resipuerunt, & Regi Ezechiaë ca. 20. lib. 4. Regum, & cap. 38. Prophetiæ Isaias. Iam de particulari præcautione.

*De priuata
cautione.*

Particularis pestis præcautio speciatim vnumquemque respicit, & causarum effectricum cognitionem, pro quarum diuersitate, varianda esse remedia. Imprimis pacandus est Deus ieiunio, oratione, & eleemosynis, vt fecisse legitur populus Israëlitanus suafu Reginæ Esther. Neque spernenda sunt humana auxilia à Deo creata ad hominū vtilitatem: Eccl. c. 38.

*Si ab aëre
quid agendum.*

Si aër est corruptus ex multis cadaueribus infepultis, sepe liantur vel comburantur. Si à vaporibus putridis sursum eleuatis, per vrbs compita rogis accensis emendetur, vt legitur fecisse Acron Agrigentinus celebris medicus antiquior Hip. autore Suida, qui hac arte Athenas à peste liberauit.

Simili modo Hip. easdem Athenas & totam Atticam regionem incolumem seruauit: In cuius gratiam auream coronam mille aureorū Athenienses in Templo Æsculapij obtulerunt.

Vel rogorum loco, laxentur tormenta bellica, vt sic commotus aër, contagio quæ in eo retinetur, longius propellatur.

Si aër est vitiatu à vaporibus malignis diu inclusis in aliquo barathro recens aperto, statim repleatur, exemplo Empedoclis qui hac industria Græciam à peste liberauit.

Qui prope paludem aut stagnum putrem habitant, si pestis eis acciderit, & illis discedendi datur facultas, quamprimum aerem salubriorem eligant ne ab eo inficiantur, nec repetant lares, donec omnis contragio euanuerit. Alij verò vtantur sequētibus. Si causa è sublimi fuerit, valles quærāt: cōtra si à terra, mōtes incolant. Si ob negotia publica aut priuata, homines cogūtur domi manere, præter victū instituendū, vtātur sequentibus. Si pestis prouenerit à causa in nobis genita, de qua memini, à contrario occurrendum: nempe si à plethora, sanguinis missione: si à cacochymia, purgatione: si ab obstructione, aperientibus: si à mensibus aut hæmorrhoidibus suppressis, prouocatione: si ab iisdem immodicè fluentibus, astrictione: sic de cæteris causis sentiendum. Quinetiam considerandum, num pestis sit solitaria, an copulata febre continuæ; & anni tempus, quoniam vnum remediū omnibus pestiferis accommodari nequit. Nunc de regimine priuatorum.

*De aëre
eligendo.*

Qui ruri multas habent domos, seligant eam fenestratam

versus Septentrionem aut Orientem, nisi eo mali labes venerit: In aëre libero situm procul à stagnis, lacubus, aut aquis putridis, à quibus maligni, & venenati vapores sursum eleuantur qui homines dispositos facile inquinant contaminantque.

Alij verò fugiant aërem pluuiosum, caliginosum, & opacum, ingens frigus, æstus, & somnum meridianum, ventum australem, aut alium (quisquis fuerit) qui in oras nostras lues deferat: Venerem, motum violentum tum animi, tum corporis, crapulam, temulentiam, famem & omnia pathemata gaudio excepto.

Fugienda.

Confidentes vt plurimum seruantur: contra meticulosi facile corripuntur: choreæ à pastu plurimum aduersantur.

Prosequenda.

Animus à curis grauibus immunis esse debet: contra, risus, cantus musica, cithara, & colloquia faceta plurimum iuuant.

A domo non exeundum, priusquam sol aërem à vaporibus terrenis repurgauerit. Præter rogos circa muros, & compitatum factos, in ea parte venti qua lues defertur: priuatim quisque mane & vesperi domum suffiat. Si sit hiems iunipero, lauro, pinu, lauendula, styrace, benioino, thure, aubus cypreis post describendis. Si sit æstas silicibus candentibus in aceto demersis. Vel santalo, in id parato: corticibus pomorum. Ardor æstatis temperetur ramis virentibus quercus, populi, myrthi, arundinis, salicis, fraxini, vlni, vitium, palmæ &c. Vel pauimentum domus aqua rosacea, vel frigida sæpe irroretur. Humi sternentur folia cucurbitæ, vel flores violarum, rosarum, nymphææ, calthæ &c. A domo arcendi sunt vt dixi feles, canes, ne aliunde contragem accersant, & sic domesticos inficiant. Exercitatio sanitatis est velsci citra saturitatem, Hip. sect. 4. lib. 6. epid. & vt paucis expediam cum eodem Hip. sect. 6. lib. 6. epid. labor, cibus, potus, quies, somnus, vigilia, Venus, omnia mediocria sunt. Somnus sit nocturnus, aut matutinus assuetis, & non meridianus. Aluus libera esse debet. Solitæ vacationes, vt mensium, hæmorrhoidarum (quæ itatis temporibus fluunt) non sunt sistendæ: neque vlcera si quæ sunt in corpore, ad cicatricem non sunt perducenda. Contra, si nulla, popliti vel humero escharotica admota, iuuant. Si per urbem est eundum, naribus offerantur ferra florum boni odoris: vel malum citrium, vel auran-

De suffici.

cium caryophyllis infixis, si sit æstas, & habere in ore trochiscum muschardinum, vel tantillum rad. angelicæ. Et si sit hyems naribus offeratur pomum ex aromaticis calidis, & cardiacis compositum, & etiam in ore habeat frustum eiusdem rad. angelicæ, qua nihil præstantius, aut helenij, aut imperatorix, zedoariæ, aut gentianæ si amatorem non veretur, aut tormentillæ, aut scorzoneræ Hispanorum quæ nihil aliud est quam domesticum tragopogon Diosc. aut caryophyllum, aut cinnamomum. Stragula lecti, lintea & vestimenta sæpe sunt mutanda si datur facultas: malum est turmatim incedere, & cæterus fugere oportet, & hilariter viuere est optimum præsidium. Potus in ætate erit vini oligophori, vel alterius diluti decocto rad. acetosæ, (& non aqua cruda) vel parum bullita, vt eius vitium emendetur. Aqua pluuia reiicienda (si mali labes ab acre venerit) pariter puteana, si à terra scaturierit.

De potu.

In hyeme vino meraciore vtendum; si senex est homo, aut imbecillo ventriculo; mane vtetur vino condito cinnamomo & saccharo, & in pastu puro vel diluto hydrofaccharo, à Gallis *Bouches* nuncupato.

De victu.

Victus sit moderatus, & boni succi ex Hip. aphor. 4. sect. 2. Non satietas, non fames, nec aliud quicquam bonum est, quod naturæ modum excedit: veruntamen si à medio est errandum, satius erit deflectere ad victum paulo pleniorum, ex eodem Hip. aphor. 5. sect. 1. ter quaterque assuetis, cibum offerre boni succi optimum: quia quæ velociter nutriunt, veloces quoque faciunt excretiones: aphor. 18. sect. 2. Varietas ciborum in pastu vitanda, ne plus assumatur quam ventriculus conficere possit. Contra si anorexia, & vires sunt deiectæ, varij cibi sunt offerendi, vt ex singulis degustando, famem vitent & vires tueantur: autore Celso lib. 3. cap. 6. Qui cratismate seu ientaculo sunt assueti, eo vtantur, horis aliquot à somno exercitatis præmissis exercitio temperato: cuius vicem suppleant frictiones totius corporis, quum aer est nebulosus, aut pluuiosus, cum linteis albis & siccis, priusquam à domo exeant. Qui cratismate non vtuntur, & liberè vtuntur amuletis calidis quum hiems est, aut tēperatis quum æstas, postea describendis, carnes boni succi tingantur (si æstas fuerit) omphacio, vel succo mali citrij, vel aurancij, vel aceto rosato puro, vel diluto, aqua ros. pro cuiusque

palato, vt putredo, & aëris contagio arceatur.

Huic rei vtilis erunt cappare, & oliuæ, & quæcumque alia quæ acidam, falfam & amarâ qualitatem sunt nacta: quia putredini aduerfantur. Inter herbas æstiuales probantur vtrumq; buglofsû, caltha, portulaca, oxalis, lactuca, seriola, viola, spinachia, cucurbita &c. Inter hyemales probantur meliffophyllum, rosmar. fampfuchus, fatureia, herpillum, thymus, hyssopus, menta, & scorzonera quam iudicavi esse tragopogon hortense Diosc.

Reliquæ quæ crassum lentumque humorem generant vt pisces, legumina, & flatulenta, meatus interiores obstruentia, aduerfantur. Sic censendum de carnibus dispeptis, duris, nigris & viscidis. Inter pisces marinos & fluuiatiles qui carne dura & friabili sunt præditi, vt acipenser, lucius, perca, astaci, locustæ concedi possunt, cum omphacio conditi: pari ratione oua forbilia, & tremula cum aliquo succo acido, & butyrum recens concedantur.

Inter fructus præcoces, cerasa acida, ribes hortensis, sic caninus rubus idæus, fraga, quia putredini resistunt, & sitim extinguunt: & radices scorzoneræ, cinara, scolymos, cappare, & oliuæ muria conditæ, pira cocta aniso crudo, aut saccharato, aspersa, & vuæ damascenæ, aut passulæ exacinatæ, corinthiæ, & strobili pro bellariis conceduntur.

Non sine ratione vulgus medicorum improbat v. nomina ab f. incipientia: Fœmina, fames, fructus, flatus, fatigatio. Contra his opponuntur amuleta ab eadem f. incipientia. Flebotomia, focus, fuga, frictio, fluxus. Imminente peste (minus præsentem) nulli ægri sunt visendi, aut saltem pauci, ne ægrorum halitu, aut foetore excrementorum in luem dispositi polluantur. Corpus excrementis vacuum esse debet, & ab omni obstructione liberum. Cor muniendum est sacculis cardiacis post scribendis. Si adest plethora, ea erit minuenda venæ sectione: si cacochymia, purgatione facta per mitiora, & non validiora cathartica, ne virium fiat prostratio, & humores per ea concitati (qui antea delitescerant, & quos natura domari potuisset) subsultent, & contagem accersant. Hip. aphor. 37. sect. 2. οἱ ἐν τῷ σώματι ἔχοντες φαρμακευτάς ἐργάζονται: i. Qui integra corporis sunt valetudine, medicationes difficilè ferunt: & post eum Gal. lib. quos, quibus, & quando, &c.

Aque naphæ compositio.

Amuleta simplicia frig.

Manuum frequens ablutio ex vino odoro, aut aqua rosarum, aut naphæ (quæ fit ex floribus auranciorum) est utilis: unde versus scholæ Salernitanæ. Si fore vis sanus, abluere saepe manus.

Amuletorum (quibus hodie utimur) alia agunt à manifesta qualitate: alia ab occulta: quorum alia sunt frigida, quæ æstuanti coelo aptantur: alia calida, quæ hyemi conueniunt: alia simplicia, alia sunt composita.

1. Inter simplicia, sunt acetosa, quæ ictibus scorpionum & venenis auxilio est, sed inefficacius lapato vulgari testibus Diosc. & Auic. lib. 2. tract. 2. cap. 54. pollet radice, foliis, semine & succo.

2. Buglossum utrumque, valet rad. foliis, floribus, & succo aduersus cordis affectus, & ad venenatorum animalium morsus, & ad melancholicos affectus.

3. Cichorium pollet rad. foliis, floribus, semine & succo, intemperiei cal. viscerum, & pesti copulata, auxilio est: Scabiosa, valet foliis, flore, & succo:

4. anthracibus pestiferis admota, & pesti auxiliatur. Succisa, 1. morsus, valet radice, foliis, & succo quouis modo aptetur, auram pestilentem & anthracem arceat. Vlmaria, pesti resistit,

5. quæ ex humorum putredine fit: caltha valet succo, foliis & flore & conserua, quæ ex eo fit: est explorata aduersus cordis affectus, & pestem.

6. Portulaca, lactuca, nymphææ flores, qualitatibus manifestis ardorem febris pestilentis extinguunt.

Amuleta quæ à cæca facultate agunt.

Quæ ab occulta, & non à qualitate manifesta huic contagioni resistunt, sunt cornu rhinocerotis, os seu cartilago cordis cerui, aut bouis (sunt ambo eiusdem facultatis:) lapis bezeardicus verus & non supposititijs, hyacinthus, rubinus, granatus, carbunculus, saphirus, vniones, corallus vterque, succinum, terra lemnia, bolus armena, ebur vltum, & eius ramentum, santalum triplex: caphura. Veronica coronaria seu caryophilli nostratis, omphatium, succi citrij, limonum, auranciorum, granatorum, de pomis redolentibus.

Amuleta composita.

Syrupi qui ex his succis componuntur, & seruantur in officinis, & conseruæ quæ ex floribus præscriptis consiciuntur: pulueres quoque diatriasantali, & diamarg. simpl. & comp. diatragacanthi frig. & contra pestem &c. Troch. de caphura D. N. de spodio, de berberis.

Inter condita, cauliculi lactuæ, pulpa cucurbitæ, saccharum

rosatum, folia auri, & argenti. Ex superioribus quisque pro arbitratu varia componere potest remedia, indicatione sumpta à causis.

Radix angelicæ in ore si teneatur, aut ciceris magnitudine si bibatur in hyeme cum vino, & in æstate cum aqua rosarum corpora à lue pestifera vindicat, & halitum commendat. 1.
Amuleta
calida simp-
plicia.

Imperatoria similes obtinet vires quæ angelica, sed imbecilliores. Epidemii morbis, & venenis ferme omnibus, ac venenatorum animalium moribus & ictibus opem præstat. 2.

Helenium seu inula camp. serpentum moribus, & pesti, quouis modo sumatur conuenit. 3.

Scorzonera (*sassefrac* nostro idiomate dicta,) pollet rad. foliis, & succo, ictibus ferarum bestiarum, venenis omnibus & pesti congruit. 4.

Radix gentianæ, inter peculiare dotes venenis, & pesti resistit, & interaneorum vitii succurrit.

Zedoaria Diosc. ignota, ab Arabibus vsitata, aduersus animalium venenatorum morsus valet, & napelli venenum debilitat. 5.
6.

Cyperus, radice tantum pollet, aduersus scorpionum ictus valet. 7.

Agaricus præter vim purgatricem, moribus serpentum & pesti pondo 3. i. cum vino potus auxiliatur. 8.

Tunica vel veronica altilis, & caryophyllus nostras, seu veronica coronaria Matth. sunt eiusdem facultatis quouis modo præparentur, & earum conferua, affectibus cordis, veneni, & pesti conuenit. 9.

Dictamnus valet rad. foliis, flore, & succo: confert moribus virulentarum bestiarum & pesti: autore Diosc. lib. 3. cap. 35. Valeriana maior ad venenatorum ictus ex vino pota valet, & aduersus pestilentiam, non modo hausta, sed etiam olfacta: autore Matthiolo cap. 10. lib. 1. ca. de Miraculis, & Ciccone lib. 1. de natura deorum, & Virgil. lib. 12. Æneid. quibus subscribunt Neoterici omnes. 10.

Aristolochia præcipue rotunda ad medicationes vtilissima ex Diosc. & Gal. 6. simpl. valet tantum radice, venenis & serpentum moribus medetur: ossa capitis fracta trahit, confert etiam pesti. 11.

Lignum sassafras ad pestis contagia valere scripsit Monar-

duſ ligna aloës, lauri, iuniperi, cedri, & calamus aromat. cin-
namo. nux. moſch. macis, cortices citrij, limonum & auran-
ciorum: baccæ iuniperi, & lauri: meliſſa, ſcordium, carduus
bened. & myrrhis Dioſc. pimpinella, hyſſopus, ruta, praſ-
ſium, chamædris, betonica, abſinthium: ſemina citrij, amo-
mi, hyperici, ocimi, aniſi: flores roriſm. crocus: charyoph.
myrrha, moſchus, ambarum, granum tinctorum, ſericum cru-
dum, allium eſſe theriacam ruſticorum ſcripſit Gal. & Dioſc.

*Ceparum
vires ex
Matth. &
preparatio*

Cepa excavata ea parte qua ſunt radices eſt præſtans; theria-
ca cum ſucco mali citrij ſubacta, deinde occluſo foramine
ſub cineribus calidis coquitur, donec probè fuerit macerata:
cremor expreſſus eſt perutilis ijs qui peſte laborant: ſed eos
oportet illico ſudare. Matthæ comment. in Dioſc.

*Amuleta
cal. compo-
ſita.*

In officinis extant multa compoſita ab antiquis commen-
data, qualia ſunt conſeruæ florum roriſm. betonicæ, vetoni-
cæ coronariæ, cort. citrij, limonum ſacch. conditæ, & nu-
ces iugl. conditæ, ſyrupus, meliſſæ, pul. lætitiæ Gal. & lætifi-
cantis Rhaſis, & cõtra peſtem deſcriptionis noſtræ, aqua the-
riacalis, etiam noſtræ deſcriptionis. Theriaca mediæ ætatis.
Mithridatium probatum, aurea Alexandrina Nic. conſect.
alchermes, & de hyacintho, & opiata Salomonis, pilulæ ruf-
ſi. Nunc de formulis remediorum.

*Formula
remediorũ
ad præcau-
tionem.
De balano.
Clyſter.*

℞. Mellis, ʒ. i. pul. hieræ Gal. ʒ. i. pul. muſcerdæ, ʒ. i. fiat
balanus indenda & iteranda quoties videbitur. Vel paretur
ſequens

℞. Fol. viol. borrag. ſcabiõſæ, & meliſſæ, ſingul. m. i. flo-
rum nymphææ, ſi ſit æſtas, vel ſummit. anethi, ſi hyems m. ʒ. i.
coque in aqua ad ʒ. i. diſſolve caſſiæ cum ſacch. & diapruni
ſimpl. cuiuſque ʒ. vi. ſi ſit æſtas: vel tantundem hieræ Gal. &
diaphœnici, ſi hyems fuerit. Mellis roſati, & olei nymphææ,
ſi æſtas, vel mellis anthoſati, & olei chamæm. vtr. ʒ. i. ʒ. i. fiat
clyſter ſi balanõs reiicit: vel paretur ſequens potio.

*Eccoproti-
cum pro
æſtate.*

℞. Agarici troch. ſi pituitõſus fuerit homo ʒ. ii. vel rhab.
ʒ. iii. ſi biliõſus caſſiæ recens à canna extractæ, ʒ. i. omnia ſi-
mul infundantur per noctem ſuper cineres cal. in decocto
ſuccifæ, bugloſſi, ſem. acetõſæ, & florum nymphææ, expreſ-
ſum detur ſummo diluculo: Vel in eodem decocto (loca
caſſiæ) diſſolve manna calabræ ʒ. i. ʒ. i. Et ſi hyems fuerit

*Eccoproti-
cum pro
hyeme.*

℞. Polypodij querni contuſi, ʒ. vi. rad. ſcornozoræ, ʒ. ʒ. ʒ. ʒ.
ſennæ mund. & ſem. carthami, vtr. ʒ. ii. aniſi, ʒ. i. caryophyl-
lorum

lorum integrorum, nu. 2. Coque in aqua suffi. ad 3. iii. colaturæ infunde catholici, 3. vi. expressioni dissolue syrapi rosati sol. cum agarico, 3. i. fiat potio detur horis aliquot antelucanis. Vel huius loco bis in hebdomate cap. 3. i. pilularum ruffi, vel tantundem contra pestem descriptionis nostræ.

Vt Gal. cap. 3. lib. 8. catatop. in componendis narcoticis, nonnulla calida miscenda censet, ad eorum narcoticam qualitatem malignam emendandam. Sic in componendis amuletis censendum. Verbi gratia in alexiteriis frigidis 4. vel. 6. pars calidorum miscenda, vt eorum qualitas frigida moderetur, & insitus cordis calor conseruetur, etiam in æstuante cælo.

Contra, si calidis alexiteriis, vt in hyeme est vtendum, iis 4. vel 6. pars frigidorum miscenda: ne calidorum calore, cordis calor auctus dissoluatur. Rustici priusquam à domo exeant comedant nucleum, vnum, aut alterum alij, & superbibant tantillum vini optimi. Alij huius loco masticabunt frustum rad. helenij siccatae & in aceto maceratae. Vel

℞. Ficus duas & totidem nuces iuglandes, fol. rutæ viginti, salis granum vnum. Omnibus in mortario contusis, melle despumato excipiantur. Huius confectiois homines tenuis fortunæ capiant mane instar nucis superbibendo parum vini rubri optimi si hyems fuerit, vel succi lapati, si æstas, vel acetosæ.

*Amuletum
rusticorum*

Vrbani verò priusquam à domo exeant, vel vtantur pilulis ruffi & superbibant etiam parum vini rubri si hyems: vel stillicitiæ aquæ scabiosæ si æstas fuerit, & euntes per urbem mandent frustum rad. angelicæ vel tormentillæ, vel caryophyllum vnum.

Et per vices loco pillularum ruffi cap. 3. i. aut 3. i. β. theriacæ probatae mediæ ætatis, aut tantundem mithridatij veteris & probati, vel aureæ Alexandrinæ, etiam superbibendo parum vini rub. optimi, si hyems: aut aquæ succisæ, aut vlmariæ horis iii. ante prandium. Si diues fuerit qui nolit parcere sumptibus, parentur sequentes.

℞. Lap. bezeardici veri & non supposititij, 3. i. confect. alchermes, 3. i. Terræ lemnis, & boli armenæ veræ, aqua rosarum lotarum & siccatarum, vtriusque 3. ii. sacch. albi, 3. v. cum mucagine g. tragacanthi aqua borrag. extracta forma pastillos paruos ore continendos, quibus vtetur iturus per

*Pastilli ad
pregnanciam*

*Sufficiens
pro diuiti-
bus.*

urbem absque masticatione. ℥. Ladani puri, ℥. ii. styracis cal. & beniuini, vtr. ℥. β. rad. zedoariae, caryoph. angelicae, & dictamni, singul. ℥. ii. ligni aloës, sassafras, santali citrini, calami arom. cyperi, nucis mosch. singul. ℥. i. vel ℥. iii. troch. galliae moschatae, ℥. ii. ambaris, & moschi, vtriusque ℥. β. fiat pul. crassus aqua citranguli vel alterius boni odoris excipiendus in orbiculos satis crassos pro suffitu domus diuitum qui non parcunt sumptibus, mane & vesperi, clausis ianuis & fenestris. Vel parentur aues cypraei hoc modo

*Aues cy-
praei pro
suffitu do-
mus.*

℥. Carbonis salicis, ℥. iii. ladani puri, ℥. i. β. thuris, styracis cal. & beniuini, singul. ℥. i. ligni sassafras, & santali citrini, iridis flo. acori veri falso calami arom. à pharmacopeis dicti, caryoph. maioranae, lauendulae, & rosarum rub. singul. ℥. β. fiat pul. oleo nucis moschatae excipiendus, quibus adde troch. galliae mosch. ℥. ii. ambaris, & moschi, vtr. ℥. i. forma pastam ex qua fiant aues cypraei oblongi ad suffitum domus diuitum vt dixi: mutanda forma & non materia ne videamur remediis deficere. Vel horum loco vtendum trochiscis cyphi Damocratis si extiterint parati, vel praeparentur. Mediocris fortunae homines suffiant suas domos sequenti

℥. Bac. iuniperi, ℥. iiii. thuris, rosarum, rorism. cort. citrij, vel auranciorum, ligni sassafras, saluiae, sampsuchi, lauendulae, singul. ℥. β. styracis cal. beniuini & caryoph. singul. ℥. ii. fiat pul. crassus quo domus clausis fenestris & ianuis suffumigetur, mane & vesperi per multos dies continuando.

Pauperes verò suas domos suffire possunt baccis & ligno iuniperi, vel corticibus pomorum redolentium, vel auranciorum, vel fumo è silicibus ignitis aspersis aqua rosarum vel aceto: sic quisque se liberare & conseruare poterit. Euntes per urbem, habeant in ore caryophyllum vnum, & hilariter viuant, & aluum fluidam habeant, & odorent pomum aurancium caryophyllis infixum, vel spongiam nouam aceto rosato imbutam, aut sertum constructum ex floribus suaue olentibus.

*Pomum
odoriferum
vel orbicu-
li odorati.*

℥. Ladani puri, ℥. i. styracis cal. & beniuini, vtr. ℥. β. trochiscorum galliae mosch. ℥. ii. ligni rhodii, iridis flo. & caryoph. singul. ℥. i. moschi orientalis, ambaris, & ziberti, singul. ℥. β. cum mucag. gummi tragac. ex aqua ros. extracta, fiat massa ex qua formeretur pomum naribus saepe admouendum, vel orbiculi praeparari collo, & carpis ferendi,

In tam ancipiti vitæ discrimine, vni remedio non est fidentum: sed ad manum multa habere præparata oportet, eaque pro temporum ratione variare.

Nonnulli lapides pretiosos, carbunculos, granatos, rubinos annulis includunt, qui occulta proprietate omne venenum abigunt: alij collo suspendunt, vt cor attingant gossipio molchato inclusi ne offendant: Alij sacculos concinnant ex cardiacis, & alexiteriis compositos, pro temporum diuersitate, quos cordis regioni admouent, quibus plus tribuo quam lapidibus. Si quis tamen eorum vti velit, vtatur: si non profunt officere nequeunt.

℞. Pul. diamoschi, & de gemmis, vtriusque ʒ. β pul. contra pestem descript. nostræ, & fol. melissæ, sem. ocimi, cardui benedicti, & acetosæ, singul. ʒ. i. dictamni, iridis flo. ligni rhodij, & calami acrom. styracis cal. & beniuini, singul ʒ. i. β. fiat pul. serico rub. tenui, & raro, & gossipio excipiendus in sacculum figura pyramidalis intersutū, qui cordis regioni admoueatur, imminente, aut præsentate pelte. Simili modo quisque ex alexiteriis tum calidis, tum frigidis technicè compositis pro tempore, loco, & facultatibus vtatur.

Scuti cardiacum.

℞. Theriacæ veteris & probatæ, ʒ. ii. succi limonū, ʒ. iiii. in fictili vitrato angusti oris, vel in phiala vitrea obturata, lento igne bulliant ad medias. His refrigeratis iniice pul. carlinæ seu chamæleontis, Diosc. dictamni, & croci, singul. ʒ. ii. fiat vnguentum quo cordis ambitus illinetur. Deinde in medio admoueatur sacculus paruus ex pul. arsenici albi, ʒ. i. & gossipio sit compositus. Vel

Vnguentum cardiacum.

℞. Olei amygd. amararum, lb. i. β. scorpiones num. 6. rad. gentianæ, & aristol. longæ, vel rotundæ, cyperi, singul. ʒ. i. florum hyperici, sambuci, vel ebuli, singul. m. i. succi limonum, & theriacæ opt. vtriusque ʒ. ii. infundantur omnia simul in phiala spatio octo dierum. Deinde in balneo mariæ, vel in eadem phiala coquantur per horam. Si additur rad. scorzonæ, vel zedoariæ, ʒ. i. & melissæ, m. i. erit hoc oleum efficacius, quod colatum seruetur vsui in altera phiala cera obturata, & eo, (imminente periculo) illinentur tria emunctoria, tempora, nasus, & metacarpi, bis autter in die, tegendo plus solito corpus æger sudabit.

Oleum alexiterium compositum.

Sunt (& malè) qui quotidie mane hauriunt scyphi mediam partem vini optimi, vt contagium depellant vacuo ven-

triculo. Sed aliter illis succedit : quoniam sua caliditate, & humiditate cum tenuitate partium in venas & arterias sese diffundit & putrescit, sic aëris contagium facilius suscipiunt. Sobriè & hilariter viuere, & laborem temperatum non fugere, sunt sanitatis fulcra.

*Genuina
pestis cu-
ratur.*

Vt imminentibus, sic præsentibus morbis eadem est medicandi ratio : eo tantum discrimine, quod in præsentis peste, à qua vitæ periculum imminet, remedium in præcautione scriptorum quantitas, dupla & tripla esse debet, & validioribus vtendum, quia hic morbus est grauissimus, qui sæpe medico non dat inducias, licet in primo insultu fuerit accersitus.

*Conside-
randa me-
dico.*

Imprimis (vt in præcautione) medicus considerare debet tempus, & distinguere morbi tempora, cœli statum, regionem, ægri ætatem, temperamentum, vires, vitæ genus, & sexum, si pestis est solitaria, aut implexa alteri febri. Deinde indicationes medicatrices sumere à causis effectricibus, à morbo & à symptomatis eam comitantibus.

*De causis
internis.
Venæ se-
ctio &
purgatio
quando ce-
lebranda.*

Causæ effectricæ sunt aut internæ, aut occultæ, (nunc silentio prætereo causas externas.) Internæ sunt vtraque plethora, cacochymia, & obstructio. Plethora erit minuenda venæ sectione, si æger est iuuenis, & vires constant, & initium morbi, aut si menses aut hæmorrhoides sint suppressæ, præmisso clystere in præcautione descripto, si alius non fluxerit, ex axillari dextra ad 3. vi. tantum ne plus æquo deiciantur vires : aut ex talo si est mensium aut hæmorrhoidarum suppressio. Si causa est cacochymia, blanda purgatione ea erit subducenda, vt docet Hip. aphor. 29. & 30. sect. 2. Αρχμίων των νόσων, ή η δόξη κινείν κινεί ακμαζουσών δε, ηουχίν έχειν κελποι έπιν. πεί τας αρχάς η τα τέλη πάντα άδενέστερα πεί δε τας ακμας ισχυρότερα : 1. Incipientibus morbis, si quid mouendum videtur, moue. Vigentibus autem quiescere multo præstat. Circa initia & finem morborum, omnia sunt remissiora, in vigore vehementiora, supple symptomata, ne multitudine humorum vitiosorum, amuletorum vires obruantur.

*Opium re-
cipientia
purgationis
officiunt.*

Valida purgantia in Gallia aduersantur : quæ tamen locum habere possunt in Germania & septentrione plaga, quibus aliqua ex alexiteriis in præcautione commemoratis misceri possunt, & non theriaca aut mithridatium quæ purgantium vires, ratione opij eneruant, vt docte annotauit Gal. lib. I.

antidotorum : quæ contagioni obſiſtunt, & cor à veneno male affectum defendant.

Si obſtructio huius luis eſt cauſa , aperienda eſt radicibus temperatis , quales ſunt radices acetofæ, graminis, ruſci, aſparagi &c.

Si febris diariæ, aut vni ex continuis putridis , aut heſticæ eſt implexa , ad ea quæ capitibus propriis ſcripſimus erit recurrendum , mixtis alexiteriis quæ contagioni obſiſtant.

A morbo, indicatio medicandi ſumitur ab eius magnitudine, & cordis dignitate in quo venenum, & contagio imprimis agit, quæ breui temporis curriculo ægrum iugulat, niſi occurratur: differre in his eſt valdè periculofum, ait Hip. aphor. 10. ſect. 4.

De indicationibus ſumptis à morbo.

A ſymptomate quoque medicandi ratio ſumitur ; qualia ſunt ſyncope, delirium, anthrax, bubo peſtilens, exanthemata, eſthymata, & variolæ, morbilli, parotides , quæ eam ſæpe commitantur, de quibus plura ſuo loco.

De indicationibus ſumptis à ſymptomate.

De peſtis curatione in ſpecie.

IN hac curanda 4. ſunt conſideranda : nempe febris, putredo, venenum, & ægri vires. In his duobus poſtremis, maior eſt habenda ratio, cæteris non neglectis.

Curatio igitur 4. ſcopis perficietur, victu ſc. qualis fuit in præcautione deſcriptus pag. 154. & 155. & 156. Alteratione, euacuatione, & ſymptomatum correctione.

Alteratio humorum fiet per medicamenta contraria: quæ tota ſubſtantia, vel qualitate manifeſta venenum frangant, abſumant, & fugent, & educant, aut attrahant à centro ad circumferentiam: vt velle videtur Hip. aphor. 25. ſect. 6. Ερυſίπιλας ἔξωθεν εἶσω περιπαύειν ἀγαθόν: ἔσωθεν δὲ ἔξω, ἀγαθόν: 1. Eryſipelas foris intro conuerti, malum: intus vero foras exiſtere, bonum.

Quibus alterantibus tam ſimplicibus quam compositis vtendum ſit, docuimus pag. 158. & 159. ex quibus formulas quicquæ componat.

Ad ſitim compenſendam (quum materia eſt bilioſa) nihil præſtantius ſpiritu vitrioli in parua quantitate cum aqua bullita ſi extat, in cuius penuria vtendum ſyrupis acidis cum de-

cocto radicis acetosæ : Si melancholica, cum syrupo de pomis, vel cum conseruat. rad. buglossi loco vini tam in pastu quam extra illos.

Si causa è sublimi, & nobis occulta fuerit neque venæ sectio neque purgatio conuenit, sed alexiteriis post dicendis occurrendum.

Ad vires conseruandas victus ratio non sufficit, sed sequentibus vtendum, quæ vires conseruant & venenis resistunt.

Potiones
pro diuinitibus.

1.

℞. Confect. alchermes, aut de hyacintho, ℥. ii. theriacæ probatæ mediæ ætatis, aut mithridatij probati, ℥. ii. syrugi conseruat. rad. buglossi ℥. i. aquæ stillatiæ ex alembico vitro & non plumbeo, cardui bened. vel scab. vel vlmariæ ℥. ii. fiat potio quauis hora diei fuerit sumenda.

2.

℞. Lap. becardici veri & non supposititij, grana 10. terræ sigillatæ veræ, & lap. armenæ loti aqua rosarum, vtriusque ℥. i. margaritarum, coralli rub. & lap. hyacinthi, singul. ℥. i. sacch. rosati, aut iulepi alexandrini, ℥. i. cum aqua stillatiæ succisæ, vel portul. vel borrag. & melissæ, vtriusque ℥. i. β. fiat potio quo dixi modo sumenda.

Pro pauperibus.

Apozema
humores
coquens &
contagioni
resistens.

℞. Pul. contra pestem descriptionis nostræ, ℥. ii. succi calthæ depurati ℥. ii. fiat potio quauis hora diei haurienda.

℞. Rad. tormentillæ, scorzonæræ, & bugl. singul. ℥. i. cort. citrij siccæ, ℥. vi. herb. portul. scab. succisæ, pimpinellæ, borrag. & melissæ, vel cardui bened. singul. m. i. vuarum damasc. exacinarum pa. x. prunorum, pa. v. sem. citrij, acetosæ, & melonis, singul. ℥. iii. florum papaueris rhœas, calthæ, & hyperici, vel rorism. singul. p. i. singula quo decet ordine coquantur in fictili vitrato angusti oris operculato cum lib. 3. aquæ fluuiatilis vel fontanæ ad medias. Colatura clarificetur cum syrugi nymph. & de agresta, vtr. ℥. ii. & arom. ligno sassafras pro 4. dosibus bis in die sumendis, quia morbus est acutissimus in quo remediorum celeritas requiritur.

Medio tempore si venenum est adeo grande, vt vires sufficere non possint, iteretur eadem potio cardiaca præscripta, & si æger est duriore aluo, detur balanus, aut clyster in præcautione descriptus pag. 170. & extrinsecus sequentia admoventur.

Epithema
pro diuinitibus.

℞. Trocch. galliæ moschata & pul. lætificantis R. hasis vel lætitiæ Gal. vtr. ℥. i. β. trocch. de caphura, granorum tinctorum

& fol. melissæ siccorum, rosarum rub. singul. ℥. ii. croci ℥. i. moschi grana vi. vini albi optimi ℥. ii. Aquę ros. aut florum citranguli ℥. iiii. aquarum bugl. & cardui bened. vtriusque ℥. viii. fiat epithema cordis regioni ter aut quater in die applicandum cum panno rubro denso tepidè.

℥. Pul. diamarg. frig. ℥. iiii. fol. melissæ, caryophyllorum, angelicæ, & dictamni, singul. ℥. ii. ḡ. tinctorum, & croci, vtr. ℥. i. vini optimi ℥. iii. Aquę borrag. & succisæ, & rosarum, singul. ℥. v. fiat epithema quo utetur vt dictum est.

Aliud pro pauperibus

℥. Conser. florum calthæ, & inulæ camp. vel corticis citrii, vtriusque ℥. i. β. theriacæ probatæ mediæ ætatis, ℥. β. pul. diamoschi, vel liberantis, vel contra pestem descript. nostræ, ℥. ii. fiat pasta de qua parentur emplastra figura pyramidali super pannum densum, extensa & renouanda quoties videbitur, post epithema prædictum cordis regioni admouendum: sic per multos dies continuando. Vel huius loco paretur sequens

Emplastrū cardiacū.

℥. Pul. diamarg. frig. ℥. iii. granorum tinctorum, sem. citrij, & cardui bened. & rad. angelicæ, singul. ℥. iiii. pul. diamoschi, & diambæ, vtr. ℥. ii. croci, ℥. i. fiat pul. quo paretur sacculus cum serico rubro & gossipio acu interpunctus figura pyramidali cordis regioni admouendus post epithema. Pro hyeme paretur illud descriptum pag. 170. & pro pauperibus paretur sequens

Sacculus intersusus pro diuibus.

℥. Pul. fol. melissæ siccorum, rosarum rub. florum nymphæ, sem. lapati acuti, scorzonæ, & ligni sassafras, pul. iridis florent. rad. imperatoricæ, singul. ℥. i. caryoph. & croci, ḡ. tinctorum singul. ℥. i. fiat sacculus vt præcedens cordis regioni admouendus.

Alcer pro pauperibus

Vel huius loco paretur is qui fuit descriptus in præcautione pag. 163. cum vnguento, aut vtatur oleo amuleto ibidem descripto.

℥. Ossis è corde cerui, vel bouis si pauper, quoniam sunt ambo eiusdem facultatis, & cornu rhinocerotis si extiterit, vel ramenti eboris, sem. citrij mund. singul. ℥. i. confect. alchermes, vel de hyacintho, ℥. ii. pul. contra pestem descript. nostræ, & terræ sigillatæ, vel boli armenæ veræ (ambo sunt eiusdem facultatis) lotæ aqua rosarum, vtriusque ℥. i. cort. citrij sacch. conditæ, aut conser. rad. helenij, ℥. β. conseruæ rosarum, aut borrag. vel bugl. idē pollent, ℥. i. fol. auri n. i. 10.

Conditum pro diuibus.

facchari rosati puluerisati q. s. fiat conditum: cuius cochlear vnum dissoluetur in parte vna alimenti liquidi quod offertur: deinde reliquum eiusdem alimenti offeretur, sic minus fastidit & vires conseruantur & ægri nutriuntur. Vel huius loco paretur sequens pul.

*Pul. car.
diacus.*

℞. Confect. alchermes, vel de hyacintho, ʒ. i. margaritarum, ʒ. ii. coralli rub. & fragmentorum v. lap. pretiosorum super marmor. subil. tritorum, & sem. citrij mund. singul. ʒ. i. lap. bezeardici veri & non supposititij, ʒ. s. sacch. rosati omnium duplex pondus fol. auri num. 10. fiat pul. de quo vteretur vt de condito dictum est.

Cornu rhinocerotis quod hodie multis in locis ostenditur verum non est, sed supposititium, quidquid rabulæ garriant. Vix vnum videre potuit Alexander Magnus in sua expeditione sumptu magno: quia illud animal in locis extremis India, locis desertis & solitariis, viuit. Elephantis est hostis, auctore Strabone lib. 16. suæ Geographiæ.

℞. Conser. florum calthæ, & vetoniæ coronariæ, vtr. ʒ. i. pul. contra pestem, ʒ. ii. boli armænæ lotæ, ʒ. i. sacch. rosati omnium par. pondus fol. auri vel argenti num. 4. fiat conditum vsui. Pro hyeme paretur sequens

*Conditum
pro pauperibus.*

*Aliud pro
hyeme.*

℞. Conser. rad. helenij, ʒ. ii. pul. rad. imperatoriæ, vel angelicæ, ʒ. ii. sem. citrij mund. & acetosæ, vel lapati acuti, vtr. ʒ. i. fiat conditum. Pauperes facultatibus destituti, vice iuleporum vtantur mane & sub horam 2. pomeridianam succo calthæ vel scabiosæ depurato cum tantillo omphacij, & boli armænæ quæ paucis emitur: idque per multos dies continuando.

*Aqua sil-
luis pro
diuitibus.*

℞. Aceti rosati, vini albi, ʒ. i. succi limonum, & omphacij, succi scabiosæ, & calthæ, singul. ʒ. s. rad. scorzonæ, tormentillæ, angelicæ, & dictamni, boli arm. singul. ʒ. ii. sem. citrij, lapati acuti, vel acetosæ, iuniperi, cardui bened. & portul. singul. ʒ. i. herbarum melissæ, scordij veri, borrag. succisæ, pimpinellæ recentium singul. m. ii. contusis omnibus simul per biduum infundantur super cineres cal. in cucurbita vitrea cooperta. Tertio verò die distillentur in balneo mariæ: si addatur cinnamo. & macis, vtr. ʒ. s. erit efficacior: stillatitij huius liquoris ad præcautionem dosis erit ʒ. i. & ad curationem ʒ. ii. quotidie mane plus minusue pro cuiusque laborantis temperie, ætate, & anni tempore, idq; primo pestis insultu, oriusquam

priusquam venenata & contagiosa qualitas sæuiat in cor, & altas agat radices. Vel huius loco vtatur ea quæ in nostra paraphrasi descripta fuit. Si quis autem amarorem veretur, misceat aliquem syrupum aut saccharum. Si pro aliquo prin- *Siproprin- cipe, ad- denda.*
 cipe comparatur, præter saccharum rosatum infusioni adde terræ lemnix ꝯ. iii. margaritarum præpar. coralli rub. sub. tri- ti, & ramenti eboris, singul. ꝯ. ß. & ambaris cineritij, ꝯ. i. vsui dicto. Hastenus de alterantibus quæ tota substantia, & qualitate manifesta febrem pestilentem extinguunt, & vim veneni frangunt, & vires conseruant, tam sumptis quam admotis. Nunc tertium genus aggredi par est, de euacuatione.

In hoc genere dissentiunt multi medici non aspernanda *De vacua- tione que fit per veng sect. & alium.*
 doctrinæ: alij vtramque probant: alij improbant qui sic conciliari possunt. Phlebotomia improbari debet quoties mali labes provenit è sublimi; hoc est à vaporibus putridis in aëre mixtis: vel à fame prægressa: vel quoties sine putredine venenum agit in spiritibus, vel in partibus solidis cordis: vel quum morbus est in augmento, aut statu: vel quum apparent bubo, anthrax, exanthemata &c. aut quando ægri vires sunt deiectæ, ne virus ab externis, intro reuocetur, & naturæ motus inhibeatur, reuocando venenum à suis emissariis in cor, inde ægri mors acceleratur. Contra morbi magnitudo efflagitat, idque in morbi principio, antequam bubo, anthrax, exanthemata, ecchymata appareant, si æger est iuuenis plethoricus, & vires constant, aut est suppressio mensium, aut hæmorrhoidarum: tuto potest aperiri vena axillaris, popliticæ vel tali ad ꝯ. vi. tantum. Si quid hanc dissuadet, hirudines famelicæ podici admoventur: vel concurbitur cum scarificatione. A sanguinis missione non est dormiendum, ne venenum intro deferatur & febris augeatur.

De purgatione sic statuendum censeo: si pestis scaturiat ex *De purgatione.*
 vitio aëris, qui agat tantum in spiritibus, vel in partibus solidis, purgatio aduersatur: sed alexiteriis præscriptis pugnandum.

Contra, si mali labes fit vitio humorum, & vires ferant, & febris est initium, etiamsi adsint obstructions, purgatio est instituenda, ex Hip. doctrina aphor. 29. & 30. sect. 2. ob morbi magnitudinem quæ eam efflagitat.

Quibus verò catharticis sit vtendum, sic concilio dissiden- tes: in Gallia ecclesiastici, aulici, nobiles, literati, ciues, & qui

vitam desidiosam agunt, & opiparè viuunt, benignis vocatis remediis sunt purgandi, cuiusmodi sunt agaricus, rhabarb. myrobalani, tamarindi, fenna, carthamus, polypodium, manna calabræ, cassia ægyptia: syrupus viol. rosatus ex 9. infusionibus, de pomis Saporis, de fumaria, de epithymo, de floribus persicorum, de cichorio dupl. rhab. diacatholicū, diaprunum simpl. & comp. elect. diacarthami, de citro sol. cholagogum Mes. & Nic. in parua quantitate: pilulæ ruffi, de hiera simpl. & cum agarico, pilulæ imperiales. Horum dosis augenda, aut minuenda, pro cuiusque sexu, ætate, cœli statu, & regione, & facilitate. Sunt qui non vtuntur pilulis: alij potionibus. Vt ægris obtemperemus, oportet ad manum varia habere remedia. Fortiora purgantia perferunt agricolæ, baiuli, rhedarij, naucleri, Germani, Britanni, quique laboriosam artem exercent, & qui alimentis crassis & lentis vescuntur. In his benigna purgantia humores tantum commouent & non educunt, qui commoti, vna cum veneno deteriores euadunt, & citius ægri moriuntur, in illis benigna sufficiunt. Si prima corporis regio expurganda venit, illis non miscenda bolus armena, aut terra sigillata, quamuis veneno resistent, ob earum astringentem: miscenda quidem pilulis ruffi, si potius contagioni habenda ratio est, quam purgationi. Sic benignè est corporis prima regio expurganda.

*Astringē-
tia car pur-
gationi li-
quida non
sunt mi-
scenda.*

*Pilula pri-
mam regio-
nem pur-
gantes.*

℞. Massæ pil. ruffi, & de hiera cum agarico, vtr. ℥. ii. rhab. optimi ℥. i. pul. rad. dictamni, vel tormentillæ, vel angelicæ, grana, vi. cum succo citrij forma pil. octo quas ab initio morbi & non in augmento cap. in primo galli cantu. Vel detur sequens potio.

*Potio ad
eodem.*

℞. Agarici troch. ℥. ii. rhab. ℥. iiii. cassiæ purgatricis recens à canna extractæ, vel manna calab. ℥. i. ℞. infundantur omnia simul per noctem super cineres cal. in decocto scorzonera, & melissæ, (si hyems) vel borrag. & calthæ, (si æstas) expressioni dissolue syrupi rosati sol. cum agarico (si pituitosa febris sit copulata) vel de cichor. dupl. rhab. (si biliosa,) vel de pomis Saporis (si melancholica) ℥. i. ℞. fiat potio summo diluculo propinanda. Si æger à natura est aluo duriore, loco cassiæ substitue diacatholicon pari pondere, vel diaphœnici, & elect. de citro sol. vtriusque ℥. ℞.

Si æger est pauper, cap. tabellam vnam elect. de citro sol. pondo ℥. ℞. dissolutâ in decocto verbenæ, quæ (autore Diosc.

cap. proprio) venenatis animalium moribus medetur. Vomitus spontinus ab initio morbi si acciderit non aspernandus: neque sudores qui circa principium erumpunt, & maximè si à toto corpore prodeant, cum ægri leuamine: autore Hip. lib. i. progn. stomacho alimentis non pleno.

*De vomitu
& sudore.*

In præcautione multa descripsimus remedia quæ huc referri possunt.

℞. Lapidis bezeardici, ℥. i. aut grana vi. si minus est diues, margaritarum præparatarum, ʒ. i. ramenti eboris, dictamni cretici, & rad. tormentillæ, singul. ℥. iiii. boli armenæ veræ & terræ lemnix aqua rosarum lotarum, vtriusque ʒ. ii. conseruæ rosarum ʒ. iiii. fol. auri num. vi. fiat conditum: cap. alternis matutinis ʒ. β. superbibendo parum succi calthæ, aut limonium (si est æstas) aut vini optimi (si est hyems) cochlearia duo horis iii. ante primum pastum.

*Conditum
amuletum.*

℞. Myrrhæ electæ, ligni aloës, aut rhodij, vel santali citrini, aut sassafra, terræ sigillatæ, & boli orient. lotarum aqua rosarum, macis, caryophyllorum, croci, singulorum pares portiones fiat puluis subtilis. Dosis erit ʒ. i. cum aqua rosarum, & succo mali citrii (si est æstas) vel cum vino optimo (si est hyems) mane diebus intermediis.

*Pul. aduer-
sus conta-
gium.*

Ex hoc puluere parari poterunt tabellæ, aut quoduis aliud genus remedij, quæ vtilis erunt & ad præcautionem, & ad curationem.

Si æger æstuat, in scypho aquæ pleno inijce guttas 4. aut 6. spiritus vitrioli qui potentius refrigerat quouis syrupo acido: victus sit boni succi, & cupepti sæpe oblati, vt annotauimus, & si vires sunt deiectione concedatur vinum oligophorum.

*Ad firimè
spiricus
vitrioli
primas ce-
uet.*

Quartum & vltimum curationis genus pendet ex symptomatum correctione quæ pestem comitari solent, de quibus fusius agam tractatu secundo. Hactenus de febribus essentialibus quæ sunt in humoribus, spiritibus, & partibus solidis tam simplicibus quam compositis, confusis, erraticis, & malignis, & pestiferis. Nunc secundum diuisionem nostram cap. 3. p. 19. de symptomaticis agendum.

De Febris Symptomaticis.

C A P. X V I.



MNIS febris symptomatica vndecumque prouenerit est semper de genere continuarum, & non intermittentium, à quibus differt non materia, sed à parte obsessa & à motus modo.

Symptomaticæ, carent intermissione, neque statis diebus ac horis exacerbantur aut remittuntur, neque diebus decretoriis finiunt: sed sunt homotonæ, & sortiuntur appellationem à parte affecta.

*Si sanguis
putret in
cerebro.*

Verbi gratia. Si sanguis præter naturam in cerebro coerceatur, & non diffatur, facillè putrescit. Ex putredine fit inflammatio meningum: ex hac inflammatione, febris quam symptomaticam appellamus, quæ inflammationem sequitur veluti umbra corpus. Et fit *φρενιτις*: id est mentis alienatio quam *φρενας* Græci appellant, Latini Delirium: ab Auic. fen. 1. tertij tract. 3. cap. 1. Kacabitus nominatur, id est, mentis apostema vt illius terminis vtat.

*Si bilis
putret.*

Si loco sanguinis, bilis putret, & cerebrum & eius meninges pariter inflammantur, fit febris continua, & mentis alienatio quam *το θάδιον* & *επισπιπασάδιον* appellant Græci, & Auic. loco citato Sirsen, nomen compositum à sir, 1. mens & sen. 1. apostema nuncupat. Si pituita naturalis ibidem putret, lethargum, Latini veterum, & febrem parit quæ opponitur phrenitidi.

*Si melan-
cholia.*

Si melancholia naturalis ibidem putret, phrenitim ferinam generat, & hæ omnes febres, symptomaticæ dicuntur.

Si in fauces, anginam: si in pulmones, peripneumoniam: Si in membranam succingentem, pleuritim: pariter si in stomacho, aut diaphragmate, aut tenuioribus intestinis, aut in hepate aut liene, renibus, vesica, aut vtero fit inflammatio, febris symptomatica consequetur, à quibus partibus nuncupatio fit.

*De febre
lenta quæ
symptoma-
tica dici-
tur: cuius
causa est
obstructio.*

Extat aliud genus febris symptomaticæ, quam lentam nuncupamus, cuius causa est latens obstructio, cum putredine

quæ alicui viscerum est impaeta, aded vt & ipsa visceris substantia plerumque labefacteretur. Hæc notas præ se fert, eius symptomaticæ, quæ aut phlegmonodes, aut erysipelatodes seu typhodes appellatur. Ab illis distinguitur, quod omnium putridarum est mitissima: æger nullo graui symptomate premitur, ita vt sæpe se ægrotare non putat.

Putredinis notæ elucet in vrinis, & pulsu: qui est frequens, celer, & inæqualis: non tamen magnus, aut vehemens. Vires sunt imbecillæ & languidæ, vt ne progredi æger possit. Corporis moles, etiam si alimentum sumitur, sensim tabescit. Hæc febris diuturna quidem est, quæ nec 20. nec 40. die soluitur, sed reliquarum febrium terminos prætergreditur. Ob id eius fomes quærendus in qua corporis parte consistit. Sæpe in ventriculo, alias in iecore: Interdum in liene, aut mesenterio, alias in pulmonibus, cerebro, aut renibus. Ex putredine, grauis odor assidue cor laceffit, & continuam febrem nõ aliter quam putridus humor suscitatur, eamque symptomaticam ac lentam, plerique rerum affinitate ducti, hecticam dixerunt. Hæc parum vacuatione mitescit, sæpe ijs exasperatur, vires plurimum offendit, ac debilitat, & leui occasione syncopem accersit, ac plerumque sine sensu hominem extenuat, & marcore conficit. Hoc genus febris sæpe phthisim comitatur, tamen non est, sed putrida, ex putrescente pulmonum substantia. Sedulo etiam hypochondria & hypogastrium sunt obseruanda: num in his partibus tumor aliquis insit, qui febrem erraticam, aut hepialam insequitur.

Eius curatio pro variis causis cum oriatur, est instituenda. Si à latente obstructione cum putredine priusquam altas agat radices oritur: ea est delenda victu idoneo, & remediis in curatione febris quotidianæ continuæ enunciatis pag. 62. & 63. aperientibus, incidentibus, & tergentibus. Venæ sectione, si nihil obstitit, & purgatione cholagoga, si bilis: aut phlegmagoga, ratione pituitæ lentæ meatus interiores obstruentis. Deinde parti vnde mali fomes, prospiciendum in sumendis, faciendis, & admouendis.

Si vitio splenis, aut vteri fuerit, vt in foedis virginum coloribus, quotidie mane cap. 3. sequentis electuarij præmissis vniuersalibus horis tribus ante prandium superbibendo parum decocti graminis cum nodulo ramenti eboris præparati.

*De curatio-
ne vniuer-
sali.*

*Curatio s̄
vicio sple-
nis.*

Elect. molle spleni accommodatum. ℞. Pul. diarhodi Ab. & troch. de eupatorio, vtriusque ʒ. i. pul. limaturæ chalibis assæ, & lotæ decocto hordei vel graminis, & in pollinem sub. redactæ, ʒ. β. confusæ florum cichorii, genistæ, apij, & anthos, singul. ʒ. i. β. fiat elect. molle quo vterur vt dixi.

Vnguentum ad tumorem hypogastrii & splenis. ℞. Gummi elenij, & succi nicotianæ ma. vtr. ʒ. i. olei hyperici, vel sambuci, ʒ. i. β. resinæ, ceræ flauæ, & gummi ammoniaci aceto infusionis capparorum soluti & ad mellis crassitudinem cocti, singul. ʒ. iii. pul. aristol. longæ, & rotundæ, & cyclamini, singul. ʒ. iii. fiat vnguentum quo tumor hypogastrii, aut hypochondriorum si quis sit, bis aut ter in die illinetur tepide per multos dies continuando. Vel huius loco

Vsus olei ammoniaci ℞. Olei ammoniaci arte chimica extracti ʒ. ii. illinetur eo tepide isdem tumor mane & vesperi panno lineo appposito per multos dies, post vsum sequentis, plus pollet quam vnguentum præscriptum.

Fomentum malacticiū. ℞. Rad. althææ contusæ, ʒ. ii. liliorum alborum, ʒ. i. lini, & foenugræci, vtriusque ʒ. β. ficuum pa. 4. fol. maluæ, & viol. vtr. m. i. florum chamæm. meliloti, & sambuci, singul. p. i. coque in aqua suffi. pro fotu tumoris cum spongia ante vsum vnguenti præscripti, vel admoueat sequens

Empl. ad idem. ℞. Massæ empl. nicotianæ, (cuius descriptio extat in nostra paraphrasi) ʒ. ii. extende super alutum & para empl. iustæ magnitudinis tumori applicandum & renouandum quum opus erit. Potenter quosuis tumores emollit & resoluit.

Si erraticam aut hæcticam febrem insequitur, eius curatio erit petenta ex propriis capitibus superius enunciatis cap. 13. & 14.

De Februm symptomaticarum curatione generali.

SI febris continua venit ex inflammatione meningum cerebri, in genere curatur victu refrigerante, & humectante, cum leni astrictione, venæ sectione, ex vena cephalica dextra, aut mediana: alteratione, & purgatione: vt cap. de tertiana continua & causo cap. 10. pag. 57. diximus cholagogis benignis: necnon externis remediis cap. de delirio scribendis.

Si verò ex faucium inflammatione scaturiat hæc febris, protinus recurrendum erit ad ea quæ annotaui ca. de Angina.

Si aluus est astricta, ante venæ sectionem supponetur clyster refrigerans, quo reiecto educatur sanguis non confertim, sed interpolatim, recreando vires si sunt deiectæ alimento liquido, euchymo & eupepto: (quia vix deglutire potest) sæpe oblato. Deinde horis aliquot interpositis, venæ ranulæ sub lingua sitæ aperiantur.

Hinc gargarismi pro morbi temporibus imperentur. Extrinsecus repellentia non conueniunt: sed emollientia cum nonnullis epispasticis ne recedamus ab Hip. doctrina, aphor. 25. sect. 6. *Ερύσιπelas ἔξωθεν εἶσω περιπαθεῖ, ἢ ἀγαθὸν ἔσται δι' ἔξω, ἀγαθόν: ἢ. Erysipelas foris intro conuerti, non bonum: intus verò foras existere, bonum. Acutissimus est morbus ex eodem Hip. lib. de victu acutorum.*

Si ex pulmonum inflammatione fuerit, ex utroque brachio sanguis educatur, si vires sunt validæ statim ab initio morbi, quoniam morbus est lethalis (qui sæpe non dat medico inducias) præmissis clystere refrigerante. Deinde iulepi refrigerantes (additis bechicis) præscribantur: hinc benignis pharmacis purgandum erit: qualia sunt syr. violatus ex 9. infusionibus, aut rosatus sol. aut de cichorio, dupl. rhab. manna, cassia, diacatholicum, diaprunum simpl. cum decocto pectorali, aut iuleporum: & si vigiliæ vrgent somnus conciliandus erit syrupo è papauere rhœas: sputum educatur linctu, ex bechicis ex eodem syrupo de papauere parato. Pectus vnguento resumptiuo aut ex oleo amygd. dul. axungii gallinæ, capi, butyro recenti cum tantillo pul. iridis, & croco parato. Pulmonis incendium moderetur epithemate refrigerante descripto capite de peripneumonia, ad quod recurrendum censeo.

Febris si ex membranæ succingentis costas inflammatione fit, eadem methodo curatur quæ peripneumonia, eo tantum discrimine: Si dolor ad clauiculam vsque pertingit: curatio incipienda est à venæ sectione, vt liquet ex Anaxionis historia apud Hip. lib. 3. epid. curatione 8. Si ad inferiores partes pertingit, à purgatione auspicanda est curatio præmissis clystere, si æger est durior aluo.

Deinde fomenta & vnguenta præscribantur. Si ex his febris non conquieuerit, & ad suppurationem tendat, iuuanda est natura medicamentis suppurantibus in nostro Enchiridio enunciatis. Hip. lib. 2. progn. 52. sic loquitur agens de morbis

thoracis: dolores in dictis sedibus, quos neque sputi purgatio, neque alui solutio, neque sanguinis missio, neque medicamentum, neque victus ratio, sedare potuit, scire licet eos ad suppurationem tendere.

Si febris ex stomachi, aut ventriculi inflammatione fuerit, imprimis eligatur aer qui sit frigidus, vel temperatus. Et si bilis præpoller, iuribus carniū boni succi, coquantur lactuca, portul. acetosa, borrago, viola, & vix immaturæ, vel earum succus.

Pro potu æger pitifana utatur, & absteineat à vino. Somnus sit moderatus, ne longiore, inflammatio augeatur: quies est salubris: motus omnis est vitandus, veluti omnia animi pathemata, excepto gaudio. Si aluus est suppressa, sollicitetur balano, vel clystere.

In summa victu tenuissimo utendum, si vires sufficiunt. Venæ sectio larga esse debet, si sanguis præpoller: parcius si bilis: at si vires sunt deiectæ partiatur. Diuersio per ligaturas, frictions & cucurbitulas ab initio facta, proderit. Purgationem non probat Gal. 13. methodi med. nisi inclinante febre per benigna cathartica eaque lenientia. Topica ab initio astringentia esse debent: in augmento media pars digerentium: in statu, æqualia: in declinatione sola digerentia sunt usurpanda, autore Gal. lib. 13. meth. med. cap. 6. & lib. 6. catatop.

Os ventriculi *συναχον* à Græcis dictum, veteres ob accidentia quæ inducit, cor nominabant, vt hodie vulgus. Gal. lib. 5. cap. 5. loc affect. Est exquisitissimi sensus à multitudine nerubrum sextæ coniugationis. Magnum cum corde habet consensum, adeo vt syncopas inuehat, & duplex nomen *συναχον, & καρδια* à veteribus Græcis inditum sit.

Διαπρεγμα, I. Septum transversum sic dictum quod partes vitales à naturalibus diuidat, eundem veteres Græci *σπρασ* appellarunt, quia eo inflammato mens lædatur, inde febris cõtinua & delirium & spirandi difficultas consequitur, Gal. 5. loc. affect. cap. 3. Eadem methodo, & iisdem remediis curatur quibus tertiana feb. continua, nempe clysteribus, venæ sect. iulepis alteratibus, & eccoproticis pharmacis, epithematibus, lotionem pedum, & victu refrigerante, & humectante qualem scripsimus cap. 11.

Si inflammatio adoritur aliquod ex tenuioribus intestinis, necessario

necessariò sequitur febris continua quam symptomaticam nuncupamus quæ non vacat periculo, nisi breui occurrat.

Huius curatio, à venæ sectione est auspicanda, præmisso clystere, si æger fuerit aluo duriore: eaquè iteranda, si vires, ætas, anni tempus consentiant. Incidatur cubiti vena interior, non vsque ad animi deliquium. Victus ratio & remedia tam internâ quam externa petantur ex eadem tertiana continua, cap. 10. pag. 54.

Si quis febrem continuam ex iccoris inflammatione mæderi cupit, eius causam & sedem considerare debet.

Si causa effectrix est obstructio, aut tumor aliquis musculorum abdominis, aut humorum corruptela. Sedes etiam consideranda, si eius pars sima, aut gibba magis affecta fuerit.

Si ab obstructione, aperientibus, tenuantibus & detergentibus cum nonnullis astringentibus, vt hepar malè affectum roboretur & diureticis si hepatis gibba: aut purgantibus, si eius sima afficitur.

*Curatio
febris sym-
ptomati-
cæ ex obstru-
ctione.*

In victu instituendo, ær ad caliditatem vergat. Somnus sit nocturnus, aut matutinus isque moderatus: Vigiliæ quoque sint moderatæ: quies improbat: exercitium moderatum probatur autore Gal. lib. 1. sanit. tuendæ: alius libera esse debet.

Animi affectus immoderati ab omnibus improbantur. Cibi erunt boni succi & eupepti. Iuribus carniû coquantur petrosel. fœniculum, satureia, hyssopus, cappares & aliæ eiusdem naturæ. Carnes glutinosæ, pisces cœnosi, legumina, caseus, brassica omnis, & omnia, flatulenta sunt noxiâ. Pro potu utilis est prisana: & si vires sunt deiectæ, vinum album concedi potest, & magna non fuerit febris, aut si est abstemius, hydrosaccharum.

Inter medicamenta aperientia, & detergentia, eligi debent ea quæ sunt hepatica: qualia sunt eupatorium, absinthium, cichorium, &c. Et inter composita, syrupus de Bifantiis, de eupatorio, &c.

Expurgata prima corporis regione, ad expediendas obstructions educatur sanguis ex brachio dextro: quantitas decernenda est ex ægri viribus, plenitudine, ætate, & anni tempore, & sexu.

Deinde phlegmagoga cum cholagogis imperentur, præcipuè si sima hepatis afficitur, potius quam gibba. Deinde.

comparentur electuaria ex troch. de eupatorio, aut de absinthio, cum conseruis rosarum, & de rad. apij, & saccharo composita. Extrinsicus admoueri possunt fomenta, epithemata, olea, vnguenta, cerata, cataplasmata, emplastra ex medicamentis astringentibus & digerentibus composita; quibus non nihil aceri insit pro aliorum vehiculo. De his fusius suo loco.

Si à tumore musculorum abdominis inflammatio procedit, præmissis vniuersalibus, vt docet Gal. 2. ad Glau. malactica cum nonnullis digerentibus, & rarefacientibus sunt vsurpanda.

Si inflammatio fit ab humorum corruptela, & ea sit in gibba hepatis, diureticis: si in sima, purgantibus cholagogis hodie vsitatis est veniendum, tam in sumendis, faciendis, quam educendis, & admouendis: his causis sublatis, tolletur febris symptomata.

Si ex lienis inflammatione scaturit, curatur iisdem remediis quibus hepar inflammatum: sed validioribus, ob lienis molliem, & raritatem, & laxitatem, qui nutritur sanguine crassiore. Igitur instituto victu præscripto, & aluo subducta, si astricta fuerit, educatur sanguis ex brachio sinistro, lato vulnere diducto: quantitas decernenda erit pro ægri viribus, & plenitudine, potius quam ex saluata à nonnullis commendata. Post venæ sectionem, vtendum erit decoctis aperientibus, & detergentibus: deinde purgantibus humorem melancholicum in curatione febris quartanæ continuæ descriptis.

Hinc ad topica veniendum, quæ variari debent pro 4. morborum temporibus: vt in affecto stomacho, autoritate & consilio Gal. diximus pag. 176. & 177.

Si à renibus inflammatis febris continuâ fit, victus ratio erit refrigerans & humectans, & inter alia auxilia si aluus non fluit indetur balanus, vel clyster in minori quantitate, ne renes distentis intestinis plus iusto premantur.

Eo reiecto educatur sanguis ex vena basilica sinistra ad 3. octo, si vires constant: & sequenti die ad deriuationem, ex vena poplitis, vel malleoli vt suadet Gal. lib. de sang. missione per venæ sectionem, & post eum Aëtius, seruata *καὶ* 25. Inizio curationis detergentia sunt suspecta, quia calida, Iulepus Alexandrinus ad sicim demulcendam sua leni astrictione est utilis. Pari ratione initio curationis diuretica improbantur,

duplici ratione: vna, quia calida, altera, quia deducunt humores à prima regione in partem affectam, sic phlegmonem augent. Non minus noxia sunt acetum, vinum album, acria omnia, salsa, & sem. 4. frig. ma. licet frigida, quia diuretica. Sequentia vsui esse possunt.

℞. Fol. mal. viol. borrag. & feriolæ, singul. m. i. Prunorum pa. 6. florum nymph. & rosarum, vtr. p. i. coque in aqua ad ℥. β. Dissolue diapruni simpl. sacch. rub. mellis violati, & olei rosati, singul. ℥. i. fiat clyster ante venæ sect. inijciendus. *Enema nephriticum.*

℞. Syrupi de succo end. & de grauat. vel oxyf. sacch. simpl. & non comp. quia aperientia recipit, vtr. ℥. i. β. decocti hordei integri, portul. feriolæ, plantag. aut polygoni & v. capill. cōmunium, glycyrrh. sem. papaueris albi, berberis, & florum cord. q. s. fiat iulepus clarif. & arom. santulo albo, pro iiii. matutinis. Præmissis superioribus humor sic purgabitur. *Syrupus digestivus.*

℞. Sem. melonis mund. & glycyrrh. vtr. ℥. i. rhab. selecti, ℥. i. tamarind. ℥. ii. cassiæ recens à canna extractæ, ℥. i. β. omnia simul infundantur per noctem super cineres cal. in parte vna decocti iuleporum. Expressioni dissolue syrupi violati ex 9. infusionibus, aut rosati sol. ℥. i. fiat potio diluculo sumenda. *Potio nephritica.*
Syrupus de cichorio comp. non conuenit ab initio vsurpatus, ob rad. aperientes quas recipit. Si his non mitescit inflammatio, iteranda erit venæ sectio: Deinde lumbis, & ilibus admoucantur cucurbitæ cum sacrficatione leni, deinde parentur infessiones, ex decocto lenientium, resoluentium, & roborantium, vel fofus, ex eadem materia cum spongiis: tum ad vnguenta, cerata, malagmata emollientia ex eadem materia confugiendum erit. Inclinate febre defergentia, & aperientia erunt ex vsu.

Si ex vesicæ inflammatione fiat febris quod ad vniuersalia attinet, eandem obtinet curatione quæ renum inflammatio, in victu, venæ sectione, iulepis, potionibus ibidem scriptis.

℞. Succii viol. vel lactucæ, vel solani, vel plantag. ℥. iiii. olei rosati ℥. ii. fiat oxyrhodinum quod tepidè pubi admoueat cum pannis reduplicatis spatio vnus horæ ter aut quarter in die, quia est morbus acutissimus periculi plenus qua supprimitur vrina. Vel *Oxyrhodinum.*

℞. Olei rosati omphacini (si extiterit) vel in eius pēnuria myrthini, vel lentiscini, ℥. iiii. olei violati, & aquæ rosarum, vtriusque ℥. i. fiat oxyrhodinum quo saepe vtatur vt dixi. Item *Aliud.*

Fomentum paretur sequens. ℞. Rad. althææ, ℥.ii. fol. viol. m. ii. florum chamæmeli, meliloti, & rosarum rub. singul. m. i. sem. lini, fœnugr. & papaueris albi, singul. ℥. β. coque in aqua & fove hypogastrium cum spongia.

Cucurbita. A fotu eidem parti admoue cucurbitam cum scarificatione leni, solis refrigerantibus, & astringentibus non est utendum, ne ischuria accidat: sed illis relaxantia, & anodyna semper sunt miscenda. Si acciderit ischuria ad proprium caput recurrendum.

Cataplasma ℞. Muccag. sem. psyllij, & cydoniorum aqua rosarum extractæ, vtr. ℥. i. oleorum chamæm. & liliorum, axungie gallinæ, anseris, & butyri recentis, singul. ℥. vi. farinæ hordei, ℥. i. β. omnia simul sine coctura incorporentur, & pubi admoucantur cataplasmatibus instar. Si morbus fuerit in statu, discutientia sunt addenda, veluti farina orobi, vel lupinorum &c.

Si æger est cacochymus, præter clysteres est purgandus benignis pharmacis, vt cassia, tamarindis, syrupo violato, aut rosato ex 9. infusionibus, aut manna, diapruno simpl. &c. Validiora purgantia qualia sunt scammoniata, sunt reijcienda.

Si neque his conquiescit paretur sequens encathisma, quod urinam prolestat ex refrigerantibus, relaxantibus, & anodynis, compositum, in quo sedens, cap. sequentem potionem.

Potio ad vesicæ inflammationem. ℞. Succu parietariæ depurati, ℥. iii. syrupu violati simpl. ℥. i. fiat potio quam cap. vt dixi. Et extra incessum iniiciatur sequens

Et vrina retentione. Iniectio in vesicam. ℞. Lactis mulieris, ℥. ii. dissolue syrupu de papauere rhœas, ℥. i. sem. melonis mund. ℥. ii. halicacabi, & putaminum ouorum (c quibus pulli exierint) assorum: vel cineris scorpionum, vel assellorum, vel genitalis viuerræ, vtr. ℥. i. fiat iniectio in vesicam immittendam cum cathetere, & iterandam nisi dolor conquiescat, & febris remittatur, & melius se habeat.

Si ab utero inflammato febris suboritur, cui mulier est obnoxia ob sympathiam quam cum corde per arterias habet.

Curandi ratio (præmissa clystere refrigerante, vt in reliquis febribus continuis si aluus non fluit) à venæ sectione est auspicanda ad reuulsionem ex humero, & vena axillari, & ad deriuationem ex poplite, vel malleolo. Quantitas erit (vt sæpe dixi) decernenda ex ægræ viribus, ætate, plenitudine, & anni tempore, & mensium retentione. Si quid eam dissuadet

(vt virium deiectio) cucurbitæ interiori coxæ admoëbuntur cum scarificatione. Deinde ad alterantia, & purgantia veniendum: iulepi aut apozemata alterantia componi debent ex medicamentis frigidis & siccis hystericis cum astringentibus, vt sanguinis influxus inhibeatur, ea cautione, ne horum nimio vsu, sanguis in scirrhum concreseat, in quibus est valdè oportunus, ob substantiæ suæ crassitiem, & densitatem, fluxionis retentricem: liquida forma, est solidæ præferenda. Purgatio fieri debet ex medicamentis quæ leniendo, & non trahendo purgant: qualia sunt syr. violatus, & rosatus ex multis infusionibus paratus, manna, cassia, thamarindi, diaprimum simpl. catholicum &c. Si bilis præpollere videtur, sequenti pharmaco vtendum.

℞. Cinnamo. ʒ. ʒ. rhab. selecti, ʒ. ii. thamarindorum, ʒ. ʒ. cassiæ ex tempore à canna extractæ, ʒ. i. ʒ. infundantur omnia simul in decocto communi medicinæ, per noctem super cineres cal. Expressioni sensim factæ dissolue syrupi rosati sol. ʒ. i. fiat potio summo mane propinanda. Præmissis vniuersalibus ad topica veniendum quæ variari debent pro 4. morborum temporibus, seruato partis affectæ temperamento. Vti phlegmones 4. tempora distingui debeant docui cap. 5. pag. 30. huius Tractatus.

Initio inflammationis repellentia sunt ex vsu, quibus aliquod diaphoreticum est miscendum, vt huius tenuitate repellentium vis altius subeat. In augmento diaphoreticorum dosis est augenda: vt si repellentium sint ʒ. ii. diaphoreticorum dosis esto ʒ. i. In statu verò dosis vtriusque sit æqualis: in declinatione diaphoretica sola sunt vsurpanda, vt iam dixi autoritate Gal. locis citatis 6. catat. & 13. meth. cap. 6. huius doctrinæ formulæ sequentes indicabunt.

℞. Aquarum solani, plantag. & rosarum, singul. ʒ. iii. acciti rosati, ʒ. i. albumen vnius oui, & caphuræ ʒ. ʒ. fiat oxyrhodinum seu fodus quo vterus foueatur cum panno tenui tepidè & non calidè ter in die spatio horæ vnius continuando.

℞. Muccag. sem. psyllii, & cotoneorum ex aqua rosarum extractæ, vtriusque ʒ. ii. succi semperuivi, aut alterius eiusdem facultatis, ʒ. i. farinæ hordei, ʒ. i. pul. santali albi, & rub. baiaustiorum, sumach. & rosarum rub. singul. ʒ. ii. caphuræ, ʒ. i. sine cōctura incorporentur in cataplasma linteolis potius quam stupis extendendum ne mole maiore pars gra-

*Fomentum
pro princ.
pio.*

*Cataplasma
ad idē.*

*Iniectio
vterina.*

uetur. Vel huius loco vng. comitissæ vsurpetur, quo pars il-
linetur à fotu. Hæc remedia sæpe sunt commutanda, ne
quum incaluerint, caliditatem partis vicissim foucant, & in-
geminent. Vterina iniectio ex iisdem aquis & succis herba-
rum repellentium cum caphura sine aceto parata, proderit,
sublatis cruribus & femoribus, vt per horæ quadrantem ne
effluat, cohibenda est.

℞. Fol. solani, vitis, semperuiui, & plantag. singul. m. β.
contundantur & cum farina hordei, fiat pasta linteolis inclu-
sa digiti longitudine fiant pessaria à Græcis prostheta dicta
vtero indenda & sæpe iteranda.

In his repellentibus dñi non est insistendum, ne vterus
scirrhosus euadat. Si inflammatio fuerit in augmento, fotui
præscripto, adde aquæ betonicæ, vel matricariæ, ℞. iiii. Et si sit
in statu partes æquales aquarum solani, plantag. & betonicæ
& matricariæ, & auge dosim caphuræ: Et si sit in declinatione
reiectis prioribus solis diaphoreticis: i. discussorlis vtendum,
sic de cæteris remediis. Si neque his, neque sectione venæ, ne-
que purgatione, inflammatio non mitescit, sed ingrauescit,
vtendum erit anodynis, & narcoticis. Illa temperata sint, aut
calida primo ordine, cum aliqua tenuitate substantiæ: cuius-
modi sunt, quæ pus mouent & emolliunt.

*Cataplas-
ma anody-
num.
Aliud.*

℞. Medullæ panis albi in lacte vaccino cocti, ℥. β. Vitel-
los duos aut tres ouorum, pul. florum chamæm ℥. vi. fiat cata-
plasma hypogastrico tepide applicandum: cui adde croci, ℥. ij.
Vel ℞. Rad. althææ ℥. ii. liliorum alborum ℥. i. fol. mal-
uæ, & violarum, vtriusque m. i. coquantur in aqua suffi. Dein-
de pistentur in mortario & cernentur, tum adde pul. chamæ-
meli, meliloti, & farinæ lini, singul. ℥. i. olei chamæmeli, axun-
giæ gallinæ, & anseris, singul. ℥. i. β. fiat cataplasma eidem parti
tepide applicandum.

*Pessarium
narcoticum*

Si neque anodynis mitescit, paretur sequens narcoticum.
℞. Fol. papaueris, & hyosciami, vtriusque m. i. sub cineri-
bus coquantur, pistentur, & ex hac materia paretur vñum aut
alterum pessarium: vel cap. vnam aut alteram pilulam lauda-
ni, quod nonnullis nepenthe dicitur: vel tantundem pil. de
cynaglossio: vel ℥. i. philonij Rom. cum ptisana, vel theria-
cæ recentis tantundem: vel syrupi de papauere, ℥. i. aut dia-
codij, ℥. β. si pilulas deuorare nequit.

Fomentum

Curata phlegmone ne recrudescat, paretur sequens fomentum.

℥. Fol. equiseti, rapsi barbati, cymarum rubi, & spongiæ cynorhodi, baccharum berberis, & myrthillorum, singul. m. i. nucum cupressi, & balaustiorum, rosarum rub. singul. ℥. i. aluminis rupani, ℥. β. bulliant In vino tortiuo & cum spongia per horam foue vterum ante vtrumque partum. Si inflammatio (quæ est causa huius febris symptomaticæ) discuti non potest, & ad suppurationem vergat, iuuetur natura.

Cataplasmati præscripto adde gummium ammoniaci, ℥. i. Si suppuratur inflammatio, quid agendum. bdellij, & galbani, vtriusque ℥. β. in vino solutorum & ad mellis crassitudinem coctorum, & æsypi humidæ, ℥. β. & vtere. Vel huius loco si pauper fuerit, vtatur emplastro diachylo gummato. Suppurata & aperta phlegmone sequenti iniectione per metrenchyton eluatur vterus.

℥. Hydromellis, lb. i. in eo coque fol. absinthij, & rosarum rub. hordei integri, singul. m. β. prassij albi, centaurij m. i. vtr. p. i. succi apij, ℥. ii. colaturæ dissolue syrupi de rosis siccis, ℥. ii. pul. aristol. rotundæ, & myrrhæ, vtr. z. ii. fiat iniectione quotidie bis aut ter in vterum injicienda. Iniectione vterum detergens.

Hactenus de febribus essentialibus & symptomaticis, breuitate qua potui ex veterum ac neotericorum placitis, sufficiant tam in genere quam in specie. Nunc de symptomatis quæ febres comitantur, ac de multis aliis, licet non de omnibus ac præcipuis mihi agendum quæ actiones humanas lædunt, in sequentem Tractatum relatis, auspice Deo Opt. Max. persequar. Imprimis de iis quæ pestem sequuntur: veluti de bubone, anthrace, & de variolis & morbillis mihi est agendum. Deinde de aliis non malignis ac pestiferis à capite ad articulos vsque.



TRACTATUS
 SECUNDVS DE MORBORVM
 ET SYMPTOMATVM
 Curatione.

PROLEGOMENA.



RIVSQVAM vltra progrediar nonnulla sunt præmittenda quæ faciunt ad sequentium elucidationem, exordio sumpto à symptomatis nomine, à differentiis, ab eius descriptione & in quo differt à morbo. Σύμπτωμα est nomen deductum à verbo græco συμπίπτω, id est, cado: σύμπτωμα, i. casus seu accidens: quod duobus modis à Gal. accipitur, generatim & speciatim. Generatim, quicquid animanti præter naturam accidit, seu morbus, seu morbi causa interna, & quæcumque morbo superueniunt, actiones lædentes symptoma ab eo dicitur.

A nomine.

Descriptio. Speciatim verò, quicquid præter naturam accidit, (exceptis morbis & eorum causis) actionem lædens non primario, sed secundo, quia morbum sequitur, velut umbra corpus.

Diuisio, & differentia

Omne symptoma consistit in actionibus animalibus, vitalibus aut naturalibus. Animales, aut sunt principes, sensitivæ aut motrices. Principes, sunt tres, imaginatio, cogitatio & memoria. Sensitivæ sunt quinque: visus, odoratus, auditus, gustatus & tactus, & unusquisque sensus est abolitus, aut debilis aut depravatus. Pariter motus omnis aut est abolitus, debilis, aut depravatus. Sic censendum de animalibus actionibus abolitis, imbecillis & depravatis. Exempla: Imaginationem dicimus esse abolitam in catalepsi, carochæ & sopore, debilem

debilem in lethargo seu veterno, & deprauatam in delirio. Pariter dicimus cogitationem esse abolitam in dementia: Debilem in stultitia, & fatuitate, & deprauatam in delirio, autore Gal. lib. 4. locorum affect. cap. 1. duas historias narrans. Vnam de seipso, alteram de lanificio, qui suasu prætereuntium vasa vitrea domus & proprium filium per fenestras proiecebat. Memoria dicitur abolita in obliuione, debilis in torpore, & deprauata in delirio. Ad has actiones animales, referri possunt, somnus & vigilia, delirium, conuulsio &c. Exempla de sensitiuis, visus dicitur abolitus in cæcitate, debilis in ἀμβλυωπία, id est, hebetudine: Deprauatus, in hallucinatione. Auditus dicitur abolitus in surditate: Debilis, in βαρυνωπία (cui opponitur ὀξύνοια,) id est, graui auditu: deprauatus, in obauditione. Sic censendum de odoratu, gustu & tactu qui sunt aboliti, debiles aut deprauati.

Actiones motrices dicuntur abolitæ in paralyfi: debiles in stupore, dispncea, cacophonia & dyssturia: deprauatæ, in conuulsione, tremore, rigore, horrore, tussi, sternutamento &c.

Ad actiones vitales referuntur, cordis palpitatio, leipopsychia, syncope & pulsus inæqualitas in febribus tam continuis quam intermittentibus. Harum actionum aliæ sunt abolitæ, debiles, aliæ deprauatæ.

Actiones naturales sunt in excretis & affectus corporis. Ad affectus corporis referuntur 4. facultates naturales, nempe attractrix, retentrix, concoctrix & expultrix. Attractrix dicitur abolita, quando ventriculus nihil omnino attrahit, gula resoluta: debilis, quum ventriculus quidem trahit, sed non nisi longo temporis interuallo attrahit. Deprauata, vt in pica seu malacia mulierum, fame canina &c. Retentrix dicitur abolita, quum ventriculus cibos (quales fuerunt sumpti) reijcit, vt in liëteria: debilis quoties cibos debiliter amplectitur: vt in fluctuatione aut inflatione, ut si amplectitur, non retinet, donec coctio perficiatur. Deprauata dicitur, quum cibi in alienam qualitatem degenerant, vt in ructu acido aut nidorulentoprehendimus. Alteratrix facultas dicitur abolita, in ἀπεία: debilis, in βεβδωπεία: deprauata, in δυσεψία, quum cibus in alienam qualitatem mutatur. Expultrix facultas aboletur in ileo & ictero: Debilitatur, quando excrementa tardè expelluntur. Deprauatur, quum cibi in alienam qualitatem mutantur & reijciuntur ante perfectam coctionem.

Secunda
differentia

Tertia dif-
ferentia
referuntur ad
affectus.

1.
De facultate attrahente.

2.
De facultate retentrice.

3.
De concoctrice

4.
De expultrice.

- De excretis.* Excreta vel præter naturam retinentur vel immodicè fluunt, idque vel tota substantia, vel qualitate, vel quantitate. A tota substantia, ex parte organica, ut narium hæmorrhagia, vel pulmonum, vel ventriculi, ani, mensium, hæmorrhoidarum; vel alia quavis parte similari erosione, ruptura, aut vulnere alicuius venæ: vel ex aliis symptomatis, ut retentricis imbecillitate & expultricis motu immodico: quæ duo sunt fluxus muliebris causæ. His succrescit sanguinis substantia tenuior, aut serosior, à sanguificæ secreticis & expultricis facultatis errore, vel retentricis actione immodica, vel cutis densitate, vel à renibus constipatis.
- A qualitate.* A qualitate, ut excrementorum colores & odores præter naturam ex morbi intemperie necessariò orti. Horum exempla sunt notissima.
- A quantitate.* A quantitate, ut excretio vel retentio immodica sudoris, ob raritatem vel densitatem cutis: vel ipsorum humorum naturam: vel urinæ, ut in diabete, dysuria, stranguria, & ischuria: vel stercoris, ut in lienteria, dysenteria, diarrhœa, voluulo, colico dolore, mensium suppressorum vel largius fluentium.
- Symptomata affectuum corporis.* Eorum autem symptomatum, quæ consistunt in corporum affectionibus sunt quinque pro sensuum numero. Nempe in visu, cuiusmodi sunt colores præter naturam in toto corpore, ut in ictero, morbo splenico aut hydropis quibusdam speciebus: aut in certis quibusdam partibus, ut linguæ scabrities, aut in abscessu nigricante, vel liuente, in alphis, vitiligine, elephantiasi, carbone, herpete, erysipelate, gangrena &c.
- Audibiles, 2.* Aut in auditu, cuiusmodi sunt voces clangosæ, tremulæ, raucæ, soni, & strepitus, atque murmur in quavis parte excitata ob morbos oris, faucium, tracheæ arteriæ, pulmonum, thoracis &c.
- Olfactiles, 3.* Aut in olfactu, quæ non sunt aliud quàm graueolentia respirando, aut transpiratio totius corporis percepta, vel ab auribus, naribus, axillis, aut ventriculo per ructus acidos, nidorosos, & virosos prodiens.
- Gustatiles, 4.* Aut à gustu, ut sapor varius excrementorum è singulis partibus prædeuntium.
- Tactiles, 5.* Aut in tactu, veluti calor, frigus, humiditas, & siccitas: & ex ijs inducta mollicies, durities, aut alia quædam qualitas in

quavis parte. Horum symptomatum, alia sunt leuiora, quam in his sit magnopere laborandum. Alia sunt grauiora, quum methodum curandi immutant, & medici sollicitudinem ad se trahunt, non ratione symptomatis, sed quatenus habent rationem causæ vires prostermentis, vel morbum augentis. De omnibus singulatim tractare, nunc mei non est instituti, sed tantum de præcipuis, quæ humanas actiones impediunt, & febres continuas & intermittentes comitantur, & maximè pestiferas & febres malignas à quibus (vitæ discrimen imminet) exordium sumam.

De bubone pestilente.

CAPVT. I.

Bυβών, i. inguen nomen sumpsit à parte quam obsidet. Est *Denomine*
 tumor præter naturam à maligna & venenata qualitate, qui tempore pestis tria corporis emissaria obsidere solet. Tonsillas scil. quum mali labes è cerebro scaturit: alas, quum cor: inguina, quum iecur, vt testis est Hip. lib. 6. epid. sect. 2. tex. 7.

Αἱ ὑπερσπίτες οἰοῦν βυβῶνες σμυμίον μὲν τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων ἄταρ καὶ ἄλλων, μαλιστα δὲ περὶ τὰ σπλάγχνα. κακοῦθες δὲ ὄσοι, id est, abscessus veluti glandularum tumores, eorum quidem locorum vnde propagines ducunt, atque etiam aliorum specimen exhibent, ac præcipuè viscerum, ac tum certè ij sunt maligni. *De causis.* Causa interna horum bubonum est latens & viscerum internorum prauus quidam affectus, vel magna venenata pestilensque putredo: vnde perniciosi bubones oriuntur: in quorum genere, & à Venere natos colloco, à quibus sæpe febris putrida malignaque gignitur. Bubo pestilens à glandularum inflammatione distat, quod bubo in progressu fit *Signa bubonis pestiferi.* rotundus & fixus & non mobilis, & circa initia sensum habet veluti chordæ tensæ, & dolor est valdè pungens, & ardor est maior, & eius venulæ sunt varij coloris, quæ desiderantur in alio bubone non pestifero. *Propensi.* Huic buboni propensi sunt pueri, & adolescentes, qui sunt temperamento calido & humido: minus adulti: minime senes, & qui sunt temperamento frigidus & sicco.

1009/10
715

Si bubo febrem præcedit, bonum: quia naturæ robur indicat, quæ quod est illi infensum expellit. Contra si eam subsequitur, malum: quia facultatis expultricis imbecillitatem denotat. Si deliquium animi, aut sudor frigidus, & graeolens: aut sopor, aut vomitus, difficilis respiratio, linguæ nigredo, aut ingens capitis dolor acciderit, perniciosum. Contra si nihil horum, aut pauca adsunt, vel ad suppurationem tendit, cum facili tolerantia, erit signum salutis.

Lexia.

- Curatio commodè fiet 4. auxiliorum generibus: victu nēpe, reuulsione, partium principum robore, & materiæ morbificæ eductione per topica post scribenda. Victus talis erit
1. qualis fuit descriptus in curatione febris pestilentis pag. 156.
 2. Reuulsio quæ in aliis morbis fieri solet per venæ sectionem & purgationem non erit celebranda, nisi magna cautione adhibita, ob rationes ibidem enunciatas, ne motus naturæ interpellatur, neue venenum versus interiora in cor partem principem attrahatur. De partium principum robore, in eodem capite de peste egimus, ad quod recurrere licebit. Si æger graui somno opprimitur, erit excitandus strepitu, vociferatione, ambulatione, & frictionibus partium exteriorum cum linteis calidis. Materia contenta, nullomodo per repellentia
 4. erit curanda, ne venenum versus interiora remeat, & ægrum iugulet, sed potius per epispastica, vt motus naturæ iuuetur. Quum ad trahendum proficiscimur, ab initio benignioribus vtendum, ne validioribus materia concitata, cursu citiore in adenasiam malè affectas impellatur, inde intolerabiles dolores subsequerentur, & febris augetur, quæ duo ægri vires deijcerent in eius perniciem. Vt igitur simus voti compotes, imprimis bubo fouendus erit, fotu ex malaëticis, & areoticis, cum nonnullis amuleticis composito: sic materia quodammodo emollita, erit foras attrahenda per cucurbitulas sæpe repetitas, aut per emplastra, aut cataplasmata, vel luxata cute eadem materiæ tractui facilior & sequacior reddatur: mox sequentia temperata vsurpentur: Veluti panis albus, qualis è elibano calido trahitur, erit ad mouendus. Vel huius loco catulus, vel pipio viuus per dorsum apertus, aut ranæ viuentes, vel gallina aut capo, aut pullus in culo deplumatus ligato orostro, vt respirare non liceat, nisi per anum: sic ad se trahens venenum, mortem sibi concitat. Quamobrem plures sunt habendi, vt in locum demortui, alter confestim imponatur.

Vel pulmo arietis recens mactati, aut aliud quid simile, vt tepido calore, viis laxatis, virus educatur. Si hæc non sufficiunt, parentur sequentia

℞. Radicum althææ, liliorum, & helenij, singul. ℥. ii. fol. maluæ, violarum, & rutæ, melissæ, saluiæ, & trogopogi hortensis seu Scorzonoræ Hispanorum, singul. m. i. sem. lini, & fœnugræci, vtriusque ℥. i. ficuum pa. 6. florum chamæmeli, & meliloti, vtriusque p. i. coque in aqua pro fotu bubonis cum spongia. Interea magma pistetur in mortario.

*Tomentum
malacticum
& arcotium,
ad est,
relaxans.*

Deinde iniice œsypi humidæ, ℥. i. theriacæ probatæ, & mithridatij veteris, vtriusque ℥. β. axungia porci, & olei liliorum, vtriusque quantum suffi. farinæ orobi, & iridis flo. vtriusque ℥. β. croci, ℥. ii. fiat cataplasma buboni admouendum post forum, & cucurbitulam: quod renouetur, quoties fouendus erit. Vel huius loco,

Cataplasma

℞. Capam magnam vnam, aut alteram excavatam, & theriaca veteri cum paucis fermenti acris repletam sub cineribus, aut in paruo fictili cooperto coctam: quæ in mortario tusa, fiat cataplasma quo vtere vt dixi. Vel si pauper, parentur sequens emplastrum.

Aliud;

℞. Massæ emplastri diachylli magni, ℥. ii. gummium ammoniaci, & bdellij, aceto solutorum & ad mellis crassitudinem coctorum, vtriusque ℥. iii. fiat massa qua parentur emplastra super alutam extenta, buboni applicanda. Si addideris fimi hirundinum, vel columbini, erit efficacius ad trahendum quantum sat erit. Vel huius loco

Emplastrum

Aster Atticus bubonium à præpollente facultate nominatus à Diosc. & Gal. si in mortario contundatur, & cataplasmatibus instar admouetur, conferre scripserunt. Pariter scabiosa cruda si in mortario tundatur, cum capis & theriaca bubonem rumpit & venenis resistit.

Aliud paratum facile.

Animalia quoque supra enunciata & apposita & sæpe renouata vt dixi conferre longa experientia probatum est: Sed ea animalia demortua sunt sepelienda, ne à canibus edantur, & domos inquinent: sic error posterior esset prior. Quamuis bubo non satis emollitus ac suppuratus videatur, rutilante ferro aut escharotico medicamento (si ferrum formidat) est aperiendus, potius quam nouacula, aut scalpello: quia virus absorbent. Aperto bubone, erit vtendum vnguento basilico cum axungia porci aut butyro cum vitello

oui ad sedandum dolorem. Deinde mundificetur & ad cicatricem perducatur aliorum vlcerum more. Toto morbi decursu non sunt omittenda alexiteria tam interna quam externa, neque balani aut clystères si alius non fluit: quia morbus medico non dat inducias: ob id remedia sunt acceleranda, & sæpe afferre cibum, in quo non nihil sit succi granatorum, aut mali citrij, aut limonum, aut omphacij. Proderit sæpe mutare stragulas & vestes (si diues) & domos, & aërem, & animum recreare musica, cantilenis &c.

De Carbunculo.

C A P. I I.

ANTEGRÆ Græcis, carbo vel carbunculus à Latinis dicitur. Est vlcus crustosum à sanguine in atram bilem conuerso, & efferuescente excitatum, & à pustula ambustis consimili, vel sine hac etiam incipiens. Diuiditur à Guidone Cauliacensi & ab eius sequacibus in malignum & non malignum. Malignum, anthracem vocans, & non malignum, carbunculum, clarioris doctrinæ causa: licet nominis ethimon idem significet. Malignus semper comitem febrem malignam cum qualitate venenata habet. Hic quamcumque partem inuaserit, eam mox exurit, & pustulas circum se ardentissimas acerrimasque ciet: tandemque ardoris vi crustas nigras, vel cinereas obducit. Hinc partes vicinæ sæpe longo tractu consentiunt caloris & doloris participes.

Signa.

Causa seu interior seu exterior fuerit, non distat ab ea quæ febrem pestilentem accersit, de qua capite de peste abundè differuimus. Circa initia priusquam pustulæ enascantur, ægri particulam scabunt, & in eo loco dolorem grauem & lancinantem percipiunt, perinde ac si vinculis esset constricta. Ad hæc vomitus, nausea, anorexia miserè homines torquent. Interdum accidit cordis tremor, palpitatio, & animi deliquium. Singulis corporis partibus accidere potest.

Præsigna.

Interdum solum, alias cum bubone, sed semper cum febre maligna & mali moris. Si ante febrem acciderit (vt diximus de bubone) naturæ robur denotat, quæ venenatum hu-

morem foras propellit, bonum. Contra si febrem sequitur, in malo est: quia denotat humores corruptos iam cor obfedisse.

Si ab initio ad 7. vsque diens æger est mentis compos, bonum. Si bubo & anthrax ab initio recedunt, malum ex Hip. aphor. 25. sect. 6. & Gal.

Si anthrax suppuratur, & sine causa manifesta siccatur, lethale. Qui fit à sanguine, maiorem escharam producit, eo qui fit ex bile, & ut plurimum est perniciosus. Is qui propinquior est partibus præcipuis, est deterior eo qui in remotis. Sanies quæ ex eo fluit, si graue olet, & pauca fuerit, ob eius virulentiam & malignitatem, moriuntur ægri. Si dolor qui ab initio purgans erat, & repente sine causa manifesta cessat, neque percipitur, quamuis acu pungatur, cauterio actuali est vrendus, aut nouacula secandus: quia pars syderata est, & insitus eius calor extinctus. Qui emunctoria aut partes nervosas occupat, est deterior eo qui alias partes obrepit. Qui cor aut diaphragma occupat, in 24. horas æger moritur. Ex anthrace phrenitis, mors est in propinquo. Si virus ad vrinæ ductus deducitur, fit ischuria, ex qua mors infertur. Si circa stomachum, aut œsophagum enascitur, autore Celso est lethale: qui ab initio rubet, minus lethalis ex Auic. deinde qui citrinus apparet: qui verò nigrescit, aut liuescit, hominem iugulat. Si accidentia quæ anthracem comitari solent, plurimum remittuntur, spes erit salutis.

Curatio (ut aliorum morborum) est duplex, vna vniuersalis, alia particularis. Vniuersalis non differt ab ea quæ in pestis curatione fuit instituta. Particularis verò diuiditur in empiricam & dogmaticam. Empirica remedia sunt scabiosa viridis, quæ in mortario lapideo tusa, cataplasmatibus instar anthraci si admoueatur, diuino quodam miraculo intra 24. horas sanat, ita ut nulla amplius egeat curatione, præter eam quæ cæteris vlceribus est communis. Eadem comesta, vel ex vino pota. Idem præstat eius succus, aut decoctum sumptum, quod internos tumores ad exteriora propellit, dissoluit & discutit. Eosdem effectus præbent symphytum maius, taxus barbatus, & radix raphani, hippuris, si sæpe renouentur, omne venenū potenter ad se alliciunt. Succus tussilaginis anthracis ardorem demulcet. Hirudo famelica anthraci admota omne virus allicit. Sunt qui lapidem saphyrum suo attritu miris lau-

Curatio
anthracis
empirica.

Scabiosa
vires.

dibus efferunt in anthrace curando, non à qualitate manifesta, sed ab occulta, an verum sit, non sum expertus: quisque suos fouet manes.

*Curatio
dogmatica.*

Inter dogmatica præsidia sunt empl. diachyllum gummatum, cum vnguento basiliconis, quod anthraci admotum, venenum attrahit & suppurat, eo vtantur pauperes. Vel admoueatut cucurbita cum scarificatione satis profunda, si pars obfessa eam permittit, deinde lauetur aqua salsa, aut muria, vt virus omne effluat: tum vt eschara citius defluat, penicilli vnguento basilico cum butyro aut axungia suilla & vitello oui illiti, & ter aut quater in die renouati admoueantur. Eschara sic decisa, vlcus curatione vniuersali curetur, & ad cicatricem perducatur.

Nasturtium, vel vrtica cum sale trita & oleo liliorum subacta: alium quoque per se tritum, vel cum pipere, aut nucleis auellanarum, terebinthina, & nitro mixtum, admotum iuuat.

*Curatio pro
diuitibus.*

Diuites vtantur victu instituto Tractatu de peste: vigilia somno sunt præferenda, & alius libera esse debet, quæ si talis non fuerit balanis, clysteribus, aut eccoprotico aliquo benigno procuranda. Dolor qui est valdè acutus, & lancinans, sequenti fotu est leniendus.

Fomentum

℞. Succi vel decocti, vel aquæ stillatiæ scabiosæ, & olei liliorum, vtriusque ℥.ii. theriach probata, ℥.ß. misce & cum spongia aut filtris aut pannis cannabinis, aut lana succida foue anthracem ibidem relicta. Vel huius loco,

Aliud.

℞. Rad. althææ, & liliorum alborum, vtriusque ℥.i. ß. sem. lini, ℥. i. ficus pingues, vi. numero: coquantur in aqua & cum ℥.iii. olei hyperici fiat fomentum, quo foueatur anthrax cum spongia ter aut quater in die. Deinde admoue sequens cataplasma.

Cataplasma

℞. Fol. acetosæ, & hyoscyami papyro inuolutorum, vtriusque m.i. tunc coquantur sub cineribus calidis, tum pistentur in mortario: deinde cum oleo liliorum, farina hordei, & 4. luteis ouorum & theriaca fiat cataplasma anthraci admouendum. Hoc dolorem lenit, inflammationem moderatur, & suppurat, & venenum eneruat.

℞. Rad. liliorum alborum, & cœparum, vtriusque ℥.iii. papyro inuoluantur & sub cineribus calidis coquantur, tum pistentur in mortario cum limacibus, vi. & fermenti acris, & farina

farinæ hordei, vtriusque ꝑ. ꝑ. pul. sinapi, fimi columbini, saponis mollis, & mithridatij veteris & probati, singul. ꝑ. ii. vitellos ii. ouorum fiat cataplasma. Quod si solidius requiris auge dosim farinæ hordei, & vttere. *Pro augmento.* Increfcente malo, & imminente periculo, post fotum vttere cucurbitulis cum scarificatione, si pars malè affecta admittit. Contra si non admittit, vttere cauterio actuali, aut potenciali. Aliter enim in palpebris, labiis, pudendo, & parti neruofæ, quam carnofæ, & aliter parti cordis vicinæ quam remotæ curare debemus: quia in his partibus quæ pus mouent, anthracem exasperant. Sic varianda sunt remedia pro partium affectarum natura, & ægrotorum ætate, sexu, & victus genere. Nam qui laboriosam exercent artem, vt fabri ferrarij, agricolæ, nautæ, baiuli, rhedarij forriora perferunt remedia, quam Ecclesiastici, Nobiles, Iuriscōsulti & qui opiparè viuunt & desidiosam agunt vitam: illi à mitioribus non iuuantur: hi verò à validioribus læduntur.

Medio tempore in omnibus remediis tum externis cum internis non sunt prætermittenda præsidia, qualia descripta fuerunt cap. de peste.

Si phlebotomiæ datur locus, educatur sanguis in parua quantitate ne plus iusto ægri vires deiciantur, quæ alioquin sunt necessaria, ad resistendum malignitati veneni, neue illud intro reuocatur.

Ac meminisse oportet remedia quæ foris admouentur cito exarescere, nimio calore, ob id subinde sunt mutanda. Si anthrax pus copiosum euomit, mundificetur sequenti vnguento, vel vnguento nicotianæ aut de resina.

℞. Succij apij, ꝑ. ii. succi absinth. pont. ma. & mellis rosati, vtriusque ꝑ. i. farinæ lupinorum, ꝑ. ii. pul. aristolochiæ rot. & iridis flo. vtriusque ꝑ. i. coquantur ad iustam crassitiem. Deinde extra ignem iniice terebinthinæ ꝑ. ꝑ. aquæ vitæ, ꝑ. ii. croci ꝑ. i. fiat linimentum quo penicillo & turundæ tegantur. Ulcere abundè mundificato, vttere sequenti

℞. Pul. myrrhæ, aloës, sarcocollæ, & masticeis, singul. ꝑ. i. *Vnguentum pus mundificæ* misce vnguento præscripto. Vel huius loco vttere nostro *Vnguentum sarcocicum* balsamo in pharmacopœia descripto si extiterit: vel vttere emplastro palmeo, vel de betonica, vel gratia Dei nuncupato cum terebinthina & oleo hypericonis. Vel

℞. Fol. virentium betonicæ, agrimonix, & millefolij, in *Empl. ad idem* mortario contusarum, singul. m. i. picis naualis, adipis hirci,

& olei terebinthinæ, aut olei hypericonis, singul. ꝑ. i. bulliant simul, & expressioni liqua ceræ albæ, ꝑ. i. & extra ignem iniice pul. aristol. rot. aloës, & masticis, singul. ꝑ. iii. fiat ceratum aut emplastrum aucta cera, & vttere.

De variolis & morbillis.

C A P. III.

De nomine **E** Ζαθήματα, ἐσθήματα, φλυκταίμαι, sunt nomina quibus Hippocr. promiscuè vtitur pro quavis eruptione præter naturam in corpore facta: siue à causâ externa, veluti à culicum, pulicum aut vesparum vibicibus: siue à causâ interna fuerit, vt colligere licet ex suis monumentis, & maximè lib. ii. epidem. sect. 3. curatione 2. Sileni: eò loci exanthematis nomine vtitur: nec non 6. epid. sect. 2. textu 22. nonnulli codices notant textum 29. & non 22. & prænotione 564. lib. coacorum, & lib. 5. epid. in curatione filij Euphranoris: & li. 7. epid. in curatione Pherecidæ, & aphor. 9. sect. 6. quibus locis nomine exanthematis vtitur pro quavis eruptione. Eius generis sunt stigmata variij coloris, quæ erumpere solent in febribus malignis ac pestiferis. In hoc genere censeri possunt variolæ & morbilli, de quibus nunc agere decreuimus. Silentio prætereo stigmata quæ per morbum Neapolitanum in facie & alibi erumpunt.

Color qui variat, pendet ex humoris prædominantis natura: rubræ ex sanguine: flauæ aut pallidæ, ex bile: nigræ aut liuidæ, à melancholia: albæ, à pituita. Galli has eruptiones sua vernacula lingua Pourpre & Tac nominant, quoties febribus malignis ac pestiferis accidunt, vi naturæ aut morbi. Variolas magnas conceptis verbis Hip. lib. 3. epid. sect. 3. textu 51. ἐσθήματα μεγάλα vocauit, nomen deductum ab ἐσθῆναι, i. erumpere, quod sua spontè in cute erumpant. Plinius papulas & pituitæ eruptiones nominauit. Ex superioribus liquet exanthematis nomen latius patere quam ecchymatis, phlyctænis, psudraciis, epinyctidis, lychenis, pustulis venereis &c.

Differètia. Variolæ à morbillis differunt καὶ ἰπὸς τῶν μαλλῶν. Hi à san-

guine feruidiore : ob id mulieres nostræ Rougeole à colore rubro nominant. Illæ verò à sanguine crassiore coque pituitoso fiunt. Ambo inter morbos epidemicos censentur, & sunt de genere excretionum: Aliæ sunt sine dolore, pruritu & ulcere. Contra, aliæ cum pruritu, dolore & ulcere : Quia inter se mutuam analogiam hæc duo symptomata habent in causis effectricibus, & curatione, in vnum caput redegit. Febris quæ comitari solet has eruptiones, medium tenet inter alias continuas, putredine; à pestiferis, malignitate.

Disquisitio causarum variolarum inter doctos non est par- *De causis.*
 ui momenti, vt reliquorum epidemicorum : inter quas duæ *Prior est*
 præcipuæ assignantur. Vna aëris vitium, si Fernelio creditur *aëris vitium.*
 lib. 2. cap. 12. de abditis rerum causis, cuius opinionem non probat Mercurialis, qui suo libro de puerorum morbis, nouum & incognitum morbum veteribus fuisse contempdit. Si de vetustioribus medicis qui ante Hip. scripserunt loquitur, eius opinio admitti posset, quorum monumenta ad nos nondum peruenerunt. Si de Hip. & eius sequacibus loquitur, non admittenda: quoniam harum meminit lib. epid. 3. sect. 3. textu 51. sub nomine ecchymatis qui graphicè variolas nostras delineauit in curatione Sileni, cui 8. morbi die accidisse pustulas rubras, paruas, rotundas, varis non dissimiles, quæ permanebant, neque abscessum faciebant.

Quid clarius exprimere potuisset Hip. Huic opinioni subscripserunt Celsus qui vixit regnante Nerone anno salutis humanæ 55. paulo ante finem lib. 5. & parte 4. Hip. lib. *Περὶ Ἀγρίας ὀξείων* textu 63. variolas depinxit sub nomine *φλυζακίας*, quam vocem Gal. in comment. *φλυζακίας*, id est, pustulas interpretatur, quæ fiunt ab ichoribus corporis superficiem erodentibus. Tales ichores esse venenatos docuit Hip. lib. 2. epid. sect. 1. statim ab initio : & progn. 60. lib. 2. Aëtius quoque lib. 5. cap. 129. & lib. 14. cap. 63.

Alteram causam Auicenna fen prima 4. tract. 4. cap. 6. re- *Secunda*
 fert ad malignam sanguinis materni impuritatem quo fœtus *causa va-*
 in utero alitur, dum gestatur: qui iam grandior factus (licet à *riolarum.*
 putiore sanguine nutriatur) copiosiore egens alimento, obuium more solito sanguinem allicit, deinde propinquiorum ad sui nutritionem. Hæc secretio non est tam exacta, quin nonnihil impuriore & malignæ qualitatis ad se rapiat, ex qua variolarum scaturigo. Hæc labes in nonnullis citius, in aliis

*Tertia
causa.*

cardius erumpit, pro cuiusque viribus, & victus ratione, & aëris constitutione, & humoris quantitate, & qualitate, ita ut pauci sunt qui hanc labem effugiant. His succrescit tertia causa, nempe colluies humorum per vterum expurgari solita quæ sanguinis massam inquinat, & impuriorem reddit. Hinc variolæ, hinc scabies, hinc furunculorum, & excrementorum proventus, & sæpe mors.

Non aliter quam vinum in doliis mucidis repositum quod facile corrumpitur. Sic sanguis non satis defæcatus in venis, portio quædam à foetu fugitur & sic inquinatur: sic humorum colluies sanguinem inquinat: hinc virginum & mulierum fædus color, à retentis mensibus.

Quæritur vbinam huiusmodi labes in utero contracta, per multos annos ita diu delitescit: respondeo, in partibus sanguineis & solidis, quæ successu temporis aucta, venis effusa, sanguinem efferuescere facit. & sua maligna qualitate facultatem expultricem concitat ad sui excretionem. Ex hac excretionem partes interiores, & exteriores pariter afficiuntur. Hinc alui fluxus, vomitus, anhelitus difficultas, vox rauca, ossium caries, anxietas, animi deliquium, cartilaginum dissolutio ab humoris virulentia. Huius rei fidem faciunt historiae à Rondeletio lib. 4. suæ methodi cap. 8. & lib. de dignoscendis morbis cap. 18. & ab Ambrosio Paræo chirurgo lib. 19. cap. 1. annotatæ.

Sic lues venerea, & elephantiorum labes, & virus canis rabiosi per multos annos delitescit, tandem emicat in multorum perniciem.

Ex his concludo huius labis causam esse duplicem: vnam occultam veluti morbi hereditarij qui à parentibus dispositionem suscipiunt vitio seminis quod à toto corpore secedit. Alteram esse sanguinis materni malignam qualitatem cum impuritate coniunctam.

*Qui pro-
pensi.*

Senes raro his variolis corripiuntur: sæpe iuvenes, & adulescentes, sæpissimè pueri, & infantes, idque in omnibus anni temporibus, & maximè si cœli status fuerit austrinus, calidus & humidus; iuuat victus ratio, & materiæ quantitas, & qualitas impura, & maligna.

Quamuis hæc lues semel in ætate hominemprehendat, nullaque seminaria ad futuram recidiuam (præter dispositionem in prolem) relinquuntur quia tota materia morbifica penitus

euacuatur: nihilo secius pueri qui ex nobis nascuntur variolis & morbillis semel in vita afficiuntur. Cuiusque morbi rationem validam reddere difficile est, ob mentis nostræ defectum.

Signa præter enunciata, sunt febris paracmastica, oscitatio, *De signis.* pandiculatio à materia commota, tussis, oculorum rutilatio, & lachrymæ inuoluntariæ, somnus profundus, capitis, & dorso dolor vehemens, narium, aurium, & vniuersi corporis pruritus, ac si corpus aculeis pungeretur. Paulo post in facie & dorso parua stigmata apparent, instar milij grana, aut capitum acicularum, quæ ab initio rubent, & paulatim augentur numero & magnitudine, idque citius aut tardius (vt dixi) pro corporum raritate, aut densitate erumpunt.

Variolæ quæ febrem præcedunt sunt longè securiores (*li- Prognosis.* cet raro) ijs quæ sequuntur, ob rationes in curatione bubonis & carbunculi enunciatas. Febris quæ has eruptiones præcedere solet, est de genere continuarum, quæque medium tenet inter febres continuas putridas, & malignas, ac pestiferas malignitate.

Variolæ rubræ & albæ, quæque in corporis superficie emicant, sunt minus periculosæ, quam nigræ, aut liuidæ, aut quam quæ saniem virulentam profundunt, aut in corpore latent, aut intro redeunt.

Periculum adferunt, magnitudo febris, sitis, æstus, iactatio corporis, dyssenteria, animi deliquium, conuulsio epileptica: vrina nigra autore Auic. loco citato, cap. 7. 8. & 9. Circa principium omnia symptomata sunt vehementiora ratione febris paracmasticæ, quæ à summo vigore incipit, & ad finem vsque perdurat, sine intermissione aut remissione.

Contra accidit in aliis morbis acutis, in quibus circa initia & fines omnia sunt imbecilliora: in statu verò vehementiora autore Hip. aphor. 30. sect. 2. & aphor. 9. sect. 6. τὰ πλατῆ ἐξυθηματὰ ἔπλανυσι κκοσμάδια: 1. Latæ pustulæ non admodum sunt pruriginosæ. Idem cecinit 6. epid. sect. 2. textu 22. Nonnulli codices notant textum 29.

Qualitas variolarum, si conferatur cum peste, aut anthrace est minus maligna. Sed audiamus Hip. vaticinantem prænot. 120. coacarum, hoc modo οἱσιν ἐν σὺνέχεισι φλυζάκια χ' πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύει: θαλάσσιοι, μὴ γνομίνε πωδῶδες ἀπαστήματος: μάλιστα δὲ τὰ τοῖσιν ἐθίεσθαι γίεσθαι παρῶς: Quibus in febris assiduitate

pustulæ toto corpore suboriuntur, mortiferum est, nisi purulento abscessu, qui hic potissimum ad aures erumpit, periculo defungantur.

Plura Hip. 4. de victu acutorum textu 63. & lib. 2. progn. 60. & initio lib. 2. epid. & Gal. in comment. variolas fieri ab ichore potius quam à sero sanguinis, qui semper est virulentus & malignus. Auicenna & Rhasis de variolis sic scripserunt: Variolæ nigræ quæ comitem habent febrem putridam sunt lethales, aut saltem difficilis curationis: nisi ex primo insultu variolarum tota materia maligna excutiat, quæ tamen recidivare potest, ut prædixit Hip. aphor. 12. sect. 2.

*De pueris
Puerorum
nutricum.*

Huiusmodi eruptiones 4 auxiliorum generibus curantur: nempe victu, venæ sectione, purgatione, & symptomatum correctione.

De aere.

Imprimis aër non omnino frigidus & humidus esse debet, quamvis febris sit continua, ne sua frigiditate cutim condenseret & variolarum eruptionem prohibeat, sed potius ad caliditatem declinet: sic naturæ motus iuuatur. Ad hæc oportet ægrum versari in aëre obscuro & coopertum pannis rubris, & quietum in cunis. Nutrix sit hilari, & pueri cantilenis, aut musicis instrumentis quantum fieri poterit, dolorem demulceat: nutriatur alimentis boni succi, & facilis digestionis, ut in lacte sit cibus & medicina. Iura carniū alterentur acetosa, buglosso vel borragine, caltha, seriola cum tantillo omphacij, aut succi malorum granatorum, citrij, aut limonum, aut aurantiorum.

*De victu
nutricis.*

Hordeata cum sem. frig. ma. & papauere albo concedi possunt.

Pro potu vtatur decocto rad. acetosæ, cum syrupo ex succis accidis: quæ si à vino abstinere nequit, vtatur oligophoro in pastu tantum, & extra illos, hydrosaccharo. Abstineat ab acribus, salis, piperatis, caseo veteri, leguminibus, brassicis, & fructibus recentibus, ne lactis calor augeatur, quod facillè in corpore æstuante corrumpitur, & variolarum materiam subministraret. Si est nupta, à coitu abstineat.

Somnus pueris est utilis, quia per eum variolæ citius, & copiosius erumpunt. Contra, vigiliæ naturæ motum intercipiunt. Pueri non tenuiore, neque pleniore, sed mediocri victu vtantur. Si nutrix & puer sunt alio duriore, vtantur balanis, aut clysteribus refrigerantibus, & emollientibus. Si nu-

trix est referta pravis humoribus, purgabitur: si plethorica, educatur sanguis ex axillari dextra plus minusue pro viribus, & anni tempore. Si puero non apparent variolæ, & sit plethoricus, hirudines famelicæ prius in aqua repurgatæ dorso, natibus & coxis admoueantur: vel harum loco, partibus iisdem cucurbitæ cum leui scarificatione primo aut secundo die admoueantur: sic corpus melius transpirat. Contra, si ab initio apparere incipient, nihil horum est tentandum, sed totum negotium naturæ est committendum: vt docuit Hip. aphor. 20. lib. 1. Secus si quis ea tentare vellet, humorem noxium à circumferentia ad centrum attraheret, & sic ægrum iugularet, vt de erysipelate docuit Hip. aphor. 25. sect. 6. Satius fuerit naturam iuuare decocto aliquo aperiente, & detergente, ex rad. acetosæ, graminis, rusci, asparagi, lentibus, vuis damasc. exacinatedis, & ficibus cum syrupo è succo acetositis citrij, aut limonum, granatorum, omphacij, cum pul. aliquo cardiaco aut lapide bezeardico vero si extiterit, & non supposititio, vt hodie fit: cuius loco vti licet cornu rhinocerotis aut cordis cerui vel bouis vsto & loto in parua quantitate pulvis, vel iure carniū dissoluto, & epithematis & emplastris ex conseruis & pulueribus cardiacis & theriaca paratis cordis regioni post epithema admouendis.

Quum variolæ non apparent, quid agendum.

Quid ab initio agendum.

℞. Sacchari rosati ʒ. ss. pul. ossis monocerotis vel rhinocerotis si haberi potest, vel ossis cordis cerui, vel bouis: vel cornu cerui vsti & loti aqua rosarum ʒ. i. confect. alchermes ʒ. ss. lapidis bezeardici veri (si diues) grana decem, fol. auri sex numero. Huius pulueris si lactans fuerit æger, nutritrix dissoluat parum in parua quantitate pulvis, quæ cum digito offertur. Si verò grandior fuerit, dissolue in iure carniū, aut decocto conuenienti diu continuando. Deinde vtendum erit epithemate præscripto in curatione pestis, pag. 166.

Pulvis cardiacus.

Secundum curationis genus: celebrari potest (in adultis & non in infantibus) phlebotomia (præter victus rationem institutam.) In plethoricis, post primum aut alterum diem priusquam erumpant variolæ, in parua quantitate: (ne plus in isto ægri vires deiciantur) ex interna cubiti vena: sic leuata natura sarcina qua premebatur, reliquum facilius ad cutem propellit: alioquin periculum esset ne ex magna putredine, febris fieret ardentior, vel multitudine oppressa, nihil aut parum admodum expelleret: quæ si (per imbecillitatem naturæ)

Curatio adultorum

De vaccinatione 2.

humor intro recurrit, æger suffocaretur: nisi naturæ beneficio vomitu, aut deiectione excludatur. Contra, vbi humor morbificus in habitum corporis est propulsus, venæ sectio est periculosa, vt doctè annotauit Auic. loco cit. cap. 10. quia per eam vitiosa materia intro reuocaretur, & naturæ motui impediretur.

Veruntamen non semper Auic. opinio rigidè est obseruanda (quum papulæ iam in corporis superficie extant) à phlebotomia esse abstinendum. Quia aliquando præ vitij copia, adeo vrgeat dyspnœa, aut magnâ febris, vt etiam in eo tempore (nisi quid aliud repugnauerit) vena est secanda: Vel sanguisugis aut cucurbitulis vtendum erit vt dixi, cum scarificatione, quæ dorso, aut natibus aut scapulis affigendæ erunt: Vel hæmorrhoidas, aut menses, aut narium sanguinis profluum mouere oportet si datur facultas. Si æger videtur cacochymus: Imprimis purgandus erit benignioribus medicamentis ante vsu aperientium, quæ potius obstruerent, quàm percutim noxium humorem expellerent. Contra, si non est cacochymus, mox à venæ sectione aperientibus vtendum erit, & præcipuè si variolæ sunt latæ quales in hyeme habebat Simon, vt refert Hip. 6. epid. sect. 2. textu 22. (aut 29. vt nonnulla exemplaria notant) qui cum ad ignem inungeretur, aut calida lauaretur, iuuabatur.

De purgatione 3.

Vomitibus non proficiebant: si verò calida fomenta quis adhibuisset, ille opinor vtilitatem percepisset. Ex quibus verbis colligere licet, humores crassos ad cutim repentes per medicamenta purgantia non esse trahendos, sed potius per fomenta calida, aperientia, & incidentia esse vacuandos. In his ecchymatis seu variolis curandis, auxilia non sunt procrastinanda. Interea si aluus non fluit, sollicitanda erit balanis, ex sapone (si pusio fuerit) aut natu maior, clysteribus benignis, & non acribus in parua quantitate, vt diutius retineantur, & maximè quum iam materia ad cutem mouetur. Si adhuc grandior, purgari poterit manna, cassia, syrupo de cichorio duplicato rheo, in sequentem modum.

Forma balani.

℞. Mellis cocti, ℥. i. pul. muscerdæ, hieræ Gal. & salis gemmei, singul. ʒ. i. fiant duæ balani supponendæ. Vel paretur ex sapone Genuensi: vel indetur radix ciclæ, vel granum salis, si vrget necessitas. Vel

℞. Decocti hordei, rosarum rub. ficuum, & florum chamæm. &

mæm. & melilori, ꝯ. 4. aut 6. dissolue cassiæ cum sacch. & diapruni simpl. vtriusque ꝯ. iii. mellis violati, ꝯ. vi. vitellum vnum oui, fiat clyster, cui superdormiat. Vel paretur sequens potio.

Forma clysteris.

℥. Cinnamo. ꝯ. ꝯ. rhabarb. ꝯ. ii. mannae Cal. vel cassiæ recens extractæ à canna, ꝯ. vi. infundantur omnia simul in iure pulli, vel capi veteris per noctem super cineres cal. Expressum detur mane. Vel si pusio, da syrupi de cichorio dupl. rheo ex cochleari, ꝯ. i. aut ꝯ. i. ꝯ. & superdormiat.

Eccoproticam.

℥. Rad. petroselini, acetosæ, & sarzæ parillæ, vel graminis, singul. ꝯ. ꝯ. cort. citrij siccæ, ꝯ. ii. herb. vlmariæ, scabiosæ, eupatorij, & portulacæ, singul. m. ꝯ. melissæ, p. i. sem. cardui bened. ꝯ. iii. lentium, m. i. vuarum damasc. exacinarum, pa. 6. ficuum recens siccatarum, pa. 3. feminum portulacæ, melonis, & apij, singul. ꝯ. ii. florum calthæ, & borraginis, vtr. p. ꝯ. coque in aqua suffi. ad t̄b. i. colatura clarificetur cum syrupi acetositatis citrij, aut limonum, aut granatorum, aut omphacij, ꝯ. iii. deinde aromatizetur santalo citreo, in multas doses: quarum quotidie mane & hora secunda pomeridiana cap. ꝯ. ii. continuando dum omnes papulæ eruperint foras.

Decoctum aperiens & detergens.

℥. Syrupi omphacij, aut de limonibus, aut de granatis, ꝯ. iii. vtatur cum decocto hordei, passul. exacinarum, & glycyrrh. si pectus afficitur, loco vini à quo abstinebit donec febris desierit.

Syrupus ad scissim.

℥. Cinnamo. ꝯ. i. rhab. ꝯ. i. thamarind. ꝯ. iii. catholici, & diapruni simpl. vtriusque ꝯ. iii. infundantur omnia simul in infusione rosarum pallidarum, vel earum succo, per noctem super cineres calidos: expressioni dissolue syrupi de cichorio dupl. rheo, ꝯ. vi. aut ꝯ. i. si æger est ætate prouectiore fiat potio initio morbi propinanda, vt docuit Hip. aphor. 29. sect. 2. morbis incipientibus, si quid mouendum videtur, moue. Vigentibus autem quiescere multò præstat.

Potio purgans.

Per quam viam ducere expedit, docuit Hip. aphor. 21. sect. 1. Ἄδῃ ἀγῶν, ὅπως ἀσ μάλιστα ῥέπη ἢ φουσι, ταυτη ἀγῶν, ἄλλῃ τῶν συμφορῶν χάρις. 1. Quæ ducere oportet, quo maximè vergere videbuntur, ducito, viis ac locis vtiliter eo ferentibus.

℥. Rad. scorzonæræ, pentaphyli, & fœniculi, singul. ꝯ. i. cort. aurantiorum minutim incisarum, & ligni sassafras, vtr. ꝯ. vi. sol. calamenti, origani, pulegij, rorismarini, summitatum anethi, & florum chamæmeli, singul. m. i. coque in aqua pro focu dorsi, & abdominis (vitatis præcordiis) cum spongiis bis

Fomentum arcticam.

in die. Hoc fomento cutis pori ampliores redditi, pereos materia à fotu attenuata commodius diffatur.

*Tabella
cardiaca.*

℞. Pul. margaritarum præpar. ʒ. i. v. lap. pretiosorum, & coralli rubri, super marmor subtilissimè tritorum, cornu cerui vlti aqua rosarum loti, singul. ʒ. ii. confect. alchermes, aut de hyacintho, ʒ. ʒ. lapidis bezeardi veri, & non supposititij grana x. fiat pul. de quo componantur tabellæ cum saccharo in aqua buglossi, vel cardui bened. dissoluto & cocto, pondo ʒ. iiii. cap. vnam quotidie mane, vel alternis matutinis, superbibendo parum aquæ scabiosæ, vel ptisanæ domi præparatæ: & ex reliquo pulueris paretur sequens conditum quod virus malignum emendat.

Conditum.

℞. Conferuæ florum calthæ, vel caryophyllatæ coronariæ, ʒ. i. pul. præscripti, ʒ. iiii. fol. auri, num. 4. cum sacch. rosato fiat conditum. Vel si opiatam es compositurus, vice sacch. ros. adde theriacæ mediæ ætatis, ʒ. iii. cap. mane plus minusue pro laborantis facilitate, superbibendo parum aquæ buglossi. Vel in eadem aqua dissolue, & para potionem, & superdormiat duabus vel iii. horis ante cibi sumptionem,

Opiata.

Si theriaca nimis ingrata videretur, eius loco suppone corticem citrij conditam: & extrinsecus sequentia admoucantur.

*Epithema
cardiacum.*

℞. Pul. diamargar. frig. ʒ. ii. pul. diamoschi, vel diambra, vel de gemmis, ʒ. i. troch. galliæ mosch. si diues, ʒ. ʒ. croci, ʒ. i. caphuræ, ʒ. ʒ. aquarum buglossi, & melissæ, vtriusque ʒ. ʒ. vini albi optimi, ʒ. ii. fiat epithema cordi tepidè ter in die applicandum.

*Empl. car-
diacū ma-
lignitati
humoris
resistens.*

℞. Michrid. veteris, & theriacæ probatæ, vtriusque ʒ. ii. conferuæ florum viol. buglossi, & calthæ, singul. ʒ. ʒ. misce & fiat empl. super pannum cocco baphica tinctum, vel adde bacc. tinctorum, ʒ. i. cordis regioni post epithema applicandum. Vel

*Scutum ad
idem.*

℞. Rad. cyperi, galangæ, calami aro. & xilaloës, singul. ʒ. ii. trochisc. galliæ moschatæ, & de caphura, & pul. diambra, singul. ʒ. i styracis cal. beniuni, & caryoph. singul. ʒ. ʒ. fiat pul. de quo paretur scutum pyramidale cum serico rub. & gossipio acu interpunctum, cordi applicandum. In his variolis & morbillis curandis, potius est habenda ratio venenatæ qualitati quam febri quæ à primo insultu sensim imminuitur.

*Oleum su-
dorsificum
humorem
virulentū
propellens.*

℞. Olei oliuarum veteris, & rancidi, ʒ. i. scorpiones viuos

num. 60. theriacæ veteris & probatæ ꝑ. ii. bulliant omnia simul in phiala obturata per horam. Hoc oleum in eadem phiala obturata cera, seruetur vsui: & tempore necessitatis illinentur emissaria tria, tempora, pectus, nares, carpi manuum, & pedum plantæ ab initio, præmissis frictionibus mollibus priusquam appareant. Vel

℥. Olei veteris oliuarum, ℔. i. scorpiones. 30. theriacæ veteris, ꝑ. ii. florum sambuci, & hyperici, vtriusque m. ii. infundantur simul in vase vitreo obturato spatio 40. dierum in sole ardente, aut in hypo causto, vel super cineres calidos (si necessitas vrget) spatio 4. dierum: vel in eodem vase bulliant per horæ quadrantem: & colato oleo vttere vt dictum est.

Aliud ad idem.

Si ob humoris crassitiem, aut cutis densitatem papulæ non erumpunt, præscribatur decoctum sudorificum ex ligno indico, aut rad. chinæ, aut sarzæ parillæ, & ligno sassafras, glycyrrhiza & ficubus &c. paratum, quo sæpe vtatur. Quum variolæ, molles, maturæ & sanie plenæ apparebunt acu aurea, vel argentea, & non ærea aut ænea in pluribus locis sunt aperiendæ: deinde molli linteolo sanies est detergenda. Vbi iam erit deterfa (ne supersit cavitatis) pul. sequenti sunt aspergendæ.

De decocto sudorifico.

Quum acu sunt aperienda.

℥. Mannæ, thuris, aloës, & amylli, singul. ꝑ. ii. farinæ fabarum, lupinorum, orobi, & cerusæ, singul. ꝑ. ʒ. fiat pul. subtilis quo vtatur vt dixi.

Pul. epuloticus & sarconcus.

Contra, quæ duræ, crudæ, & immaturæ erunt, sequenti decocto sunt fouendæ: atque vbi maturuerint, vt priores, erunt aperiendæ & aspergendæ pul. præscripto.

antisthenis

℥. Rad. althææ, & liliorum, vtriusque ꝑ. i. β. lini, & foenugræci, vtr. ꝑ. ʒ. i. fol. malux, viol. vtr. m. i. florum chamæm. meliloti, sambuci, & anethi, singul. m. β. passul. mund. pa. 12. ficuum pinguium, pa. 6. coquantur in aqua, & cum spongia sæpe foueantur papulæ. Vel ex vapore calido suffiantur: continuando dum emolliantur & maturescant.

Fomentum malacticum.

Quisquis 4. morborum & symptomatum tempora distinguere nouerit, sciet quoque unicuique remedia adhibere, vt docui cap. 6. primæ partis.

4. curationis genus de sympe.

Primum symptoma est illud quod oculos obsidet, quum fulgent ex flammeo calore febrili, priusquam variolæ erumpant, cui occurrendum erit collyriis sequentibus compositis in morbi principio ex medicamentis refrigerantibus & astrin-

gentibus : in augmento & statu, astringentibus, digerentia sunt permiscenda, ne materia maligna, quę in illis influxit, retineatur, & cęcitatem pariant, aut vlcus saniosum immedicabile.

*Collyrium
pro morbi
principio.*

℞. Fol. rubi, plantaginis, & rosarum rub. singul. m. ℞. balau-
stiorum, & sumach, vtriusque ℥. ii. coquantur in aqua fabro-
rum, vel pediculi rosarum, vel calycis glandium ad ℥. iii. dis-
solue croci, ℥. i. & caphurę grana sex, fiat collyrium, cui dis-
solue albumen vnius ouĩ, & singulis ferę horis oculis distil-
lentur guttę aliquot, & in eodem collyrio macera linteola al-
ba tenuia, quę parum expressa tepidę admoucantur, & non
frigidę aut calidę.

Interea æger fugiat aërem luminosum, solem, candelas, &
res rubras: contra versetur in loco obscuro. Ab initio somnus
est profundus ab halituosis vaporibus sursum sublatis, à ma-
gnitudine febris, qui post variolarum eruptionem est exci-
tandus: & si iam oculi sunt læsi à virulenta materia, fiat se-
quens

*Cataplas-
ma.*

℞. Pistaciorum recentium, aut in aqua rosarum macerata-
rum, ℥. iii. contundantur in mortario, & cum farina hordei
torrefacta, & aqua fœniculi, aut euphrasie, fiat cataplasma
oculis tepidę admouendum, bis aut ter in die renouandum:
cui adde muccag. sem. psyllij ex aqua plantag. extractę, ℥. ii.
Si oculi præ calore febrili fulgent, adde caphurę ℥. i.

*Collyrium
pro statu.*

℞. Caphurę, grana sex, gummi tragac. ℥. ii. sarcocollę, ℥. ii.
cerusę, ℥. ℞. lactis mulieris, & decocti fœnuigr. euphrasie, &
fœniculi, vtriusque ℥. ℞. fiat collyrium oculis sæpe distillan-
dum tepidę. Si ad nares humor fluere videtur, acerrimum aut
aqua rosarum odoretur. Vel

Pro narib.

℞. Rosarum rub. m. i. trium santalorum, singul. ℥. ii. aquę
plantaginis, & omphacij, vtriusque ℥. iii. bulliant simul, & va-
por dirigatur in nares per tubum infundibuli: vel inclinato
capite excipiat vaporem. Si fortę crustę respirationem in-
tercipiunt, emolliantur buryro, vel oleo è semine lini, vel
amygd. dul. vel pomata quę in officinis paratur. Si exulce-
rantur, metu ozenę, vel polypi, paratur sequens vnguen-
tum.

*Vnguentum
ad nares
exulcera-
sas.*

℞. Succı solani, aut plantag. aut aizoi ma. & olei rosarum,
vtriusque ℥. i. ℞. bulliant ad succi fermę consumptionem. Co-
laturę liqua cerę albę, & plumbi cum mercurio præparati,

vtriusque ꝑ. iij. lithargyrij, ꝑ. i. ꝑ cum vitello oui agitentur in mortario plumbeo, & hoc vnguento penicilli illiti, nari-
bus indantur, & mutentur. Si materia ad os & guttur ver-
gat, priusquam illud vlceret, vtendum erit sequenti gargarif-
mate.

℞. Hordei integri, m. i. glycyrrh. ꝑ. vi. vuarum Damasc. *Gargarif-
mus pro ore
& guttore*
exacinarum, aut Corinthiacarum, ꝑ. i. ficuum, & dactyllo-
rum, vtr. num. 4. Coque in aqua ad ꝑ. i. mellis despumati, aut
syrupi de iuiubis ꝑ. iij. fiat gargarismus quo tepide sæpe col-
luat os. Vel huius loco vtatur lacte muliebri, aut alicuius
animalis recens multum cum saccharo. Vel loco prioris gar-
garismi (malo incipiente) lauabit os aqua aluminosa. Ex-
trinsecus illinetur facies & collum pomata aut vnguen-
to rosato: & post oris collutionem, teneat in ore folium plan-
taginis.

Si pulmones afficiantur, vtendum erit arteriacis descri-
ptis parte 2. nostri Enchyridij cap. 7. Si forte fortuna intesti-
na vlcerantur à virulentia humoris, recurrendum erit ad
cap. de dysenteria in quo varia præsidia describuntur: huic
negotio vtilia. Nunc de ijs quæ vestigia delent. *Pro palmo-
nibus.
Pro intesti-
nis.*

Stillatitius liquor florum fabarum, aut rad. arundinis, aut
serpentariæ maioris, aut ari vulgo iari: aut succus limonum
aut citrangularum. *Variolarum
vestigia
delent se-
quentia.*

Cinis vngulorum arietis, aut capræ, aut putaminum ouo-
rum: aut aqua quæ in folliculis vlmorum includitur, & in-
ter composita, lac virginale.

Aqua mellis cum terebinthina distillata: itidem confert
pinguedo asini cum oleo liliorum liquata, & oleum ouo-
rum & de lateribus: sanguis leporis, aut tauri, calide admo-
tus cavitates implet. Itidem corium suillum salsum, & cale-
factum si eo fricentur vestigiorum cavitates, cutim æquat.
Identidem valet axungia anseris, anatis, & gallinæ ad cu-
tis asperitatem delendam. Si in facie appareant phymata,
forficibus incidantur, & vnguento citrino illinentur, aut
sequenti.

℞. Axungie anseris, & asini, & olei liliorum, singul. ꝑ. i. *Ad tuber-
cula.
Linimentum*
pul. vnguenti citrini ꝑ. ꝑ. misce pro litu tuberculorum ho-
ra somni, per multos dies continuando. Deinde sequenti ma-
ne lauetur facies decocto sequenti.

℞. Rad. liliorum alborum, ꝑ. ii. rad. ari, vel serpentariæ

*Decoctum
detergens.*

℥.i. malum citreum i. per frustra diuisum, furfuris macri, m. i. Coquantur in aqua pro lotionem faciei tepidè mane: sic per multos dies continuando. Simili modo alia comparari possunt remedia pro cuiusque arbitrio. Tanta est variolarum malignitas & virulentia, qua non solum partes carnosæ afficiuntur, verum etiam & ossa carie & ligamenta corrumpi possunt, vt dixi pagina 14. & tumores qui sæpe in gangrænam degenerant, nisi breui occurratur.

Si tumor aliquis aut vlcus in membris externis apparuerit, confugiendum erit, ad tumorum generalem curationem: hoc est ad malaëtica & maturantia, quibus miscenda erunt aliqua medicamenta siccantia quæ putredini resistent. Aperto tumore per se, vel scalpello, vlcus erit detergendum, incarnandum, & ad cicatricem perducendum. Si imminet gangræna, vtere vnguento ægyptiaco, & sequenti cataplasmate & lotionem.

*Decoctum
si imminet
gangræna.*

℥. Rad. gentianæ, & aristolochiæ rotundæ, vtriusque ℥.i. fol. absinthij pont. ma. millefolij, & centaurij minoris lingul. m. i. Coque in aqua pro lotionem vlcis. Deinde admove cataplasma compositum ex farinis orobi & lupinorum decoctis in oxymelle simpl. &c.

De Scabritie & nigredine lingue.

C A P. I V.

De causis.



C A B R I T I E S, ariditas, nigredo, & fissuræ lingue sunt symptomata actionum naturalium, sensus, tactus. Causæ horum symptomatum, sunt vapores acres humoris calidi & sicci, quos febris ardens atque maligna procreauit, qui sursum sublatis & exitum non habentes quo ultra progrediantur in spongiosa lingua, suam qualitatem impertinentur, & eius corpus afficiunt: sic inducitur scabrities, nigredo, siccitas, & fissuræ quæ in ea elucet. Eius tunica (vt œsophagi) à crassa meninge originem ducit.

De signis.

Hæc symptomata sunt signa februm ardentium, & malignarum, quæ sæpe inducunt sitim inexplebilem, cibi fasti-

dium, loquelæ deprauationem, capitis dolorem, delirium, & variam pofcunt curationem vt mox dicam.

Sed in primis videamus quid de succensa fuligine cenfeat Hip. lib. 6. epidemiorum ſect. 5. textu 13. Γλῶσσα ὄρει σμαίρει χλωρὰ γλῶσσα χολώδης : τὸ δὲ χολώδης, ἀπὸ πίονος : ἐρυθρὰ δὲ ἀφ' αἵματος· μέλαινα δὲ, ἀπὸ μελαίνης χολῆς· αἰὼν δὲ, ἀπὸ σκληρείου λιγνυάδου, καὶ μητρῶς μοεῖς, λευκὴ δὲ, ἀπὸ φλέγματος. Et paulo post textu 15.

Γλῶσσα ὁμογενὴς τῆσι περὶ αἵματι, διὸ ταύτην γινώσκουμεν τὴν χυμῶν· id est, lingua humorum serum quale sit indicat. Pallidæ quidem linguæ ex bilis redundantia fiunt (biliosum autem à pingui) rubicundæ verò à sanguine, nigra ab atra bile, valdè resiccata ex succensa fuligine & vtero, alba autem ex pituita. Lingua humorum præstantiam colore refert, ideoque per hanc ad humorum dignotionem peruenimus. Vera est Hip. sententia modo linguæ nigredo non proueniat à causa externa, nempe ab esu acinorum mali granati aut cassiæ ægyptiacæ seu nigra, linguæ color non solum humoris redundantis naturam, verum etiam, & futuram curationem ostendit. Causam huius coloris refert ad decubitum supinum. Paulus Ægin. lib. 2. cap. 54. in febrè causone, aut pestilente, si lingua nigra & minus scabra appareat, est signum pessimum.

Si lingua est scabra, sicca, & rimis dispersa: humectare, emol-
lire, & detergere oportet, dulcibus & insipidis, & nō salis aut amaris. Hoc modo ℥. Hordei, m. glycyrrh. ʒ. vi. ficuum recē-
tiū, pa. 6. malua, ʒ. ʒ. sebesten, pa. 8. coque in aqua suffi. ad lb. i. Gargarif-
mus.
mellis rosati, ʒ. ii. fiat gargarismus quo sæpe colluat os; vel lin-
teo in eo demerso lingua fricāda: vel ea depressa, aliquo circulo
argenteo, aut ligno ligustri parato abradēda, mox abluen-
da eodem gargarismo, aut simili, qui sit eiusdem naturæ, vel
parentur noduli sequentes. ℥. Granorum cydoniorum inte-
grorum, & sem. psyllij, vtr. ʒ. i. vel tantundem gummi traga-
canthi, penidiarum, & sacch. crystallini, vtriusque ʒ. iii. fiant
plures noduli parui, oblōgi, qui bacillo ligneo ligati, & mace-
rati in aqua plantag. aut portulacæ, vicissim linguæ scabræ sæ-
pe admoucantur. Deinde sæpe colluat os gargarismo præscri-
pto. Et si ardor est magnus, nodulis adde sem. 4. frig. ma. Et si
lingua est lenta cum nigredine, & sine scabritie, gargarismo
præscripto vice mellis rosati, dissolue tantundem oxymellis
simpl. vel syrupi de granatis. Vel paretur sequens. ℥. Hordei
à cort. exteriori repurgati, m. i. glycyrrh. ʒ. vi. passul. mundat.

& sebesten, vtriusque pa. 10. florum nymph. & viol. vtr. p. i. coque in aqua suffi. ad lb. i. fyrupi violati, ꝯ. ii. succi granat. ꝯ. i. fiat gargarismus vsui dicto.

De Sudore morbofo.

C A P. V.

IΔρῶς Græcis, Sudor Latinis, est symptoma de genere excretorum, autore Gal. 3. de symptomatum causis cap. 2. qui nihil est aliud quam excretio humoris serosi per cutis spiracula profiliens, ex partibus carnosis totius corporis. Sudoris, & vrinæ eadem est materia, autore Gal. lib. 10. de simpl. medic. facult. Differunt tamen, quod venæ & arteriæ per vrinas in renes, & hi in vesicam expurgantur: per sudores verò, habitus corporis, tam in prospera quam aduersa valetudine. Sudor diuiditur in naturalem, & morbosum: de naturali non ago, sed de morbofo, qui comitatur febres continuas & intermittentes. Morbosus rursus, aut est criticus, aut symptomaticus aut epidemicus. Criticus is dicitur, qui in die decretorio accidit, & morbum perfectè iudicat, aut imperfectè.

*Sudoris
diuisio.*

*De critico
sudore.*

Perfectè, apparentibus signis coctionis. Imperfectè, qui licet in die decretorio accidat, & signa coctionis appareant, sæpe tamen non soluitur morbus: vel ob ægri virium imbecillitatem, vel humoris morbifici crassitiem, qua cutis spiracula constipantur, hinc morborum longitudo.

*De sym-
ptomtico.*

*De epide-
mico.*

Symptomaticus veluti tyrannus accidit in diebus 6. 10. 15. & 19. 26. &c. qui malignitate morbi, nullo modo morbum minuit: contra ægri vires debilitat, & eius perniciem portendit. Epidemicus verò dicitur, qui ex maligna aliqua qualitate in nobis genita, vel in aère impressa, multos obrepit, quales obseruantur in febribus malignis, ac pestiferis: vt febris typhodes, cleodes, hydro-pyretos, Gallis sua vernacula lingua Suette nominata, quæ aliquando Angliam ferè vniuersam spatio multorum annorum est depopulata, vt ex centum hominibus, vix vnus superstes remansit.

Paulo post eadem contagio à ventis contrariis impulsa ab

anno

anno 1486. ad annum 1528. in Germaniam & Galliam, irrepfit, in quibus regionibus viros quosq; fortes copiosis sudoribus iugulauit spatio 24. horarum, cui auxilia humana inutilia erāt, vt refert Polydorus Virgilius in suis Chronicis Anglicis.

En quibus regionibus.

Causa efficiens est calor externus, aut internus. Externus, qualis est aër calidior, aut frigidior aliqua qualitate maligna conspersus, qui copiosos sudores concitare potest, vt Amatus Lusitanus refert, sexta centuria suarum obseruationum, curatione 4. Calor per habitum corporis diffusus, sudorum materiam calefaciendo liquat, attenuat, cutemque simul emollit, & relaxat: & quibus est multum caloris, facillè sudant.

De causis.

Contraria his præstat frigus: nam frigidioribus & siccioribus naturis, vt in hydropicis, & hæticis, sudores non erumpunt (nisi rarò). Succrescit temporis constitutio, quæ si pluuiosa fuerit aut æstas veri similis, in febribus sudores multos expectare oportet, autore Hip. aphor. 6. & 21. sect. 3. Potus aquæ frigida: è visceribus vapores obuios, & humores ad cutim deducit, qui cutis & epidermidis densitate, in sudorem resoluuntur: hoc est manifestum in sanis. Veluti etiam ab alimenti copia sudor erumpit, autore eodem Hip. aphor. 41. sect. 4. & Gal. in comment. Sudor multus per somnum factus, cibo copiosiore corpus vt significat. Quod si parcius epulanti, hoc accidat, vacuatione indigere significat. Alia causa sudorum, scaturire potest vsu diureticorum, aut hydroticorum, aut thermarum sulphurearum, nitrosarum, bituminosarum &c. quibus humores ab intimis partibus ad extimas deducti in sudorem vertuntur.

Causæ internæ pendent ab aliqua intemperie, aut ab humoris quantitate aut qualitate. Si ab intemperie vniuersali, sudor à toto corpore profilit.

De causis internis.

At si intemperies fuerit particularis: sudor illius partis morbum indicat ex Hip. aphor. 38. sect. 4. *Καὶ ὅτε ἐν τῷ σώματι ἴσως ἐν ταύτῃ σφίλιται ἢ τῶν ἄλλων.* 1. Qua corporis parte sudor, ibi morbus. Vera est Hip. sententia, si morbus non fuerit acutus, aut magna febris, & sudor non fuerit copiosus: secus esset sibi contrarius, qui lib. 1. progn. cap. 9. & in coacis prænot. cap. de sudore damnat eum qui in facie & ceruice guttatim profilit & iure optimo, qualis apparere solet ante ægroantium mortem, & diaphoreticus à medicis Græcis nuncu-

patur, indicans naturam à morbo esse superatam & extinctionem caloris. Urinæ quantitas est consideranda, si magna est, aut parua, tam in sanis quam ægris. Qualitas quoque, si frigidus, aut calidus: acer, aut mitis; dulcis, aut amarus; si suaue, aut graue olet: si eius constitutio est tenuis, aut crassa, aut viscida. Idem sunt tempora morbi consideranda febrium continuarum, aut intermittentium, necnon ægri vires, humorum cruditas, & coctio, plenitudo & cacochymia.

*Designis
& prognos-
tici.*

Quid iudicandum sit de sudoribus criticis, symptomaticis & epidemicis, (præter ea quæ superius annotauimus,) nonnulla alia sunt nobis annotanda, vt quisque ex veterum obseruationibus, futura prædicere possit.

In pulsu interciso, & vermiculante, si febris non minuitur, & vires deiciantur, signum malum autore Hip. aphor. 56. lib. 4. & primo progn. cap. 9. & in coacis cap. de sudore. Sudor qui ante febris accessionem, aut crism fit, malus; quia non fit naturæ beneficio, sed vi morbi. Contra, post crism aut accessionem fuso calore, & laxato corpore, natura vincente, salutaris est. Deterior est; vbi in partibus supernis tantum. Nam si natura est infirma, tunc syncopen denuntiat: quod si iam est frigidus, est syncope. Alioquin si non tam infirma est natura, partem vnde fluit sudor, grauam copia conijcies. Frigidi sudores cum acuta febre, mortem: cum mitiore longitudinem significant. Sudor multus, frigidus aut calidus, assidue fluens: frigidus grauiorem: calidus minorem morbum significat. Sudor febricitanti superueniens febre ægrum non deficiente, malum. Prorogatur enim morbus, & plus humiditatis inesse significat. Sudores febricitantibus sunt boni, qui manare cœperint die 3. 5. 7. 9. 11. 14. 17. 21. 27. 31. 34. quia morbos iudicant. Qui secus euenerint, laborem, & morbi longitudo, aut eiusdem reditum significant.

*Sudoris
vtilitas.*

Ἰδρῶς ἀμα περιτῶ γινόμενος ἐν ὄξει φλαυρὸν: I. Sudor qui vnà cum febre incidit, si est acuta, malus. Hæc omnia cecinit Hip. in aphor. prognosticis, coacis prænot. & prorrheticis. Sudores omnibus febribus sunt proprii, & præcipuè exurentibus. Finiunt quartanas febres, si simul atra bilis cum eis atque varia excernantur: Semitertianas quoque si biliosa simul & pituitosa, & reliquas febres diurnas. Soluunt etiam parotides, lethargos, & reliquos omnes affectus capitis, & abscessus autore Gal. lib. 3. de crilibus cap. 3.

Sudor febribus pestiferis est presentaneum remedium. Gal. Reliqua sudorum signa sumuntur à sapore, odore, colore, & consistentia.

A sapore, si sudor qui in os defluit, est valdè falsus, sanguinem aduri præ nimio calore, iudicare licet: si amarus, bilis mixtionem: si dulcis, pituitam dominari denotat. Ab odore, si odor est bonus, optimam temperiem denotat: qualis fuit Alexandri Magni, ut refert Plutarchus tractatu de conuiuio 6. lib. 1. tom. 2. Contra, malus si graueolet, qualis obseruatur lue venerea laborantibus, elephanticis, cacochymis, & febribus putridis, & malignis: quia talis sudor non minuit febrem quouis morbi tempore percipiatur. A colore, color quoque humoris idæam detegit: Si flauus, bilem: si ruber, sanguinis diapedesin, aut diæresin denotat, qualem obseruauit Rondeletius anno Domini 1547. in medicinæ studio. A consistentia, si sudor est tenuis, tenuium humorum in corpore multitudinem declarat: Si crassus, humorum crassitiem: si viscidus, aut humoris paucitatem, aut eius crassitiem portendit, autore Gal. lib. 3. de sympt. causis cap. 2. Hæc omnia in febribus distinguere oportet, ut distinguamus sudorem bonum, à malo, & quis sistendus, aut mouendus sit.

Omnis sudor morbosus aut retinetur, aut immodicè fluit: Retinetur, aut copia materiæ, vel crassitie, vel lentore, aut ab aliqua causa externa. Si à copia materiæ retinentur, sunt excitandi per aperientia temperatè calida: Si ab humorum crassitie, sunt incidendi à calidioribus diureticis, qualia sunt, orig. calamentum, hyssopus, satureia, pulegium, thymus &c. Si ab humore lento, incidendus, tenuandus, & detergendus oxymelle simpl. & composito. Contra, fluunt, aut via critica, aut symptomata: si via critica, totum negotium naturæ committendum & expectare vsque ad sufficientem vacuationem. Interea optimum erit iuuare naturam linteis calidis & frictione: Et si vires sunt collapsæ, erunt reficiendæ cibus boni succi & eupeptis; somno, & quiete. Si immodicè fluant, leuibus euripis refrigerare oportet, & tegumenta minuere: & si hæc non sufficiunt, inungere oportet corpus aliquo oleo aut vnguento astringente, (ne nimia vacuatione æger in synopen adducatur, aut in conuulsionem.) Si ab externa causa immodicè fluunt, & ægri vires resoluuntur, iisdem remediis astringentibus sunt compescendi. Pari ratione medicamenta

cardiaca intus & extra sunt præscribenda. Et si sudor est epidemicus, cardiacis aliqua alexiteria sunt permiscenda, qualia fuerunt descripta in curatione febris pestilentis.

Ne idem eueniat, vt adolescenti qui laboranti sudore epidemico succubuit, imperitia medici qui in balneum deduxit præter modum citatis sudoribus. Gal.

*Apozema
si copia
materie
sudores sũt
recenti.*

℞. Rad. rusci, asparagi, & graminis, & petroselini, singul. ℥. i. herb. cichorij, endiuia, fumarix, eupatorij, & capill. commun. singul. m. i. vuarum Damasc. mundat. paria viii. sem. halicacabi, & 4. frig. ma. singul. ʒ. ii. florum trium cord. & thyonij, singul. p. i. coquantur ex arte in aqua suffi. ad ℔. i. syrupi acetati simpl. ℥. iii. fiat apozema clarificatum & aromat. cinnamomo pro tribus matutinis.

*Apozema
incidens,
attenuans
& tergens
si à crassis
& lentis
humoribus
sunt.*

℞. Rad. fœniculi, apij, & eryngij à matrice mund. & contusarum, & in oxymelle simpl. aut composito per noctem aut horas vi. super cineres calidos in fictili vitrato infusarum, singul. ℥. i. herbarum cichorij, endiuia, eupatorij, origani, calamenti, pulegij, hyssopi, singul. m. i. summitatum thymi, m. ʒ. vuarum Damasc. exacinarum, par. 10. ficuum recentium, par. iiii. sem. apij, petroselini, & melonis, singul. ʒ. ii. Cicerum rub. p. ii. florum cord. p. i. aquæ ℔. iii. bulliant in eodem fictili cum oxymelle infusionis rad. ad 4. v. Colatura clarificetur & aromatizetur cinnamo. pro 4. matutinis. Si immodicè fluant,

*Apozema
sudores cõ-
pescens.*

℞. Rad. symphyti ma. ℥. ii. rad. plantag. ℥. i. herb. centinodia, bursæ pastoris, portul. & rosarum rub. singul. m. i. absinthij pont. & rorisim. singul. m. ʒ. vuarum Damasc. cum arillis, pa. 10. sem. sumach. ℥. ʒ. florum cord. p. i. coque in aqua chalybeata ad ℔. i. syrupi cydoniorum, ℥. iii. fiat apozema clarificatum & aromat. santalo albo, & rub. pro 4. matutinis: deinde vttere sequentibus

*Diaplasma
& pul.
astringens.*

℞. Oleorum lentisci, ℥. ii. myrtini, ℥. i. aceti rosati, ℥. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. misce ad litum alarum rachitidis, pubis, manuum & pedum: deinde sequenti pul. aspergantur.

℞. Pul. rosarum rub. & absinthij pont. ma. vtriusque ℥. i. boli armenæ, acaciæ, succini, sang. draconis, masticis, & coralli albi, singul. ℥. ʒ. ʒ. fiat pul. vsui dicto.

Vel eadem partes illinentur vnguento comitissæ, aut altero eiusdem facultatis. Aëtius non solum has partes illinit, sed & thoracem & collum: quibus cataplasmata ex medicamen-

tis astringentibus composita adhibet : at nostra remedia sunt facilliora. Sudores quoque compescunt extremitatum ligaturæ, & fomenta ex astringentibus.

℞. Rad. bistortæ, pentaphylli, & taxi barbati, singul. ℥. i. ℞. *Fomentum*
malicorij, balauftiorum, rhois, nucum cupressi, calycum glandium, equiseti, & bac. myrthi, singul. ℥. ℞. herb. absinthij pont. ma. labruscæ, centinodij, & rosarum rub. singul. m. i. coque in æquis partibus vini austeri, & aquæ fabrorum pro fortu totius corporis cum spongiis, cui adde aluminis rupani, ℥. ii. si fortius requiritur.

℞. Corr. thuris, masticis, & bac. iuniperi, singul. ℥. ℞. balauftiorum, malicorij, vtr. ℥. ii. blattæ Bisantiæ, hypocistidis, styracis cal. & rosarum rub. singul. ℥. i. fiat pul. crassus in orbiculos referendus cum styrace liquida, quibus totum corpus in conopeo, subucula & linteamina suffiantur. *Suffitus.*
Vel ex materia *De balneis naturalib.*
fomenti præscripti componetur cataplasma quod mammis admoueat, vt consulit Aëtius lib. 2. cap. 107. Balnea aluminosa huic negotio primas tenent, quoties sudores sunt sistendi. Contra si mouendi. Nitrosa, sulphurea aut bituminosa sunt consulenda. Vel si non datur facultas horum loco vtendum hydroticis sæpe commemoratis.

De Delirio, Vigilia & Somno.

C A P. V I.

Π *Αεφροσύνη & φρένις* inter se differunt καὶ ἕτερον ἐστὶν καλλόν:
Latinis Delirium & mentis alienatio dicitur. Est symptoma actionis animalis deprauatæ. Hæc consequitur inflammationem meningum, & cerebri. Illa verò inflammationes omnium viscerum, de quibus summam diximus cap. ultimo prioris Tractatus.

Si phrenitis prouenerit ex meningum inflammatione, recurrendum erit ad caput de phrenitide, vel ad ea quæ annotauimus in causâ, & feb. tertianæ cōtinuæ curatione, c. 11. p. 49 primi Tractatus sc. victu refrigerante & humectate, vitato lumine, ne maior fiat spirituum dissolutio. Si alius non fuit, iniiciendus erit clyster ibidem descriptus: quo reiecto educatur sanguis ex angusto vulnere & vena cephalica dextra ad

reuulsionem, plus minusue pro ægri viribus, ætate, & plenitudine.

Et recreatis viribus alimento, educatur sanguis ex vena frontis, ad deriuationem. Et si quid eam dissuadet, partibus internis coxarum, aut natibus ad reuulsionem, admoueantur cucurbitæ cum scarificatione satis profunda. Et ad deriuationem collo, vel omoplatis cum scarificatione semel atque iterum in plethoricis. Formulas remediorum vniuersalium non describo, quia multas dedi eo loci, ne videat eundem calculum reuoluere.

Topica in principio sint repellentia & roborantia: in augmento, illis tertia, vel quarta digerentium pars miscenda: in vigore, repellentia & digerentia, sint æqualia: in declinatione solis digerentibus vtendum, vt docet Gal. lib. 6. catatop. & 13. met. med. In vsu repellentium non est diu immorandum ne nimis refrigerando lethargus inducatur.

*Canon in
oxyrhod.
comp.*

In componendis oxyrhodinis, aceti quarta pars sufficit, si somnum conciliare volumus, aut sexta pars in leui. At si vigiliæ sunt inducendæ, vt in caro seu sopore seu somno profundo aceti acris pars æqualis esse debet, vt humor crassus qui soporem inducit, attenuetur & incidatur. Ad somnum conciliandum paretur sequens

*Oxyrhodi-
num som-
num con-
cilians.*

℞. Olei rosati, omphac. & myrthini vtr. ℥. i. β. aceti acris ℥. i. aquæ rosarum ℥. β. albumen vnius oui fiat oxyrhodinum quo tepidè ab alto perfundatur sinciput, rasis, vel prius tun-
sis capillis.

Deinde pipio viuis exenteratus, aut catulus per dorsum apertus, & tepens admoueatur: quo refrigerato stupæ cannabinae applicentur.

*V. somnū
concilians.*

℞. Vnguenti populei caphurati, ℥. i. β. eo illinentur tempora, frons, volæ manuum, & pedum plantæ frigidè post lotionem sequentem.

*Lotio ad
idem.*

℞. Fol. salicis, vitis, cucurbitæ, viol. borrag. portul. & rosarum rub. singul. m. i. summitatum anethi, chamæmeli, & meliloti, singul. m. β. coque in aqua suffi. ad ℥. iiii. extra ignem iniice aceti, ℥. vi. & tepidè lauentur crura & pedes hora somni tepidè. Deinde

*Potio hip-
notica.*

℞. Pul. diamarg. frig. aut confect. alchermes, ℥. β. diacodij, aut syrupi de papauere ℥. i. aut ℥. i. β. aquæ lactucæ ℥. iiii. fiat potio hora somni sumenda. Vel huius loco paretur sequens emulsio.

℞. Sem. 4. frig. ma. & papaueris albi mund. singul. ʒ. i. pistentur in mortatio marmoreo cum pistillo ligneo, affulsis guttis aliquot aquæ lactucæ ne pinguescant: sacch. rosati, aut syrupi violati, aut nymphææ ʒ. i. fiat emulsio hora somni propināda vice aliorū: sic forma remedij mutatur, & non materia.

Alia ad idem.

℞. ʒ. Tinctorum ʒ. ʒ. santalorum omnium singul. ʒ. i. florum rosarum, violarum, & nymph. singul. p. i. sem. lactucæ, papaueris albi, & cort. rad. mandrag. singul. ʒ. ii. coriand. pp. ʒ. iii. fiat pul. crassus, serico rub. excipiendus in frontali interpuncto, quod prius excepto vapore aquæ rosarum, (cui aceti acris tantillum insit, fronti & temporibus admoueat, vel puluis excipiat, ovi candido, vel mucag. sem. psyllij, ex qua ros. & aceto extracta, fiat frontale.

Frontale.

Si ex pulmonum inflammatione delirium acciderit, (quod ad vniuersalia & particularia attinet) quæ præscripta sunt, aptari non possunt: ob id recurrendum erit ad ea quæ in cap. de peripneumonia dicemus, tam internis quàm externis.

Si ex stomachi aut diaphragmatis phlegmone delirium acciderit: præmissis vniuersalibus, potionibus somniferis, & crurum lotionibus iam descriptis, sequentia aptari poterunt.

℞. Pul. diatriasantali, ʒ. ii. absinthij pont. ma. rosarum rub. & throch. de caphura, singul. ʒ. i. Aquarum endiuix, solani, & rosarum, singul. ʒ. v. aceti rosati, ʒ. ii. fiat epithema parti malè affectæ tepidè applicandum cum panno rub. denso ter aut quater in die.

Epithema.

℞. Vnguenti rosati, & cerati santalini aqua rosarum & aceto lotorum, vtr. ʒ. i. ʒ. caphuræ, ʒ. ʒ. misce pro litu partis affectæ. Si delirium ex hepatis, lienis, aut intestini tenuis inflammatione fuerit, iisdem ferè remediis curatur, quibus stomachi, & diaphragmatis inflammationes, nonnullis additis, aliis detractis, hoc modo:

V. pro stomacho aut diaphragmate inflammato.

℞. Pul. trium santalorum, & troch. de spodio, rosarum rub. singul. ʒ. ii. coralli albi, nardi ind. schœnanthi, & absinthij pont. ma. singul. ʒ. i. caphuræ, ʒ. ʒ. aquarum solani, endiuix & plantag. singul. ʒ. ʒ. aceti acris, ʒ. ii. fiat epithema lieni, aut hepatis aut intestino malè affectis tepidè applicandum.

Epithema pro visceribus inflammatis.

℞. Oleorum de absinthio, & nardini, vtr. ʒ. i. pul. rosarum rub. & troch. de caphura, vtr. ʒ. iii. aceti rosati, parum misce pro litu earumdem partium post epithema.

V. Pro iisdem partibus.

Hæc in morbi statu aptari possunt, quo tempore delirium.

accidere solet: & non in principio, in quo nonnulla discutientia repellentibus sunt permiscenda, ne horum viscerum phlegmone ab astringentibus solis induratur: neque frigidè sunt applicanda autore Gal. 7. methodi medendi, & 13.

Si ab vteri, aut vesicæ inflammatione fuerit: imprimis vitus sit ὀλιγότερος: i. parcus. Reliquum curationis erit petendum ex pag. 181. ne toties idem repetere videar.

De Somno & Vigilia.

NVnc non ago de comate seu cataphora, lethargo, catalepsi aut cathoche. Sed de eo somno qui accidit febribus continuis, aut à vermibus.

Somni di-
uisio.

Somnus est duplex: vnus naturalis, alter non naturalis: Ille est facultatis animalis quies: spiritus ac vires instaurans: cuius causa, sunt vapores benigni, ab alimentis, ventriculum anteriorem cerebri occupantes, qui durat donec resoluti fuerint. Alter somnus, dicitur non naturalis: quia semper fit à causa præter naturam frigida, humida, & crassa, (cerebrum replente) siue à balneis, siue à crapula, aut ebrietate, & cæt. fiat.

Vigilia
quid.

Vigilia opponitur somno, quæ nihil aliud quàm extēsis animæ à principio ad corporis partes omnes, atque particulas lib. de definitionibus medicis. Causa est caliditas & siccitas cerebri. Gal. comment. 2. in lib. 1. prorrhēt. Hip. textu 29. De vtroque symptomate agens Hip. sect. 2. aphor. 1. 2. & 3. Quo in morbo somnus molestiam parit, mortiferum. Si verò iuuet non lethale.

Causa.

Progno-
stica.

Vbi somnus delirium sedat, bonum. Somnus & vigilia, modum si exceſſerint, malum: & aphor. 67. sect. 4. In febribus per somnum pauores, & conuulsiones malum portant.

Curatio.
Stillicidiū.

Vigiliæ si vrgent, curantur iisdem remediis quibus delirium. Si propè ægri cervical, aqua guttatim distilletur in peluim, & amota lucerna somnus conciliatur.

Soporis
curatio.

Sopor seu somnus profundus, qui febres comitari solet & præcipuè malignas, curabitur clysteribus in lethargo describendis,

bendis, & cucurbitulis natibus admotis, ad maiorem reuul-
sionem cum scarific. profunda, frictionibus coxarum deor-
sum versus, ligaturis & ad derivationem cucurbitulis scapu-
lis admotis & sequenti oxyrhodino.

℞. Oleorum rosati omphacini, & myrthini, vtriusque ℥.i. *Oxyrho-*
aceti acris, ℥.ii. In somno profundo acetis quantitas maior es- *dinum in*
se debet, quam in delirio, in quo quarta acetis pars sufficit ut *sopore.*
diximus pag. 34.

Si hic somnus profundus prouenerit à vermibus, qui-
bus obnoxij sunt pueri ex chili portione, detur sequens
potio.

℞. Sem. citrij mund. & contra vermes, rhab. singul. ℥.i. *Potio vet-*
diacarthami, ℥. iiii. aut ℥.ii. si ætate est prouectiore, syrupi flo- *miciida.*
rum persicorum ℥. vi. aut ℥. i. cum aqua portul. fiat potiun-
cula. Clysteres ex lacte & sacch. rubro sunt vtilis. Pariter scu-
tum ventriculo admotum ex aloë, myrrha, absinthio, felle &
paucis acetis, vermes fugat.

De Lethargia.

C A P. VII.

LETHARGIA opponitur phrenitidi: nam phre-
nitici insomnes permanent: lethargici verò inex-
pugnabili somno tenentur. Hæc phrenitis fit aut
à sanguine, aut à bile, aut à melancholia inflamma-
tis: Illa verò fit à pituita naturali in cerebro putrefacta unde
febris lenta & somnus profundus. Nomen ληάργος est dedu-
ctum, ab ἄμνησις ἡ ἀμνησία: i. obliuio, & ἀργος: i. iners, seu pigra, à La-
tinis veteribus: ab Arabibus sirsen, i. mentis apostema. Auic.
in hoc symptomate memoria est abolita: A reliquis soporosis
affectibus differt sola febre & non materia neque cura-
tione.

De nomine

Causæ sunt externæ, aut internæ: externæ sunt quæcun- *De causis*
que pituitam generant siue ex aëre pluuioso, caliginoso: aut
alimentis frigidis & humidis, ebrietate, somno diurno, &c.
sumantur.

Internæ: vt intemperies frig. & humida: humor pituitosus,
Ec

in cerebro collectus parte posteriore, ubi putrescit, unde somnus (à vapore crasso) profundus, & febris lenta, eaque continua.

Vt saepe ex morbo, morbus nascitur: sic lethargus multis morbis succedit, sed sapissimè ex phrenitide impensius refrigerata nascitur: aliàs ex immodica vacuatione: aliàs ex longo usu medicamentorum frigidorum sumptorum aut capiti admotorum, ex Gal. lib. 2. de symptomatum causis cap. ultimo, qui est quintus totius operis.

Signa.

Signa sunt obliuio iners, febris lenta, ægri conuiuent palpebras: ad vociferationem oculos quidem aperiunt, sed mox claudunt, ad somnumque redeunt, interrogati, respondent quidem nonnunquam, sed vix & tardè. Oscitant frequenter, & hiant ore, tanquam id claudere obliuio persistunt: dum ad mictionem vrgentur, porrecta ipsis matula, sese in manibus ipsam habere obliuiscuntur. Spiratio rara & debilis: pulsus rarus, magnus, mollis, & undosus atque intermittens. Urinæ ab initio sunt variæ, tandem iumentorum similes. Quum deiectiones sunt fœtidæ & liquidæ, huic exigua vitæ spes est. Hip. lib. 3. de morbis, curatione v.

Prognosis.

64.

Et lib. 2. curatione 57. in septem diebus moritur: si hos effugerit, sanus euadit. Huic opinioni subscribere videtur Celsus cap. 20. lib. 3. Nisi (inquit) succurratur, celeriter iugular, quia est morbus acutus. Et post eum Gal. 4. de causis pulsuum cap. 13. lethargum esse longè lethaliorem peripneumonia. Gal. & 3. de crisiibus, lethargia fluxum sanguinis narium haud amat. Sudor frigidus circa frontem, collum & faciem si acciderit, lethale. Hip. progn. 22. lib. 1. Signa à Gordonio addita cap. 12. partis 2. sunt incerti euentus.

Si hirudo fronti admota, non hæret, signum mortis: contra, si adhæret, salutis. Si sternutatio aptis remediis prouocetur, & nihil excutitur, signum mortis: arguit defectum facultatis expultricis.

Si autem remittuntur symptomata, & æger ad oblata melius se habeat, curari poterit. Si lethargiæ phrenitis acciderit, & vrina solito fit coloratior, & spiratio faciliior, signum erit salutis.

Curatio.

Duplici ratione huic symptomati celeriter est medendum: ob vitæ periculum vna, altera, ob partis affectæ præstantiam.

Imprimis victus ratio calida & sicca esse debet. Decumbat *De victu.*
 æger in conclavi amplo coque luminoso, variis multisque
 picturis ornato. Aër sit calidus nonnihil ad siccitatem decli-
 nans, qui si talis non fuerit, arte comparetur: strepitu homi-
 num, vel strophæ suspensæ & in eodem conclavi alligatæ: à
 somno excitetur & auocetur, deambulando, ligaturis, & fri-
 ctionibus, & ad iram prouocetur, auellendo illi barbam, aut
 pili pudendorum si mulier: suffitu ex rebus foetidis, sternuta-
 mento, & sequentibus.

Interea si alius non fluxerit parentur sequentia

℞. Mellis ℥. i. pul. hieræ pachij, vel logadij, ʒ. iii. salis gem- *Balanus.*
 mei ʒ. i. fiat balanus indenda, & iteranda quoties opus erit.
 Vel

℞. Calamenti, pulegij, rutæ, & stoech. singul. m. i. bac. lau- *Clyster.*
 ri. ʒ. i. agarici, ʒ. β. coque in aqua ad ℔. i. dissolue hieræ lo-
 gadij, vel pachij, ʒ. i. mellis anthosati, & olei anethi, vtr. ʒ. ii.
 fiat clyster vsui.

Reiecto clystere, educatur sanguis ex cephalica aut media-
 na vena dextri cubiti ad ʒ. viii. si æger est iuuenis & plethori-
 cus, & constant vires, (aut suppressi sunt menses si mulier) ad
 reuulsionem: non ad leipoppsychiam, licet morbi magnitudo
 exposcat, ne plus iusto corpus vniuersum refrigeretur, & pi-
 tuitæ frigiditas augeatur. Et ad deriuationem, aperiatur vena
 frontis, vel huius loco hirudo prius in aqua repurgata, admo-
 ueatur.

Medio tempore consulendum viribus & siti. Pro potu vtend- *De potu.*
 dum hydromelle in quo coxerint grana aliquot piperis: vel
 huius loco, hydrosaccharo cum cinnamo. aut nuce moscha-
 ta: vel vino oligophoro, aut tortiuo tepidè, & non actu
 frigidè.

Nutriatur iuribus carniū boni succi, alteratis fœniculo, *De cibo.*
 apio, maiorana, satireia, hyssopo, thymo, porro, brassica semi-
 cocta, & similibus herbis capitalibus. Aues quæ in collibus
 & dumetis viuunt probantur: quæ in aquis, & pisces impro-
 bantur.

Somnus quantum fieri poterit, interdicator: aromatis ci- *De somno.*
 bi condiantur: quæ illis offeruntur liquida esse debent.

Si æger videtur procliuis ad vomitionem, iuuetur vom-
 itorio, vt

℞. Sem. atriplicis, anethi, raphani, singul. ʒ. β. agarici ʒ. i. β.
 Ec ij

Vomitivum florum genistæ, p. i. coque in aqua ad ℥. v. oxymellis scillitici ℥. i. β. fiat potio tepidè sumenda, etiam sumpto cibo: & paulo post (si difficilè vomit) immisso in os digito, vel penna olco castorij illita, iuuabis naturam. Hoc remedium vtile erit, maximè si ventriculus pituita, aut aliis prauis humoribus fuerit refertus.

Si consensu ventriculi fiat, curatio. Si fortè lethargia fit consensu ventriculi: hic vomitus detur ante sectionem venæ, præmissis clystere, si aluus non fluat vt dixi, autore Gal. 13. meth. med. & Auic. fen 1. tertij tract. 3. cap. 9. & Rhasis 1. continentis, ne pars princeps obruatur copia materiæ.

De encurbitulis. Si quid venæ sectionem dissuadet, cucurbitæ ad reuulsionem natibus cum profunda scarificatione, bis admouean- tur: & ad derivationem ceruici etiam cum scarificatu. De- inde

Potio purgans pituitam. ℥. Syrupi rosati sol. cum agarico, ℥. i. β. elect. Indi ma. ℥. β. aut 3. vi. in robustiore corpore: decocti betonicæ, thymi, stœchadis, anisi, & castorij, q. s. fiat potio mane sumenda: Vel

Catapotia ad idem. ℥. Massæ pil. cocciarum, 3. i. agarici troch. 3. i. castorij, 3. β. cum oxymelle, vel aqua saluiæ fiant pilulæ vi. deauratæ, quas cap. circa medium noctis: potentius agunt quàm potio- nes. Si morbus dat inducias sequenti decocto est dige- rendus.

Apoxyema. ℥. Ligni sassafras, & rad. peoniæ, & acori vulg. singul. 3. i. herbarum betonicæ, sampsuchi, satureiæ, cichorij, singul. m. i. stœch. arab. m. β. sem. siseleos, 3. iii. florum rorism. saluiæ, thymi, & bugl. singul. p. i. hydromellis ℥. iii. coquantur in fictili vitrato angusti oris operculato ad tertias. Colatura clarif. cum oxymellis scill. & mellis rosati, vtriusque 3. i. β. & arom. nuce moschata, pro tribus matutinis. Deinde

Potio purgans. Iterentur potio purgans præscripta, vel catapotia vt prius sumenda medio tempore optimum erit quotidie injicere clysterem.

Bolus. ℥. Confect. anacardinæ, 3. i. Mithrid. veteris, aut theria- cæ probatæ, 3. i. conferuz florum saluiæ, vel rorism. vel beto- nicæ, 3. ii. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus horis iii. vel 4. ante pastum. Vel eadem confect. anacardina sola per- fricare palatum optimum erit, vt pituita quæ soporem & fe- brem inducit discutiat.

℞. Ellebori albi, vel euphorbij, ℥. i. pyretri, & castorij, vtr. *Dexte-*
 3. i. fiat pul. subtilis per nares trahendus, vel in eas insufflan- *nis.*
 dus cum calamo. Vel huius loco vtere sequenti *Sternuta-*

℞. Pul. prarmicæ herbæ, rad. cyclaminis, piperis, & castorij, *mentum.*
 singul. ʒ. β. fiat pul. vsui dicto. Deinde vtendum sequenti *Aliud.*
 suffitu.

℞. Galbani, assæ fœtidæ, bituminis, & castorij, singul. ʒ. ii. *Suffitus.*
 fiant pastilli cum oleo gagates, vel oleo castorij, vel styraœ
 liquida pondo ʒ. i. iniciatur vnus super cineres calidos pro
 suffitu capitis inclinati & velati, ore aperto.

℞. Rad. cyperi, calami ar. officinarum, ligni rhodij, singul. *Oxybo-*
 ʒ. ii. lauendulæ, orig. calamenti, & absinthij p. ma. singul. m. β. *dinum.*
 sem. rutæ, & gallitrici, vtr. ℥. iiii. castorij, ʒ. i. bulliant in phiala
 cum aquæ vitæ, olei rosati, & aceti acris, singul. ʒ. ii. ad humo-
 ris medietatem. Ex colatura perfundatur guttatim ab alto
 caput rasis prius capillis & præcipuè occiput, sic bis, aut ter in
 die continuando. Deinde admoue sequentem

℞. Milij, tb. β. salis, ʒ. 4. bac. lauri, iuniperi, vtr. ʒ. i. fol. ru- *Sacculus.*
 tæ, maioranæ, stoech. saluæ, singul. m. i. summitatum anethi,
 florum lauendulæ, rosism. & thymi, singul. m. β. castorij, ʒ. β.
 frigentur in sartagine affusa aqua vitæ & sacculo in id parato
 inclusa, capitis occipitio post irrigationem admoueat, &
 renouetur: vel huius loco para sequentem forum.

℞. Rad. cyperi, bac. lauri, & iuniperi, singul. ʒ. ii. mentastri, *Fomentum*
 pulegij, calamenti, orig. rutæ, singul. m. i. stoechad. m. β. ca-
 storij, ʒ. i. sem. cymini, carui, & petrosel. maced. singul. ʒ. β.
 caryoph. ʒ. ii. coquantur in æquis partibus aquæ & aceti
 acris pro focu capitis, cum spongus spatio vnus horæ. De-
 inde

℞. Fermenti veteris, ʒ. β. pul. cantharidarum, ℥. i. euphor- *Epispasticū*
 bij, ℥. β. piperis, grana vi. fiat pasta occipitio admouenda
 post forum. Vel huius loco paretur sinapismus, qui pariter le-
 thargo & reliquis soporosis affectibus conuenit: quia à cen-
 tro ad circumferentiam humores frigidos in cerebro conten-
 tos euocat. Apertis vesiculis, folium brassicæ, aut ciclæ, illis
 admouendum, & sæpe renouandum. Si his remedijs melius
 se habere videtur, ad reliquias humoris discutiendas parentur
 sequentia

℞. Masticis, & tabaci, vtr. ʒ. ii. pyretri, cubearum, nucis *Apopleg-*
 moich. singul. ʒ. i. ruarum damasc. exacinarum, & in aqua *matissimus.*

thymi, vel saluix maceratarum, q. s. fiant pastilli pondo ʒ. ii. quotidie mane exonerata aluo masticabit vnum per horam semissem. Vel

Oleum cephalicum.

℞. Pyretri, bac. lauri, & iuniperi, singul. ʒ. ss. sem. rutæ, & peoniæ, fœniculi, singul. ʒ. ii. betonicæ, saluix, sampsuchi, stoech. rorismar. & spicæ nostratis, singul. ʒ. i. β. castorii, ʒ. iii. tunsa omnia aspergantur. Aquæ vitæ ℔. β. dum omnino madescant: Dein affusa olei ℔. i. in duplici vase coquantur, dum liquor omnis fermè sit absumptus. Hoc oleo percolato caput vniuersum illinendum: deinde stupe cannabinæ admoucantur, sic ter aut quater in die continuando.

Contra si his remediis non melius se habuerit, sed in dies ingravescit, sacerdotibus, & parentibus cum prognostico est relinquendus: Si quis cauterium ceruici tentare voluerit, non oberit.

Phœnigmas.

℞. Sinapi, ʒ. ii. sulphuris viui, & ficuum ping. aceto acri clixarum & diligenter contusarum, singul. ʒ. x. stercoris muris, & fimi columb. & picis naualis, singul. ʒ. vi. puluerifanda excipiantur reliquis tuis & liquatis, fiat phœnigmus capiti rasis capillis admouendum & auferendum: quum cutis rubore infestari incipiet & vlcuscula saniem eructantia apparebunt: tunc foliis caulium caput tegendum

Pul. cephalicus.

℞. Pul. diamoschi, & diambrex, vtr. ʒ. ii. granorum tinct. sol. melissæ, calamenti, orig. calami arom. & iridis flo. caryophyllorum, singul. ʒ. iii. fiat pul. quo caput aspergetur post litum olei præscripti. Sic in ancipiti morbo per varia remedium genera spatari licet.

De soporosis Affectibus in genere.

C A P. VIII.

De sopore, catroche, & catalepsi & cataphora.

KΑΡΟΣ: I. Sopor Latinis, & subeth Arabibus, est symptoma facultatis imaginatricis autore Gal. de differ. symptomatum, & veluti quædam paralysis ipsius facultatis, sensum motumque omnem (excepta respiratione) adimens. Huius causa, perinde ac multorum aliorum cerebri morborum est crassus, & viscidus humor, qui ventrem præsertim ante-

riorem occupat. Sensus omnino non perit, quia quoties punguntur, sentiunt, nec propterea loquuntur, vel oculos aperiant ut in lethargia.

Κατάφραξ. & Κῶμα: i. marcōr: huius duas facit differentias Gal. lib. de Comate, & comment. i. in lib. prorrh. Hip. textu 33. est symptoma imbecillis facultatis imaginatricis, à frigido & humido, magnam somni cupiditatem inducens.

Vnum somnolentum, alterum insomne statuit: hoc ἄγρυπνον κῶμα: hoc ad phrenitim: illud ad lethargum referunt medici.

Nomen est deductum ab ἀπὸ τῆς κομάζου, i. comessari: quia qui comestationibus indulgent, huic morbo sunt propensi. Somnolenti, diurno & profundo somno premuntur:

Insomnes verò, licet non dormiant, clausos semper tenent oculos, nisi excitentur: tunc oculos attollunt & tangentem respiciunt, liberèque tum sentiunt, tum mouentur, atque etiam desipiunt. Verum è lecto surgere, & vigilantium opera exercere, nequeunt. Κάπνος, Κατάλησις, & ἄγρυπνον κῶμα, sunt quidem diuersa nomina, quæ idem significant. Est somnus sine somno & febre. Hic affectus (ut lethargus) posteriora occupat. Habent autem tenfos apertosque oculos, non ut comatosi clausos.

Ex bilioso & pituitoso humore simul in cerebro prouenit. Ut mistam habet originem, mediaque affectio statuitur inter phrenitidem & lethargum. Detentus æger, in illo permanet habitu, quo correptus, siue stans, siue sedens, oculis etiã clausis vel apertis. Curantur omnes hi affectus (quod ad vniuersalia attinet) iisdem remediis, quibus lethargus. In topicis verò validiora exposcunt præsidia, quoniam nulla est febris. Sacculus pag. 42. descriptus omni morbo cerebri ex materia frigida, purgato corpore, & exonerata aluo (rasis capillis) quouis emplastro est efficacior: quo refrigerato caput mu- niendum erit stupis cannabinis, suffitu idoneo perfusis. Corroborat cerebrum & euocat humorem morbificum à centro ad circumferentiam.

Qui pro-
pensi.

Curatio.

De duplici Vertigine.

CAP. IX.

De nomine



VERTIGO est duplex: vna simplex, altera composita. Simplex à Græcis Δίρος dicitur. Est symptoma deprauatum facultatis imaginatricis, quum omnia circumagi, & in orbem verti videntur. Composita, nomine composito Σκορόδιρος Græci nuncuparunt, à Latinis tenebricosa vertigo dicitur, quod sit cōposita ex vertigine & tenebris, aded vt æger visu priuetur. In hac non solum imaginatio est deprauata: sed visio etiam est deprauata & sæpe abolita. Hæc duo symptomata inter se differunt secundum magis & minus.

In quo differat ab epilepsia.

Σκόνουα sæpe pro vtroque sumitur, frequentius tamen pro vertigine. Differt ab epilepsia, materia & symptomate: in hac, materia est vaporosa & maligna & atros fit. In illa, materia est crassa, turbida, & caliginosa, & sensim fit, & nulla est conuulsio.

Causæ externæ.

Causæ vtriusque vertiginis euidenter sunt crapula, ebrietas, esus ciborum calidorum & vaporosorum, vt allii, porri, cœparum, casei veteris, leguminum, caulium, nucum, & eorum quæ in sartagine friguntur: Vinum recens nondum defœcatum, & austrina constitutio.

Causæ internæ.

Internæ, sunt vapor calidus & acris, in cerebrum impetens, à crudo ventriculo, vt plurimum: aliàs ab hepate, liene, mesenterio, & ab utero, sursum sublatus. Ex eo primum acies oculorum hebescit, aures tinnunt, auditus grauis est, deinde aucto morbo vertigines, & scotomizprehendunt. Vaporis quidem crassities, tenebras & caliginem menti inducit: eiusdem verò motio inæqualis atque inordinata, facit vt omnia in orbem conuerti videantur, etiam in lecto iacentibus, & alioqui quietis: aded vt facilè in terram concidant, nisi aliquo fulciantur. Id quod maximè illis accidit si in circulum agantur. Quin etiam homo si vndas, trochum, rotam, aut aliud quippiam conuolui viderit, idem perpetit: quoniam spiritus visiuus, iis quæ circumuoluuntur intentus, vna cum iis

rotatur,

rotatur, falsoque putat omnia pariter circumagi. Ex quo patet per scotomata motus cerebri spirituum esse inæquales, & inordinatos. Huius affectionis in summa sunt duo præcipua symptomata: tenebræ oculis obuersantes, & omnium rerum apparens quædam circumactio.

Signa idiopathica sunt capitis dolor & grauitas, aurium tinnitus, olfactus, vel auditus oblæsus. Sympathica verò, si à ventriculo, sunt nausea, inappetentia, oris amaror, cardiog- mos: aut si quæ pars alia huic malo dederit originem, eius affectæ indicia elucebunt.

Si à sanguine fuerit, facies & oculi rubore suffusi sunt, ac venæ post aures propagatæ, sanguine turgidæ cernuntur: os dulcescit, lassitudo & grauitas totius corporis inest, vrina ruffa apparet: pulsus magnus, plenus, atque mollis.

Si à bile, cohærens oculi membrana atque facies citrina apparet, oris amaror & vigilæ vrigent: vrina subtilis & tenuis & ignea apparet: Pulsus velox, & durus. Si à pituita, facies & totum corpus albescit, & tumet, pigrities & grauitas in humoribus percipitur: somni oppressio: vrina cruda, multa, spissa, & alba: pulsus tardus, mollis & rarus cum inæqualitate: adde ætatem senilem, hyemem, victus rationem &c.

Si à melancholia, liuescit facies, somnia sunt turbulenta: vrina tenius & alba, & hora melancholiæ, grauius afficitur.

Vertigo idiopathica est periculosior sympathica, ratione partis dignitatis, vnde scaturigo. Scotodinos epilepsiam & apoplexiam, præcedere solet, autore Gal. commentar. in aphor. 17. sect. 3.

Si ea quæ oculis obuersantur, sanguinolentiora se videre putant, ad insaniam magis apti sunt: qui verò purpurea vident, ad epilepsiam, ex Aëtio tetr. 2. sermone 2. cap. 7. in hyeme augescere solet, ex Cæliæ Aurel. & veris initio. Veteres (inquit) paruam epilep. vocauerunt. Si decrepitis sæpe acciderit, futuram apoplexiam portendit: quia in iis multum pituitæ cumulatur ob defectum caloris insiti, quæ vaporem fouet cum spiritu: qui vbi aded accreuerint, apoplexiam procreant. Præterea si vertigio succedat stupori alicuius partis, apoplexiam futuram denunciat: quia talis stupor fit ex obstructione pituitosæ materiæ, quæ cerebro communicatur propter eius exuperantiam, vnde sequitur apoplexia inde mors. Addit Hip. aphor. vltimo eiusdem sect. 3. Senibus spi-

randi difficultates & vertigines sunt familiares.

*Decura-
tione uni-
uersali.*

Vt vertigo à variis causis tam euidentibus quam intermis oritur: sic variis modis decernenda est medendi ratio. Nam à causa euidente, aliter medicandum, quam in causa interna: atque aliter in accessione, quam extra ipsam: & aliter quum fit ex Idiopathea, quam quum fit ex Sympathea: & aliter quum à sanguine aut pituita fit, quam quum fit à bile aut à melancholia, vt deinceps docebo.

Si à causa externa fuerit, sæpe citra opem medicam spontè euanescit: Contra si non euanescit, curabitur balanis, clysteribus, leni purgatione, frictionibus, cucurbitulis occipitio admotis, odoramentis calidis, in causa frigida; aut frigidis, in causa calida, quæ cerebrum corroborant tempore paroxyismi: extra illos, frustra describerentur.

A causa interna, videndum num sit à nuda intemperie, aut cum materia, sanguinea, pituitosa, biliosa, aut melancholica, aut flatuosa, in cerebro contenta: aut si ea prouenerit vitio ventriculi, vel lienis, vel hepatis, vel vteri, si ex nuda intemperie, solis alterantibus curabitur.

*Curatio si
ex Idiopa-
theia à
sanguine.
De venæ
sectione &
cucurbitu-
lis.*

Si vertigo qualisque fuerit, si prouenerit à sanguine & ex toto corpore per venas & arterias in cerebri ventriculum anteriorem irrepens, qui in plexu choroïde, agitatus, tunc turbulentos sensus motusque reddit. Curabitur venæ sectione ex cephalica ad reuulsionem plus minusue pro virium ratione, plenitudine, ætate, anni tempore, aut mensium vel hæmorrhoidarum suppressione: & arteriarum (quæ sunt pone aures) apertione ad deriuationem, quæ facilius coalescunt quam magnæ. At si quis harum sectionem veretur, aperiatur vena frontis, vel temporum. Et si à suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus, podici hirudines (per aliquot dies in aqua mutata, repurgatæ) admoueantur. Si quid hanc dissuadeat, ad eandem reuulsionem natibus cucurbitæ cum scarificatione, & ad deriuationem occipitio, & humeris scarificatis admoueantur: vel coxis si à mensibus aut hæmorrhoidibus suppressis fit, Gal. lib. de sang. missione per venæ sect. cap. 1. Paul. lib. 3. cap. 12. Rhasis 9. ad Almans. cap. 2. Auic. fen 1. tertij tract. 5. cap. 1. Aretæus lib. 1. cap. 3. de curat. diutur. morborum.

Si à bile scaturit, eadem venarum sectio celebranda venit, sed in minori quantitate: Si verò à crassis frigidisque humoribus fit, venæ sectio non admittenda, nisi adsit plethora ad

vasa, cuius vicem supplebunt cucurbita, hirudines, & purgatio.

Ante venæ sectionem, si alius est durior, quam par sit, emolliatur sequenti clystere, aut balano cap. de lethargia pag. 219. scripta.

℞. Maluæ, viol. betonica, & stœch. singul. m. i. florum chamæ. meliloti, vtr. m. β. coque in aqua suffi. ad t̄b. i. dissolue hieræ Gal. ℥. i. mellis rosati, & olei rosati, vtr. ℥. i. β. fiat clyster. *Clyster.* Vel

℞. Cassiæ recens extractæ, ℥. i. β. infunde in ℥. iiii. infusionis rosarum pallidarum per noctem super cineres cal. Vel in eadē infusione liqua manna cal. ℥. i. β. Expressum potui præbe. *Minorans potio.*

Sequenti mane cap. ℥. β. therebinthinæ ex Cypro allatæ & lotæ boli vel pilularum forma: vel huius loco terebinth. laticæ lotæ ℥. vi. aut ℥. i. quia laricea est longè imbecillior Cyprea quæ ex Venetiis adfertur. *Bolus.*

Tempus idoneum sectionis venæ & purgationis est ante paroxysmum, aut in eiusdem declinatione: quarum loco frictionibus lenibus est utendum ne vapores à forti frictione eleuentur, vnde grauior fieret morbus, incipiendo à collo per rachitim, ad femora, crura & pedes, & non à capite deorsum versus. *In quo tēpore venæ sectio est celebranda.*

℞. Oleorum rosati, omphacini, & myrthini, vtr. ℥. i. aceti acris, & aquæ rosarum, vtr. ℥. β. fiat oxyrhodinum, quo rasus vel tunsis capillis ab alto tepidè perfundatur sincipur, vt altius subeat, & capitis dolor leniatur. Deinde admoue pipionem, vel pullum, vel catulum viuum per dorsum apertum & exenteratum, vt dixi in delirio: quo refrigerato admoue sequentem sacculum. *Oxyrhodinum.*

℞. Cort. rad. mandrag. capitum papaueris, & coriand. rosarum rub. & florum nymph. singul. ℥. ii. santalorum trium, singul. ℥. i. cum serico raro & tenui fiat sacculus parvus interpunctus. *Sacculus.*

Ob sympathiam quam pedes cum cerebro habent, optimum erit sequenti lotionē vti, & præcipuè existente causâ calida.

℞. Foliorum salicis, vitium, lactucæ, arundinis, rosarum rub. & florum nymph. & anethi, singul. m. ii. coque in aqua sufficienti pro lotionē erurum & pedum tepidè & non frigidè aut calidè. *Lotio pedū*

- Curatio si à bilioso sanguine.* Si bilis est causa, eadem præsidia aprati poterunt, etiam reuellere per cholagoga liquida aut solida hoc modo.
- Potio purgans.* ℞. Myrobal. citrearum oleo viol. confricatarum, & rhab. opt. vtr. ℥.iiii. tamarind. ℥.ii. elect. de psyllio, aut rosati Mes. aut rosati Nicolai. ℥. β. infundantur simul per noctem super cineres cal. in sero lactis. Expressioni dissolue syrupi de cichorio dupl. rhab. ℥. i. β. fiat potio summo mane propinanda Vel,
- Seruum.* Sertulum ex floribus rosarum, violarum, caryoph. domesticorum compositum sæpe naribus admotum iuuat. Vel huius loco pul. compositum ex diamarg. frig. santalis & ros. sacculo inclusum.
- Catapotia.* ℞. Pul. hieræ Gal. ℥. i. massæ pil. sine quibus, ℥. i. diadacrydij, grana iii. cum melle rosato, fiant pil. vi. aut viii. deauratæ, quas cap. post primum somnum vice potionis. Sequenti die cap. bolum.
- Bolus.* ℞. Pul. diatriasantali, ℥. i. confer. rosarum, ℥. iii. cum sacch. fiat bolus mane horis iii. vel iiii. ante prandium deuorandus.
- Curatio si à pituitosis vaporibus.* Si à pituita in ventriculum anteriorem cerebri impulsæ vertigo fuerit, sequentia imperentur.
- Catapotia.* ℞. Massæ pil. cocciarum, ℥. i. pul. hieræ cum agar. ℥. i. troch. alhandaal grana iii. cum guttis aliquot aquæ saluæ fiant pilulæ vi.
- Potio phlegmæ.* ℞. Myrobalanorum cepularum butyro recenti confricatarum, ℥. ii. catholici, ℥. β. elect. Indi ma. ℥. tres, infundantur simul in decocto betonicæ, stoech. & baccharum lauri, sem. fœniculi, per noctem.
- Bolus.* Expressioni dissolue syrupi rosati sol. cum agar. ℥. i. β. fiat potio; sequenti mane cap. bolum compositum ex Mithridatij veteris & probati, ℥. i. conferuæ florum primulæ ueris, vel rorism. ℥. iii. & sacch. etiam horis iii. vel iiii. ante primum pastum.
- Errhinum.* ℞. Succorum maioranæ, anemones, vel anagallidis caulem quadratum & florem purpureum ferentis, & vini albi, singul. ℥. ii. pul. rad. cyclamini, ℥. iiii. fiat errhinum, naribus (mane tantum) tepidè trahendum, exonerata prius aluo si fieri potest.
- Apopplegmasinus.* ℞. Nucis mosch. cubearum, & cardamomi, tabaci seu nicotianæ ma. singul. ℥. i. masticis, ℥. β. fiat pul. crassus in

nodulos referendus, quorum quotidie mane masticabit vnum spatio horæ semissis expuendo in lance saliuam quæ ab ore defluet.

Si his non conualuerit admoueaturo seto, vel cauterium *Escarotium.*
 potentiale inter primam & secundam ceruicis vertebram. *cum.*
 Vel popliti vel brachio idem cauterium admouendum. Vel
 horum loco utatur diata sudorifica ex sarza parilla, ligno *De hydro-*
 sassafras, vel radice chinæ, per 15. aut 20. dies si datur facultas. *tico deco-*
 Vel utatur balneo aquæ sulphuræ, in causa frig. vel alu- *cto.*
 minosæ in causa calida per totidem dies.

Si ab humore melancholico (quod rarius accidit,) *Curatio si*
 fiat, vtendum purgatione melanagoga, & topicis præ- *ab humore*
 scriptis, frictionibus, ligaturis & roborantibus cerebrum: *melancho-*
 rota substantia, vel qualitate manifesta in causa frigi- *lico.*
 da: sic.

℞. Pul. diambrex & sem. peoniæ, à cort. mund. vtr. ʒ. ii. *Elect. mol-*
 mithridatij probati & veteris, ʒ. i. conser. florum primulæ. *le in causa*
 & betonicæ, vel saluix, vel rotism. vel stoecchadis Arab. *frigida.*
 vtr. ʒ. i. fiat elect. molle, de quo quotidie mane cap. in-
 star nucis iuglandis horis iii. ante pastum. Vel in forma so-
 lida hoc modo.

℞. Pul. elect. de gemmis, & diamoschi, vtr. ʒ. i. conser- *Tabella ad*
 uæ florum primulæ. ʒ. β. sacch. aqua saluix soluti, ʒ. iii. fiant *idem.*
 tabellæ pondo ʒ. ii. cap. vnam quotidie mane horis iii. an-
 te primum pastum. In causa calida sequentibus corroboretur
 cerebrum.

℞. Diamarg. frig. ʒ. iiii. coralli rub. & pul. diacydoni- *Tabella in*
 ren sine speciebus, ʒ. peoniæ mund. singul. ʒ. ii. conser. ro- *causa calida.*
 sarum, ʒ. vi. sacch. albi aqua rosarum soluti ʒ. 4. fiant tabellæ
 pondo ʒ. ii. cap. vnam quotidie mane, nihil superbibendo
 etiam horis iii. ante prandium.

Si æger fuerit pauper, præmissis vniuersalibus, frictionibus,
 & ligaturis naso capiti, admoue vrticæ veræ m. ii. per no- *Empiricū*
 ctem. Mane vesiculæ aperiantur, & fluat aquosus humor *remedium*
 per multos dies, appositis foliis brassicæ vel ciclē. Vel hu- *pro paupe-*
 ius loco paretur phœnigmus pagina 222. descriptus. *ribus.*

Curaturus vertiginem quæ consensu alicuius partis fit, *Curatio si à*
 cum noscere oportet, & ab ea exordiri curationē. Verbi gra- *sympathia*
 tia. Si fit vitio ventriculi (quod sæpe accidit) tribus modis oc- *fuerit.*
 curritur: Primo impediēdo ne vapores sursum repant per fri-

ctiones, & cucurbitulas, & vincula brachiorum, crurum & lotiones. Secundò clysteribus, balanis, vomitu, & purgatione blanda quæ humorem morbificum vacuet: Tertio roborantibus ventriculum tam sumptis quam admotis occurrendum.

Humor morbificus aut nidorosus, biliosus, & mordax, aut acidus, aut est in parua, aut magna copia. Si in parua, potus frigida extinguere potest. Si in magna, aut sursum aut deorsum vacuanda.

Sursum, vomitu, si eo natura vergit: deorsum purgatione blanda cum astrictione, vt myrobalanis, hiera, rhab. & similibus.

Si verò à frigido humore suboritur, leni purgatione liquida, aut solida: liquida portione ex cassia, manna, catholico, & similibus: Solida, pul. hieræ, pil. mastichiuis, aggregatiuis, de v. generibus myrob.

Vomitus plurimum præstat.

Vomitione nihil vtilius in vertigine quæ sit vitio ventriculi, siue ab humoribus frigidis, & crassis, siue à biliosis, acris & nidorosis scaturiat: quia per eam quicquid in eo est contentum euacuatur, siue beneficio naturæ vel artis fiat.

Si æger est angusto pectore, per vomitionem non est sollicitandus, & si natura deorsum vergat, & si causa est calida, vtatur sequenti

Potio deorsum purgans in causa calida.

℞. Nardi Ind. minutim incisæ, ℥. β. myrobal. citrearum, oleo violato confricatarum, & rhab. optimi, vtr. ℥. iiii. thamarind. ℥. ii. cassiæ recens extractæ ℥. i. infundantur omnia simul in decocto cichorii, borrag. sem. peoniæ, & 4. frig. ma. & florum cord. per noctem. Expressioni dissolue syrupi rosati sol. ex infusionibus, ℥. i. β. fiat potio summo mane propinanda. Vel si causa est frigida,

Potio purgans in causa frigida.

℞. Cort. citrij siccæ, ℥. β. fol. mentæ siccæ, & absinthij pōt. maioris, vtr. m. β. sem. siseleos, vel peoniæ, ℥. ii. florum stoech. vel rorismar. p. i. coque in aqua malsa ad ℥. iii. colaturæ infunde agarici troch. & myrob. cepularum oleo mentæ confricatarum, vtr. ℥. i. elect. diacarthami, & catholici, vtr. ℥. β. Expressioni dissolue syrupi rosati sol. ℥. i. fiat potio diluculo sumenda. Qui potiones renuunt & pilulis delectantur, vtantur sequentibus.

Catapotia.

℞. Massæ pilularum imperialium, & pul. hieræ cum āga-

rico (si pituita) vel rhabarb. si bilis, vtr. ꝯ. ii. diadacrydij vel troch. alhandaal si est duriore aluo, & agrestis natura grana iii. vel iiii. cum melle rosato forma pil. vii. quas cap. circa medium noctis.

Vel utatur pilulis aggregatiuis aut de quinque generibus myrobal. Quibus remediis preparandus sit humor morbificus, & quibus corroborandus sit ventriculus tam sumptis quam adiuuendis, docui cap. de Apepsia, ad quod recurrendum erit cap. 49°.

Si in hepate, liene, mesenterio, renibus, aut vtero, retinentur excrementa, quorum vapor per carotidas venas in ventriculum cerebri anteriorem delatus: aut ex mensibus, aut hæmorrhoidibus suppressis suboritur vertigo, imprimis, ij vapores reuellantur, eo quo dixi modo: deinde purganda sunt excrementa per idonea præsidia, ei parti vnde mali origo habenda ratio, idque vel per venæ sectionem, aut purgantia: Deinde eandem partem roborantibus (ne recidiuet) vtendum.

Ve curanda vertigo, ab alio viscere, quam vitio ventriculi.

Si à flatibus, flatus discutientia cæteris internis præsidij miscenda sunt. Qualia fuerint eodem cap. de Apepsia diximus.

Imprimis ægrotus ærem deuitet nebulosum, & crassum: & in paroxismo, commoretur quietus, in aëre obscuro, vbi spiritus & vapores moti, facilius ad quietem deducuntur. Extra verò paroxysmum in puro lucidoq; aëre ad calidum vergente ac suaueolente commoretur. Vigilia longa interdicienda: Somnus solito sit longior. Exercitium mediocriter, per loca amœna, & viridia conuenienti tempore, modo libera & fluida sit aluus, animi pathemata (excepto gaudio) sunt valde perniciofa: contra inter familiares diætaria, cantus & sonus musicorum instrumentorum conferunt, autore Celso, & reliquis quibus sanus delectabatur cap. 18. lib. 3.

De vitio

Cibi boni sint succi, & concoctu faciles, quique flatus minimè generent: quales sunt caro capi, gallinæ, phasianorum, vitulorum, veruccis, hædi: pisces saxatiles carne friabili præditi, oua quoque forbilia: Aëtius commendat erinaceos marinos. Ex oleribus etiam commendantur buglossum vtrūque, seriola, lactucæ, portul.

In causa calida: at in frigida, maiorana, satureia, hyssopus, thymus, salua, rosamarinus. Contra improbantur omnia legu-

mina, caseus vetus, castanæ, rapa, brassica, porrum, allium, cæpa. Ex fructibus conceduntur vix Damasc. Corinthiaca, passula, ficus, nuclei pinei, cappares, oliuæ &c. Pro potu vti licet hydrofaccharo aut pitana, aut vino albo non vaporoso, sed oligophoro, aut maximè diluto aqua bullita, aut hydromelle. Hæc de Vertigine fati.

De Dolore Capitis.

C A P. X.

De nomine **K**εφαλαία & Κεφαλαλγία, à nomine Κεφαλή sunt mutuata, à Latinis dolor capitis, ab Arabibus Soda vno nomine dicuntur: inter se tamen differunt, quod κεφαλαία, sit inueteratus & ægre cedens capitis dolor, qui vel continuus est, vel ex interuallis repetit, & exacerbatur: suntque interualla vel ordinata, vel inordinata. Κεφαλαλγία verò est quidem capitis dolor, sed non diuturnus nec vehemens, nec cum magna capitis imbecillitate coniunctus: sed qualis à crapula, à sole, à labore, aut febribus excitari solet.

Cephalæ quid.

Cephalalgia quid.

Hemicrania quid. Ημικρανία à superioribus differt, quòd dolor mediam capitis partem tantum occupat, cum summo dolore, qui modo dextram, modo sinistram partem obrepit & ad futuram vsque protenditur.

Dolores, aliquando tam sunt vehementes, vt ne manum quidem ferant, affecto scilicet pericranio & cute, non experite morbi.

De causis. Causa huius tanti doloris, est vaporum aut humorum, aut vtrorumque vel multorum, calidorum, vel frigidorum, vel acrium, salforumque influxus, siue per venas, siue per arterias fluant.

Ac vapores quidem tenuis doloribus afficiunt: biliosa excrementa, mordaces inducunt: plenitudo, grauitatis sensum adfert: rubor, & calor, calidos humores significant.

Cum dolor omnium consensu, nihil aliud sit quam tristis sensatio, non est morbus, sed symptoma tactus: neque alibi contingere potest quam in partibus sentientibus. Huius causa est duplex.

Vna est solutio continui, altera intemperies inæqualis in parte aliqua ἀσπίως, & non sensim facta, Gal. 12. meth. med. & lib. 2. artis med. & 2. 4. & 6. de locis affect. & lib. de inæquali intemp. & comment. 2. in lib. Hip. de morbis acut. & primo de sympr. causis.

Ex his duobus sumuntur differentiæ: nempe intemperies nuda, (quæ curabitur à contrario, alterantibus, digerentibus, & corroborantibus) vel composita cum materia: quæ in plethoricis, curatur phlebotomia. In cacochymis vero, curatur initio repellentibus, deriuantibus, deinde euacuantibus, discutientibus & roborantibus materiæ accommodatis.

Differentiæ.
Si dolor capitis ex nuda intemp. quid agendum.
Quid si cum materia.
Si exsolutione continui fit, quid agendum.

Si capitis dolor fit à soluta vnitæte, copia flatuum, curabitur ex medicamentis digerentibus, discutientibus, extenuantibus, laxantibus clysteribus, potionibus, cucurbitulis, fomentis, cataplasmatibus &c. Si fiat à crassis, & viscidis humoribus cum flatu, vel obstructione vasorum, simili methodo & iisdem remediis curabitur. Si à contusione, mixtis primum adstringentibus cum digerentibus paulatim in dies auctis, sedato prius dolore per topica. Si denique fit ab humorum acrimonia: vacuatione per vomitum, si in ventriculi ore fuerit: clystere, si deorsum tendat: incrassantibus, & acrimoniam retundentibus.

Causæ idiopathicæ sunt externæ, aut internæ: Externæ, vt solis ardor, frigus, ebrietas, ictus, casus. Internæ, vt intemperies simplex, cal. frigida, aut composita: Vel à solutione continui. Intemperies composita, aut sine materia, aut cum materia sanguinea, biliosa, pituitosa, melancholica, flatulenta. Simplex verò intemperies fit vel in toto cerebro, vel in venis, arteriis, membranis, nervosisque partibus.

Causæ idiopathicæ.

Solutio continui fit ab humore acri erodente, putri, bilioso, salso, vulnere, casu, contusione, punctura, aut à qualitate inducta ex febribus malignis, & pestilentibus, aut à lue venerea, carie, distentione: Distentio fit ferè à copia humorum qui vel in capite nascuntur, vel aliunde affluunt, vel flatuum. Fit quoque ab obstructione, quum videlicet angustias meatuum capitis intercipit humor crassus, & viscidus: aut spiritus vehementer vaporosus, in suturis, ossibus palati colatoriis, & quæ ad nares, aures, oculos & spinam pertinent.

Causæ sympathicæ sumuntur ex partibus inferioribus ventriculi, scilicet, hepatis, lienis, mesenterij, vteri: aut suppressio-

Causæ sympathicæ.

ne mensium, aut hæmorrhoidarum. Ventriculi, quum in eo continetur humor acris, & malignus, qui in caput delatus, dolorem infert.

Pari ratione ex vitio horum viscerum deferuntur vapores acres, & mordaces, aut ex corrupto semine in caput, qui dolorem inferunt. Esto idem iudicium de febribus continuis, & intermittentibus, & malignis, in quibus humor æstuans, multum de se vaporem emittens, meninges, vel pericranium calore, vel acrimonia feriens, vel copia distendens dolorem parit. Dolor sympathicus ab idiopathico differt, in eo quòd ille tempora, aut frontem aut omnino priorem capitis regionem adoritur: hic vero posteriorem, aut verticem: aut circum aures figitur, etiamsi cum febre excandescat. Interdum à toto corpore mittuntur vapores in caput (vt dixi de febribus) qui sua acrimonia dolorem inferunt.

Dolor sympathicus ab idiopathico quid differat.

De sede horum trium symptomatum.

Dolor sæpe recurrens, statisque temporibus, & alterutram partem occupans ad futuram vsque *ἡμικρανία* est: in anteriore parte *κεφαλαλγία*, post multum tempus *κεφαλαία*. Nunc ad particularia signa properandum, quorum distinctione, instituitur medicandi ratio.

Signa ex intemp. calida. Frigida.

Si dolor capitis est ex intemperie calida: dolor est vehemens, calor capitis inest, qui admota manu percipitur: oculorum rubor aspersione aquæ frigidæ iuuatur æger: huius causa fuit calida externa. At si ex frigida excitetur intemperie, licet vehementissimus quoque dolor fiat, tactu tamen nullus calor apparet, neque oculi, neque facies rubet, nec arida, & collapsa apparet, sed è contrario plena, & pallida: autore Trall. lib. 1. ca. 10. Si causa effectrix fuit externa eaque frigida: iuuantur à calidis & non à frig.

Sicca.

Si ex siccitate ortum habuerit, moderatus erit capitis dolor, cutis aridior apparebit, cuius causa externa sicca præcessit: à siccis præsidiis offenditur, iuuatur ab humidis.

Si bilis est causa doloris.

Signa si à bile scaturit, dolor magnus, & mordax erit: facies pallida, os amaricat: Gal. 2. *καταπόσις*. Et Paul. cap. 4. lib. 3. Sæpe contingit biliosis naturis, ætate florentibus, & curis oneratis.

Si pituita.

Si à pituita, præter iam dicta frigidæ intemp. signa, tum vitæ ratio præcedens, tum reliqua concurrentia firmabunt.

Si à melancholia.

Signa nigræ bilis redundantis, erunt petenda ex cap. de melancholia.

Si dolor fit ex plenitudine ad vasa, dolor erit grauis & tensus: color faciei rubens, temperamentum, ætas, victus ratio & reliqua concomitantia. Si præter plethoram inest obstructio, moderatus erit dolor, & grauitas quoque erit moderata: sin minus, dolor erit grauior.

Si ex plethora.

Verum si cum grauitate, aut tensione fuerit, pulsus quoque aderit grauis & tensus & inflammationem indicabit. Si tensio aderit sine grauitate, ac pulsu, spiritus flatuosi multitudinem ostendit. Gal. i. ad Glau. aderitque aurium sonitus, & quæ præcessit victus ratio, corporis natura & reliqua ad spiritum flatuosum generandum sunt idonea.

Ex inflammatione.

Ex flatuoso spiritu.

Si dolor capitis oritur ex vitio ventriculi, dignosces ex nausea, vomitu, cibi fastidio, dolore, anxietate, oris tremore, maximè si cibus præcesserit multus, isque adhuc crudus sit, vel praua qualitate affectus: & etiam ex oris amarore aut sapore prauo, qui cessant sicut & dolor ab assumpto cibo per aliquod tempus, maximè si per vomitum aliquid excernitur.

Signa si ex consensu ventriculi.

Signa si dolor capitis fit ex consensu iecoris, dignosces ex eius caliditate & manuum ac pedum: ex dextri hypochondrij grauitate, & squalore, ex rubea vrina, ex oris amarore, & fiti. Si per interualla dolet iecur & murmur in ea parte percipitur. Si dolor fiat consensu splenis, cognosces ex sinistri lateris dolore, tumore, & tensione, & flatu qui in capite percipitur, & dolor cum tensione, mœrore, ac aliis etiam melancholicis accidentibus in caput irruentibus per arteriæ magnæ propagines in anteriorem cerebri ventriculum.

Signa si consensu iecoris fiat.

Signa si consensu splenis fiat.

Si vteri consensu dolor capitis fit, cognoscitur ex occipitij dolore, qui fit à vaporibus ex vtero in caput delatis per venas & arterias in rachitum, & ex hac in occipitium. Eadem via terri vapores ex semine corrupto in caput ascensi, dolorem inferunt. Virginum capitis dolor pulsatilis qui emicat in temporibus, prouenit ex mesenterij, & vteri obstructionibus.

Si vteri consensu fiat.

Interdum dolor capitis fit à vermibus in cerebro generatis. (Id raram) quod tamen obseruauit Hollerius in cadauere cuiusdam Itali, cui ex frequenti odoratu ocimi, i. basilicæ herbæ natus scorpio in cerebro, ex quo vehementes dolores, & longos, passus fuerat, qui mortem denique attulit.

A vermibus.

Capitis dolor cum febre, vehemens si fuerit, est prælu-

Præfagia.

dium futuræ phrenitidis, vel surditatis, vel visionis deprauatæ.

Si verò sine febre fuerit, verendum est ne degeneret in animi torporem, vel lethargum, aut epilepsiam, idque præcipuè si non cedit remediis idoneis: nisi fortè pus vel aqua, vel sanguis per nares, aut os, aut aures effluens, morbum soluit. Hip. aphor. 10. sect. 6. Dolor capitis qui fit à causa cal. interna, est periculosior & grauior, eo qui fit à causa frigida. Item is qui fit ab istu aut casu, est perniciosior, eo qui fit ab ebrietate, æstu, aut à frigore. Cephalæa difficilior curatur quam cephalalgia.

Dolor qui ab aliquo vapore maligno in cerebro genito, vel qui consensu alicuius partis scaturit, aut à vulnere ante tempus clauso, aut ab aliquo animali venenato, non vacat periculo. Si fiat vitio seminis alterius parentis, est immedicabilis.

*Decur-
sione idio-
pathica
in causa
calida.*

Vt idiopathicus capitis dolor in occipitio, aut vertice, aut circum aures figitur; etiam si cum febre excandescat, febris symptoma non est, sed peculiarem causam habet: sic sympathicus, tempora, aut frontem, aut omnino capitis primam regionem adurit. Doloris capitis causæ, multiplices cum sint, multiplices quoque erunt medicandi rationes. His vniuersùm summa curationis est comprehensa.

Vt euacues & temperes: reuellas & repellas: deriues atque resolvas, & iis quæ simul roborant. Si ex intemperie simpl. aut composita siue materia fuerit, per contraria curabitur.

Si cum materia, vt in plethoricis, aut cacochymis: illa venæ sect. hæc purgatione, alterantibus, digerentibus, & roborantibus materiæ accommodatis est curanda, & sequenti diata.

De diata.

Victus ratio sit frigida & sicca, vel saltem temperata si sanguis præpollat: vel frigida & humida, si bilis. Si aer talis non fuerit, arte paretur: irrigando pavementum aqua frigida, vel sternendo humi fol. salicis, cucurbitæ, vitis vniueris, violarum, arundinis, quercus, flores rosarum, violarum, nymphææ, &c.

Victus humidus non solum febricitantibus, verum etiam in his symptomatis curandis est utilis: Hip. aphor. 16. sect. 1.

Potus sit aquæ frigidæ puræ si nullæ sunt obstructiones,

vel coctæ, (si fuerint) cum succo omphacij, vel granatorum, vel syrupo aliquo acido: esculenta sint boni succi, alterata herbis refrigerantibus.

Fructus acidi initio pastus & pruna elixata concedi possunt: in sine, vuz Damasc. aut passulæ exacinatæ, & vuz Corinthiacæ, (& non dactyli) aut nuclei pinei, & pira, aut poma cocta conueniunt. A vino etiam oligophoro prorsus abstinendum, nisi in magna virium deiectione, & in pastu tantum. Somnus solito sit longior: vigiliæ immoderatæ improbantur: contra quies iniungenda. Aluus libera esse debet: animi pathemata, vt ira, &c. vitanda.

Inter pisces, saxatiles probantur. Omnia acria, salsa, piperrata, legumina, & animalium exta, sunt reiicienda, & flatulenta, & solis æstuantis radij, & omnes motus corporis violenti, & vociferationes. Si aluus est astricta, iniiciatur clyster, aut balanus, aut eccoproticum in curatione febris tertianæ pag. 57. descriptum. His exonerata corporis prima regione, optimum erit mittere sanguinem ex humero, plus minusue pro viribus, plenitudine, ætate, anni tempore, aut aliqua retentione, vt mensium, aut hæmorrhagiæ, aut hæmorrhoidarum, & sanguinis dominio. At si bilis præpollat, potius purgatione vtendum, iisdem remediis eadem pag. & sequenti scriptis, si materia est concocta; quæ si cruda appareat, vtendum prius erit iulepis, aut decoctis alterantibus ex Hip. aphor. 22. sect. 1. nec per initia, nisi suo pte impetu moueatur, id quod raro accidit.

De plebotomia celebranda & curatione in genere.

Si pituita præpollat, curatio est petenda ex cap. febris quotidianæ: si melancholia, ex curatione febris quartanæ: si à flatibus, præmissis vniuersalibus, discutientia sunt vsurpanda, ex quibus componantur fomenta, cataplasmata, vnguenta, cucurbitæ sine scarificatione, sacculi. Si ab humoribus crassis, incidentia, tenuantia, tergentia sunt præscribenda. Si ab obstructione, aperientia erunt vsurpanda. Si ab humore putri, & maligno in ventriculo contento, vomitione, si sursum; aut purgatione, si deorsum natura vergit, vt docet Hip. aphor. 21. eiusdem sect. & malignitatem corrigentibus, tam sumptis quam admotis.

Quum capitis dolores sunt acriores, aut diutius perseverant protinus sunt sedandi, ne acrimonia vigilias, deliria, phrenitidas, aut soporem diurnitate, ac mentis ignauiam afferant.

Quocirca ne doloris magnitudo, vel mētis, vel corporis vires

infirmet, imprimis occurrendum symptomati vrgentiori, etiam persistente causa.

Quum capitis dolor est consuetus, aut quibusdam temporum interuallis exacuitur, & remittitur: alia quidem excandescenti, alia remisso recursuroque dolori adhibenda medendi ratio. Quum enim sæuissimus dolor vrget, paregoricis, r. anodynis leniendus est; Quum vero remittit, ac nihilominus ex corporis dispositione recursurus metuitur, iis quæ doloris causam vel submouendo, vel cõpescendo, & contraria qualitate temperando mitigant dolorem, id curandi lege efficiunt, ac verè dolorem vincunt.

*Anodyna
quæ pro-
pria, quæ
impropria
dicantur.*

De iis priusquam vltra progrediar mihi est agendum. Ea tamen obseruatione, vt subinde imperentur, quum præsertim dolor excruciat. Anodyna præcipuè dicuntur, quæ tum substantiæ, tum qualitatum mediocritate, vel temperato & familiari calore, naturæ partium consentiunt. Hæc natium calorem fouent, mordaces, & acres humores temperant, laxant, digerunt, mitigant, & illinunt: vt mucago sem. althææ, aut psyllij, cum aceto extracta, si caput ardore flagrat. Inter anodyna abusiue numerantur narcotica, quia stupefacto sensu dolorem obtegunt: quod torpore inducto, causa doloris vrgentior percipi nequit, euacuatione, & reuulsione præmissa.

Quum iam dolor consistit, nec amplius increfcere videtur: quod capiti est impactum, per peculiare ductus deriuandum, discutiendumque est. Denique quæ cerebrum corroborant, & singulari dote iuuant, adhibenda. Nunc de topicis in causa calida.

*Fomentum
crurum.*

℞. Fol. maluæ, viol. cucurbitæ, salicis, vitis viniferæ, rosarum rub. & arundinis, singul. m. i. summit. anethi, & florum chamæ. meliloti, & nymph. singul. m. β. coque in aqua suffi. pro lotionem pedum & crurorum tepidè, & non calidè hora somni, præmissis vniuersalibus. Si dolor excandescat, sincipiti admoueat sequens oxyrhodinum ralis prius capillis, compositum ex medicamentis refrigerantibus & repellentibus quoties sanguis præpollet. Contra si bilis dominatur, magis refrigerantia & minus repellentia sunt præscribenda. Vt, si à sanguine

*Oxyrhodi-
num quum
dolor capi-
tis, est san-
guis.*

℞. Oleorum rosati omphacini ꝑ. ii. aquæ rosarum aut decocti plant. & aceti rosati acris, vtriusq; ꝑ. β. fiat oxyrhodinū.

℞. Succorum solani, aut semperuiui, & plantag. & aceti rosati, singul. ℥. i. oleorum rosati omphacini, & myrthillorum, vtriusque ℥. β. fiat oxyrhodinum quo tepidè ab alto perfundatur sinciput.

*Aliud si
bile.*

De dosi obseruanda aceti in componendis oxyrhodinis dixi pag. 214. Sine aceto comparari non debent: quia olea in parte calidiore facilè inflammantur, sic eius ardorem auferent: Ad hæc sua tenuitate partium oleorum vim altius subire facit. In his componendis albumina ouorum neque mucagines etiam refrigerantes, vt psyllij, & cydoniorum, non sunt permiscendæ, nisi ex aceto sunt depromptæ: neque emplastica, neque vehementer astringentia (quia crassarum sunt partium) sunt illis miscenda: sed quæ tenuitate partium sunt prædita vt alia subire faciant: Contra, lenta improbantur, quia occludunt poros cutis, per quos vapores acres & mordaces dolorem capiti inferentes, qui discuti deberent, acriores redduntur, sic dolorem augent. Temporibus quoque obseruatio non prætermittenda: quia initio accessionum sunt vitanda, ne repressus dolor, maiori periculo recurat. Hyeme tepidè sunt admouenda: in æstate frigida, modo nulla catarrhi suspitio sit: frigida enim destillationem concitant, & augent. Si pro pueris comparentur: aceti quantitas minor esse debet ob cranii raritatem. Vt

*Nota
in oxyrho-
dinis com-
ponendis.*

℞. Lactis, aquæ rosarum & aceti rosati, singul. ℥. β. oleorum rosati omphacini, aut cotoneorum, aut myrthini, ℥. i. β. fiat oxyrhodinum.

*Pro pueris
oxyrho-
dinum.*

℞. Aquarum solani, & lactucæ, vel nymphææ, & oleorum myrthini, & rosati omphacini, singul. ℥. i. fiat oxyrhodinum, cui dissolue caphuræ, ℥. β. supplebit vicem aceti, quia repellit & alia subire facit sua tenuitate partium: renouetur sæpe si ardor non conquescit.

*Pro adultis
sine aceto.*

Valentiora parentur ex decocto vel succis herbarum virentium solani, plantag. cucurbitæ, pampinorum vitis, semperuiui, portul. polygoni, adiecto aceto & oleo rosato omphacino, nymph. melino & c.

Si ex dolore capitis vigiliæ, & deliria subsequantur, præter ea quæ scripta sunt 6. cap. huius Tractatus sequentia aptari poterunt.

℞. Fol. lactucæ, solani, salicis, pampinorum vitis, rosarum rub. singul. m. i. cort. rad. mandragoræ & sem. 4. frig. ma.

Loisopedæ

lactucæ, & papaveris, aut cort. eiusdem singul. ℥. β. florum nymphææ, & viol. vtr. p. ii. coquantur in aqua suffi. & extra ignem iniice aceti rosati, ℥b. β. & ex tepidis lauentur crura vna cum pedibus hora somni, ob sympathiam quam cum cerebro habent, capitis dolorem demulcent, & somnus conciliatur.

Frontale. ℥. Cort. rad. mandragoræ, coriand. præp. sem. lactucæ, & papau. singul. z. ii. florum viol. nymph. & ros. rub. singul. p. i. trium santalorum, & ḡ. tinctorum, singul. z. β. sem. anethi, ḡ. i. fiat pul. excipiendus serico rub. in frontale interpunctum, quod vapore aquæ rosarum & tantillo aceti irrigatum fronti & temporibus admoueat. Vel

Aliud. ℥. Sem. psyllij, hyoscyami, lactucæ, & papaueris, singul. z. ii. rosarum rub. & nymph. vtr. z. i. sem. anethi, z. β. fiat pul. excipiendus albumine oui, aut succo lactucæ, aut vnguento populeo in pastam inter duo lintea extendendam, fronti, & temporibus admouendam. Vel

Aliud. ℥. Vnguenti populei, & rosati Mes. vtr. ℥. i. β. olei papaueris, vel nymphææ, ℥. i. his mixtis lauentur aceto, quibus adde pul. rosarum rub. nymph. & maioranæ, singul. z. i. opij, ḡ. i. croci, ḡ. ii. fiat frontale. Vel his illinentur frons, tempora, volæ manuum, & pedum plantæ. Hæc tandiu sunt vsurpanda, quandiu dolor increfcit. Hinc sensim ad ea transire, quibus mixtæ sunt qualitates. At inclinante dolore, sola digerentia sunt ex vsu: autore Gal.

Si Dolor capitis est à causa frigida, sequentibus curabitur.

IMprimis videndum si ex sola intemperie sine materia, aut cum materia fuerit. Si sine materia, victu & alterantibus medicamentis intemperiem corrigentibus occurrendum venit.

Si cum materia pituitosa, crassa atque lenta, per vniuersalia, quæ semper præmitti debent, deinde per particularia curandum. Vniuersalia sunt petenda ex curatione febris quotidianæ intermitt. pag. 85. primi Tract. Inter vniuersalia venæ sectio in hoc symptomate locum non habet, ne humor mor-
bificus,

De phlebotomia.

bificus, frigidior reddatur, atque contumacior. At si æger est iuuenis, atque plethoricus ad vasa aut ad vires: celebrari poterit, non ratione symptomatis, sed ratione plenitudinis.

Præmissis igitur vniuersalibus, sequentia vsurpentur.

℞. Oleorum amygd. amar. & anethi, vel chamæmeli, vel sambuci, vel nardini, vtr. ℥. ii. aceti, ℥. fiat oxyrhodinum quo vtetur vt supra annotatum fuit.

Oxyrhodinum in causa frigida. Fomentum

℞. Fol. betonicæ, sampsuchi, saluix, melissæ, serpilli, laudulæ, rorismar. & stocchadis, singul. m. i. bac. iuniperi, & lauri, vtr. ℥. i. coque in aqua suffi. pro foru capitis cum spongia, tunsis prius capillis si æstas fuerit, & æger non sit obnoxius fluxionibus. Vel

℞. Milij, ℔. i. auenæ, ℔. β. salis, ℥. 4. herb. sampsuchi, spicæ nostratis, & rutæ, singul. m. i. sem. peoniæ, ocimi citrati, gallitrici, & anethi, singul. ℥. i. horum portio friget in sartagine, pauco vini rub. aspersa includatur sacco ex panno cannabino raro, & capiti admoueat calidè, etiam tunsis capillis: qui vbi refrixerit, altera portio in eadem sartagine facta & inclusa altero sacco priore sublato applicetur. Sic continuando, donec humor frigidus, vel eius reliquix per cutis & suturarum spiracula discutiantur.

Sacculus.

℞. Sem. ocimi, cardamomi, & gallitrici, singul. ℥. β. mentæ siccæ, sampsuchi, vel rutæ, vel pulegij, vtriusque m. i. fiat pul. crassus aceto aspergendus pro frontali cum panno cannabino.

Frontale.

Frictiones capitis mane, cum panno cannabino aspero, vel cum spongia noua per suturas reliquias humoris attrahunt & euacuant.

Sequentia ad Cephalæam vsurpari poterunt.

Curatio cephalææ & hemicranix non differt ab ea quæ superius enunciata, nisi quod fortiora præsidia exposcunt Aëtio autore sermone 6. cap. 49. & 50. benigna spernunt, validioribus non facilè cedunt. Præmissis vniuersalibus sequentia vsurpentur.

℞. Oleorum rosati completi, & chamæmeli, vtr. ℥. i. β. Oxysuccucci cucumeris asinini, vel aquæ vitæ, ℥. i. aceti rosati,

Hh

Aliud. ℞. β. agitentur & tepidè ab alto perfundatur sinciput. Vel
℥. Olei rosati, irini, & rutæ, singul. ℥. i. aceti rosati,
℥. vi. fiat oxyrhodinum quo perfundatur ab alto sinciput.
Vel

Vnguentū. ℥. Oleorum anethi, & de piperibus, vtr. ℥. i. aceti,
℥. β. pulueris florum chamæm. stœchadis, rorism. maio-
ranæ, singul. ℥. i. euphorb. ℥. β. macis, & nucis mosch. vtr.
℥. i. ceræ q. s. fiat vnguentum quo illinentur frons, & tem-
pora: vel aucta cera fiat ceratum quo paretur frontale cum
panno lineo. Vel

Emplastrū. ℥. Gummi tacamahorcæ remollitæ in aqua vitæ, ℥. i. gum-
mi caragnei ℥. β. pul. diamoschi, ℥. i. fiat emplastrū, rasis capillis
capiti admouendum. Si affectus his non cedit, foueatur se-
quenti foru.

Fomentū. ℥. Rad. cucumeris ℥. ii. cyperi, ℥. i. fol. iberidis seu nastur-
tij agrestis, & absinthii p. ma. tanaceti, singul. m. i. bac. lauri,
& calami arom. officinarum, vtr. ℥. vi. pulegij, m. β. stœcha-
dis Arab. summit. anethi, & rorism. singul. p. i. coquantur in
aqua suffi. ad ℥. i. β. aquæ vitæ, ℥. β. in his merge spon-
giam ex qua expressa foueatur caput ante vsum emplastri.
Vel

*Calantica,
seu cucufa,
seu pilcolus* ℥. Coriand. præp. sem. osimi, gallitrici, & peoniæ sin-
gul. ℥. iii. castorii, ℥. ii. cubebæ & euphorbii, caryoph. sin-
gul. ℥. i. fol. Indi, xilaloës, & pul. diambæ, singul. ℥. β. fiat pul.
ex cuius portione aspergatur emplastrum vel caput ipsum: ex
altera verò parte paretur cucufa cum serico rub. tenui, &
gossipio intersuta die nocteque ferenda. Nisi conualuerit
admoue cauterium potentiale occipitio, si capitis anterior
pars ægrum diuexat: Vel futuræ coronali, si occiput, & diu
vlcus apertum teneatur. Huc referri possunt præsidia in cu-
rat. lethargiæ scripta pag. 221.

*Erribium
solidum
vasale di.
Itum.* ℥. Pul. ellebori, & euphorbij, vtr. ℥. i. piperis, & zingi-
beris, vtr. ℥. ii. misce & naribus indatur cum tubo calami.
Hoc vtendum vt phœnigmis, epispasticis &c. quum reliqua
non profuerunt. Sæpe apertio hæmorrhoidarum, & men-
sium, & alui fluxus, atque purgatio epicrastica cholagoga,
quum bilis: aut phlegmagoga, quum pituita: aut melanago-
ga, quum melancholia, multis profuerunt. Quemadmodum
arteriarum pone aures sectio: quarum loco hirudines fameli-
cæ naribus admouentur, vel venæ frontis, aut temporum, vel

quæ sub lingua sunt sitæ, quas rançlas appellamus aperiuntur, & tutius.

Curatio si dolor Capitis sit vitio ventriculi.

SI dolor capitis sit ex sympathia alicuius partis inferioris: *Curatio*
 Prima medicandi indicatio sumitur ab affecta parte: *sympathica*
 da, à cerebro: postrema ab utroque. Exempli gratia.

Si ventriculus ab aliquo humore cuiuscumque naturæ fuerit, grauat, eius vapor sursum sublatus, cerebrum lacessit & dolorem incurrit, qui curari nequit, quin prius pars mandans exoneretur, aut naturæ beneficio, aut arte facta. Si æger nauseat, vomitus est sollicitandus, medicamentis benignis, & non fortioribus. Hac via humor morbificus educitur, protinus eius effectus cessabit. At si æger est angusto pectore, & pterigodes, phthisicus, aut asthmaticus, per aluum est educendus, & non per vomitum. Sic

℞. Massæ pil. imperialium, ℥. iiii. castorij, grana iii. cum *Carapotia*
 melle rosato fiat pil. vi. deauratæ, quas cap. post primum som- *gastrica.*
 num. Clementer utramque bilem & pituitam purgant, &
 ventriculum roborant, & concoctionem iuuant. Vel si pilu-
 las deuorare nequit cap. sequentem potionem, ad bilem

℞. Cinnamo. ℥. i. myrobal. citrearum, & rhab. selecti, vtr. *Potio cho-*
 z. i. thamar. z. iii. cassiæ recens à canna extractæ, z. i. infun- *lagoga.*
 dantur omnia simul in infusione rosarum pallidarum per no-
 ctem. Expressum detur mane. Si melanagogam requiris pa-
 retur sequens

℞. Polypodij querni contusi, z. vi. cort. citrij siccæ, car- *Melanago-*
 thami, & sennæ mund. singul. z. iii. epithymi, z. ii. anisi, z. i. *ga potio.*
 caryophyl. integr. num. iii. coquantur in sero lactis. Colatu-
 ræ dissolue elect. catholici, z. β. syrupi saporis de pomis, z. i.
 fiat potio mane sumenda.

℞. Myrobal. cepularum oleo absinthij confricatarum, *Pblegma-*
 ℥. iiii. diacarthami, & elect. Ind. ma. vtr. z. iii. infundantur *goga potio.*
 in parte vna decocti præscripti. Expressioni dissolue syr. rosa-
 ti sol. cum agar. z. i. fiat potio.

His expurgato ventriculo, quod remansit in eo, sequenti- *Syrupus*
 bus coquatur. *bilem flauã*

℞. Cichorij, endiuix, fumarix, & absinthij p. ma. singul. *coquens.*

m. i. ros. rub. m. β. passul. mund. pa. x. sem. portul. acetosæ, citrij, singul. z. ii. florum cord. p. i. coque in aqua ad tb. i. fyrupi de bisantiis z. iii. fiat syrupus clarif. & arom. pul. diatriasant. pro iii. matut.

*Ad atram
bilem.*

℞. Rad. bugl. z. ii. herb. cichorij, lupuli, fumariz, borrag. singul. m. i. mercurialis, & mentæ siccæ, quinque capill. commun. singul. m. β. sem. endiuiz, & citrij, vtr. z. iii. sem. maluz, & melonis, vtr. z. i. β. fiat syr. clar. & arom. pul. diamarg. frig. pro tribus matutinis.

*Ad pitui-
sam.*

℞. Cort. citrij siccæ, & helenij, glycyrrh. singul. z. i. herb. mentæ siccæ, absinthij p. calamenti, orig. singul. m. i. ros. rub. & stoech. vtr. m. β. sem. ocimi caryophyllati & anisi, vtr. z. iii. florum rorismar. thymi, & bugl. singul. p. i. coque in aqua ad tb. i. oxymellis simpl. z. iii. fiat syrupus clar. & arom. nuce mosch. pro iii. matutinis. Si humor morbificus concoctus appareat, denuo expurgandus erit ventriculus pil. aut potio- nibus præscriptis: denique roborandus erit gastricis descri- bendis cap. de aepesia & anorexia cap. 49.

*Si ex ebri-
tate.*

Si dolor capitis fit ex ebrietate: imprimis supponetur cly- ster si aluus dudum non fluxerit: Deinde prouocetur vomit- us & caput foueatur oxyrhodino pag. 239. descripto, & detur decoctum brassicæ quod ascensum vaporum in caput impedi- dit & ebrietatem tollit.

Si ex iecore

Si ex iecinoris consensu fit, curabitur venæ sectione, iulepis eius intemperiem corrigentibus in causa calida descriptis, & topicis, & victu ibidem descripto.

Si ex splene

Si ex consensu splenis fiat, quum vapores melancholici à propaginibus magnæ arteriæ in caput deferuntur & præci- puè in anticam potius, quam in posticam partem, & sinistram quam dextram dolor percipitur. Curabitur vt quartana fe- bris intermittens, clystere, aut balano, si æger fuerit duriore aluo: purgatione melanagoga, & venæ sectione cubiti sinistri, vel poplitis, aut saluatellæ, si ab hæmorrhoidibus suppressis aut plus iusto fluentibus recurrendum ad ea quæ fusius capi- te proprio docebimus: vel iisdem, sanguisugæ famelicæ admo- ueantur. Plura cap. de melancholia: cap. 18.

*Si à morbo
neapolitano*

Si dolor capitis à morbo Neapolitano scaturit, cognosci- tur ex dolore capitis nocturno, potius quam diurno, & exter- no, alias interno, ex tumoribus, ex alopecia pilorum capitis, barbæ, atque superciliarum: vt in elephantiasi: articularum

doloribus, gonorrhæa virulenta, & sæpe vlceribus ani, pudendi, &c.

Curabitur victu congruo, purgatione, venæ sectione, & alexipharmaco post scribendo. Purgatio institui debet ex humore præpollente: venæ sectione ex cubito, aut malleolo, plus minusue pro laborantis ætate, anni tempore, & viribus, nisi quid eam dissuadeat. Præmissis vniuersalibus paretur sequens alexipharmacum.

℞. Axungia suilla, ℥b. i. hydrargiri, ℥. viii. terebinthina *℞. Alexi-*
 aqua vitæ lota, ℥. iii. ceræ flauæ, ℥. ii. oleorum laurini, rutacei, *pharmacum.*
 petrolei, lumbricorum, chamæmeli, & de spica nostrate, singul. ℥. i. β. styracis liquidæ, ℥. vi. euphorbij pul. ℥. β. fiat vnguentum quo ceruix, omoplatæ, rachitis, brachia, coxæ, tibiæ, & pedum plantæ ante luculentum ignem illinentur mane & hora secunda pomeridiana spatio horæ semissis, continuando ad oris vsque exulcerationem. Deinde vtendum gargarismis detergentibus. Vel huius loco,

℞. Massæ emplastri de ranis Ioannis Vigoris triplicato mercurio ℥b. ii. fiant emplastra super alutam extensa iustæ magnitudinis, non capiti admouenda, neque præcordiis, sed omoplati, & articulis die nocteque ferenda, ad oris vsque exulcerationem. Præcauere potest, si homo cum immunda muliere, aut mulier cum homine inquinato se exercuerit, mox à coitu partes obscænz vino diluto eluantur depresso præputio: ne virus ibi relictum, sensim in corpus vniuersum diffusum lucem veneream procreet. *Emplastrum ad idem. Præcautio ad lucem veneream.*

De Conuulsione.

C A P. I I.

Σ Πάσμος Græcis, conuulsio & distentio à Latinis dicitur: Est symptoma actionis animalis, pendens ex motu deprauato, à causa præter, & non secundum naturam: quoties muscoli & horum nerui præter voluntatem versus suam originem contrahuntur. *Quid.*

At nunc mei non est instituti de omnibus conuulsionum differentiis vniuersalibus & particularibus disserere: sed tan-

tum de vniuersalibus quæ sunt 4. numero : nempe *ἰσχυρὸς* *ἰσότητος*, quum corpus totum in priora curuatur : *ἰσότητος*, quum in posteriora : *ἰσότητος*, quum in vtramque partem æqualiter. His additur *ἡ ἑπιληψία*, quæ est quædam totius corporis conuulsio, patiente nimirum neruorum principio, vt suo loco fusius agemus cap. 13.

Spasmus caninus quid. Particulares verò conuulsiones, sunt *κωνικὸς σπασμὸς*, i. conuulsio canina, quum labra, & nares, & pars contracta, sanam ad se adducit : in vitio est latus musculus, ex quo musculi narium, superciliarum, & labiorum fiunt : vel nerui à primis vertebris, & ramis neruorū tertix coniugationis. *Στραβισμὸς*, quum musculi oculorum ipsum mouentium contorquentur. *Τρισμὸς*, quum musculi temporales, qui mandibulam mouent mediantibus neruis tertix & 4. coniugationis præter voluntatem contorquentur. Si vtraque pars, dextra scilicet, & sinistra lædatur, musculi vtrinque contracti, sardonium risum faciunt, maxillares nimirum in latera, os, & labra deducunt, ita vt ægri perpetuo ridere videantur. Idem iudicium esto de *σατυρίασι* quum musculi penis conuelluntur.

Sardonius risus vt fit

Vt fit satyriasis.

De causis.

Huius causæ referuntur ab Hip. aphor. 39. sect. 6. ad inanitionem & repletionem. *Σπασμὸς γίνεται ἢ ἐπὶ πλερώσει, ἢ κενώσει, ἢ το δὲ ἐπὶ λυγμῶς*. &c. Ad inanitionem quidem reuocatur, febris ardens, hellebori potio, immodica sanguinis profusio, vigilix, inædia, & quæcumque corpus vehementer exsiccant. Ad repletionem vero ebrietas, crapula, suppressa vacuatio consueta, exercitatio intermissa, phlegmone, & eam quæ consequuntur dolor, morsusque, flatus in musculis conclusus, siue illic genitus, siue aliunde influens eos distendit atque contrahit, vt docet Gal. cap. 2. lib. 5. de sympt. causis, quo etiam loco ab vtraque illa causa conuulsionem fieri chordarum eleganti similitudine docet.

Conuulsio statulenta. Hanc flatulentam conuulsionem Græci *σπασμὸν φουσιδῆν* & Galli sua vernacula lingua *Goutte grampe* appellant. Ea sæpe manuum, pedumque digiti, & nonnunquam crura vel coxæ extenduntur, vel in sese contrahuntur, cum summo dolore, sed qui breui sola frictione mitescit. Causa huius, est crassus lentusque vapor in neruorum propagines insiliens, qui illas haud secus atque citharæ chordas implet, atque conuellit.

Præterea est quartum conuulsionis genus, quod fit con- *De conuul-*
 sensu alicuius partis, quod Auic. fen 2. tertij Tract. 1. cap. 5. *sione per*
 spasmus non proportionatum ad materiam vocat: cum ne- *consensum.*
 que ex plenitudine neruofarum partium, neque ob inanitionem earundem originem ducat: sed vel à quadam qualitate, alteratis per continuationem partibus ascendente ad neruorum principium, veluti aura, quæ licet mole sit minima, facultate tamen quàm maxima. Hoc motu natura nititur expellere quod est illi infensum, id quod à parte primo affecta ad ipsum effertur: vt ictus scorpionis, aut alterius animalis: vel ea aura quæ histericas fœminas diuexat, aut vermes, pueros.

Interdum fit consensu ventriculi, quoties eius os vellitur ab humore mordaci, vt animaduertit Gal. in quodam adolescenti qui bilis æruginosæ vomitione conuulsione fuit liberatus: comment. in aphor. 1. sect. v. Eadem accidere potest ex elleboro albo potio, quæ est lethalis Hip. autore loco citato: Aliàs ex nerui punctura fit conuulsio, autore Gal. in arte medicinali, cap. 87.

Signa si à repletionem, cognoscuntur, si sanum quempiam *De signis si*
 repente aut statim ab initio morbi, vel non multo post prin- *à reple-*
 cipia corripuerit, præsertim si temulentus fuerit, ac plenus *ne.*
 homo & in otio degens. Nerui enim frigidis & glutinosis humoribus, ex quibus etiam nutriuntur, replentur: vnde conuulsionem patiuntur: quemadmodum videmus lora & chordas cum multa humiditate madent, in humorem præter naturam attolli, sicque interdum tendi, vt rumpantur. Gal. autore comment. in aphor. 26. sect. 2.

Contra si ex inanitione fuerit, cognosces in eo quod præ- *Signa si ab*
 cessit veluti febris ardens, phrenitis, ellebori potio, immodi- *inanitione.*
 ca sanguinis profusio, vigilix, inædia, labor vehemens, & longus, aut succussans, inflammatio, animi perturbationes, & fit sensim & non *ἀποαι* vt ea quæ fit à repletionem.

Signa spasmi cynici oculis sunt manifesta, siue ex paralyti, *Signa spaf-*
 siue ex conuulsione fiat. Nam ea quæ perversa apparet, non *mi cynici.*
 est resoluta, sed opposita. Resoluto musculo mandibulæ, qui dextram labri partem mouet, ea pars in sinistram deflectitur. Contra, qui sinistram mouet, ea in dextram declinat.

Signa conuulsionis quæ sumuntur ex pulsu, & vrinis non *Signa ex*
 sunt certa: licet sit inordinatus, durus, & paruus. Vrina à sanis *pulsu &*
vrinis.

non multum differt, ratione obstructionum: interdum tamen est tenuis, & aquosa: aliàs ad viriditatem inclinat, quum calor partis innatus extinguitur. Si vero conuulsio fit ex consensu, & causa fuerit externa, veluti ictus scorpionum, phalangij, discitur ex ægri vel astantium relatu: Si causa est interna (vt ab ore ventriculi, inest mordicatio à bile æruginosa, vt testatur Gal. comment. in aphor. 1. sect. v. & 12. meth. Si à vermibus, inest ventriculi & intestinorum morsus, tussis, narium pruritus, ægri in somno tremunt, & præter rationem exurgunt nonnulli, & cum clamore expergefiunt & iterum sopiuntur, oculos claudunt & taciturni sunt, dentibus frendent, & videntur aliquid masticare.

*De præsa-
gno.* Conuulsio ex elleboro albo: aut ex ictu, vel casu, aut ex vulnere, aut à copioso sanguinis fluxu, aut hypercatharsi, aut ex ebrietate, (nisi febre corripiatur) est lethalis Hip. aphor. 1. 2. 3. 4. & 5. lib. 5. aphor. Qui tetano corripiuntur, intra 4. dies intereunt: si verò hos superauerint, incolumes euadunt, aphor. 6. eiusdem lib. & aphor. 66. & 67. lib. 4. In acutis febribus conuulsiones, & circa viscera vehementes dolores, malum. In febribus per somnum pauores, aut conuulsiones, malum portendunt. Conuulsio ex inanitione est immedicabilis, vel saltem curatu difficillima, ex Aërio & Paulo. Spasmo, aut tetano, febris si accesserit, morbum soluit, verum esse potest, si spasmus fuerit ex plenitudine: quia febris superfluam humiditatem suo calore digerit, & frigiditatem concoquit. Hip. 57. sect. 4. & Gal. in comment. Conuulsioni febrem (ephemeram scilicet & non putridam) accedere satius est, quam febris conuulsionem aphor. 26. sect. 2. Conuulsio ex vertebrarum luxatione, est immedicabilis.

*Qui pro-
pensi.* Conuulsio ex consensu, curari potest. Pueri frequentius quam adulti, conuulsionibus capiuntur, & maximè qui crassi sunt, & quum dentire incipiunt, & qui aluum durum habent. Hip. aphor. 25. sect. 3. & Gal. 1. & 6. de tuenda valitudine, & post eum Aëlius, lib. 4. cap. 9. & Paulus lib. 1. cap. 9.

*Curatio, si
ab inani-
tione.* Curatio ab inanitione & siccitate, licet sit immedicabilis; ægri absque aliquo consilio & remedijs non sunt relinquendi, ne desperent, vt loquitur Celsus, sed sunt iuuandi, victu, & nonnullis remedijs tam internis, quam externis.

Ob id auspicanda erit curatio à victu liquido, euepymo, & eupepto, refrigerante (ratione febris) & humectante, ratione siccitatis. Aer pariter talis esse debet, arte vel industria paratus, vt sæpè docuimus in febrium continuarum, & hecticarum curatione.

Somnus solito sit longior: quies consulenda: animi pathemata fugienda. Alius libera esse debet, quæ si suppressa fuerit, sollicitanda erit clystere parato ex decocto refrigerante, cassia, melle violato, & oleo nymphææ. Velex iure extorum, vel capitis veruecis, cum saccharo, & oleo amygd. dul. vel butyro. Iulepi, vel decocta ex plantarum partibus refrigerantibus & humectantibus parari poterunt: vel horum loco, vtatur ægrotus iuribus pullorum gallinæorum, agnorum, porcellorum cum herbis refrigerantibus sine sale paratis, & expressis mane & sub horam secundam pomeridianam per multos dies continuando. Vel quotidie mane hauriat scyphum plenum lactis asinæ vel capræ cum saccharo rosato recens multæ horis tribus ante primum pastum, & superdormiat, Vel huius loco sugat lactantem mulierem, si febris intensa non fuerit, alioquin officeret, vt testatur Hip. 64. sect. 5.

Balneum aquæ dulcis temperatum, & non calidum huic *De balneo.* symptomati est vtile. Vtilius erit si in eo coquantur herbæ refrigerantes, humectantes, & emollientes. Vel paratur in iure extorum si tanta quantitas haberi potest, vel caput veruecis, cum oleo dulci, violarum &c.

℞. Oleorum amygd. dul. liliorum, & viol. singul. ℥. i. axungia gallinæ, butyri recentis, & mucag. sem. lini, & psyllij aqua viol. extracta, singul. ℥. β. misce sine coctura, & his illinetur tota rachitis frigide post balneum, in quo bis die ingreditur. *Linimentū*

℞. Hordei, & fol. maluæ, viol. singul. m. i. fol. cucurbitæ, & *Embrocha.* falcis, vtr. m. β. florum liliorum, & nymphææ, vtr. p. i. bulliant in aqua ad ℥. iiii. oleorum præscriptorum vel eiusdem linimenti ℥. ii. fiat embrocha capiti rasis capillis tepide admouenda mane & vesperi.

℞. Carnis testudinis, ℥. iiii. cancrorum fluuiatilium, aut *Electuariū* carnis perdicis, aut phasiani, vtr. ℥. ii. nucleorum pineorum, *in morfellis* & amygdal. dul. mund. vtr. ℥. i. pul. diapienidij sine speciebus, z. vi. pul. diatragac. frig. recens præp. & sem. melonis mund. vtr. z. iii. sacch. albi aqua viol. soluti, ℔. i. ex arte para pastam

In morfellis deauratis, quibus utetur in fine singulorum partium diu continuando.

*Curatio si
à plenitudine.
A sanguine.*

Quoniam conuulsio ex plenitudine, à multis causis fieri potest, pro causarum diuersitate, variari debent remedia. Si à sanguine inflammato fuerit, præmissa clystere (si alius est suppressa) per *επιεμφύσειν* mittatur sanguis, ne plus iusto ægri vires deiciantur. Victus parum dissimilis sit, eo præscripto in curatione ab inanitione, & balneum, litus, & embrocha præscripta rachiti & origini neruorum aptari possunt.

Si à flatibus.

Si vero sit à pituita crassa & lenta, ex qua flatibus generantur qui neruos & musculos distendant, conuulsionem pariunt, quam Arabes Alcuzen appellant, si cito fit, cito desinit. Qui si fortè non cesset, resoluantur fricando locum pannis calidis, & vngendo oleis digerentibus, qualia sunt oleum anethinum, vulpinum, lumbricorum, chamæmeli, cum pauco theriacæ veteris, aut mithridatij.

Si à pituita

Si eadem pituita non resoluitur, sed manet in eodem statu, curanda erit vt dicitur capite de paralyti: à qua non differt ab analogiam quam inter se habent in sumendis & ad-mouendis.

℞. Hirundinum num. 40. rutæ m. ii. sem. siseleos, & castorij, vtr. ʒ. i. vini albi, lb. iii. destillentur in balneo mariæ, cap. æger in primo conuulsionis insultu cochlearia duo, & tantundem quotidie mane, præmissis vniuersalibus, breui tempore omnem conuulsionem sanat. Rond. capite de paralyti à pituita: multa alia dabimus profutura remedia.

*Curatio
per consensum
fit 7.
modis.*

Per consensum conuulsio multis modis fit: interdum, hanc ad materiam non proportionatam referunt seu ad condolentiam, quum cerebrum in sese mouetur, vt expellat, quod illi est infensum: alias quum os ventriculi ab humore acri & mordaci afficitur: alias quum quædam pars est vulnerata, ab aliqua re pungente neruos, & musculos: alias ab ictu, morsuue virulentarum bestiarum: alias ab aliqua materia maligna collecta inter cerebri meningis cas pungens, vnde subsequitur conuulsio: alias à vermibus in ventriculo contentis: alias ab utero, quoties vapores maligni per arterias in caput deferuntur.

Si ex materia non proportionata fuerit, curabitur septem modis: quia totidem conuulsio fieri potest, vt in sequentibus apparebit. Primus erit, si aperiatur terebra cerebrum, aut alio

instrumento: aut cauterio potenciali, aut epispasticis medicamentis, (si non magna fuerit inflammatio) vt illata materia per vulnus inflictum euacuari possit.

Si ex æruginosis vomitibus fit conuulsio clysteribus & purgatione facta ex rhabarb. syrupo rosato sol. & myrob. citreis infusis simul in sero lactis. Vel forma boli, vel pilularum.

℞. Pul. Hieræ Gal. simpl. ꝑ. i. pilularum imperialium, ꝑ. i. Pilula. cum syrupo viol. fiant pilulæ vi. aut viii. deauratæ, cap. mane: abstinendum à vino cuius loco vtatur decocto rad. acetosæ cum succo granatorum.

Et si aluus est suppressa, iniiciatur clyster refrigerans cum cassia, diapruno simpl. melle viol. & oleo nymphææ præparatus. Expurgato ventriculo, corroborandus erit gastricis tam sumptis, quam admouendis, astringendi facultate præditis. *Forma clysteris.*

Si conuulsio originem ducit à vulnere inducto in neruo, vel tendine, aut puncto: vulnere diducto, calidè iniice oleum hyperici, vel terebinthinæ. Deinde appone aliquod emplastrum epispasticum, vt sanies, aut venenata qualitas, si aliqua est inducta, extrahatur. Si his non mitescit, neque inflammatio reprimitur, neruus vel tendo per transuersum scindatur, idque in parte altiore quam punctura si fieri potest. Satius est motum partis alicuius perire, quam totum animal.

Si ab ictu, morsuue alicuius animalis fuerit, parti admoueatut cucurbita cum scarificatione si fieri potest, vel sine ea nouacula scarificetur, & lauetur aqua marina tepidè: Deinde admoue emplastrum ex theriaca compositum.

Si ab aliqua maligna materia collecta in cerebro quæ eius meninges feriat: expurgata corporis prima regione alexipharmacis oppugnanda, vel candenti ferro vrere oportet.

Si à vermibus, sunt occidendi & expellendi amaris & detergentibus, tam sumptis, quam vmbilico (potius quam ventriculo) admouendis suo loco describendis.

Si consensu vteri fit, recurrendum erit ad caput de vteri strangulatu. Si ex luxatione prodeat, frustra est auxiliare manus adhibere, antequam luxatum os, in propriam sedem reducatur: sat erit eo tempore lenientibus, & mitigatoriis auxiliis doloris sœuitiam frænare.

Spasmi cynici curationem dabimus cap. de paralyfi: qui fit, conuulso lato musculo, ex quo musculi narium, supercilio:

rum & labiorum fiunt, qui contractus, sanam partem ad se trahit. At si vterque musculus æque contrahitur, fit risus sardonius dictus, qui pariter iisdem remediis tam vniuersalibus quam particularibus curatur quibus paralysis, suo loco describendis.

De tremore, rigore, horrore & frigore.

C A P. XII.

De tremore, quid.

Tρῑμος, i. Tremor, est motus deprauatus facultatis animalis, partim à voluntate, partim ab onere partis editus. Hic motus est geminus: vnus qui deorsum, alter qui sursum tendit. Hic secundum naturam est, & à voluntate perficitur: ille verò præter naturam, & à partis (quæ tremore agitur) onere, atque grauitate. Itaque vicissim facultas nunc vincit, nunc vincitur, fitque contrariorum motuum perpetua quædam successio.

Causæ tremoris.

Huius symptomatis causa, est duplex: vna obstructio neruorum à multis succis crassis, & lentis: ita vt exigua facultas motrix in partem affluat, nisi confertim irruens, illos excusserit.

Alterà verò facultatis motricis imbecillitas, contracta ex intemp. frigida, vel corporis vniuersi, vel principij neruorum, vel aliarum partium natura imbecilliorum, & ad morbum propensarum, quam vel senectus frig. & sicca: vel venus immodica & intempestiua, vel timor, vel dolor, vterque magnus longusque, vel frigidus aër, vel balnea, vel potus largior vini meracioris, aut aquæ frigidæ, vel ignauia diuque omiſſa post multos cibos exercitatio, inuexerit.

De rigore quid, si cū febre sit.

Ρῑγος: i. Rigor: Est motus voluntarius deprauatus & coactus ab acri & pungente humore: similis est conuulsioni, validiorque est, quam in tremore. Hic aliquando cum febre, aliquando sine febre nascitur, & causas habet differentes. Qui cum febre est, causas habet tum calidas, tum frigidas, spiritum scilicet, aut humorem. Nam & bilis flaua in tertiana exquisita & caustica, & atra bilis natura frigida per putredinem calefacta, rigorem gignit, & pariter spiritus sine humore calidissimi

De causis rigoris cū febre.

mus, aut frigidissimus per corpus sentiens, transiens, rigorem gignit. Nam facultas expultrix (ab excremento rodenti, & moto vehementer per ipsas partes pungendo & vulnerando) irritata, eas contrahit, & constringit, ut earum quælibet contentum in se illius excrementi portionem cito expellat, vel in cutem, vel in ventrem superiorem, aut in inferiorem, si accessio criticè solui debet. Contractis autem musculis, necessario etiam articuli ipsis annexi contrahuntur, & fit vehemens totius corporis succussatio, quassatioque, & cutis cum partibus subiectis. & extremis exanguis atque frigida euadit. Postea ibi collecta, ob vehementes contra causam molestantem incursiones, cum multo calore rediens, febrem à rigore accendit, adiuuante causa ad concipiendum calorem idonea.

Qui verò sine febre rigor est, varias etiam habet causas: nempe aëris frigidi, vel aquæ frigidæ repentinum, vel diurnum occursum: aquæ feruentis balneum repentiè & confertim occurrens, corpore non præcalfacto: aquæ dulcis & temperatæ, balneum frequens post cibum: ignauiam, orium, repletionem frequentem cibi & potus; temperies frigida, pituitam generans. Veruntamen rigor qui ex praua victus ratione nascitur, ob imbecillitatem, horror potius quam rigor est.

De rigore sine febre. Frequentis balnei usus aquæ dulcis incōmoda.

Nam rigor à succis frigidis, & pituitosis, non videtur excitari, ut qui ob crassitiem vehementer moueri non possunt, nec adeò tenuari ut bilis. In rigore humoris motus est magnus: contra in horrore est tardus, & languidus. Quod autem non per vasa, sed per partes sentientes eum fieri oporteat, nemo nescit.

Φρίξις: i. horror, fit ab iisdem causis quibus rigor: sed horrore causæ sunt mitiores, & minus motæ quam rigoris. Ut autem horror minus quiddam est, quam rigor: sic maius quiddam est refrigeratione, & inæqualitate. Qui enim committit refrigerationem, humor est frigidus, crassus & immotus: qui verò inæqualitatem, minimum calidus, tenuis: horror medium tenet inter rigorem & refrigerationem.

De horrore

Tremor senibus si acciderit, est perniciosus & curatu difficilis: Auic. fen. 2. tertij tract. i. ad finem cap. 11. ob defectum caloris insiti. Tremor quum sinistram corporis partem obrepat, est longè deterior eo qui partem dextram. Quum tremor diu perseuerat, futuram paraly sin portendit. Quibus in fe-

Præsignia tremoris.

bribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluuntur, per translationem humoris febrilis è venis & arteriis, in neruos. Hip. aphor. 26. sect. 6. & Gal. tremor labij inferioris, indicat futurum vomitum.

*Curatio
tremoris.*

Si tremor fit in ætate senili, nulla sunt scribenda remedia, quia curationem non admittit, ne diffamentur remedia quæ multis vsui esse possunt. Si ab ebrietate, æger bibat hydromel loco vini: & in iuribus carniū coquantur herbæ cephalicæ, veluti saluia, maiorana, & roboretur cerebrum tam sumptis quam admouendis capite de paralyfi describendis. Si à crassis & frigidis humoribus fit, curabitur phlegmagogis cap. de paralyfi descriptis.

*Cerebrum
leporis
multorum
testimonio
tremorem
sanat.*

Peculiari dote cerebrum leporis commendatur ab Auic. loc. cit. cap. 12. & à Sexto Philosopho Platónico lib. de medicina ex animalibus initio cap. 2. necnon ab Abinzoar lib. Theisir tractatu 10. cap. 4. siue potui detur ex vino, siue aliis medicamentis misceatur.

*Opiata si
tremor
fuerit ex
venere im-
moderata.*

℞. Conseruæ rad. acori vulg. & florum saluiæ, & rorisim. singul. ʒ. i. cerebri leporis assi & non puluerisati, ʒ. vi. rad. plantag. aquatici, & peoniæ, & sem. eiusdem, singul. ʒ. i. pul. diagalangæ, ʒ. ii. sem. vrticæ, & viticis, vtriusque ʒ. β. castorij, & aspalathi, vtriusque ʒ. i. cum syrupo conseruat. satyrj, vel syrupo stœchadis, vel mentæ, quæ sua siccitate nõ minus quam ruta semen absomit, (contra Diosc. sententiam scribentis lib. 3. cap. 41. venerem stimulare) fiat opiata de qua singulis matutinis cap. ʒ. ii. superbibendo parum aquæ stillatitiæ in alem-bico vitreo florum saluiæ, vel lilij conuallij, quod magnarum est virium aduersus morbos cerebri, & neruorum ex intemp. frig. humidaque cor, iecur & cerebrum roborat, si extiterit: vel tantundem aquæ celestis, vel claretæ compositæ, & in nostra paraphrasi Gallica descriptæ. Si hæc non sufficiunt ob calidi innati & spirituum iacturam quæ fit ex immoderata aut intempestiua venere: ægrum alere debemus alimentis boni succi & cupepti, & illi quietem imperare & manus non lauare frigida, sed vino diluto tepido: frigida tremorem augent.

*Vires lilij
conuallij.*

*Vnguentum
à quavis
causa.*

℞. Rad. cyperi, calami arom. nardi Ind. schœnanti, & nucis mosch. singul. ʒ. i. hermodact. ʒ. ii. euphorbij, ʒ. i. fiat ex arte puluis

℞. Succu saluiæ, & olei castorij, vtriusque ʒ. ii. β. bulliant

in phiala obturata ad succi fermè consumptionem. Colaturæ liqua ceræ flauæ, ℥. β. deinde extra ignem dissolue puluerem præscriptum, & hoc vnguento manus & priores metaphtreni vertebræ illinentur calidè manè, & vesperi ante luculentum ignem: addendo inunctionis tempore guttas aliquot aquæ vitæ. Hoc vnguentum tremori à quavis causa aptari potest.

Pauperes dissoluant theriacæ veteris & probatæ ℥. i. in vrina, & abluant membra tremencia calidè. Ne quis hallucinetur in horum symptomatum affinitate, quæ fiunt à causis diuersis, & remediis diuersis curari debent. Nam tremor est affectus particulæ, & non totius corporis, qui non fit nisi consilio mouendi partem. In horrore verò & frigore summa cutis corporis algent: distantque inter se solum, aut vbertate causæ, aut acrimonia, aut motionis impetu.

In quo dicitur sunt hæc tria symptomata.

Hæc tria symptomata febres intermittentes (vt plurimū) præcedere solent, quæque agris magnum negotium facessere solent, in quibus mitigandis nonnulla præsidia describere decreui in iuniorum medicorum fauorem.

Imprimis vbi rigor, horror, aut frigus expectatur, ab omni potu æger est prohibendus, ne febris augeatur: sed maturius multa veste tegendus, vel antequam inhorrescat, aliquo ex sequentibus vtendum.

℞. Milij, auenæ, & salis torrefacti & puluerati, singul. ℥. iiii. excipiantur sacculo ex panno cannabino & calidè parti cui est metus admoto, vel paretur sequens fomentum.

Sacculus.

℞. Fol. rutæ, m. ii. bac. lauri, vel iuniperi, ℥. i. piperis, zingiberis, sinapi, & iridis, singul. ℥. ii. summit. anethi, m. β. castorij, & nardi Ind. singul. ℥. i. coque in aqua, & extra ignem in iijce aquæ vitæ, ℥. iiii. olei petrolæi, ℥. ii. his vniuersa rachitis ante ignem luculentum cum spongia foueatur. Vel ex iisdem oleis manus & pedes cum paucis aquæ vitæ illinentur. Vel huius loco eadem partes illinentur vnguento martiato, aut aregone, aut sequenti quod potenter calfacit, attenuat, & discutit humorem morbificum. Vt

Fomentum.

℞. Theriacæ antiquæ, ℥. ii. oleorum anethini, & laurini, vel rutacei, & aquæ vitæ, singul. ℥. i. fiat linimentum quo prædictæ partes tepidè illinentur ante luculentum ignem. Vel

Linimentum.

℞. Oleorum irini, & hyperici, vtriusque ℥. ii. succi arthemisia, ℥. i. sem. rutæ, piperis, & castorij, singul. ℥. iiii. omnia simul

Aliud.

bulliant in phiala vitrea obturata super cineres cal. ad succi fermè consumptionem.

Colatura illinentur spinalis medulla, manus, & pedes ante ignem idque ante rigorem, aut frigus per horam aut alteram, expurgata corporis prima regione, vt omnis cruditas ibidem accruata foras propulsetur.

Cataplasma. ℥. Herb. angelicæ, & vrticæ, vtriusque m. i. pentaphylli, m. s. telæ araneæ, ʒ. vi. fuliginis fornacis, ʒ. s. salis communis, ʒ. ii. tufis omnibus cum aceto fiat pasta pulsibus ad-mouenda.

Potio. ℥. Rubiæ trochiscatæ, ʒ. i. cum vino rub. optimo fiat potio per horam ante frigus, aut horrorem sumenda. Hæc frigus discutit: theriaca antiqua, aut mithridatium aut aurea Alexand. aut liquor cirenaicus pari pondere in potu idem præstant.

Huius loco pauperes cap. decocti serpilli, ʒ. ii. quia idem præstat.

Pilula. ℥. Sem. dauci, & ameos, styracis cal. singul. ʒ. i. cum veteri theriaca forma pil. tres pro drag. quas cap. per horam aut alteram ante frigus, horrorem aut rigorem, quum quis rigere aut algere incipit. His remediis calidis calor sopitus & oppressus foras euocatur.

De vomitu Si quis ad vomitionem pronus fuerit, iuuetur natura hydrelæo cum oxymelle simplici, aut syrupo acetato initio accessionis.

Sæpe hoc remedio bilis vel pituita tunicis ventriculi impa-cta, (vnde febrium intermittentium scaturigo) educitur. Hip. lib. de flatibus, & post eum Celsus lib. 3. cap. 12.

De Epilepsia.

C A P. XIII.

De defini-tione. **E**πιληψία, i. Inuasio seu comprehensio dicitur: quia ho-mines cuiusuis ætatis, fortes, & debiles inuadit. Est conuulsio omnium corporis partium non perpetua (vt videre est in Emprosthorono, Opisthorono, atque Tetano, de quibus disserui capite sexto: sed quæ ex temporum inter-uallis

vallis accidit. In hac functio animalis principalis, aboletur: nec non sensus & motus. Denique dicitur conuulsio, quia functio motus est corrupta. Lege Gal. lib. 3. de loc. affectis cap. 5. & 7. Trallianum, Aëtium, Paulum & Auicennam.

Variè à Græcis atque Latinis nominatur: veteres Græci ἰσθμὸν μεζάρλιον, & ἠερκελεῖαν, & ἰερατ, & πειθὸν παυδίων, id est, magnum, Herculeum, Sacrum, & morbum puerorum appellarunt: Latini verò Comitiale, à Romanorum comitiis: Caducum à cadendo; lunaticum, quod motu lunæ commouetur, vel interlunio corripiat, nominarunt. Aristoteles probl. 1. sect. 30. ex priscorum opinione refert, hunc morbum ab Hercule epileptico nomen sumpsisse, quam opinionem negat Gal. comment. 6. in lib. 6. epid. textu 7. sed vt eius magnitudinem significarent, effinxisse, qui nunquam fuit epilepticus. Quidam sacrum morbum falsa opinione inducti vocauerunt, vt refert Hip. lib. de morbo sacro, qui initio huius libri, ait, hunc morbum aliis morbis non esse diuinio-rem, aut sacratiorem sed curabilem.

De variis
epilepsia
nominibus

Vt os sacrum ἢ magnum dicimus, & auri sacra, ἢ magna fames: sic hic morbus sacer, ἢ magnus nuncupatur. Lib. de aëre, aquis & locis, & lib. de flatibus morbum puerilem Hip. vocat, quod in ea ætate sæpe proueniat. In Gallia bracchata est ita frequens vt sæpissimè pueros iugulet.

Tripliciter hic morbus gignitur: aut enim cerebrum primogenia affectione laborat: aut propter consensum oris ventriculi male affecti: aut propter consensum alterius partis, vt manuum, pedumue digitis, vel à crure, vel ab utero in hystericis, præsertim quum foetus gestatur, cum quo multa putria coerceri solent. Sic censendum de vermibus qui à putri materia generantur, cuius vapor malignus sursum sublatus epilepsiam parit.

De triplici
differentia

Conuulsio est affectus stabilis, quo partes præter voluntatis imperium ad suam originem flectuntur: Epilepsia verò est motus conuulsiuus non stabilis, qui cessat & per interualla repetit.

In quo dif-
ferat à cõ-
uulsione
epilepsia.

Præterea conuulsio à solo morbo oritur, citra alterius causæ complexum: at epilepsia, à natura irritata, causis ipsam molestantibus, quas vt à se pellat vniuersum corpus quatit & mouet.

Item conuulsio fit musculis per primogeniam affectionem

Auic. fen
l. tertij
tract. 5. c. 8 affectis, motus verò epilepticus, fit per consensum à cerebro, musculis nihil patientibus. Ad hæc epilepsia, nulla fit ab inanitione, vt conuulsio.

In quo di-
stas à ster-
nutamento Differt à sternutamento situ : in hoc vapor crassus in anteriori ventriculo cerebri contentus, tanquam molestus excutitur: in epilepsia verò, vapor continetur in medijs & posterioribus cerebri ventriculis qui non æquè facile discutitur motu cerebri sese contrahentis.

In quo di-
stas tremor
ab epilepsia Qualis est differentia inter paralysem, & apoplexiam : talis obseruatur in tremore & epilepsia. In tremore nulla est obstructio, sed superfluus tantum humor naturæ grauis, qui sua grauitate & non obstructione partem offendit : Sic censendum de epilepsia quæ fieri nequit ab obstructione, sed potius à vapore crasso ac maligno, qui functiones animales, & motum voluntarium offendit donec motu cerebri penitus sit discussus.

De causis
idiopathi-
cis. In genere causæ tam idiopathicæ, quam sympathicæ externæ sumuntur à sex rebus non naturalibus : nempe ab ingenti frigore, à longa in sole ardenti mora, à crapula, ab ebrietate, ab inædia à venere immoderata, à somno diuturno, à quiete superflua, ab aspectu reialicuius horribilis, ab odore graui: qualis est bituminis, cornu capræ, aut cerui combusto, ab odore hepatis hirci, à fumo quorundam fungorum, galbani, myrrhæ, croci & thymi : hæc omnia concitant epilepsiam autore Auic. fen i. tertij, tractatu 5. cap. 8. & ante eum, Orpheo, esus apij. Inter præcipuas causas sunt corporum dispositio, sine qua non fit epilepsia, & educatio puerorum, & vitium seminis parentum, ex Hip. lib. de morbo sacro & post eum Poëta Mantuano Germano. Qui viret in folijs, venit ab radicibus humor : Sic patrum in natos, abeunt cum semine morbi.

Tubarum clangor, tonitrua, sonus repentinus machinarum bellicarum, trepidium, equitatio grauis, & currus succussans mox à pastu. Esus carnis veruecis, vel arietis epileptici, paroxysmum accersit pariter si quis corium caprinum induit, recens excoriatum, statim à paroxysmo tentatur. Auic. & ante eum Hip. qui lib. de morbo sacro reddens rationem cur Scythæ & qui Aphricam incolunt, ab epilepsia non curantur: quia caprinis pellibus & carnibus vtuntur : quum neque stratum, neque pallium, neque calciamentum habeat,

quod non sit caprinum : quæ omnia morbum augent. Contra qui his non vtuntur, epilepsia non vexantur.

Causæ internæ sumuntur à quantitate, & qualitate humoris crassi ac pituitosi, aut melancholici. Quantitas quidem cerebro grauis, eius vim expultricem excitat, quæ si magna est, non epilepsiam, sed paralyfim, aut apoplexiam generat: si verò minor, & leuiter ventriculos medium scilicet & posteriorem, epilepsiam. Si anteriorem, ventriculum obrepit, sternutamentum parit. Et quo eius quantitas minor, & tenuior fuerit, eo breuior erit accessio: contra diuturnior, quo crassior & maior fuerit. His succrescit obstructio, quæ impediret motum cerebri, & vaporis discussionem, quæ si admittitur cum Gal. mediocris esse debet. Valido enim motu humor qui in cerebro continetur agitatus, non aliter, quam oui candidum spumam creat. Non solum huius humoris quantitas ad epilepsiam procreandam requiritur: sed eius qualitas maligna & venenata, cerebro valdè infensa, siue ab humoris putredine, siue à veneno sumpto, aut aliunde accito, siue ab vlcere cacoëthe cerebri, sine qua non fieret epilepsia.

*Quid agat
humoris
quantitas.*

*Quid qua-
litas.*

Causæ sympathicæ epilepsiæ, sunt vapores acres & mordaces, & tenues, & non crassi, ac maligni, qui sæpe in ventriculo conclusi eius os (quod stomachum Græci appellant) vellunt, & pungunt, quod est maximè sensibile à sexto neruorum pari, qui in cerebrum sublatis epilepsiam pariunt. Cita solutio, paucitatem materiæ & tenuitatem denotat. Contra, crassa, nisi attenuetur, non facillè euacuatur, & difficillè sursum repit ob eius crassitiem.

*De causis
sympathi-
cis.*

Interdum fit à vermibus in ventriculo contentis, qui ex humorum putredine generantur, cui si copulata fuerit qualitas quædam maligna, & venenata quæ ad cerebrum perueniat epilepsiam parit.

At si eadem materia acris, & mordax, maligna ac venenata in aliquo membro fuerit conclusa, tenuis potius quam crassa & commota sua tenuitate & leuitate facillè in cerebrum ascendit, quæ illud lacessit, & conuellit, & suo motu discutit; alias ab ictu scorpionis, aut alterius venenati animalis fit. De his multa Gal. lib. 3. loc. affect. cap. 5. & 7. & lib. 3. de sympt. cap. 3. & alibi.

Qui stirpe epileptica sunt sati, & qui nimis indulgent genio, & pueri lactantes, aut quum denture incipiunt & qui cir-

*Qui pro-
pensi.*

ca interlunium, sunt nati, aut qui concepti sunt fluentibus mensibus, & pituitosi, & melancholici, ingeniosi, & studiosi huic symptomati sunt propensi, & iuvenes qui nondum 25. annum attigerunt: post hos ætate consistentes: minimè omnium senes.

de signis, si ex idiopatia sibi fuerit Signa si ex cerebri idiopathia: adest capitis grauitas, aut etiam dolor atrox, sensuum mentisque stupor, aut tarditas, faciei pallor, turbulenta insomnia, & si accessio repenti hominem adoritur, nulla symptomatum præsentione: interdum vertigo & oculorum caligo præcedit paroxysmum, in quo nihil audiunt, vident neque præteritorum meminerunt. Hip. lib. *α' ε' φ' ο' σ' τ' υ' ρ'.* Concussione ex ore spumæ mouentur, & solutis musculis interdum vrina, vel stercus, vel genitura præter voluntatem exit, & vox obscura eliditur.

Signa epilepsia quæ fit consensu ventriculi. Imprimis præcedit ventriculi dolor, distentio, compunctio, & difficilis inædiæ tolerantia: quumque accessio proxima est, nausea, cordis dolor, aut animi defectio: quum verò ea desierit, vomitio alias pituitosa, alias æruginosa. Gal. comment. in aphor. I. v.

Si aliunde prouenerit quam ex ventriculo, cognoscitur ex laborantis relatione. Ex ea quippe sede in qua mali fomes delitescit,prehendente accessione, velut aura quædam venenata frigidior per continuatas partes in cerebrum efferri præcipitur: cuius etiam imperus incipiens, iniecto arctiore vinculo (si pars id commodè ferat) intercludi cohiberique potest.

De prognos.

Epilepsia orta vitio seminis parentum est immedicabilis: & quæ præ temporis longitudine inualuerit: quia est fortior medicamentis quæ adhibentur, autore Hip. lib. de morbo sacro.

Τὰ ἐξ ὑδροπικῶν ἐπιληπτικὰ ὀλέθρια, i. Quæ ex hydropicis veniunt epilepsia: mortifera. Hip. in coacis prænot. prognost. 459.

Epilepsia, & melancholia se mutuo consequuntur, non per μεταπλοῖν epilepsia, in melancholiam: sed per ὀπλησιον utrinque profectam ex eodem Hip. cap. 24. epilepticis vrinæ tenues & crudæ præter morem, si nulla adsit repletio, de instante casu admonent. Hip. loco cit. progn. 599. arguunt translatam esse bilem in cerebrum quæ vrinam tingere solebant. Epilepsia laborantes pueros, quum loci victusque, tum maxime ætatis mutatio liberat. Hip. aphor. 45. sect. 2.

Epilepsia ante pubertatem amotionem recipit, post 25. annū ferè comitatur ad mortem vsque, aphor. 7. sect. 5. Qui quarta-na corripuntur, non admodum conuulsionibus tentantur. Si vero prius tentati fuerint, superueniente quarrana liberantur, aphor. 70. sect. 5. & lib. 6. epid. sect. 6. textu 7. qui epilepsiam magnum morbum appellat, & affectum puerilem. Gal. in comment. epilepsia idiopathica quæ mutatur in paralytim, est periculosa: periculosior si in apoplexiam.

Nam sympathica mutari nequit in paralytim, aut apoplexiam, & minus periculosa, & curatu est facilior: frequenter inuadit pueros, & mulieres grauidas, idque in omni tempore, sed præcipuè in vere, autore Cælio Aureliano. A partu verò liberantur.

Si ex mensium aut hæmorrhoidarum suppressione; aut à semine corrupto, aut à vermibus curari potest. Difficilius tamen in autumno, quam in alio tempore. Pueri ab epilepsia liberantur, si eorum capita, aut frons multa scabie scædantur.

In paroxysmo (si futurus est breuis) nihil tentandum, sed expectandum eius solutionem: tunc sequentibus occurrendum erit.

Contra si longus vt horarum septem metu suffocationis, si alius astricta videtur inijciatur sequens clyster.

℞. Fol. saluix, sampsuchi, betonicæ, & stœchadis, singul. m. i. centaurij mi. & summitatum anethi, vtr. m. β. agarici, z. iii. coque in aqua ad t̄b. i. dissolue hieræ logadij, & bened. vtr. z. vi. mellis anthosati, & olei chamæm. vel rutæ, vtr. z. i. β. fiat clyster statim supponendus.

Eo reiecto ad reuulsionem natibus admoue cucurbitulas duas cum scarificatione. Deinde frictions scapularum, rachitidis, brachiorum, coxarum, & tibiarum, deorsum versus erunt vtilis: Necnon sternutamentum ex elleboro albo, & euphorbio comparatum: Naribus ruta contrita, & eius succus admota, & ori baculum ligneum inditum confert, vt liberius spiret. Deinde balsamo vero si extiterit, faciem, tempora, nares, & palatum illinere oportet: Vel in eius penuria, theriaca veteris & probata in aqua vitæ dissoluta, ad se ægrum redire facit.

Vel horum loco si sanguine ex aure patientis extracto, aut ex poplite dextro, si eius os & palatum illinatur: aut conse-

ctione anacardina: statim soluitur paroxysmus. Sunt qui pro explorato remedio, ægri auribus recitant hæc tria carmina: Gaspard fert myrrham, thus Melchior, Balthasard aurum: Hæc tria qui secum portabit nomina Regum: Soluitur à morbo Christi pietate caduco.

Alij sequentem Orationem semel, bis, atque ter proferunt, quæ si non iuuat, officere nequit. Oremus præceptis salutari- bus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere: Pater noster qui es in cœlis &c. In ancipiti morbo reme- dia non negligenda, sed tentanda sunt omnia quæ profutura iudicamus.

*Curatio
epilepsie
idiopathice
extra paro-
xysmum.
De vitæ
instituen-
do*

Extra paroxysmum curaturus epilepsiam idiopathicam, dixtam sequentem præscribere debet, qualem Paulus Aegi- neta lib. 3. cap. 13. præscripsit in causa frigida, incidentem & attenuantem.

Imprimis aer est deligendus qui sit purus, nullo inquinamento spureatus: quia cerebrum odoratis delectatur: contra à fœtidis offenditur: veluti à fumo bituminis, sulphuris, cornu cerui, capræ & similibus. Si talis non fuerit, arte compareretur. Si eius habitatio fuerit insalubris, salubriorem quærat autore Hip. aphor. 45. sect. 2. fugiat imbrem, austrum, & radios lunares. Sobriè viuat: cœna prandio sit frugalior: esculenta sint boni succi: panis paretur sine lolio ex similigine & siligi- ne, in quibus si sunt grana aliquot nigellæ falsæ non sunt re- ijcienda, quod huic malo conueniunt, qui sit benè fermenta- tus cum pauco salis. Famem vitet. Pro potu vtatur vino rubro tortiuo, seu astringente & non albo, tenui & vaporoso: dilu- to aqua bullita: vel huius loco vtatur aqua sola bullita cum oxymelle simpl. vel scillitico (si amatorem non veretur, vt consulit Gal. consilio pro puero comitiali morbo laboranti.) Vel hydromelle, vel hydrosaccharo, (Galli Bouchet appel- lant.) Hip. lib. de morbo sacro improbat carnes hirci & eius iecur assum, capræ, cerui, apri, asinæ, & quæ sunt difficilis co- ctionis, & auium in aquis stagnantium, excepto anate, & co- turnicis, quia vescitur elleboro, caseum & legumina, excepto lentium iure cochleas, ostrea & pisces viscidos cuiuscumque sint generis: contra probantur carnes boni succi & facilis co- ctionis: vt veruecis, vituli, agni potius quam hædi, perdicis, phasiani, & reliquorum auium montanarum, hirundinum, cuculorum Græci coccicem appellant, Rusticula, *σχοδιόπαξ*.

à Martiali & Plinio dicta, (Gallis Becasse) turdorum, passerum & similitum, assa & nonelixa.

Inter pisces saxatiles, probantur anadrome, i. acipenser Gallis Esturgeon, lucius, perca & reliqui carne friabili præditi.

Inter fructus concedendi sunt cappare, oliuz, vuz Corinthiacæ, & Damascenæ, passulæ, pruna, dactyli, poma & pira costæ aspersa coriandro saccharato, auellanæ tostæ & non nuclei pinci.

Quietiam æger à cœna non bibat, neque statim à cœna cubat, fœtida fugiat: coitus sit moderatus, ne semen in eo corrumpatur: fugiendus cæparum, alliorum, mentæ, dauci, smyrini & apij vsus. Horum loco uti licet maiorana, satireia, hyssopo, thymo &c.

Pro bellariis utendum coriandro condito, aut pul. diacydoniten, aut mina cydoniorum, aut pulpa cydoniorum, aut præcociis conditis, aut malo armenico, aut simili. Exercitium sit moderatum ante utrumque pastum; vel si non datur facultas, utendum frictionibus.

Aluus libera esse debet. Animi pathemata excepto gaudio, fugiat. Somnus sit nocturnus, aut matutinus, & non pro-meridianus.

Instituto victu, in gratiam eorum qui sunt tenuis fortunæ aliqua præsidia empirica sunt scribenda, ab antiquis probata.

Leporis cor siccum derafum, cum parte tertia mannæ thuris ex vino albo trita, da bibere, per dies septem, liberat. Iis vero qui sæpius cadunt, dabis diebus triginta, autore Sexto Philosopho Platonico.

1.
Empirica
remedia
pro pauperibus.

Cerebrum vulpis infantibus sæpe datum, facit ut nunquam sint caduci.

2.

Arietis testiculi, oboli tres potati cum aqua, medentur, ex Sexto.

3.

Testiculi apri ex vino vel aqua potati, morbum caducum curant. Vel

4.

Epilepticus bibat lotimi, apri cum oxymelle. Sextus cap. 7.

5.

Stercus canis albū potatū ex cineris lixiuio, caducos sanat:

6.

Galli testiculos contritos cum aqua ieiuno dabis bibere.

7.

Abstineant autem à vino diebus 7. caducis remedium autore Trall. & Sexto.

8. Hirundines comestæ, caducos sanant. Item lapilli in eorum ventriculis reperti, & brachio alligati perfectè sanant. Huic opinioni Levinus Lemnius lib. 2. cap. 30. de occultis naturæ miraculis subscribit, sed vult vt isti lapides eruantur è ventre hirundinum incunte autumno & Luna increfcente.

9. Mustellæ iecur, sine felle, cum dimidia aquæ hemina, ieiuno ad tres dies propinatur. Referunt autem quidam, partem
10. auis ossiphagi crematam potui datam morbum tollere. Trall. lib. 1. cap. 15. ex Archigenis libris, transcripsit. Serapio cap. 384.
11. lib. de Mineral. Smaragdum in anulo gestatum, aut collo suspensum hominem ab epilepsia vindicare scripsit. Trall. loco
12. cit. Solani radicem declinante Luna accipit & tusam propinat potui: primo die semel, deinde bis, postea ter, tandem quater, atque ita ordine donec quindecim vicibus perseueret; vocatque arcanum mirabile. Gal. lib. 6. simpl. radicem præoniz maris & non fœminæ inclinante Luna collectam, epilepsiam (collo suspensam) sanare, etiam Fernelius fatetur. Viscum quernum præ cæteris laudant Gentilis Fulginas, & Iacobus de Partibus, tum intus sumptum, tum collo appensum, & post hos Matthiolus, qui hoc remedio multos à comitiali morbo sanatos fuisse vsu spatio 40. dierum asserit, modo caueat is qui illud ab arbore rescindit ne terram contingat. Anthillis secunda, quæ est a iugæ similis pota cum aceto mulso epilepsiam sanat, autore Diosc. lib. 3. Vngula alces verz, & onagri, 1. asini syluestris, & chamæli, cornu rhinocerotis, cranium humanum combustum, lapis bezoardicus verus, à latente potius quam manifesta qualitate epilepsiam sanant.

Sunt quamplurima alia medicamenta quæ à qualitatibus manifestis, vt flores lilij conuallij, lilæ arboris potius agunt quàm occultis: quorum omnium catalogum recensere superuacaneum duco. Nunc ad dogmaticam ac methodicam curationem accedo.

*Curatio
methodica
epilepsie
schopachii-
ca clyster.*

Si æger fuerit aluo duriore iniiciatur sequens clyster.
℞. Hordei integri, fol. rutæ, agrimoniz, & parietariz, singul. m. i. florum chamæm. thymi, & anethi, singul. m. β. sem. siseleos, ʒ. β. agarici, ʒ. ii. coque in aqua suffi. ad ℥. i. dissolue hieræ logadij, vel pachij, ʒ. vi. mellis anthosati, & olei chamæm. vel rutacei, vtr. ʒ. i. β. fiat clyster supponendus quoties necessitas postulabit.

℞. Pul. hieræ Gal. & agar. troch. vtr. ʒ. ii. rhab. ʒ. β. cinnamo.

namo. ℞. i. diacarthami, velelect Indi ma z. iii. catholici, z. v. Bolus.
cum saccharo, fiat bolus summo mane cum saccharo deuo-
randus. Vel huius loco.

℞. Troch. alhandaal, grana iiii. agarici troch. ℞. i. massæ *Carapotia.*
pilularum cocciarum, z. i. cum syrupo stœchadis forma pilu-
las vi. deauratas quas cap. post primum somnum cum custo-
dia. Vel

℞. Rad. solani, & peonię, vtr. z. β. sem. carthami, & sennæ *Potio.*
orient. mund. vtr. z. ii. sem. siseleos ℞. ii. caryoph. integr. nu.
2. fol. primulæ. vel betonicæ, m. β. coque in aqua ad z. iii. co-
laturæ infunde agarici troch. ℞. ii. elect. Indi ma z. vi. Expre-
sioni dissolue syrupi rosati sol. z. i. fiat potio: capiat horis .i. an-
te lotorium insulsum ex artis instituto.

Expurgata corporis prima regione si æger fuerit iuuenis, *Vena se-*
& quadratus, aut si suppressa est solita aliqua vacuatio per *ctio.*
hæmorrhagiam, hæmorrhoides, aut menses, aperiatur vena
cephalica, aut poplitis, & educatur sanguis pro viriū ratione.

Si quid eam dissuadet, humeris, & ceruici admouean-
tur cucurbitulę cum scarificatione, vel natibus ad reuul-
sionem.

℞. Rad. peoniæ maris Luna decrescente collectæ, z. ii. rad. *Apozema.*
acori vulg. & inulæ cap. vtr. z. i. corr. citrii sicci & ligni sas-
sifras vtr. z. i. herb. betonicæ, primulæ. melissæ, & sampsu-
chi, singul. m. i. visci quernt, sem. gallitrici, & peoniæ, vtr. z. iii.
florum stœchadis rorism. saluix, thymi, & bugl. singul. p. i.
hydromellis lib. 4. coquantur ex arte in fictili vitrato angusti
oris operculato ad tertias: colatura clar. cum mellis scillitri-
ci, z. iii. & arom. nuce mosch. pro 4. matutinis. Deinde cap.
sequentem potionem.

℞. Decocti præscripti z. iii. in eo infunde diaphœnici, & *Potio.*
elect. Indi ma. vtr. z. iii. per noctem super cineres cal. express.
dissolue syrupi rosati sol. cum agar. z. i. β. fiat potio quam
cap. post apozema. Vel cap. sequentes pilulas.

℞. Massæ pil. foetidæ, & cocciarum, vtr. z. β. agarici *Pilula.*
troch. ℞. i. cum melle rosato, aut scillitico, fiant pillulæ 6.
deauratæ: cap. vt dixi.

℞. Conseruæ florum lilij conuallij, a. ii. theriacæ veteris, & *Bolus.*
probatæ (cum Gal. lib. de theriacha ad Pisonem paulo ante
finem) z. i. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus horis
4. ante primum pastum.

*Curatio fi
ab humore
melanch.*

Si epilepsia fit ab humore melancholico cum qualitate maligna, ac venenata ex primaria cerebri affectione, imprimis vitus ratio fit calida & humida, vel saltem temperata, secundum sex res non naturales. In sumendis eadem est obseruanda methodus: modo in coquentibus ac purgantibus pharmacis semper misceantur amuleta quædam, melanagogis. Melancholiam respiciunt vtrumque buglossum asplenium, chamædrys, fumaria, lupulus, capparis cortex, & thamarisci, fraxini, scordium, portul. Et inter purgantia epithimum, fenna, polypodium, summitates thymi, myrobalani Indæ, lapides lazuli, & Armeni preparati: & inter purgantia, diacarthamum, diasenna, confectio hamech, pilulæ Indæ, de lap. lazuli: syrupi de succo fumarie simpl. & compositus, de epithymo, de pomis Saporis regis; necnon miscenda quæ partem affectam respiciunt.

*Melanago-
ga simpli-
cia & con-
posita.*

Sic censendum erit, si bilis præpoller, quæ bilem respiciunt: quibus (vt diximus) semper alexiteria quædam sunt permiscenda.

Elleborus niger verus & non adulterinus, veluti stibium præparat. In parua quantitate, rhedariis, agricolis, naucleris, baiulis, dari potest, & non pueris, fœminis, senibus aut mollioribus naturis.

Præmissis vniuersalibus, ad particularia remedia veniendum. Vt

*Pul. ad epi-
lepsiã
idiopathicã*

℞. Rad. peoniæ maris Luna decrescente collectæ, & sem. eiusdem cranij hominis non humati, singul. ʒ. iiii. cornu cerui vsti, vngulæ alces veræ, si fieri potest, vel onagri, i. asini syluestris, & cineris cuculi seu coccyis, & hirundinum, singul. ʒ. ii. lapidum è ventre hirundinum erutorum ineunte autumno, & crescente Luna, & pul. diambre, singul. ʒ. iiii. sem. gallitrici, ʒ. ii. lap. bezeardici veri, ʒ. i. margaritarum, & coralli, vtr. tantundem fiat puluis subtilis ad multos vsus.

*Opiata ad
idem.*

℞. Theriacæ veteris & probatæ, ʒ. ii. conferuæ florum peoniæ, primulæ. lilij conuallij, rad. helenij, & betonicæ, singul. ʒ. i. pul. præscripti, ʒ. ʒ. visci querui, & corallirub. vtr. ʒ. ii. margaritarum, & sem. gallitrici, vtr. ʒ. i. diamoschi, ʒ. ʒ. cum melle despumato & cocto, fiat opiata de qua cap. alternis matutinis ʒ. iii. superbibendo cochlear vnum aquæ sequentis.

*Aqua ad
idem.*

℞. Hirundinum (quum ipsæ lanugine cooperiri incipiunt) num. 40. fol. rutæ recentium, m. ii. rad. & fol. pæoniæ recen-

tium, vtr. m. i. castorij, ꝯ. i. vini albi, lb. iii. infundantur omnia simul in vase vitreo horas 24. diligenter obturato. Deinde per cineres in alembico vitreo distillentur, & aqua seruetur vsui, residua siccata in puluerem redigatur, & illi denuo aqua sic seruata affundatur, cum succi rad. & foliorum pæoniæ, & aquæ florû lilij conuallij, & aceti scillitici, singul. lb. ß. & macerentur in eodem vase: ex alembico distillentur, & huius aquæ æger in primo insultu cap. cochlearia duo, & extra paroxysmum cap. cochlear vnum post opiatam præscriptam spatio 40. dierum. Vel huius loco cap. tantundem claretæ comp. descriptæ in nostra paraphrasi ex Renoudæo mane tantum. Vel parètur sequens

℞. Pul. præscripti ꝯ. ß. confer. florum lilij conuallij, ꝯ. i. *Tabellæ ad*
 sacch. albi aqua stillatitia florum primulæ ueris soluti & co- *idem.*
 ði, ꝯ. 4. fiant tabellæ pondo ʒ. iii. cap. vnam diebus interme-
 diis, mane etiam superbibendo cochlear vnum aquæ præscri-
 ptæ spatio 40. dierum aut diutius si iam inueterauerit af-
 fectus.

Si quis hora somni vnam deuorauerit, vt eius vis vna cum vaporibus benignis somnum conciliantibus, deferatur in cerebrum, corroborabit.

℞. Rad. pæoniæ Luna decrescente (dum viget) collecta, & *Pul. dige-*
 rad. solani, vtr. ꝯ. ß. granorum pæoniæ excorticatorum, & vi- *firmus seu*
 sci querni quod terram non contingerit, & lapidum qui in *oxyporos.*
 ventribus hirundinum ineunte autumno reperiuntur cre-
 scente Luna collectorum, singul. ʒ. ii. cineris cranij hominis
 non humati, cornu cerui vsti, sem. gallitrici, siseleos, & ru-
 tæ, singul. ʒ. i. macis, & caryophyllorum, vtr. ʒ. ß. fiat pul. sub-
 tilis qui cum panis albi assi & puluerisati, ꝯ. iiii. & sacch. albi,
 ꝯ. viii. fiat puluis digestiuus, de quo post singulos pastus cap.
 cochlear vnum nihil superbibendo, continuando per multos
 menses.

℞. Piperis longi, ʒ. i. sem. pæoniæ excorticatæ & Luna do- *Apopleg-*
 crescente lecta, & cubearum, vtr. ʒ. iiii. nucis moschatæ, *malisimus.*
 ʒ. ii. masticis, ʒ. ß. fiat puluis crassus in nodulos laxos referen-
 dus pondo ʒ. i. quotidie mane masticabit vnum spatio horæ
 semissis, expuendo in lance saliuam quæ ab ore defluet, exo-
 nerata prius aluo per multos dies continuando.

℞. Succis sampsuchi, gallitrici, & anagallidis caulem qua- *Errbinum.*
 dratum & florem purpureum ferentis, singul. ʒ. i. ß. mellis

scillitici, ℥. i. fiat errhinum naribus tepidè trahendum mane tantum, post masticatorium.

*Sternuta-
torium.* ℥. Ellebori, ℥. i. nucis mosch. ℥. i. radicum pyretri, & pzonix, vtr. ℥. iiii. fiat pul. subtilis in nares cum calamo insufflandus mane continuando, vt vapor malignus in cerebro contentus, discutatur.

Si his non conualuerit, vel si aliqua morbi comitialis labes derelicta videtur, scribentur emplastrum, vel sinapismus, vel pileolus, vel cauterium, vel ceruici Seto, & suffitus in eum qui sequitur modum.

Emplastrū ℥. Caryoph. ℥. β. macis, ℥. ii. nucis moschatæ, ℥. i. rad. pzonix, & visci querni, vtr. ℥. i. β. gummi ammoniaci, & picis naualis, vtr. ℥. ii. masticis, thuris, vtr. ℥. iii. cranii hominis vsti, styracis cal. & ladani, singul. ℥. β. beniuini, ℥. v. styracis liquidæ, & ceræ vtr. ℥. vi. ex arte parerur massa de qua parerur emplastrum super alutam extentum ad figuram T. futuris bregmatis rasis prius capillis admouendum. Vel huius loco ore aperto, & inclinato & velato capite excipiat æger fumum tabaci,

Suffitus. i. nicotianæ maioris siccati, super prunas iniecti: qui humorem virulentum in cerebro retentum absorbere potest. Vel rasis capillis capitis admoue futuris bregmatis emplastrum

*Vesica-
toria.* vesicatorium vsitatum medicis Monspelienibus in nostra paraphrasi Gallica pharmacopæorum transcriptum. Vel huius loco rusticorum quod fit ex rad. ranunculi intrita & admota. Vel parerur ex cantharidibus, fermento, & pauco aceti, vel quod sequitur.

*Vesica-
torium.* ℥. Piperis ḡ. vi. cantharidarum, & euphorbij, vtriusque ℥. β. cum fermento veteri & pauco aceri, fiat emplastrum capiti admouendum.

Apertis vesiculis admoue folium brassicæ, vel ciclæ, vt humor virulentus à centro ad circumferentiam trahatur. Vel huius loco admoue cauterium hinc inde futuram sagittalem potius quàm super coronalem: potentiale diuitibus, vel actuale robustis naturis. Vel huius loco potentiale admoueat in ter primam & secundam ceruicis vertebam. Vel huius, Seto, non per transversum colli, sed per eius longitudinem, vt minus molestus sit ægrotanti admoueat, vt rectè opinatur A. Paræus.

*Cocus seu
salammia.* ℥. Rad. iridis illyricæ, vel florentinæ, ℥. β. cyperi, pzonix maris, vtr. ℥. ii. pul. diambrix, visci quercini, cuius lignum ter-

ram non contingerit, fol. melissæ siccorum, bac. lauri, & iuniperi & sem. gallitrici, granorum chermes, styracis cal. beniuini, & caryoph. singul ꝑ. i. fiat puluis gossipio & serico rubro tenui aptandus in cucufam seu calenticam acu interpunctam, quam die nocteque ferato si præscripta non profuerunt.

℥. Ligni Indici recentis. ꝑ. iii. rad. pæoniæ Luna decrescen-
te lectæ, ꝑ. ii. rad. acori vulg. & ligni sassafiras, vtr. ꝑ. i. aquæ *Decoctum*
fontis lib. viii. coquantur in fictili vitrato angusti oris oper- *sudorificum.*
culato ad medias.

Colatura dulcoretur mellis scillitici, ꝑ. iii. & arom. cinna-
mo. capiet quotidie mane hora 4. & secunda pomeridiana
ꝑ. iii. aut v. sudabit in lecto per horam aut sesquialteram.
Prandebit hora 8. & cœnabit hora 6. sic per quadriduum con-
tinuando. Velcatur assis potius quam elixis.

℥. Rad. chinæ per taleolas diuisæ, ꝑ. ii. rad. pæoniæ maris,
ꝑ. i. aquæ lib. viii. coquantur ad aquæ quartæ vnus partis *Potus quo-*
consumptionem. Colatura clarific. & cum sacch. albi quan- *tidianus.*
titate suffi. & arom. nuce mosch. pro potu ordinario, loco vi-
ni à quo abstinebit.

Iteretur vtrumque decoctum pro aliis 4. diebus. Deinde
purgabitur forma pilularum, aut potionis supra descriptæ. Sic
continuando per mensem aut 40. dies. Quæ supra descripti-
mus, erunt vtilia, si morbus nondum altas egerit radices, aut
vicio parentum fuerit, in ætate iuuenili.

Curaturus epilepsiam idiopathicam puerorum, imprimis *Curatio*
considerare oportet ætatem, & si vicio seminis parentum fue- *epilepsie*
rit, aut ventriculi, aut alterius partis consensu, & accessionum *puerorum.*
durationem.

Si lactens fuerit, nutrici habenda est ratio quæ absteineat
à vino, & à coitu, & purgetur phlegmagogis superius descri-
ptis si cacochyma est vt eius lac purius euadat: sin minus alia
nutrix quæ lac melius habeat exhibeatur, vt loquitur Aurel.
lib. i. *xponior* cap. 4. Si vicio seminis parentum oritur, in pul-
te dissoluetur ꝑ. i. pul. descripti p. 266. & capiti admoueat
emplastrum præscriptum, vel aliud ex gummi racamahaca cum
sem. pæoniæ & pul. cranij maris, si mas, vel fœmina, si fœmi-
na paratum, & occipitio admoueat cauterium potentiale.

In aluo duriore nutrix det illi cochlear vnum aut ꝑ. i. syru- *Expectam.*
pi de cichorio dupl. rhab. quo multos curasse gloriatur Nic.

Florentinus. Et collo suspendatur frustum rad. p^ronix maris, decrefcente Luna collectæ recentis, ex Gal. lib. 6. simpl. & lib. de epilepsia.

In paroxyfmo illinetur palatum theriaca aut mithridatio veteri aut succo rutæ diluto, & maximè quū dentire incipiūt.

Si vero quadrimus aut ætate prouectiore fuerit, victus rationem præfcriptam ad vnguem obferuabit, & fimilibus remediis phlegmagogis curabitur: habita ratione ætatis, temporis, fed dofis minuetur.

Curatio epilepsie ex consensu ventriculi.

*Curatio
epilepsie
sympa-
thice.*

VT Iuris peritis ex facto ius oritur, ita nobis ex recta morbi cognitione, tota medendi ratio petenda: quia variè afficitur ventriculus, & per consequens cerebrum, ob magnam sympathiam quam cum eo habet, à sexto neruorum pari, quo eius os est contextum.

Quoties in eo putrefcunt pituita, aut bilis æruginosa, acres vapores, & maligni in cerebrum feruntur qui epilepsiam pariunt.

Hæc curabitur victu non dissimili ab eo superius instituto, vomitione, purgatione & roborantibus tam internis quam externis.

Comisus.

℞. Rad. raphani per taleolas dissectæ, ℥. i. β. rad. peponis ℥. i. asari ℥. iii. sem. atriplicis ℥. ii. agarici ℥. ii. florum genistæ p. i. coquantur in aqua ad ℥. vi. oxymellis scillitici, ℥. i. β. fiat potio tepidè haurienda mane ieiuno ventriculo si facilè vomit, vel sumpto cibo si difficilè, penna oleo rancido illita, & in os indita, sic iuuabitur natura.

Eadem potio post aliquot dies, iteranda, si humor morbificus in ventriculo est contentus (qui obeius tenacitatem) non fuerit eductus.

Si alius est pigra, sequenti clysmate est sollicitanda.

Clyster.

℞. Rad. aristol. & helenij, vtriusque ℥. i. fol. mentæ, mercurialis, & centaurii m. singul. m. i. agarici, ℥. iii. coque in aqua ad ℔. i. dissolue hieræ Gal. & diaphœnici, vtr. ℥. vi. mellis scillitici, & olei chamæmeli, vtr. ℥. i. β. salis gemmei, ℥. i. fiat clysm. Vel

℞. Agarici troch. & rhab. selecti, vtr. ʒ. i. pul. hieræ Gal. *Catapota.*
 ʒ. ii. cum syrupo absinthii forma pil. vi. deauratas quas cap.
 summo mane. Vel

℞. Nucis mosch. & zingib. vtr. ʒ. ʒ. agarici troch. ʒ. ii. *Potio pur-*
 rhabarb. ʒ. iii. diaphœnici, & elect. de citro sol. vtr. ʒ. iii. in- *gans.*
 fundantur simul in decocto cort. citrij, mentæ, & absinthij
 per noctem super cineres cal. expressum, sumat mane si pilu-
 las decurare nequit. Vel

℞. Myrobāl. citrearum, & cepularum, oleo amygd. dul. *Alterat.*
 confricatarum, vtriusque ʒ. i. catholici, ʒ. vi. infundantur si-
 mul per noctem in infusione recenti, vel succo rosarum su-
 per cineres cal. express. dissolue syrupi de cichorio dupl. rhab.
 ʒ. i. ʒ. fiat potio. Deinde

℞. Rad. pæoniæ maris Luna decrescente collectæ, & rad. *Apozema.*
 solani, vtriusque ʒ. i. cort. citrij siccæ. ʒ. ʒ. herbarum cichorij,
 & seriolæ (si bilis) aut mentæ, & absinthij (si pituita) fumarizæ
 & mercurialis, singul. m. i. rosarum rub. m. ʒ. passul. integra-
 rum, pa. xii. sem. fiseleos, & granorum pæoniæ Luna similiter
 decrescente collectorum & excorticatorum, vtriusque ʒ. ii.
 florum thymi, & roris. & primulæ. si vernum est tempus
 singul. p. i. coquantur ex arte in hydromelle si pituita, vel in
 aqua si bilis, ad ʒ. i. colatura clarificetur cum oxymellis scill.
 ʒ. ii. & arom. nuce mosch. vel galangæ tenuioris, ʒ. i. pro iii.
 dosibus iterentur pilulæ præscriptæ; aut harum loco purgabi-
 tur finito apozemate pilulis cocciis, & aggregatiuis, si æger
 fuerit robustus. Vel potione præscripta. Dosis augenda aut *Purgatio.*
 minuenda erit, pro cuiusque ætate, sexu, regione, anni tem-
 pore, & viribus. Deinde sic robotetur ventriculus.

℞. Conferuæ rosarum, ʒ. i. cort. citrij sacch. cond. ʒ. ʒ. *Conditum*
 myrob. conditæ, & aqua ros. lotæ, & cōser. florum cichorij, *molle.*
 vtr. ʒ. iii. pul. descriptæ p. 226. ʒ. ii. cineris cuculi seu coccycis,
 & coralli rub. loti; vtr. ʒ. i. confect. alchermes ʒ. ii. lap. be-
 zoardici grana vi. masticis, ʒ. ii. cum syrupo absinthij fiat
 conditum multiplici auro coopertum, de quo alternis maru-
 tinis cap. ʒ. iii. superbibendo cochlear vnum aquæ præscri-
 ptæ, aut alterius facultatis horis iii. ante primum pastum, &
 diebus intermediis cap. tabellam i. sic paratam.

℞. Pul. idiopathicæ iam descriptæ ʒ. iii. confes. ros. & cort. *Tabellæ?*
 citrij conditæ, & conferuæ florum cichorij, singul. ʒ. iii. sacch.
 aqua florum primulæ. (si extiterit) soluti, aut florum tilizæ

alborum, ꝑ.iiii. fiant tabellæ pondo ꝑ.ii. aut trium, cap. vnam, ut dixi, & alteram dormiturus.

*Pul. dige-
stius.*

℞. Pul. arom. rosati D. Gab. ꝑ. i. granorum ꝑæoniæ mund. visci quercini quod terram non contingerit si fieri potest vtr. ꝑ.iiii. pul. diacydonitem sine speciebus, ꝑ. ii. coriand. præpar. in aceto scillicico vice alterius, ꝑ. vi. panis albi assi & pul. ꝑ. 4. sacch. albi ꝑ. viii. fiat pul. de quo cap. cochlear vnum post singulos pattus superbibendo parum vini rub. tortiui ad robur ventriculi, & non albi, aut tenuis.

Scutum.

℞. Ligni aloës, aut rhodij, santali citrij, cyperi, & cort. citrij siccæ, singul. ꝑ. iii. rosarum rub. masticis, & coralli rub. singul. ꝑ. i. ꝑ. mentæ siccæ, absinthij ꝑ. ma. macis, galangæ tenuis, caryophyll. styracis cal. beniuini, pul. diamofchi singul. ꝑ. i. fiat pul. quo paretur scutum cum serico rub. tenui & gossipio interpunctum ventriculo admouendum, die nocteque ferendum. Vel huius loco admoue rad. ꝑæoniæ recentem suo tempore collectam. Si minus diues fuerit admoue emplastrum ex gummi caraguci, & tacamahacæ paratum. Vel emplastrum pro stomacho, & de mastiche. Vel illinetur mane & vesperi, vnguento stomachico: vel ex oleis mastiches, & de menta, cum quarta parte olei nucis moschatæ ante & à tergo panno lineo apposito.

*Curatio
epilepsiæ si
à vermibus
oriatur.*

Curatio epilepsiæ à vermibus puerorum perficietur, si prius consideraueris, an in intestinis, aut in ventriculo contineantur. Si in intestinis, balani, & clysteres ex dulcibus erunt præscribendi. Si in ventriculo potiones ex amaris & detergentibus erunt præscribendæ mixtis alexipharmacis, ut sæpe monuimus. Verumenimvero nequis hallucinetur, operæpretium duxi recensere signa tam communia quam specialia, ut ex hac distinctione præsidia idonea in hoc affectu præscribi possint.

*Signa ver-
minum com-
munia.*

Signa communia, sunt anhelitus difficultas, tussis inanis & sicca, sopor, & si cum clamore expurgiscuntur aut cum dentium stridore.

*Signa pro-
pria.*

Signa, si in ventriculo fuerint, consequitur morsus, nausea, cibi fastidium, vomitus, si in intestinis tenuibus consistant, venter inflatur, interdum sequitur alui fluxus, alias lienteria. Præter hæc signa, certissimum erit, si pueri per os vel podicem aliquos reiecerint.

Vermes cum toto genere sint præter naturam, sui ablationem

nem indicant, secus vapor putridus ac malignus qui ex his prodit in cerebrum delatus, epilepsiam generabit. Si in intestinis generantur; & detinentur, sequentibus remediis erit vtendum.

℞. Ficum pinguium elixarum, num. 8. contundantur in mortario, & super cribrum inuersum cernantur, & melle cocto excipiantur in balanos. *Balanus s̄ vermes in intestinis constiterint.*

℞. Decocti hordei, ℥. vi. mellis rosati, & sacch. rub. vtr. ℥. i. vitellum i. oui fiat clyster. *Clyster ad idem.*

℞. Dactylorum, & caricarum pinguium, vtr. pa. 12. passul. mund. & prunorum dul. vtr. pa. x. sem. malux, ℥. ii. florum viol. p. i. coque in hydromelle ad t̄b. β. colaturæ dissolue sacch. rub. & mellis violati, vtr. ℥. i. fiat clyster. Vel *Alter.*

℞. Lactis caprini, t̄b. β. sacch. albi, ℥. ii. vitellum i. oui, fiat clyster. Vel *Clyster 3.*

℞. Rad. p̄xonix, & filicis, vtr. ℥. β. sem. citrij, ℥. ii. absinthii p. ma. m. β. coque in aqua ad ℥. ii. colaturæ infunde rhab. optimi, ℥. i. expressioni dissolue syrupi florum persicorum ex multis infusionibus, ℥. i. fiat potiuncula: non sufficit vermes occidere, nisi pariter foras detrudantur. Si ætate fuerit prouectiore, superiorum auge dosim, vel dissolue diacarthami, ℥. iii. Vel *Potio.*

℞. Pul. hieræ Gal. ℥. i. agar. troch. & rhab. vtr. ℥. β. sem. contra vermes, grana vi. cum syrupo de cichorio dupl. rhab. forma pil. vi. aut viii. Vel *Pilulæ.*

℞. Opiatæ Salomonis, ℥. iii. pul. contra vermes descript. nostræ, ℥. i. cum syrupo rosati, ℥. vi. & decocto graminis q. s. fiat potio sumenda circa interlunium: eadem repetatur sequentibus interluniis. *Potio saepe repetenda.*

℞. Opiatæ Salomonis, ℥. β. pul. contra vermes, & coralli rub. vtr. ℥. i. misce & extende super pannum cannabinum densum, aut alutam aut sericum rub. etiam densum, & para emplastrum super vmbilicum admoendum. Vel *Emplastrū*

℞. Vnguenti de arthanita, D. Mes. ℥. ii. olei absinthii, ℥. i. fellis, ℥. β. pul. aloës, ℥. ii. misce, fiat vnguentum de quo illinetur totus ventriculus ad vmbilicum vsque. Addendo inunctionis tempore guttulas aliquot aceti scillitici mane, & vesp̄ri, & collo suspendatur frustum recens rad. p̄xonix maris, quæ longè est efficacior scemella. Hoc remedio Gal. Paul. Aëtius ferè omnes neoterici multos epilepticos sanarunt. *Vnguentū*

Tertia epilepsia species ut curanda.

Tertia epilepsia species fit quoties vapor malignus ac venenatus coercetur in aliqua corporis parte interna seu externa: veluti in pede, crure, coxa, manu, digitis, brachio: interdum in vtero, praesertim quum foetus gestatur, cum quo & multa putria coerceri solent, quorum vapor ille malignus in cerebrum sublatus epilepsiam parit, ut obseruauit Auic. fen. i. tertij tract. quinto cap. 8.

Expedita muliere vna cum menstruis, materia illa putris excernitur, & liberatur: alias ex vteri strangulatu, quum menses, aut secundina, aut semen detinentur, & putrescunt, & saepe malignam & venenatam qualitatem acquirunt, quae in cerebrum sublata, pariter epilepsiam generant: alias ex ictu, morsue scorpionis, aut alterius venenatae ferae, cuius virus eiactatum & per neruos in cerebrum delatum illud afficit & hominem concidere facit: aliam à tumore aliquo in quo humor putris continetur, ut colligimus ex scriptis Marci Gattinariae cap. 14. suae Praxeos, qui quendam epilepticum sanauit aperto per cauterium tumore in coxa & osse quod simul computruerat ablato, & parte illa putri sanie diligenter purgata.

Prima curatio.

Si mali fomes constiterit in brachio, manu, digitis; aut in coxa, crure, aut pedibus, arctiore vinculo in superiori parte, prehendente accessione iniecto, praesentaneum erit remedium autore Gal. 3. loc. affect. cap. 7. & post eum Auic. loco cit. cap. 11. At praecipuum remedium erit, eidem parti cauterium potentiale, aut actuale admonere (purgato prius corpore) quo remedio Deo auspice filium Ioannis Emi furnarii huius ciuitatis anno 1614. curauimus. At si mali fomes in aliqua corporis parte delituerit interna, in qua vincula neque cauteria admoueri possunt, certè medicatio longè erit difficilior: epicrasticè purganda sunt excrementa medicamentis praescriptis aut similibus humori accommodatis. Deinde alexiteriis vtendum & sudorificis. His remediis licet humor sit contumax, domari poterit.

2. Curatio.

Si ex ictu, vel morsu alicuius bestiae venenatae fit epilepsia, in primo insultu vinculum in superiore parte admouendum ne virus sursum repat, deinde eandem partem scarificare, & cucurbitulam admouere: ea sublata, emplastrum ex theriaca (mediae aetatis) imponere, & aquae hirundinum ʒ ii. subinde propinare, & rutam redolere, & si corpus cacochymum fuerit, purgare expedit.

℞. Rad. aristol. rot. & pæoniæ, vtr. ꝑ. i. cort. citrij, ꝑ. i. fol. pulegij, & rutæ, vtr. m. i. sem. siseleos, ꝑ. i. florum rorisem. & hyperici, vtr. p. ii. coque in aqua ad t̄b. i. dissolue hieræ logadij, & bened. vtr. ꝑ. vi. mellis mercur. & olei rutacei, vtr. ꝑ. i. ꝑ. fiat clyster. Vel

Clyster.

℞. Pul. hieræ Gal. agarici troch. & massæ pil. aggreg. singul. ꝑ. i. cum succo rutæ forma pil. vi. deauratas, cap. post primum somnum. Sequenti die cap. bolum ex theriaca, & conferua florum betonicæ, & sacch. paratum. Phœnigmi huic symptomati esse possunt vtilis, & non errhina aut masticatoria.

Carapodia.

Bolus.

Quoties ignoratur antidotus cuiusque veneni ei aculati, oportet confugere ad vniuersalia, qualis est theriaca, ex qua paretur emplastrum, si non datur facultas animalis quod venenum influxerit, quod contusum vulnere apponetur.

Si vitio vteri contingat, videndum si à retentis mensibus fiat, an à retento semine, eoque corrupto, ex quo grauis epilepsia consequitur: Huius curatio petenda ex propriis capitibus, modo nostris remediis nonnulla amuleta misceantur: qualia sunt agaricus trochiscatus, cōmmandatus à Diosc: lib. 3. cap. 1. Gal. lib. 6. simpl. à Paulo lib. 3. cap. 13. maximè si à crassis viscidisque humoribus putridis fiat. Quemadmodum etiam veratrum nigrum, si nigra bilis epilepsie causa fuerit, eiusdem Diosc. autoritate lib. 4. cap. 151. & Mes. lib. simpl. purg. cap. 30. semina fesele, & spondylj, & huius rad. & aristol. rot. & pæoniæ maris & solani, viscus quercinum, cranium humanum, vnguis alces &c.

Inter composita, pilulæ de agarico, & foetidæ in robustioribus, & de moscho à Montagnana descriptæ ad finem consilij 226. hoc modo.

℞. Sem. siseleos, rad. ruberæ tinctorum, pulegij, medianæ cort. cassiæ fistulæ, sem. pæoniæ, à cort. mund. & calami aro. singul. ꝑ. iii. moschi orient. (sumptus & pello subditus epilepsie ab vteri strangulatu, auxilio est) ꝑ. ii. nardi Ind. ꝑ. i. cum succo arthemisiæ fiat massæ cuius drag. concinnantur pilulæ sex. capiet duas vel tres post primum somnum interpolatis diebus continuando: vterum ab illuue expurgant & roborant. Si quis eas purgatrices desiderat, addat aloen socoterinam quantum libuerit.

Massa pil.

Mōragna-

na aduer-

sus epile-

psiam sym-

pa. quum

ab vtera

scaturit.

Si quis sibi præcauere vult, nubat, vel saltem sobriè viuat,

cibus parum nutrientibus, & semen absumentibus, quales sunt lactuca, ruta, agnus, i. castus, nenuphar, semen canabis, & menta quouis modo sumantur teste Hip. lib. 2. de diæta. Corpus exerceat, & fugiat vitam desidiosam, & quæ multum nutriunt. Bibat aquam coctam cum semine coriandri, vel vinum oligophorum, si vires sunt imbecillæ.

*Iniectio
hysterica.*

℞. Aristol rotundæ, & solani, & rubiæ ma. singul. ℥. i. absinthij p. ma. & centaurij mi. vtr. m. i. lentium, m. β. ficus pingues num. 4. seminis siseleos, ℥. β. florum chamæm. p. i. coque in hydromelle ad ℥β. β. sacch. rub. ℥. i. fiat iniectio in vterum vt omnis illuuius quæ in eo continetur eluatur.

Si vitio hypochondriorum scaturit, recurrendum erit ad ea quæ scripta sunt in curatione melancholiæ. Cognoscitur ex murmure laterum, & præcipuè sinistri, tensione & durtie, aspectu, ructibus, somniis turbulentis, & vitæ genere, & ægri relatione, qui faceret per vices auram quandam frigidam sursum repere, quæ statim eum concidere facit. Hæc difficillimè curatur: quia priusquam nostrorum remediorum vis eò perueniat, euanescit. Iuuandus tamen est æger melanagogis, ne desperet vt loquitur Celsus.

Si ab inædia fuerit, vt in ieiunantibus aliquando accidit, curabitur alimentis euchymis, & eupeptis sæpe oblatis, mixtis alexiteriis.

De Paralyfi.

C A P. XIV.

Denomine **Π**αράλυσις & πάρεσις apud Græcos idem est, ac inter eosdem παραπληγία, ἢ παραπληξία & ἡμιπληξία, ἢ ἡμιπληγία. Vtrumque nomen pro paralyfi vsurpat Hip lib. 1. ἑπιμυδι Gal. interpretatur comment. 2. parte 59. & comment. 4. in lib. περὶ διαίτησις ὀξείων. Idem tamen Gal. comment. 2. partis 50. & comment. 3. partis 68. lib. 1. prorrhetic. Hip. videtur hæc duo nomina distinguere, scribens πρὸς πληγίαν talem affectionem vnius partis corporis dici, qualis est πρὸς πληξίαν totius. Ad eò vt hæc videatur vniuersalis, illa verò particularis esse paralyfis, quam peculiari nomine ἡμιπληξίαν appellant.

Latinis dicitur neruorum resolutio, seu priuatio motus & tactus in toto corpore aut in parte aliqua. Differt à stupore, *In quo stupor differat à vera paralyfi.* quod in hoc motus & sensus neruorum est tantum debilis: in paralyfi verò omnino motus & sensus est abolutus si paralyfis fuerit exquisita.

Differt ab epilepsia, venenata & maligna qualitate, qua caret paralyfis, & non statis temporibus recurrit, vt epilepsia. Differt item ab apoplexia magnitudine & situ & non materia.

Vtriusque symptomatis magnitudo, pendet ex humoris morbifici quantitate, qualitate, obstructione & spirationis noxa. *In quo differunt paralyfis & apoplexia.*

Quantitas humoris in apoplexia est longe maior quam in paralyfi, & eius qualitas crassior & frigidior. Contra in paralyfi minor & tenuior, contentus in alterutro cerebri ventriculo dextro seu sinistro, interdum in ambobus, quod rarum est, & quam obsiderit partem, eam resoluit, citra tamen febrem ac putredinem. Sedes humoris apoplexiam procreantis, semper in cerebro continetur, si est fortis; si debilis, in posteriore cerebri ventriculo contentus, degenerat in eam paralyfim quam ἡμιπληγία Græci vocant. At sedes paralyseos veræ & exquisitæ in spinali medulla, Gal. 3. loc. affectorum cap. 10. consistit, si vniuersalis; vel particularis si in aliis partibus cum internis, tum externis, extiterit: vt Gal. annotauit loco cit. in Pausania sophista. Quinetiam in respiratione, quæ intercipitur in apoplexia, quæ alioquin libera animaduertitur in paralyfi.

Ad hæc si causa effectrix spectetur, apoplexia semper fit à causis internis: paralyfis verò interdum fit à causis externis, vt ab ictu, aut casu, aut à longa sessione super lapidem frigidum, aut natatione in aqua frigida.

His succrescit, apoplexia dicitur, quum omnes corporis partes motu & sensu priuantur, patiente cerebro communi neruorum principio. Contra paralyfis dicitur, quum omnes corporis partes sub facie constitutæ motum & sensum amiserunt dempto capite: aliàs motus tantum amittitur, illæso sensu. Quod si alicui membro acciderit, illius partis paralyfis esse dicitur.

Nerui omnes molles ab anteriore cerebri parte: duri verò à posteriore quam Græci παρεγκεφαλίδαι vocant, & à rachite.

Ex mollibus, non omnes sunt sensorij: neque motorij omnes qui à cerebello & rachite emergunt. Quod ita sit ex mollioribus secundum par, oculum: & postremum linguam mouet: & ex durioribus sensum præbent ceruici, brachio, humeris, cruribus &c. qui ex rachite scaturiunt. Ex his colligere licet cum Gal. cap. 5. lib. 7. de plac. Hip. & Plat. & lib. 7. de anatomicis administr. omnes neruos vtramque facultatem sentiendi & mouendi habere: quia mollities & durities non sunt de essentia nerui. Ad huius rei demonstrationem elegantem Gal. similitudinem adfert, Vt (inquit) eques habentis equum impellit: ita facultas animæ appetens in cerebro, pro tribunali sedens, neruis quasi habentis, musculos equis simillimos mouet, qui propria sunt mouendi instrumenta.

Similitudo

*Paralyfis
diuisio.*

Omnis paralyfis seu neruorum resolutio, aut est vniuersalis aut particularis: Vniuersalis ea dicitur quæ totum corpus occupat (dempto capite) & priuatur motu & sensu ex primaria cerebri affectione: altera quæ apoplexiam debilem consequitur, quæ paraplegia & hemiplegia à Græcis nominatur. In hac medium corpus obsidetur, & fit motus & sensus priuatio

Particularis denuo est duplex: vna exquisita, altera non exquisita: illa dicitur causa cōtinens in qua motus aboletur, illæso sensu, & appellationem sortitur à parte interiore aut exteriori obfessa. Quandoquidem motus perire potest, illæso sensu: quia ad sensum minor quam ad motum spirituum copia desideratur. Alias fit ex sensus priuatione, illæso motu; diciturque spuria & imperfecta seu non exquisita, ob id Gal. lib. 3. loc. affect. cap. 10. ἀναστροφία & non paralyfim appellandam censet: quia paralyfis motus potius quam sensus affectio est.

De causis.

Aurelianus circa initium cap. 1. lib. 2. cronion causam refert ad conductionem seu retractionem & ad extensionem. Alij verò ad externas & internas referunt. Externæ sunt æris frigiditas, casus, ictus, dislocatio, stricta ligatura: longa sessio super lapidem frigidum, aut natatio in aqua frigida, aut cœnosa, venus intempestiua & immoderata, ebrietas, crapula: aquæ frigidissimæ largus potus: esus eduliorum frigidorum, humidorum, & crassorum: vsus pariter medicamentorum frig. Somnus in loco humido & frigido, aut in aliqua spelunca, aut in domo recens gypso polita, aut in Lunæ radiis: Nerui compressio ab aliquo corpore duro foris appresso, & exercitium violentum à cibo.

Causæ internæ vt plurimum sunt humor crassus, lentus & frig. qualis est pituita, raro melancholicus: interdum sanguis potius quam bilis, quia calida sicca & tenuis & quæ obstruere nequit.

Causa continens vna est, nempe nerui affectus impediens quo minus aliquid animalis facultatis in eum à cerebro infuat; seu pituita crassa & lenta, seu tuberculum, seu tumor, seu luxatio alicuius vertebræ, aut vnitatis solutio fuerit.

Vt solis radij per aërem tenebrosum, caliginosum, fumidumque, splendorem suum transmittere nequeunt: sic spiritus animalis neruis obstructis ab aliqua causa externa aut interna diffundi nequit vt dixi, & per consequens pars subiecta motu sensuque priuatur.

Signa diagnostica quæ sumuntur à causis evidentibus, ex ægrorum vel assidentium relatione disci possunt, ad imitationem Gal. qui lib. 1. cap. 6. & 3. lib. cap. 10. de locis effect. diligenti disquisitione cognouit causam paralyseos digitorum Pausaniæ (qui sensum amiserat illæso motu.) Quæ verò sit à causis internis, cognoscitur ex pulsu, & vrinis, & ab humore efficiente. Si à sanguine, pulsus est plenus, & corporis color, ad rubedinem vergit & venæ turgent. Si à pituita, corporis color ad albedinem vergit; si à melancholia, illius signa elucebunt. Adhæc pulsus erit debilis cum frequetia & inæqualitate. Vrina erit alba & crassa, si est pituita dominans: aut tenuis & colorata, si sanguis præpollet, aut ex hepatis, aut renum imbecillitate, aut lateris obfessi frigiditate. Si quis plura desiderat euoluat Aurelianum loco cit. Si ex metastasi, legat Auic. fen. 2. tertij, tract. 1. cap. 3.

ἀναλογία

De signis diagnostici.

A pulsu quum est à sanguine aut à pituita, aut à melancholia.
Ab vrina.

Ex paralyfi (vt in apoplexia) si intercipitur respiratio, actum est de salute, quia breui moritur æger, vt strangulatis.

De prognosticis.

Paralyfis particularis, facilè: vniuersalis verò, ægrè curatur: difficillimè in senibus, & maximè si in hyeme acciderit.

Quæ ex nerui diuisione, aut vertebrarum luxatione, aut spinalis medullæ per transuersum incisione, insanabilis. Celsus lib. 3. ca. vltimo. Et Paulus lib. 3. cap. 18. Auic. fen. 2. tertij tract. 1. cap. 2. & cap. 3. ad finem. Vrina puerorum si viridis fuerit, futuram paralyfim, aut spasmum denotat. Membrum resolutum si sensum tabescit, & eius color mutatur, curationem non admittit: quia non tantum spiritu animali, sed & vitali, & naturali priuatur.

Paralyſis quæ apoplexiæ, aut epilepſiæ ſuccedit, non curatur ex Rhafe, neque ea quæ fit ex ictu, aut caſu. At ſi tremor aut febris paralyſi ſuperuenerit, curari poterit, quia naturæ robur nunciat.

*De cura-
tione à pi-
ſſura craſ-
ſa.*

Hoc ſymptoma in genere, 4. auxiliorum generibus curabitur: victu ſcilicet calfaciente, ſiccante, attenuante & tenui circa initium qui pituitæ generationem prohibeat: reuulſione, & purgatione blanda: quia humor eſt crudus: denique viſcera roborantibus tam ſumptis quam admotis vt ex ſequentibus apparebit.

*De viſtu. i.
De aëre.*

Moretur igitur ægrotus in aëre calido & ſiccò, qui ſi talis natura loci non extiterit, induſtria paretur ignibus luculentis, in eos iniecto roremarino, iunipero, ſaluia, lauro & aliis odoratis. Suffitu ex caryophyllis & aliis id genus. Vitet aërem pluuiioſum, caliginòſum, rorem, frigus, auſtrum, aquilonem & habitationem prope aquam cœnoſam & ſtatariam aquam: huius loco marinam ſeligat ſi fieri poteſt. In ægri cubiculum nutriantur columbi, quorum halitus paralyticum iuuat.

De cibo.

Principio ſaltem tribus primis diebus tenuiſſimo vtendum victu, vel inædiam ſuſtineat. Cibis poſtea boni ſucci & concoctu facilibus natura calidis & ſiccis veſeatur, vt perdice, gallinagine, i. ruſticulæ, quam Græci *σκολόπαξις*, (Galli Beccaſſe appellant) ac reliquarum auium montanarum, columbis, nycticorace, i. coruo nocturno, cerebro leporis aſſi, tinunculis (noſtri Ratiens nuncupant) de quibus meminit Ariſtoteles lib. 6. de animalibus cap. 1. paſſeribus, hirundinibus, & carne viperina, qua ſaginentur capi, aut gallinæ, & harum iure cum farina ſubactis, ficcedulis (noſtri Becqueſignes nominant) & ouis ſorbilibus & cuculorum carne, quæ proprietate quadam paralyſim ſanat, aſſata; hos Coccycen Græci appellant.

Contra ab omnibus eduliis frigidis & humidis, flatulentis, iuſculis, aquatilibus, auibus, ſuillis, agnibus & vitulinis carnis humidis à prima generatione parum diſtantibus & piſcibus abſtinendum. Panis ſit biſcoctus cum ſemine aniſi, aut melanthij, & ſaccharo.

Ex fructibus auellanæ, & amygdala aſſata, piſtacia, ſtrobili, caricæ, dactylli, vuz damascenæ exacinatæ, & corinthiacæ, probantur.

Ex ole-

Ex oleribus, fœniculum, hyssopus, fampsuchus, satureia, saluix, conducunt. Cæpe, porrum, allium purgato corpore, & inclinante malo, (vt sinapi) vsurpari possunt, & non in principio, quia deducerent humores in caput, & in rachitim, humida & frigida, & fructus crudi, humidi & frigidi vitentur.

Vino prorsus abstinendum, donec morbus desierit, cuius loco bibat mulsã, cui saluia incocta sit, aut cinnamomum, aut decoctum sarzæ parillæ. Sicis quantum fieri poterit ferenda. Quod si à vino æger abstinere non possit, ob consuetudinem, aut eius imbecillitatem, modicum illi concedendum, non album aut vaporosum, sed tortium aut oligophorum. Nocturnus mediocris somnus laudatur, diurnus improbatur.

Exercitium imprimis vtile, si eo vti potest, cuius loco frictions partis sanæ cum linteis calidis mane & ante cœnam concedantur.

Omnes animi affectus vitet, lætusque viuat. Alius libera esse debet, multis modis reucllitur humor qui paralytim con- citat: venæ sectione, (præmissa sequenti clystere) cucurbitu- lis, vomitu, (modo lingua resoluta non sit) apophlegmatismis, errhinis, & cauterio.

℞. Decoct. mercur. bœtonicæ, stœchadis, & fol. rutæ, quan- tũ sufficit; colaturæ dissolue hieræ logadij, & diaphœnici, vtr. ʒ. vi. mellis mercur, & olei chamæmeli, vtriusque ʒ. i. β. fiat clyster.

Eo reiecto educatur sanguis ex cephalica, aut mediana op- positi lateris ad ʒ. viii. si sanguis præpoller, aut coniuncta fue- rit febris aut inflammatio, & ægri habitus, ætas, anni tempus, plenitudo, & vires consentiant. Contra si pituita dominatur, aut obstructione afficitur & sobrius fuerit æger, parcius edu- cendum, ne plus iusto corpus vniuersum refrigeretur: Gal. lib. de sang. missione per venæ sectionem. At si paralytis pro- uenerit ex ictu, aut casu, aut ex mensium, aut hæmorrhoida- rum, aut aliqua membri mutilatione, liberalius educatur, non confertim sed per interualla, non ad lb. iii. vt vult Rhasis, sed ad vnam tantum.

Si quid aliud venæ sectionem dissuadet, cucurbitulas com- mendat Auic. loco citato cap. 4. ante, & ea celebrata sine sca- rificatione ad deriuationem, & reuulsionem cum scarificatio- ne, in occipitio quoties humor è capite in subiectas partes

Paralyſis quæ apoplexiæ, aut epileptiæ ſuccedit, non curatur ex Rhafæ, neque ea quæ fit ex ictu, aut caſu. At ſi tremor aut febris paralyſi ſuperuenerit, curari poterit, quia naturæ robur nunciat.

*De cura-
tione à pi-
tuita craſ-
ſa.*

Hoc ſymptoma in genere, 4. auxiliorum generibus curabitur: victu ſcilicet calfaciente, ſiccante, attenuante & tenui circa initium qui pituitæ generationem prohibeat: reuulſione, & purgatione blanda: quia humor eſt crudus: denique viſcera roborantibus tam ſumptis quam admotis vt ex ſequentibus apparebit.

*De viſtu.
De aëre.*

Moretur igitur ægrotus in aëre calido & ſiccò, qui ſi talis natura loci non extiterit, induſtria paretur ignibus luculentis, in eos iniecto roremarino, iunipero, ſaluia, lauro & aliis odoratis. Suffitu ex caryophyllis & aliis id genus. Vitet aërem pluuiolum, caliginolum, rorem, frigus, auſtrum, aquilonem & habitationem prope aquam cœnoſam & ſtatariam aquam: huius loco marinam ſeligat ſi fieri poteſt. In ægri cubiculum nutriantur columbi, quorum halitus paralyticum iuuat.

De cibo.

Principio ſaltem tribus primis diebus tenuiſſimo vtendum victu, vel inædiam ſuſtineat. Cibis poſtea boni ſucci & concoctu facilibus natura calidis & ſiccis veſcatur, vt perdice, gallinagine, i. ruſticulæ, quam Græci *σκολόπαξι*, (Galli Beccaſſe appellant) ac reliquarum auium montanarum, columbis, nycticorace, i. coruo nocturno, cerebro leporis aſſi, tinunculis (noſtri Ratiæ nuncupant) de quibus meminit Ariſtoteles lib. 6. de animalibus cap. 1. paſſeribus, hirundinibus, & carne viperina, qua ſaginentur capi, aut gallinæ, & harum iure cum farina ſubactis, ſicedulis (noſtri Becquefigues nominant) & ouis ſorbilibus & cuculorum carne, quæ proprietate quadam paralyſim ſanat, aſſata; hos Coccycen Græci appellant.

Contra ab omnibus eduliis frigidis & humidis, flatulentis, iuſculis, aquatilibus, auibus, ſuillis, agninis & vitulinis carnibus humidis à prima generatione parum diſtantibus & piſcibus abſtinendum. Panis ſit biſcoctus cum ſemine aniſi, aut melanthij, & ſaccharo.

Ex fructibus auellanæ, & amygdala aſſata, piſtacia, ſtrobili, caricæ, dactylli, vuz damafcenæ exacinatæ, & corinthiæ, probantur.

Ex ole-

Ex oleribus, fœniculum, hyssopus, sampſuchus, ſatureia, ſaluia, conducunt. Cape, porrum, allium purgato corpore, & inclinante malo, (vt ſinapi) uſurpari poſſunt, & non in principio, quia deducerent humores in caput, & in rachitim, humida & frigida, & fructus crudi, humidi & frigidi uidentur.

Vino prorfus abſtinendum, donec morbus deſierit, cuius loco bibat mulſã, cui ſaluia incocta ſit, aut cinnamomum, aut decoctum ſarza parilla. Sitis quantum fieri poterit ferenda. Quod ſi à vino æger abſtinere non poſſit, ob conſuetudinem, aut eius imbecillitatem, modicum illi concedendum, non album aut vaporofum, ſed tortium aut oligophorum. Nocturnus mediocriſ ſomnus laudatur, diurnus improbatur.

Exercitium imprimis utile, ſi eo uti poteſt, cuius loco frictiones partis ſanæ cum linteis calidis mane & ante cœnam concedantur.

Omnes animi affectus vitet, lætusque uiuat. Alius libera eſſe debet, multis modis reuellitur humor qui paralyſim con- citat: venæ ſeſtione, (premiſſo ſequenti clyſtere) cucurbitu- lis, vomitu, (modo lingua reſoluta non ſit) apophlegmatiſmis, errhinis, & cauterio.

℞. Decoct. mercur. betonicæ, ſtoechadis, & fol. rutæ, quan- tũ ſufficit; colaturæ diſſolue hieræ logadij, & diaphœnici, vtr. z. vi. mellis mercur. & olei chamæmeli, vtriuſque ꝑ. i. ſ. fiat clyſter.

Eo reiecto educatur ſanguis ex cephalica, aut mediana op- poſiti lateris ad ꝑ. viii. ſi ſanguis præpollet, aut coniuncta fue- rit febris aut inflammatio, & ægri habitus, ætas, anni tempus, plenitudo, & vires conſentiant. Contra ſi pituita dominatur, aut obſtuctione afficitur & ſobrius fuerit æger, parcius edu- cendum, ne plus in toto corpus vniuerſum refrigeretur: Gal. lib. de ſang. miſſione per venæ ſeſtione. At ſi paralyſis pro- uenerit ex ictu, aut caſu, aut ex menſium, aut hæmorrhoida- rum, aut aliqua membri mutilatione, liberalius educatur, non confertim ſed per interualla, non ad ſb. iii. vt uult Rhafiſ, ſed ad vnam tantum.

Si quid aliud venæ ſeſtione diſſuadet, cucurbitulas com- mendat Auic. loco citato cap. 4. ante, & ea celebrata ſine ſca- rificatione ad deriuationem, & reuulſionem cum ſcarificatio- ne, in occipitio quoties humor è capite in ſubiectas partes

De vomitu defluxit. His factis, corpus vniuersum, & præcipuè ventriculus pituita refertus, per vomitum expurgatur, si æger est nauseabundus, sin minus prouocetur sumpto cibo, sequenti vomitu.

Vomitivū ℞. Rad. raphani per taleolas diuisæ, ℥. i. β. sem. eiusdem, & atriplicis, rad. asari, singul. ʒ. ii. agarici, ʒ. i. florum genistæ, p. i. coque in hydromelle ad ℥. iiii. succi nicotianæ depurati, & oxymellis scillitici, vtr. ℥. i. fiat potio bis in hebdomade iteranda: quia humor pituitosus, lentore suo membranæ interiori ventriculi ita hæret, vt facile educi non possit. Aduersatur asthmaticis, & qui sunt angusto pectore, & tabidis, & hæmaptoicis.

Quibus vomitio aduersatur ℞. Masticis, ʒ. iii. pyretri, nucis mosch. cubebæ, singul. ʒ. i. castorij, ʒ. i. tabaci ʒ. ii. pulpæ ficuum recentium, aut vuarum damasc. mund. & in aqua maceratar. q. s. ad excipiendum puluerata, fiant noduli pondo ʒ. ii. quotidie mane masticandum vnum (spatio horæ semissis (exonerata prius aluo) expuendo in lance saliuam quæ ab ore defluet.

Errhinum. ℞. Succorum sampſuchi, & anagallidis, & vini albi, singul. ℥. i. β. pul. rad. cyclamini, ʒ. i. fiat errhinum naribus trahendum prono capite.

De cauterio Cauteria & dropaces esse de numero eorum medicamentorum quæ reuellunt humorē, & paralyſi conueniunt: vt docuerunt Auic. loco citato & Aëtius lib. 6. cap. 28. ob id cauterium admouendum in occipitio erit, & dropax circa coronalem futuram, quibus remediis sanitatem pollicentur. Vel huius loco pareretur vesicatorium sequens.

Dropax vbi admouendus. ℞. Piperis, grana vi. pul. euphorbij, ʒ. β. cantharidarum, ʒ. i. cum pauco fermenti veteris. & aceti, fiat massa mollis extendenda super panno sericeo, & rasis capillis super futuram sagittalem admoueat. Vesicis apertis foſsum ciclæ, aut braſſicæ admoueat, & quotidie bis aut ter aliud supponatur.

Vesicatorium loco dropacis. Πέποια φαρμακίσει καὶ κινέω, μὴ αἰμα, μὴ δὲ ἐν ἀρχῆσι, ἢ μὴ ὀργῆ. πᾶσι δὲ πλείστα ἐν ὀργῇ: i. concocta medicari oportet, non cruda, nec per initia, nisi materia turget, id quod raro fieri solet, autore Hip. aphor. 22. sect. 1.

De purgatione 3. curatationis genus. In hoc symptomate materia non turgente, (ob humoris frigidi crassitiem & lentorem) circa initia validis catharticis non est vtendum, ne ea concitata, conduplicetur affectus. Ac blandioribus ad expurgandam corporis primam regionem

vti licet : deinde digerentibus ad 14. vsque diem, vt vult Auic. loco citato.

Si æger est aluo duriore, iniiciatur clyster præscriptus, vel balanus, (si est tenuis fortunæ) paratis, ex melle cocto, aloë, muscerda &c. Vel

℞. Diacarthami, & catholici, vtr. ʒ.iii. syrupi rosati sol. cum agarico, ʒ.i. cum decoctione primulæueris, fiat potio minorans. *Potio minorans.* Vel

℞. Massæ pil. assaieret, & de hiera cum agarico, vtr. ʒ. ii. castorii, ʒ. vi. cum melle anthosato, fiant pillulæ vi. aut viii. ca. post primum somnum. *Carapotia.*

℞. Sarzæ parillæ minutim incisæ, & rad. acori vulg. vtr. ʒ. i. ß. herb. primulæueris, m. ii. passul. mund. pa. xii. sem. rutæ, ʒ. ʒ. ß. horum thymi, saluiz, & bugl. singul. p. i. coquantur in aqua mulsa ad ʒ. i. ß. mellis rosati, & syr. stoech. vtr. ʒ. ii. fiat syrupus clar. & arom. nuce mosch. pro 4. aut v. matutinis. *Apozema.*

Medio tempore, si non fluit aluus, repetatur clyster præscriptus, & si nauseat æger, iuuetur vomitu præscripto: Deinde

℞. Agarici troch. macerati in syrupo stoech. cum pauco decoctionis syrupi, ne calore cinerû vratur, & vt facilius ex primi possit, ʒ. i. elect. Indi ma. in eodem decocto infusi per noctem & expressi, ʒ. vi. expressum detur summo mane. Vel huius loco *Potio purgans.*

℞. Massæ pil. de aromat. ʒ. i. agar. troch. ʒ. i. castorij, ʒ. iiii. cum melle rosato, fiant pil. vi. deauratæ: vel illarum loco accipe tantundem pil. imperialium. Et sequenti mane cap. mithridatij veteris & probati, ʒ. ii. boli instar horis iii. ante primum pastum. *Pillulæ.*

Medio tempore celebranda est venæ sect. nisi quid eam dissuadeat, vel occipiti admouenda cucurbita cum scarificatu.

His absolutis quiescendum per aliquot dies: interea æger nutriendus erit alimentis indicatis ad virium conseruationem: quia hic affectus est chronicus, & vratur nonnullis remediis post scribendis tam sumptis quam admotis in 4. parte curationis ne inutiles & remediis destituti videamur: deinde ad validiora properandum, hoc modo. *sectio cucurbitulæ.*

℞. Castorij, ʒ. iiii. agarici troch. ʒ. i. massæ pil. fetidarum, ʒ. i. cum melle scillitico, forma pil. vi. aut viii. cap. circa *Carapotia.*

*Apozema
pro 4 do-
sibus.*

medium noctis. ℞. Ramenti ligni Ind. ℥. ii. rad. acori vulg. & helenij, vtr. ℥. i. cyperi, & pæoniæ, vtr. ℥. β. herb. primulæ-ueris, saluix, betonicæ, sampsuchi, polij mont. singul. m. i. stoech. m. β. sem. rutæ, cymini, & dauci cretici, singul. ℥. iii. florum rorism. & thymi, vtr. p. i. β. hydromellis, lib. 4. coquantur singula quo decet ordine ad tertias. Colatura clarific. cum syr. stoechad. & mellis scillitici vtr. ℥. ii. & arom. galangæ tenuioris ℥. i. pro 4. matutinis: quibus finitis iterentur pil. præscriptæ. Vel

*Catapotia
alia.*

℞. Castorii, & troch. alhandaal, vtr. ḡ. iiii. agar. troch. & pul. hieræ Gal. vtriusque ℥. i. massæ pil. fœtidarum, vel cocciarum, ℥. ii. cum guttis aliquot aquæ saluix, fiant pil. viii. deauratæ, quas cap. finito apozemate, post primum somnum ex artis instituto. Si pilulas non admittit, paretur illi sequens potio, licet minus à partibus remotis trahat.

*Potio pur-
gans.*

℞. Decocti apozematis præscripti, q. s. in eo coque poly-podij quercini contusi, ℥. vi. sem. carthami, & sennæ mund. vtriusque ℥. iii. hermodactyllorum, ℥. ii. anisi, ℥. i. caryoph. integr. numero 4. colaturæ infunde agarici troch. ℥. i. elect. Indi ma. ℥. vi. super cineres cal. expressum detur summo mane.

Bolus.

℞. Conseruæ florum primulæ. ℥. iii. mithrid. veteris, aut theriacæ probatæ, ℥. i. cineris hirundinum, ℥. β. cum sacch. fiat bolus die sequenti mane deuorandus horis 4. ante prandium.

Denuo quiescat per aliquot dies: medio tempore vti poterit remediis post scribendis: quibus si melius non se habuerit, vtatur sequenti hydrotico per mensem, quia morbus non facile cedit remediis ob eius contumaciam præmissis aliquo cathartico præscripto.

*Decoctum
sadorificum.*

℞. Cort. ligni Ind. & rad. helenij, & pæoniæ, iridis nostratis, singul. ℥. i. cort. citrij siccæ, tantundem, rament. ligni Ind. ℥. viii. aquæ fontis, lb. 10. infunde horas 24. in fictili amplo super cineres cal. Deinde in eodem fictili coquantur ad tertias.

Colatura dulcoretur sacch. & condiatur pul. diagalangæ, ℥. i. pro 4. diebus cap. mane hora 4. & 2. pomeridiana (regendo plus solito corpus sudabit per horas duas si fieri potest) ℥. vi. Prandeat hora 8. & cœnabit hora sexta. Tunc tēporis si quotidie alius nō fluxerit, iniiciatur clyster p. 181. descriptus.

℞. Rad. chinæ recentis, & non cariôsæ per taleolas dissectæ, ꝑ. iii. aquæ fontanæ, lib. x. coque in eodem fistili ad aquæ quartæ partis consumptionem. Colatura dulcorata saccharo & aromar. cinnamo. vtetur tam in pastu quam extra illos sitis tempore,

2. Decoctū
pro potu
ordinario.

Finito priore decocto cap. catapotia præscripta vel potionem purgantem, & eo die non sudabit, & in prandio vti poterit elixis, & sero affatis carnibus, vt reliquis diebus: vel clysteribus si potionem & pilulas renuat, quibus nihil præstantius.

Iterentur vtrumque decoctum, & catapotia, vel potio, vel clyster spatio 40. dierum, si anni tempus, ætas, & vires consentiant: quo tempore nullis aliis remediis seu internis seu externis vtetur. Hactenus de vniuersalibus, nunc de particularibus remediis est agendum.

Quartum & vltimum curationis genus, versabitur in viscerū robore, & humoris morbifici (in neruis impacti) resolutione, tam sumptis quam admotis: quibus remediis sit vtendum, sequens catalogus indicabit.

4. Genus
curationis
erit de par-
ticularibus
presidiis.

Inter rad. sunt arist. vtraque, helenium, præonia, zedoaria, galanga crassa, quæ nihil est quam acorus verus, calamus atro. in officinis nuncupatus. Acorus vulgaris, galanga minor, iris, scilla, angelica, condisi Arabum seu struthium (si Fuchsi creditur) bardana, cucumer agrestis, zingiber, fœniculum, petroselinum apium, pyretrum, agaricus, thurbith, hermodactylus, china rad. farza parilla, nardus Indica, esula, costus, elleborus.

Remedia
tam sim-
plicia quæ
comp. quæ
paralyti
conueniunt.

In genere herbarum censentur primulaeris, chamæpitrys, chamædris, saluia, betonica, rosmarinus, sampsuchus, hyssopus, satureia origanum, calamentum, pulegium, absinthium, prassium album, abrotanum, polium montanum: ruta, melissa, sisymbrium &c. Ligna sunt gaiacum, & sassafras, rhodium, xilaloë, santalum citr. cortices, sunt citrij, auranciorum, sambuci, fraxini.

Semina porrorum, cubearum, rutæ, siseleos, carui, cymini, apij, anisi, fœnic. petroselini, cardui bened. vrticæ, ocimi, præoniæ, gallitrici, piperis, baccæ lauri, & iuniperi, colocyntidis, elaterium, flores stoechadis Saluiæ, rotism. thymi, sambuci, hyperici, centaurij mi. schoenanthos, primulæu. beronicæ, lily conuallij, crocus, lauendulæ & spicæ nostratis.

Liquores, gummi, & resinæ, sunt assa foetida, galbanum, sagapenum, opopanax, ammoniacum, bdellium, mastiche, myrrha, styrax cal. beniuinum, thus, & euphorbium.

Animalium partes, cerebrum leporis assi, hirundo coccyx, seu cuculus, Gallis cocu, ciconia, castorium, vulpes, carus, pipio, vipera, serpens, priapum cerui, & tauri sunt eiusdem facultatis. Cineres ossium castoris, lutræ, serpentis lotæ aqua idonea &c. Axungia gallinæ, capi, anatis, anseris, cati, vrsi, taxi, viperarum, cerui, leonis: balnea naturalia falsa, nitrosa, sulphurea, bituminosa, aluminosa sunt longe validiora artificialibus post scribendis.

Condita, cortex citrij conditus melle, vel saccharo: zingiber viride conditum, nux moschata, & iuglans. Conseruæ rad. acori vulg. & helenij, florum lilij conuallij, primulæu. betonicæ, saluæ, stoechadis, rorismar. Aurea Alex. theriaca, mithridat. confectio anacardina. In parua quantitate, purgato corpore, ne loco feb. ephemeræ, putridam procreet.

Pulueres aromat. sunt dianthos, diacomeron, diagalanga, dianisum, aromat. rosatum, diambra, diamosch. diacalamentum, diacastorium, diatrium, piperorum, rosata nouella, &c.

Hieræ quibus vtimur, sunt hiera simpl. & cum agarico, logadij, ruffi, pachii, benedicta lax. diaphœnicum, elect. Indumma. & minus, diacarthamum, de citro solutiuum.

Syrupus stoechadis, mel rosatum, & scilliticum, anthosatum, mercuriale: syrupus de hyssopo, de prassio.

Olea, antiquum, nucum, amygd. amar. chamæm. irinum, sambucinum, vulpinum, hyperici, anisi, iaseminum, de lateribus, de terebinthina, de euphorbio, costinum, de piperibus, de tartaro, de sulphure, petroleum, de spica, de gaiaco, scorpionum, rutaceum, de vipera. Vnguenta 4. calnia. althææ, agrippæ, aregonis & martiati &c. Inter emplastra quæ in officinis parata extant, sunt de baccis lauri.

Ex superioribus selectis, solers medicus suo Marte componat formulas incipiendo à mitioribus, hinc ad validiora progrediatur. Indicatione sumpta à morbo, à parte affecta, ætate, tempore, vel vtatur nostris &c.

Condicium
molle.

℞. Coralli rub. vsti, & margarit. sub. tritarum, vtr. ꝑ. ii. lauentur in stillatitio liquore, vel decocto primulæu. vel betonicæ, & siccentur: pul. diagalangæ, & nucis moschatæ, vtr. ꝑ. i. cineris hirundinum, & viperæ; vel serpentis communis,

in eadem aqua vel decocto præscripto lotæ & siccata, vtriusque ʒ. ii. cort. citrii sacch. cond. & zingib. viridis pariter conditi, & conseruæ acori colati, conser. florum stoech. vel roris-marini, & saluiæ, singul. ʒ. i. cum melle scillitico, fiat conditum molle de quo quotidie mane alternis diebus cap. ʒ. ʒ. ʒ. horis 4. ante prandium.

ʒ. Michridatij veteris & probati, ʒ. i. conser. florum lilij conuallij, & primulæ ueris, vel saluiæ, vtriusque ʒ. ii. pul. cerebri leporis assi, & puluerisati, & pul. diambriæ, vtr. ʒ. i. sem. præoniæ, macis, & bac. iuniperi, singul. ʒ. ii. fiat opiata de qua interpolatis diebus cap. ʒ. ʒ. ʒ. superbibendo cochlearia. duo aquæ cælestis, vel eius quæ descripta fuit in curatione epilepsie hidiopathicæ pa. 266. huius operis, horis 4. ante primum pastum per multos dies continuando. Cerebrum & totum neruosum genus mirificè roborat. Calida medicamenta & tenuantia non sunt vsurpanda cibus pleno stomacho, sed vacuo, & post purgationes sæpe iteratas, quo dixi modo.

*Opiata for-
tior cõditio.*

ʒ. Pul. diamoschi, ʒ. ʒ. pul. diambriæ ʒ. i. ʒ. nucis moschatæ conditæ, & conser. florum saluiæ, & cort. citrii conditæ, singul. ʒ. iii. sacch. albi aqua saluiæ soluti & cocti ʒ. iii. fiant tabellæ pondo ʒ. iii. cap. vnam dormiturus vt vna cum alimenti vaporibus harum vis in cerebrum deferatur, illudque & rachitum roborer.

Tabellæ.

ʒ. Sem. porrorum, vrticæ, siseleos, & rutæ, singul. ʒ. i. nucis mosch. & ʒ. præoniæ mundat. & cineris viperarum lotæ, singul. ʒ. ii. sacch. crystallini, omniũ par pondus fiat pul. subtilis de quo ʒ. i. cap. ante, vel initio cuiusque pastus cum hydro-mellis vel decocti rad. chinæ parua quantitate, diu continuando. Vel huius loco cap. tantundem pul. dianthos, vel diacalamenti, vel diatrium piperorum D. Gal. 4. sanit. tuendæ cap. 5.

Puluis.

Quæ ingrati sunt saporis, boli, vel pilularum forma sumantur. Calidiora remedia (veluti confect. anacardina) ante purgationem iteratam non sunt vsurpanda, ne eorum vsu loco febris ephemeræ, putridam pariant morbumque conduplicent.

Gargarismis vtendum post purgationem vniuersalem, qui sunt potentiores errhinis quod euacuent pituitam quæ in capite & initio rachitidis redundat, eamque discutunt hoc modo.

*Gargarif-
mus.*

℞. Hyssopi, maioranz, pulegij, calamenti, singul. m. i. stœchadis, & betonicæ, vtriusque m. β. rad. iridis, ℥. β. agarici, ℥. ii. pyretri, & piperis longi, vtr. ℥. i. coque in aqua ad ℔. i. dissol. oxymellis scillitici, ℥. iii. fiat gargarismus quo tepidè sæpe vtatur, cauendo ne quid illabatur in pectus, per multos dies continuando, quum humor non fluit in linguam. Post vsum gargarismi, vtendum apophlegmatismis, deinde errhinis vt dixi.

De topicis.

Topicis sequentibus vtendum post vnam atque alteram purgationem, incipiendo à leuioribus, deinde ad fortiora progrediendum erit. Inter topica numerantur olea simplicia superius enumerata, & vnguenta, emplastra, thermasmata, balnea naturalia, & artificialia, frictiones, vesicatoria, cauteria, cucurbitæ supra commemorata.

*Lini-
mentiũ
in isto cu-
rationis
vsurpandũ*

℞. Oleorum vulpini, & iosmini, vtriusque ℥. ii. olei de castorio, ℥. i. succi iux arthetice, vel primulæ. ℥. i. β. gummium assæ foetidæ, galbani, & opopanacis, in succo liquatorum, colatorum, & ad mellis crassitiem coctorum, singul. ℥. β. pul. scillæ, & piperis, vtriusque ℥. i. euphorbij, ℥. β. fiat linimentum quo spinalis medulla tepidè illinetur ante luculentum ignem, adde inunctionis tempore guttas aliquot aquæ vitæ pro vehiculo: idque post primam purgationem pag. 283. descriptam.

*Aliud, sed
fortius.*

℞. Oleorum petrolci, & de thymo arte chimica extracti, vtr. ℥. ii. oleorum de peperibus, & de euphorbio, vtr. ℥. i. axungie viperæ vel serpentis ℥. β. pul. castorii, ℥. iii. pul. galangæ minoris, costi, & sulphuris vini, vtr. ℥. i. β. ceræ parum fiat linimentum pro rachitide. Vel

Aliud.

℞. Ciconiam vnam sine plumis euisceratam, cuius venter repleatur saluie, rutæ, chamæpith. vtr. m. i. rad. aristol. rot. helenij & acori veri, falso calami aro. nuncupati, singul. ℥. i. gummium opopanacis, bdellij, assæ foetidæ, galbani, & castorii, singul. ℥. β. qui sutus, in aqua coquatur ad carnis dissolutionem. luti expresso, coque ad huius ferè consumptionem axungie anatis, anseris, & laxi, vel pardi, vel vrsi, & medullæ ossis cerui, vel lauri, & oleorum rutæ, & laurini, singul. ℥. 4. axungie viperæ ℥. ii. extra ignem liqua ceræ & colophonæ, vtr. ℥. ii. masticeis ℥. i. pul. castorii, ℥. β. fiat linimentum quo vniuersa rachitis ante luculentum ignem calide bis in die illinetur. Vel ciconia deficiente vsurpetur catus vel vulpes cum

pes cum cæteris. ℞. Saluix, sampſuchi, betonicæ, fol. lauri, *Alind pro pauperibus*
 rorism. & primulæueris, ſingul. m. i. rad. acori veri, iridis no-
 ſtratis recentis, ſingul. ꝑ. iii. ol. vulpini, rutacei, & de nuce
 Indica, ſingul. ꝑ. i. olei de terebinthina ꝑ. ꝑ. vini optimi ꝑ.
 i. aquæ vitæ ꝑ. ꝑ. coquantur ſimul ad vini conſumpt. & co-
 lentur: colaturæ adde ſuccorum ebuli, ſaluix & meliſſæ ſin-
 gul. ꝑ. 4. medullæ cruris vaccæ ꝑ. ii. axungix cati pinguioris,
 anſeris, & ſerpentis vel viperæ, ſingul. ꝑ. i. caſtorii, ꝑ. ꝑ. pul-
 macis, ſtyracis cal. beniuini, ſingul. ꝑ. iii. gummium opopana-
 cis, ſerapini & bdellij, in parte vna ſuccorum diſſolutorum &
 ad mellis craſſitiem coctorum, ſingul. ꝑ. ii. pul. piperis longi, &
 pyretri, vtr. ꝑ. i. ceræ quantum ſufficit fiat linimentum vſui
 dicto. Vel huius loco vtete oleo thymi, aut oleo è gaiaco li-
 gnò arte chimica deſtillato, aut oleo viperarum aut ſerpen-
 tum per deſcenſum eo modo quo docui in noſtra paraphraſi
 gallica in fauorem pharmacopæorum quæ ſunt vtilia.

Si his non conualuerit, ob morbi contumaciam paretur
 ſequens

℞. Calamenti, origani, pulegii, ſaluix, hyſſopi, nardi galli. *Thermas-*
 cæ, rutæ, ſtoechadis, & rorism. ſingul. m. i. bac. lauri, & iuni- *ma ſiccans*
 peri, ſem. vrticæ, ſingul. ꝑ. i. coquantur in æquis partibus *& artus*
 aquæ & vini, in vaſe cooperto. Deinde æger collocetur in *robotans.*
 hypocausto, aut laconico aut tina capaci, ſtragulis cooperta,
 libero capite, cauendo ne fumus ad illud perueniat. Hinc la-
 pides molares, vel ſilices igniti in eo decocto demerſi in ea ti-
 na mittantur: quibus refrigeratis, ſupponantur alij, conti-
 nuando donec ſudor copioſus eruperit, & reſideat quantum
 vires ſufficient: in cuius exitu ſumat ꝑ. ꝑ. conditi præſcripti,
 vel tantundem opiatæ. Exſiccato corpore quieſcat in lecto
 per aliquot horas: ſic per multos dies continuando mane &
 veſperi, ſi vires ferunt. Vel huius loco, ſi eſt pauper, purgato
 corpore decumbat in furno temperato aut tepente, in quo
 egregie ſudabit.

Deinde ſiccato corpore cap ꝑ. ii. mithridatij veteris, & de-
 feratur in ſuo lecto: ſic per multos dies continuando vacuo
 ventriculo & inteſtinis: vel horum loco ſi datur facultas, &
 anni conſtitutio permittit, conſulat balnea naturalia ſpatio
 multorum dierum ſulphurea primo: deinde aluminofa qua-
 lia reperiuntur Aquisgrani Allobrogum: vel nitroſa & bitu-
 minofa qualia ſunt Borbonenſia, corpore purgato & repur-

gato præscriptis catapotiiis per viginti dies. Contra, si non datur facultas, & æris constitutio (quæ calida & sicca esse debet, & non pluuiosa) non permiserit, balnea artificialia fieri possunt ex decoctione vulpis integræ, cum herbis in vaporario commemoratis, cui adde sulphuris, nitri, vel salis, cuiusque lib. i. hæc artificialia, naturalibus sunt imbecilliora. Nunc de specialibus paral. mihi agendum.

*Curatio
linguæ pa-
ralysis.*

Lingua interdum tota, alias tantum eius media pars resolvitur. Tota, quum septimum neruorum par, ab humore frigido, crasso lentoque imbuitur, impediens ne spiritus animales in eam diffundantur, qui ei motum & sensum intercipit. Alias ille humor, dextrum neruum tantum, alias sinistrum occupat, & non ambos, tunc eius partis fit paralyfis. Balbi qui humiditatibus redundant, huic malo sunt obnoxij, & difficile curantur, & maximè si fuerit inueterata. Quæ apoplexiam sequitur, raro aut nunquam curatur.

*Qui pro-
pensi.*

Quæ verò ab altera causa scaturuerit, curari poterit, victu præscripto, & venæ sectione, venarum cubiti & ranularum. Prior aperitur ad reuulsionem: posteriores ad derivationem. Si media tantum pars linguæ resolvitur, vena partis sanæ aperienda. Contra si tota, ambæ ranulæ sunt aperiendæ. Si æger est cacochymus, erit purgandus balanis, clysteribus, benignis catharticis initio, & cucurbitulis & (non vomitu) gargarismis acribus apophleg. errhinis præmissis superioribus: occipitio admoue dropacem futuræ coronali, vel vesicatorium, & inter primam & secundam cæuicis vertebram cauterium potentiale pag. 282. descriptum, post iteratam purgationem. Deinde nitatur linguam sæpe mouere & ei admouere sequentia præsidia.

*Purgantia
in princi-
pio non cõ-
ueniunt.
Formula.*

Si linguæ purgantia quis admouere vult, non in principio, sed in fine admoueat, ne humores concitati in linguam defluant: sed horum loco, vtatur sequentibus formulis.

℞. Cubebarum, macis, caryoph. galangæ, piperis longi, singul. ʒ. i. fiat puluis succo saluiæ, vel primulæu. vel melle scillitico excipiendus, fingantur orbiculi lupinis similes, quos in ore sæpe habeat: aut nucis moschatae frustum. Castorium quamuis vtile, non misceo, quia ingrati est saporis. Vel huius loco in ore contineat tabellam vnam, aut parum conditi aut opiatę supra descriptæ, aut mithridatij veteris. Denique sternutatorio aliquo vtatur, ante sequens errhinum: cæteris soli-

dius, vt potentius trahat. ℞. Diadacrydij, & troch. alhandal, & castorij, singul. ʒ. i. cum melle scillitico reducantur in linimenti crassitiem quod naribus admoueri poterit. Huic addere poteris parum euphorbij, aut veratri, ambo pituitam trahunt, & cerebrum exsiccant. Vel huius loco

Errbinum solidum.

℞. Benedictæ lax. D. Nic. & succi rutæ, vtr. ʒ. ʒ. in his penicilli demersi naribus indantur. Interea vtatur sequenti

Aliud simplicius.

℞. Olei costini, & de lilio, axungie cati, singul. ʒ. i. axungie viperæ vel alterius serpentis, ʒ. ii. misce, & his illinetur occipitium. Vel eidem parti admoueatemplastrum ex stercore canis cum aceto mixtum.

Vnguentum

Emplastrum

Curatio vesicæ & podicis resolutæ.

HÆc duo symptomata ferè ex eadem causa scaturiunt, nempe quum vtriusque partis sphincter resolutur, obstructis neruis qui ab osse sacro prodeunt ab aliquo humore frigido & humido. Hinc motus priuatio, vrinæ suppressio, & ani prolapsus.

Ambo simili methodo, & remediis curantur. Vniuersalia præscripta in victu & phlegmagogis præcedere debent. Venæ sectio inutilis, nisi corpus esset iuuenile, & valdè plethoricum. Vomitus utilis, cucurbitæ extremo ossis sacri hinc inde, etiam cum scarificatione sunt proficua. Si aluus est astricta, sollicitetur clysteribus. Si vrina est suppressa, aperientibus est prouocanda.

℞. Rad. phlomis, i. taphi barbati, helenij, iridis nostratis, singul. ʒ. i. fol. saluie, primulae ueris, rutæ, arthemisiae, & ablinthii p. ma. singul. m. i. bac. lauri, ʒ. vi. chamæpich. summitatum anethi, & chamæmeli, vtr. m. ʒ. coquantur in aquis partibus vini rub. austeri & aquæ. Ex parte vna foueatur cum spongia penis, & perinæum. Et magma in mortario pistatum cataplasmaris instar eisdem partibus admoueat, ei addendo castorii, ʒ. ʒ. Ex altera verò parte fiant iniectiones in vesicam cum syringe addendo aliquod oleum vetus, vel nucum, & laurinum idque circa morbi initium. Malo verò inclinante sequens parari poterit.

Decoctum pro fovea, cataplasmate & iniectione in vesicâ.

℞. Rad. symphyti ma. & cyperi, vtr. ʒ. i. nucis cupressi, ʒ. vi.

Aliud de-
coctum in-
clinante
mala.

corlicum thuris, & pini, vtr. ʒ. β. fol. verbasci, absinthij pama. rofismar. & saluiæ, singul. m. i. rosarum rub. m. β. stoech. tantundem. Coque in aqua & vino rub. stiptico. Huic adde nard. Ind. & castorij, vtr. ʒ. iii. in ʒ. ii. colaturæ dissolue syru- pi de absinthio minore, qui fit cum melle ʒ. i. fiat iniectio in vesicam per syringem tepidè injicienda, quotidie bis, conti- nuando.

Deinde ex eodem decocto foueantur eædem partes, & ex magmate cataplasma paretur, tum illinetur pubes cum peri- næo aliquo ex vnguentis præscriptis pag. 288. & si podex fuerit resolutus paretur sequens

Sufficit
pro ani pa-
ralysi.

℥. Ladani puri, cort. pini, & thuris, masticis, singul. ʒ. β. castorii, galbani, & assæ fortidæ, singul. ʒ. ii. rosarum rub. & ramenti cornu cerui, singul ʒ. i. forma palttillos cum vino rub. vel pauco terebinthinæ pro suffitu ani per tubum infundibu- li, sedente ægro in cathedra deiectionaria undique velata ne quid spiret: fortida addidi, quia non solum vterum fugant, sed & rectum intestinum.

Si fortè anus procidit validiora astringentia sunt præscri- benda, quibus vtendum erit post alui deiectionem & non prius.

De Penis resolutione.

PENIS ex variis causis resoluatur, iuxta cuius contrarietatem, facilè est eius resolutioni subuenire. In genere cura- anda erit eo quo dixi modo, pag. 282. alterantibus & pur- gantibus medicamentis benignis, & non sæpe repetitis: quia officeret distentioni & veneri. Sic venæ sectio aduersatur. Alimenta euchyma sunt ex vsu.

Nisi ex superioribus remediis conualuerit, præscribatur decoctum ex guaiaco, vel rad. chinæ, per multos dies conti- nuando vt docuimus pag. 285.

Inter topica probantur cucurbitæ natibus, & pubi, & vn- ctiones supra os sacrum, & ilium, ex vnguentis supra scri- ptis, in quibus miscenda sunt aliqua roborantia, & penem di- stendentia mediocria.

Validiora, biliosis potissimum naturis aduersantur, quia se-

men & flatus extinguunt: contra in pituitosis conferunt. Abstinentium à menta, ruta, vitice, lactuca, & aliis semen extinguentibus.

℞. Conseruæ radicum satyrij, erichronij, & eringii, vtriusque ℥. ii. acori vulg. conditi, & zingiberis viridis etiam conditi, vtr. ℥. i. pul. boracis quo vtuntur auri fabri, ℥. iii. pudendi cerui, vel tauri ℥. ii. medullæ g. præoniæ, & fraxini, ventris scincorum singul. ℥. i. fiat conditum de quo alternis noctibus cap. instar nucis iuglandis.

Conditum semen au-gens & veretrum distendens

℞. Sacch. albi aqua scab. soluti & cocti. ℔. i. extra ignem dissolue amygd. dul. & auellanarum tostatarum & tritarum vtr. ℥. ii. nucleorum pini recentium & fisticorum seu pistatorum diligenter in mortario contusorum vtr. ℥. i. pul. pudendi tauri, sem. cæpæ, erui, & porrorum, & fraxini & boracis singul. ℥. ii. fiat pasta de qua cap. hora somni noctibus intermedium, & tantundem post singulos pastus ℥. β. sic per multos dies continuando, nihil superbibendo.

Pasta in morsellis;

℞. Olei mastichini, & lentisci, vel mirthini, vtriusque ℥. i. liqua ceræ albæ. ℥. iii. pul. masticis, sanguinis draconis, vtr. ℥. ii. aluminis ℥. i. fiat vnguentum quo imus venter cum pene illinentur: addendo inunctionis tempore guttas aliquot vini maluatici, aut apiani, aut aquæ vitæ, quia ibi sunt duo muscoli qui penem extendunt: præmissa fotu ex vino stiptico, nisi melius se habuerit, aut sit inueteratus morbus, paretur sequens

Vnguentum.

℞. Cineris inuolucris testium castoris, aut priapi tauri, ℥. ii. fiat lixiuum: in quo coque nucum cupressi contusarum, ℥. ii. de colatura foueatur pudendum & pubes mane & sero calidè.

Lixiuum pro fotu ante vnguentum.

Paralyseos à casu, aut percussu, curatio.

Paralysis quæ casum, aut ictum consequitur, licet sit immedicabilis, non tamen ægri absque aliquo præsidio sunt relinquendi, ne desperent. Imprimis instituta victus ratione præscripta, si alius fuerit astricta, supponetur clyster præscriptus: deinde mittatur sanguis ex media vena cubiti, etiamsi plenitudo non adsit, modo ætas, & vires non repugnent.

Tantum autem mittatur sanguis quantum exercitato medico videbitur. Initio paretur sequens emplastrum, vel illud descriptum ab Haly lib. 5. practicæ ca. 26. quo curauit fratrem filii Moysi metu inflammationis.

*Empla-
strum pro
principio.*

℥. Oleorum lentisci, & myrthini, vtr. ℥. i. ladani puri, rosarum rub. cort. pini, masticis, thuris, & gummi hederæ, singul. ℥. ii. ceræ, colophonix, vtr. q. s. fiat emplastrum iustæ magnitudinis super alutam extensum parti affectæ applicandum.

Si quis addiderit mumix, & bituminis quantum aliorum, non errabit.

*Pro decli-
natione.*

℥. Olei de castorio, vel lumbricorum, ℥. i. olei rosati, ℥. s. ceræ flauæ, ℥. vi. resinæ, & axungix anseris, & vulpis, vtr. ℥. ii. pul. masticis, & chamæmeli, vtr. ℥. iiii. pul. iridis flo. ℥. ii. fiat ceratum, vel empl. parti malè affectæ applicandum. Illud annotandum venit, vt si æger cacochymus fuerit ab initio medic. benignis erit purgandus metu febris putridæ, à qua grauius afficeretur.

De Manuum, Pedumque Paralyfi.

IN genere quoties pars aliqua extrema resoluitur, oportet vniuersum corpus purgare (concocta prius materia, vt diximus ex Hip. consilio aphor. 22. sect. 1.) Deinde parti resolutæ admouere cucurbitulam sine scarificatione, vt tantum fiat attractio spiritus animalis in partem malè affectam, & ad humoris impacti resolutionem seu dissipationem qui paralyfim procreat, idque non semel, sed sæpe, iteratam. Deinde vesicatoria, & vnguenta, & emplastra supra descripta, non solum parti resolutæ, verum etiam & origini neruorum, vt fecisse legimus Gal. in Pausaniæ Syri curatione.

In specie, curatio manuum, digitorum, & pedum, non differt à curatione descripta pag. 280. 281. 282. & 283. sed tantum in topicis admouendis.

In manu, & pedibus, tres considerantur partes, nempe carpus, metacarpium, & digiti. Si carpus, aut metacarpium resoluitur, ei topica sunt admouenda, non solum parti resolutæ, verum etiam postremis ceruicis, & primis dorsi vertebri: Si digiti, cubito.

Si in pedibus, topica sunt admouenda super vertebrae lumborum, & in inguinibus, à quibus scaturiunt nervi qui eò deferuntur.

℞. Oleorum costini, & laurini, vtr. ℥. i. axungia vel olei serpentis & ceræ flauæ vtr. ℥. β. pul. castorij, ℥. ii. euphorbij, pyretti, & piperis, singul. ℥. i. fiat vng. quo illinetur pars resoluta & origo nervi bis aut ter in die calidè post. forum sequentem. Vnguentū

℞. Rad. aristol. helenij, & dracuntii, i. serpentaria, & scilla, singul. ℥. i. fol. recentium primulae, salviae, centaury mi. chamæpith. rorism. & stoech. singul. m. i. baccarum iuniperi, & lauri, & sem. vrticæ, singul. ℥. β. conclusa duobus sacculis ex panno cannabino parū interpunctis bulliant in tribus partibus aquæ, & vna vini albi, admoueatur vnus parti resolutæ, & alter origini nervi qui eo defertur & motū & sensum præbet. Sacculi.

Si pauper fuerit, loco vnguenti illinentur partes oleo de piperibus, vel petroleo, vel vnguento martiano, aut aregone, & similibus. Vel cataplasma, aut emplastrum ex simili materia concinnatum.

℞. Oleorum è nuce Ind. & hyperici, & succorum salviae, & primulae. singul. ℥. ii. bulliant ad succorum fermè consumpt. in dupl. vase. Deinde addè axungia cati, & vrsi, aut alterius eiusdem facultatis vtr. ℥. i. pul. hermod. castorii, & myrrhae, singul. ℥. β. lumbricorum terrestrium vino generoso lotorum, siccatorum & pulverisatorum cum reliquis: styra-cis cal. & acori veri, singul. ℥. ii. ceræ, q. s. fiat magdaleon quo parentur emplastra super alutam extensa iustæ magnitudinis, partibus læsis & nervorum originibus admouenda. Si quis addiderit fimi columbini, aut hirundinum & synapis vtr. ℥. ii. erit efficacius. Emplastrū

Interdum supercilia, oculi, & labia resoluuntur, sed raro.

Si fortè contingat, præmissis vniuersalibus: supercilia resoluta curantur emplastro præscripto, aut vnguento, aut dropace, aut succo taphia, vel ruta, aut vrticæ, origini nervorum, qui oriuntur ex prima ceruicis vertebra. Si his remediis non curantur adhibe ferrum candens, aut cauterium potentiale. Si oculi, vtendum remediis in curatione linguæ resolutæ descriptis: nisi quod masticatoria errhinis sunt vtiliora: deinde vtendum erit sternutatoriis, vt vult Trall. Si labia resoluuntur, vtendum gargarismis purgantibus & reliqua præsidia sunt petenda ex curatione linguæ resolutæ.

De stupore.

C A P. X V.

*De variis
Gal. de-
scriptione.*

NΑΡΧΗ, ἢ ΝΑΡΚΩΣΙΣ Græcis, torpor, & stupor Latinis dicitur. Gal. lib. 4. de sympt. cap. 5. & lib. 5. cap. 2. eiusdem operis. & lib. 2. cap. 1. locorum affectorum agens de stupore. Est (inquit) sensus & motus diminutus partium nervosarum: vel, est symptoma tactus non exquisiti in partibus sensu præditis, sed debilis, cum motu pariter debili, & languido. Vel stupor, est symptoma mistum ex morbo & facultate: ita ut morbus quidem vrget, sed facultas aliqua ex parte reluctatur. Hinc fit ut quibus membrum aliquod stupidum est, ij quicquid tetigerint, obscuro & hebeti sensu percipiant, neque perfectè, & sine dolore moveri possunt. Differt à paralyfi & ab apoplexia magnitudine.

Quia in his duobus symptomatis sensus & motus in totum abolentur: in stupore verò tantum aliqua ex parte minuuntur. Qua in re in excessu defectuque magna est differentia, pro causarum inæqualitate. Magna nempe causa, magnum stuporem: parua, paruum: mediocris, mediocrem mouet.

De causis.

Causæ evidentes stuporis, sunt membrorum refrigeratio, aut compressio: crapula, ebrietas, argenti viui longa & assidua contractatio, & contactus torpedinis maris piscis. Causa antecedens & interna esse potest suppressio solitæ vacationis. Causa coniuncta, est partium nervosarum ut venarum & arteriarum obstructio, impediens transitû facultatis animalis, ut radii solares impediti ab opaca nube, aut ab aère caliginoso.

Signa diagnostica ex laborantis relatione disci possunt. Prognostica verò ex Mauritano Rhali 9 ad Almansorem c. 8. Via est ad paralyfim.

*De cura-
tione.*

Curabitur (si recens fuerit) frictione cum linteis calidis: si his non curatur internjs & externis remedijs præcedenti cap. enunciatis: incipiendo à mitioribus, tandem ad validiora progrediendum erit. Optimum remedium est tempore vindemiarum calcare vuas, vel macerare membrum stupidum in musto calente si datur facultas & anni tempus consentiat.

De Apoplexia.

De Apoplexia.

CAP. XVI.

AΠοπληξία Græcis, Attonitus Latinis dicitur: quia qui ea Denomine
 corripuntur, veluti attonitos reddit: nonnullis sidera-
 tio appellatur à repentina & inopinata inuasionè, veluti qui
 fulmine afficiuntur. Huius duæ ab Hip. assignantur diffe-
 rentiæ: vna fortis, & altera debilis. Fortis est repentina sen- Dinifio &
 sus & motus totius corporis priuatio, patiente cerebro com- descriptio.
 muni neruorum principio. Est acutissimus & immedicabilis
 morbus, quia intercipitur respiratio, sine qua nemo viuere
 potest. Debilis apoplexia est duplex: vna in qua respiratio
 quidem seruat, sed cum magna violentia procedit, & minus
 vehemens est quam fortis, & difficilis est curationis. Altera
 dicitur, in quam respiratio aliquem seruat ordinem & cæteris
 duabus facilius curatur, autore Gal. comment. in aphor. 42.
 sect. 2. quæque ab Hip. debilis vocatur.

Apoplexia à multis cerebri symptomatis differt: veluti à A quibus
 paralyfi, à lethargo, ab epilepsia, à caro, seu sopore, ab vteri symptomatis
 strangulatu, à mania, melancholia, stultitia, à memoria amissa, differe
 à syncope, à phrenitide ex Gal. 3. locorum affect. cap. 7. apoplexia.

A paralyfi non materia, quæ in vtroque est eadem: sed tan-
 quam totum à parte: quia apoplexia est resolutio totius cor-
 poris: paralyfis verò dimidij, vel vnius partis & non totius, &
 respiratione quæ in hac est libera: in apoplexia est interce-
 pta.

Ab epilepsia, distat motu & materia. Motus in hac est de-
 prauatus, in apoplexia est abolitus. Materia in apoplexia est
 crassa, lenta & frig. in epilepsia est tenuis & venenata, & perio-
 dos habet & recursus & non apoplexia. His succrescit hæc
 semper sedem habet in cerebro: epilepsia verò non semper
 in cerebro, sed per consensum in aliis partibus, & sine stertore
 cum facili respiratione. In hac fit resolutio per spumam in
 ore. Apoplexia verò resoluitur in paraplexiam. Distat à le-
 thargo, febre, qua caret apoplexia.

A caro seu sopore, ac reliquis soporosis symptomatibus

sola respiratione, quæ in his libera est, quamvis ægri fixis oculis apertis, sine sensu, aut motu, aut sine mente remaneant. Soluta caro, prospera succedit valetudo: soluta apoplexia non valetudo sed paralysis succedit.

Comitialis morbus medius est inter soporem & apoplexiam, & soporem, catalepsim & catochen: quia in sopore & morbo comitiali cerebri ventres magis afficiuntur: in apoplexia verò corpus ipsum cerebri magis affici solet. Adhæc in caro seu sopore, pars cerebri anterior afficitur: in apoplexia vero & morbo comitiali vtraque pars afficitur. In catocoe verò, & catalepsi posteriora cerebri potius afficiuntur. Gal. lib. 4. locorum affectorum cap. 2.

Ab vteri strangulatu distat, vapore maligno, qui licet in cerebrum feratur respirationem non impedit, nisi fauces simul præcluserit & compressu digitorum, ex quo sentit, & non in apoplexia. autore Hip. parte 4. lib. victus acutorum paulo ante finem.

A syncope quoque dissidet apoplexia pulsu, qui in hac est plenus & validus, nisi quum mors est in propinquo. In syncope verò pulsus est nullus, aut paruus, obscurus, ac languidus existit. Si apoplexia est mitior: sensus quidem & motus inest, sed admodum stupidus, & incertus, ac tum ferè pars altera corporis resoluta ingrauescit.

De causis.

Causarum efficientium aliæ sunt euidentes seu externæ, aliæ sunt internæ. Euidentes sumuntur ex aëris intemp. frig. & pluuiosa, qualis in hyeme fieri solet, & ex ætate senili. Hip. sect. 3. aphor. 16. 23. & ultimo. Gal. lib. 2. cap. 3. de morb. causis. Natatio in aqua frig. peregrinatio in locis editis, & niuosis: ebrietas, libido, somnus diurnus &c.

Internæ, vt obstructio meatuum cerebri interiorum, humor frigidus, crassus, & lentus, siue pituita fuerit, seu melancholicus.

Interdum fit à sanguine pituitoso, (replente venas & arterias à propriis vasis non effuso) obstruente interiores meatus ex Auicenna fen 1. tertij, tract. 5. cap. 12. hæc opinio mutuata esse videtur ex Gal. cap. 7. lib. de sang. missione per venæ sectionem. Hanc opinionem non admittit Fern. cap. 3. lib. 5. de symptomatis.

Qui pro-
penf.

Quibus caput graue, & frequenti sopore tentatur, & à prandio dormire consueuerunt, eorum corpus pigre euadit,

& horum oculi tenebris offunduntur, & senes, & iuvenes obæsi, qui nimis indulgent genio, & qui sunt breui & angusta ceruice, hi sunt apoplexiæ oportuni.

De signis imminētis Apoplexiæ.

Signorum alia sunt quæ imminentem Apoplexiam, alia quæ præsentem notant. Imminentia, sunt capitis dolor, stridor dentium in somno, motus corporis piger, inflammatio venarum colli, & frequens vertigo, incubi, & epilepsiæ frequens insultus, & maxime in sene. Præsentia signa describuntur à Rhasi lib. 9. ad Almansorem ca. 4. Si (inquit) aliquis veluti sopore oppressus decumbit, & sine somno naturali stertit, cumque pungitur, non sentit, certum est eum apoplexia teneri, quia sensus est abolitus, & respiratio intercepta. Est sanè huius morbi magnitudo æstimanda, secundum quod fortiter, aut debiliter stertit, & respirat æger. Quum itaque illi ob summam spirandi difficultatem, spuma ab ore erumpit, nullis remediis illi subueniri potest.

Signa fortis apoplexiæ.

Verum si leniter stertit, & liberius æger respirat, morbus lenior mitiorque existit, degeneratque in paraplegiam. Cæterum cum apoplecticus mortuo sit similis, sequentibus signis explorandum an uiuat aut penitus est extinctus, à respiratione sumptis. Lana carpta aut gossipium carptum aut tenuis pluma ori admota aut naribus, similiter speculum tersum, si illa mouentur, aut hoc aliqua caligine obducitur, certissimum est ægrum viuere: quia respiratio sine vita, & vita sine respiratione separari nequeunt, ut docet Gal. ca. 5. libri 6. locorum affectorum.

Si non debilis apoplexiæ.

Quamquam in apoplecticis nullum vitæ indicium appareat ante dies tres seu horas 72. non sunt sepeliendi: quia in tali spatio omnes humores suum peregerūt cursum. Historiæ perhibent nonnullos homines qui corde minus calido erant, ante illud tempus sepulti, reuixisse, felices erunt, qui alieno periculo cautiore sient.

Apoplexiæ (ab humore nempe melancholico) fiunt ætatis maximè à 40. anno, vsque ad 60. aphor. 57. sectione 6. Hipp.

De prognosticis.

Soluere apoplexiam fortem, nullo prorsus modo, debilem verò ægrè curaueris. Hip. aphor. 42. sect. 2. Qui valentes capitis repente doloribus corripuntur, & protinus muti fiunt, & stertunt, intra dies septem intereunt, nisi febris interuenerit: quia calor febrilis flatus dissipat, & pituitam crassam incidit, attenuat, & resoluit, & eius frigiditatem emendat.

Stertor qui apoplexiam comitatur non est signum essenziale, quòd etiam profundo somno oppressis accidere solet, teste Gal. in comment. huius aphor. qui non negat perire posse 3. aut 4. die, sed ultra 7. diem non procedere posse, ob partis affectæ præstantiam.

Curatio
apopl. de-
bilis.

Apoplexia, magna ex parte, est immedicabilis ratione, experientia, & autoritate Gal. cap. 7. lib. 9. meth. medendi post Hip. aphor. citato 42. sect. 2.

Apoplexia cum sit affectus acutissimus præcepit auxilium exposcit, potissimum in principio ne ingrauescat, autore Hip. aphor. 30. sect. 2. Circa initia & fines morborum, remissiora sunt omnia, in vigore vehementiora. Extremis morbis, extrema remedia, optima Hip. aphor. 6. sect. 1. Igitur ab initio ægrum agitato, concutito, dura frictione, & vinculis dolorificis vti-
tor: vt concreti humores fundantur, & spiritus animales exitum habeant. Sæpe enim similes apoplecticis concidunt ex leui obstructione, quæ agitatione corporis discutitur.

Similes quoque apoplecticis sunt cataleptici quoties ea fit ex plenitudine totius corporis, vel capitis, quum vix spirituales intercipiuntur.

Si sanguis dominatur, vt in iuuenibus *πολιαιμοις*, & vires constant, & venæ tument, exonerata prius aluo, (si fuerit astricta) educatur sanguis ad lb. i. vel ad lb. β. si vires tantam sanguinis missionem non ferunt, aut ætas, aut anni tempus dissuadeant.

Si degenerat in paraplexiam, iisdem remediis in paralyfi à pituita descriptis, vtendum: tam in sumptis, ad mouendis, quam educendis.

De Mania.

C A P. X V I I.

Mανία, i. furor & insania, est species (autore Gal. 2. de *De nomine*
causis symptomatum) ἢ Ὁξυφροσύνης. Est autem Ὁξυ- *Definitio.]*
φροσύνη σφοδρὰ ἀνω πίρεται, i. mentis abalienatio vehemens
citra febrem. Nulla alia re differt à phrenitide. Mentis si-
quidem utraque noxa est: sed proprium manix est febre ca-
rere. vt phrenitidis febricitare.

Manix sunt duæ differentix. Vna quæ melancholica dici-
tur de qua sequenti cap. agam altera vero mania de qua nunc
ago. hæc fit aut ex idiopathia cerebri, aut ex sympathia alte-
rius partis. Ex idiopathia, quoties cerebrum intemperie cal-
laborat, sine vitioso humore, vt in temulentis accidit, quibus
signa tribuunt, risum, vultum hilarem, & perpetuum can-
tum. Hæc mania est longè securior ea quæ fit cum studio, au-
tore Hip. aphor. 53. lib. 6. Αἱ Ὁξυφροσύναι, αἱ ἐνδὸ μὲ γέλατος γι-
νόμηναι ἀσφαλίστεραι, αἱ δὲ μὲ σπουδῆς, ἐπιτοφαιλίστεραι. i. Deliratio quæ
cum risu fit, tutior: quæ vero studio adhibito, periculosior.
Nunquam pituitosus humor eam parit: sed eum acrem &
mordacem omnino esse oportet: cuiusmodi est flava bilis: *Signa sicut*
aliquando etiam fit à copia sanguinis feruidioris, vt annota- *sanguine*
uit Hip. aphor. 40. lib 5. Γνωμῆν ὀκόσησιν ἐς τὴν πύθιν ἀίμα συ- *calidior.*
σπρέρεται, μανίην σημαίνει, i. Quibus ad mammas sanguis colligi-
tur, furorem significat. Interdum fit ab humore melanco-
lico, quum plurimum vstus est, aut computruit, de quo plura
cap. sequenti.

Si sanguini flava bilis multa admiscetur, iracundi, teme- *Signa sicut*
rariique euadunt. Si vero assata fuerit, crassiorque effecta, *bile.*
ferinus erit furor, sine febre tamen, à qua differt à phre-
nitide vt dixi, post Hip. & Gal. loco citato, & lib. 3. de locis
affectis, & Paulo Æg.

Signa futuræ manix, sunt capitis imbecillitas, risus in- *Signa fu-*
fectus, facilis excandescencia, aurium sonitus, oculorum *ture manix*
splendor, vigiliæ curæ.

Successu temporis omnia hæc ingrauescunt, anorexia, ve-

neris appetitus, & feminis profusio inuoluntaria, oculi cauantur, simulque intenduntur, ac fixi, consistunt. His apparentibus, aut quibusdam ex ipsis, sunt adhibenda aliqua remedia, priusquam altiores agat radices.

*De amore
insano.*

*De prognos-
tico.*

Est quædam manix species, quam Græci ἐρωτομανία appellat, à verbo Græco ἐρωτομανέω, i. amore captus insanio: hinc erotica carmina. Qui huius curationem suscipit consulat Auicem. Gordonium & alios qui copiosè scripserunt. Cælius Aurelianus lib. 1. *ἁρμονίων* cap. 5. rectè meo quidem iudicio scripsit hanc maniam frequentius accidere iuuenibus, ac mediis ætatibus, difficilè autem in senibus, difficilius in pueris & mulieribus. Hip. vero aphor. 5. lib. 7. *Ἐπὶ μανίᾳ δυσεντερία, ἢ ὕδρωψ, ἢ ἐνστασις, ἀγαθόν.* i. ab insania dysenteria, aut hydrops aut ecstasis bonum: & aphor. 21. sect. 6. *Τοῖσι μανομένοισι κίρσων ἢ αἰμορροϊδων ὀπιγνομένων, τις μανίης λύσις.* i. insanis si varices, vel hæmorrhoides superuenerint, insanix solutio. Hip. hoc in loco agit de mania quæ fit ab humore melancholico putri aut exusto, & non de eo qui acrimonia est expers, ex quo fiunt varices & hæmorrh. denotat materiam morbificam deorsum retrahi.

Curatio.

Imprimis multorum ingressus & maximè ignotorum est prohibendus. Deinde victus ratio est instituenda, quæ sit tenuis: cibi sint liquidi, & forbiles, & non solidi, & qui nullius aut certè perquam pauci sanguinis generatiui sint, & maximè si à copioso sanguine ortum duxerit feruidiore: & si à bile exusta fuerit, frigidi & humidus, vt eius acrimonia retundatur.

Item aër ad frigidum & humidum declinet. Aluus libera esse debet, quæ si talis à natura non fuerit, clystere sollicitanda erit. Satietas vitanda, & dulcia, quæ bilefcunt, necnon obstruentia, quia materiam morbificam detinent autore Auic. qui probat diuretica, quod eandem materiam per vrinas cito educant. Somnus probatur: contra iuges vigilix improbantur. Vino abstinendum initio curationis: in fine concedi potest tertium, aut oligophorum, & præcipuè si eo abstinere nequit: aut mania scaturiat ex metu, aut vires sint deiectæ, in parua quantitate. Huius loco vtatur ptisana, cum tantillo succi granatorum dul. aut meorum.

Quies iuuat, motus omnis corporis, & animi nocet: ob id verbis vel verberibus inhibeatur. Venus erotomaniacos iu-

uenes iuuat : senibus aduersatur : quia humidum primigenium depeculatur, & spiritus animales, & naturales exhaurit.

℞. Fol. maluæ, viol. borrag. & lactuæ, singul. m. i. prunorum, pa. viii. sem. 4. frig. ma singul. 3. ii. florum nymph. & violarum, chamæmeli, singul. p. i. coque in aqua suffi. ad 4. iii. dissolue mellis rosati, & olei rosati, cuiusque ℥. i. β. cassiæ cum sacch. & diapruni simpl. cuiusque ʒ. vi. fiat clyster supponendus si aluus est pigra, & iterandus quoties necessitas postulabit. *Clyster.*

Eo reiecto si mania fuerit à sanguine feruidiore, & ver fuerit, & æger πολιάμυς, aut suppressæ sunt hæmorrhoides, aut menses, educatur sanguis ex cephalica dextra pro virium ratione, & sanguinis impuritate ad ʒ. vi. ex angusto vulnere. At si fuerit mania à bile aslata, per cerebri substantiam diffusa, sanguinis missio non conuenit: quia bilis ferocior redditur, & sanguis est frænum bilis vt doctè annotauit Auic. cuius loco ceruici, aut vtriq; omoplatæ cucurbitæ admoueantur sine, & cum scarificatione. *De venæ sectione.*

In reliquis vniuersalibus & particularibus non differt à phrenitide & melancholia sequenti capite describendis.

De Melancholia.

C A P. X V I I I.

Mελαγχολία Græcis, desipientia Latinis dicta cum mania, *De melan-*
 i. furore de qua superiore cap. egimus) consentit & *cholia dif-*
 dissentit. Consentit, quia ambo sunt symptomata facultatis *ferentis.*
 imaginatricis deprauatæ sine febre. Dissentit in eo quod mania semper fit ab humore calido: & melancholia semper fit ab humore frigido cum metu & mœstitia. Ambo sunt species ἰδιότροποι. Cuius tres statuuntur differentiæ: vna *1. & 2.*
 idiopathica seu primaria dicitur: altera sympathica, quæ fit aut vitio totius corporis, aut alicuius visceris, nempe hepatis, lienis, ventriculi, vteri &c.

Tertia vocatur hypochondriaca, omnium mitissima, & curatu facilior: quæ flatibus scæter, ob id flatulenta nuncupatur. *3.*

Præter has tres differentias, quamplurimæ aliæ insurgunt differentiæ, quæ à variis imaginibus in cerebro deprauato cōformatis, varia nomina sortiuntur. Hinc fit, vt alij *λυκαθηρώποι*, alii *μουσαθηρώποι*, alii *ερώπιοι*. Quamplurimæ aliæ sunt differentiæ, quæ sumuntur à variis spectris ac phantasmatis quæ in cerebro formantur, à vaporibus melancholicis sursum sublatis, qui imaginationem deprauant & metum & tristitiam sine causa manifesta inducunt, vt Hip. cecinit aphor. 23. sect. 6. Visi sunt nonnulli qui testam sibi factam existimantes, obuiantibus cedebant, ne colliderentur. Alij, qui gallos cantare audientes, fingeant se esse gallos: vt illi ante cantum, alas agitabant: sic hi plausu brachiorum latera quatientes, gallo- rum sonū imitabantur. Alij sunt visi, qui timebant ne Athlas tanto onere grauatus pessundaret, & cum eo colliderentur, præ nimio metu, & tristitia. Alii sunt, qui fingunt se esse Imperatores, Reges, Papas, Cardinales, alii Prophetas, Vaticinatores, Poëtas, & poëtico furore perciti, versus semper componere se prædicabant. Alij se esse Sacerdotes, & semper pre- cationes murmurabant, & templa cōstruere volebāt. Alij qui forēsibus contētationibus diu insudauerāt, nihil præter arrepta, & libellos supplicatorios scribebāt, & recensebāt. Alij secundum vitæ genus institutum varia imaginabantur: alij qui in ventre vermes habebant, esse serpentes, ranas &c. iudicabant. Sic censendum de pluribus ex eodem fonte scaturientibus.

De causis. Horum symptomatum causas tam externas quam internas fusissimè descripsit Gal. lib. 3. de locis affectis cap. 6. ad quem lectorem ablego.

De signis. Signa præcipua teste Hip. loco citato sunt metus & mœ- stitia, quum longo tempore perseuerant. Minus præcipua, ægri sunt abiecto, & demisso animo, cogitatione, multa fingunt, & aliena loquuntur, idque perturbatè, & cōfusè, eaque fere tristia, se suaque negligunt, vitam sibi acerbam putant & amarissimam, etiam si ex ea migrare pertimescant. Alii ne lo- quendum quidem sibi esse putant, sed omnem vitam in taci- turnitate transigendam: Hinc fit vt hominum colloquium conspectumque magnopere fugiant.

Multi quærunt solitudines, mortuorum sepulchra, aut hor- ridas speluncas, eoque se recondunt: errantes sectantur sylvas, ac sæpe luporum ritu ululant, quorum vitium lycanthropia nuncupatur, Causa huius aut est intemperies frigida & sicca,
sine

sine affluxu materiæ, aut cum affluxu, qualis est humor melancholicus, vaporosus in cerebro contentus & genitus, aut aliunde accitus, qui cerebri substantiam occupat, & eius facultatem imaginatricem peruertit, inde variæ in eo efformantur chimeræ, variaque phantasmata.

Si à toto corpore scaturit, signum præcipuum describitur à Gal. loco citato 3. de locis affectis sumptum à colore sanguinis è vena extracti (præter metum & mœstitiam) qui si niger apparuerit, sanguinem melancholicum, in venis vniuersi corporis contineri iudicabis. Contra, si flauus, aut alterius coloris fuerit, iudica melancholiam non à toto corpore esse: sed ab aliquo viscere, ob id est sistendus. Alia signa sumuntur à victus ratione melancholica, ab anni tempore, aëris constitutione, regione, ægri ætate, corporis habitu nigro, duro, hirsuto, à venis latis, à suppressione hæmorrhoidarum, aut mensium, à vigiliis, curis, & alijs animi pathematis, quæ non parum conferunt ad originis notitiam, si à toto corpore fuerit, aut non. Adde qui molles, albi, aut obæsi sunt corpore, nequaquam melancholici sunt.

Signa si vitio totius corporis.

Signa hypochondriacæ melancholiæ, seu flatuosæ (quam Auicenna Myrachiam appellat) teste Gal. ex Dioclis sententia loco citato de locis affectis, præter metum & mœstitiam, sunt inflationes, & venarum meseraicarum inflammationes, quæ inter ventriculum, & iecur sunt sitæ, inde obstructio: ex hac plus solito vapores nigri & densi in caput eleuantur, & imaginationem peruertunt, & anadosim impediunt: hinc rugitus, ructus acidi, hypochondriorum dolor, & ardor, & grauitas, alui durities, vomitus, ventriculi dolor, & maximè à cibo, qui perseverat quousque cibus sit digestus. Dum coquitur multa accidentia eueniunt: concocto cibo minuitur dolor. Iuuantur à vomitu, ructu, flatibus sursum, vel deorsum eiectionis, & alui deiectione.

Signa melancholiæ hypochondriacæ

Signa si melancholia fuerit ab atra bile sanguini mixta, sunt insania cum risu: si sanguis non est mixtus ægri sunt effrænes, & ferarum more in homines sæuiunt, veluti maniaci, & vehementer insaniunt. Si melancholia pura fuerit, tunc mœrent, plorant, & mortem experunt. Hoc symptoma frequentius accidit (teste Aureliano lib. 1. τ̄ κρονιδ̄ cap. 5.) iuuenibus & ætate media, quam senibus, pueris, aut mulieribus. At Hip. in libello de virginibus, scripsit virgines interim fieri

Signa si atrabilis sanguini est mixta.

Qui prope.

melancholicas, à retentis mensibus, idque magis si ventur
amoribus. Idem quoque accidit viduis, quum curis & mœ-
rore animum conficiunt. Si quis plura desiderat, legat Auic.
Rhasem, Trallianum, Aëtium, Paulum & neotericos.

*Deprogno-
stico.*

Melancholia quæ fit vitio cerebri, aut totius corporis, si al-
tas egerit rad. est incurabilis: Quæ verò fit vitio splenis, quæ-
que hypochondriaca nuncupatur, curatur quidem, sed dif-
ficillimè.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι, καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσι, αἰμορροΐδες ἐπιγενόμεναι
ἀγαθόν. 1. Melancholicis & nephriticis, hæmorrhoides super-
uenientes, bonum. Hip. aphor. 11. sect. 6. & aphor. 21. eiusdem
sect. Τοῖσι μερομένοισι κερσάν ἢ αἰμορροΐδαν, ἐπιγενομένων τ' μακίνας λύσις. 1.
Infans si varices, vel hæmorrhoides superuenerint, insanix
seu melancholix solutio.

Melancholia hereditaria est immedicabilis: si post ali-
quem morbum acciderit, victu congruo & medicamentis
curari potest.

Melancholia assata, aut putrefacta in varios ac periculosos
morbos degenerat, autore Hip. aphor. 56. sect. 6. nimirum
in maniam 1. furorem: Alias in apoplexiam, quum humo-
ris sit decubitus in omnes cerebri ventriculos: si in neruos,
conuulsionem: si in oculos, cæcitatem parit. Interdum in
comitalem eodem Hip. teste lib. 6. epid. sect. 8. textu 54.
οἱ μελαγχόλικοι, καὶ ἐπιληπτικοὶ εἰώθασιν γίνεσθαι ὡς ἐπιλοπολυ, καὶ
οἱ ἐπιληπτικοὶ, μελαγχόλικοι. Τυτάν δὲ ἐκάλειρον μάλλον γίνετα, ἐφ'
ἐπόπεια ἀνρευση τ' εἶπο τὸ ἀβρώγημα, καὶ μὲν ἐς τὸ σῶμα, ἐπιληπτικοῖσι,
εἰ π' ἐπὶ τὴν ἀφροσύνην, μελαγχόλικοι. 1. Atra bile vexati, mor-
bo quoque comitali corripit magna ex parte consuevere:
& morbo comitali laborantes atra bile diuexati. At horum
vtrumque magis accidit, prout ad alterutram partem mor-
bus inclinatur.

Etenim si in corpus morbo comitali laborant, si verò in
mentem atra bile vexantur. Vt intelligenda sit Hip. mens, ex-
plicauit Gal. lib. 3. loco affect. initio cap. 6. Desipientix quæ
cum risu fiunt, sunt securiores, quæ cum studio periculo-
siores. Hip. aphor. 53. sect. 6. licet nulla desipientia sit segura
autore Gal.

De Curatione Idiopathica seu primaria.

VT singulis melancholiz differentiis suppetias feramus *De cur-
atione me-
lancholia
primariæ sã
non est in-
ueterata.
Vitus
ratio.*
sequens victus ratio erit instituenda. Imprimis aer ad-
calidum & humidum vergat necesse est, non caliginosus,
aut opacus, sed ab omni inquinamento purus. Esculenta om-
nia sunt boni succi, liquida potius quam solida: vitanda om-
nia dura, salsa, acria, piperata, glutinosa, quæque crassum
fæculentumque sanguinem procreant copiosè enunciata à
Gal. 3. loc. affect. cap. 6. Pro potu vtendum vino albo, aut ful-
uo, non vaporoso, aut tortiuo & nigro.

Somnus solito longior, confert; vigiliz nocent. Motus
corporis per loca amœna temperatus, iuuat; veluti Venus
mediocris.

Omnia animi pathemata sunt vitanda, & præcipuè metum,
& mœstitiã, & solitudinem. Nunquam melancholicus sit
solus, sed semper comitem habeat aliquem ex amicis & fami-
liaribus, aut citharædum, aut musicum qui mœstitiã demul-
ceant musicis instrumentis, & cantilenis. Venter si est pigra
solicitetur sequenti clystere.

℞. Fol. mal. viol. parietariæ, bugl. vel borrag. singul. m. i. pru- *Clyster.*
norum, pa. vi. ficuū pa. iiii. & sem. viticis, & cuscutz, vtr. ʒ. iii.
florum sambuci, p. ii. coque in iure capitis, vel extorum verue-
cis, ad lb. i. dissolue cassiæ cum sacch. & diaphœnici, vtr. ʒ. vi.
mellis viol. & olei viol. vel amygd. dul. vel butyri recentis, vtr.
ʒ. i. β. fiat clyster supponendus quoties necessitas postulabit.
Eo reiecto si æger est iuuenis, & quadratus, aut hæmorrhoides *De vene
sectione.*
aut menses sunt retenti, aut solita aliqua vacuatio, suppressa
mittatur sanguis ex mediana vena cubiti sinistri ad ʒ. vi. pro
vitium ratione, & sanguinis impuritate, & colore. Vel saphe-
næ vtriusque pedis, si menses sunt suppressi, vel hirudines
podici admoueantur prius repurgatæ in aqua, si hæmorrhoi-
des ægrum diuexant, & non fluant: secus venæ sectio locum
non habet, quia humor morbificus non continetur in venis
etiam consilio Gal. 3. loc. affect. cap. 6. & Rhasis: reliquum cu-
rationis versatur in humectatione, & humoris euacuatione:
sequentibus præsidii vtendum.

Syrupus in tres doses. ℞. Syrupi violati, aut de pomis, & de succo fumariz, vtr. ℥. i. β. decoctionis bugl. vel borrag. endiuiz, fumariz, asplenij, vuarum Damasc. ab acinis mund. prunorum dul. glycyrrh. & florum cord. quantum suffi. fiat syrupus clar. & arom. pul. lätitiz Gal. pro tribus matutinis. Deinde purgetur sequenti potione.

Potio purgans. ℞. Decocti præscripti, ℥. iiii. in eo coque fennæ mund. ℥. iiii. epithymi, ℥. ii. anisi, ℥. ii. caryoph. integrorum, numero 2. col. infunde cinnamo. ℥. i. rhab. ℥. i. diacarthami ℥. iii. cassiz recens extractæ, ℥. i. expressioni dissolue syrupi viol. ex 9. infusionibus, ℥. i. fiat potio summo mane propinanda.

Myrobalani ob earum astringentem & siccitatem non conueniunt, neque confectiones quæ eas admittunt, neque pariter catapotia.

Si quis potiones reijcit, & facilè vtitur catapotis, vtatur pilulis è lapide lazuli in parua quantitate ex Tralliani consilio.

Vel pilulis catholicis seu imperialibus, D. Fernelij lib. 7. methodi, quæ myrobal. non recipiunt, & citra molestiam corpus purgant.

Elect. molle. ℞. Pul. lätitiz Gal. & sem. citrij mund. vtriusque ℥. i. confectionis de hyacintho, vel alchermes, ℥. iiii. conseruæ rad. bugl. & viol. vtr. ℥. i. cum syrupo conseruat. rad. bugl. vel cum syrupo de pomis, fiat electuar. molle de quo quotidie mane cap. nucis instar horis iiii. ante primum pastum, superbibendo parum vini albi diluti aqua borrag. Purgato sic corpore (vt consulit Gal. loco citato) ingrediatur æger in balneo ex aqua dulci, tepida & non calida ne proritentur sudores, & exarescat & non humectetur.

De balneo naturali.

Ex hac aqua tepida (rasis prius capillis) perfundi potest caput, vel oxyrhodino sequenti, idque ante cibum & non à prandio.

Deinde in exitu lecti tota spinalis medulla illinetur oleo astringente, vt humiditas aquæ altius subeat & magis humectet. Vel

Balneum humectans

℞. Rad. althææ, & liliorum alborum, vtr. ℥. i. lini, & fœnugr. vtr. ℥. iii. herb. bugl. borrag. lupuli, fumariz, endiuiz, salicis, & lactucæ, singul. m. vi. florum nymph. sambuci, chàmæm. & meliloti, rosarum pallidarum recentium, aut rub. singul. m. ii. coq; in aqua suffi. pro balneo, de quo vtatur vt dixi.

℞. Oleorum rosati omphacini, & myrthini, vtr. ℥.i. β. acetosi rosati & aquæ viol. vtr. ℥.i. fiat oxyrhodinum quo ab alto perfundatur sinciput tepidè ægro adhuc sedente in balneo. Deinde rachitis in exitu illinerur sequenti vnguento, & contineat se in lecto cum leui coopertura.

Oxyrhodinum.

℞. Olei amygd. dul. & liliorum, vtr. ℥.iii. mucag. althææ & cydoniorū, vtr. ℥.i. β. butyri recentis, ℥.i. misce vsui dicto non prouocatis sudoribus. Si his non curetur, & altas iam egerit rad. priusquam vltra progrediatur, ad validiora erit recurrendum vt annotauit Gal. 3. loco affect. capite 6. hoc modo.

Linimentū pro spinali medulla.

℞. Succorum pomorum redolentium, ℔ ii. borrag. lupuli, & fumarizæ, singul. ℔.β. in his coque in fictili vitrato angustioris operculato, polypodij querni contusi, ℥.iiii. rad. buglossi, ℥.ii. cort. citrij sicci ℥.i. herb. borrag. scab. endiuizæ vulg. asplenij, & chamædrios, singul. m.i. sem. ocimi, & cuscutzæ, vtr. ℥.β. anisi, ℥.ii. vuarum Damasc. mund. ab arillis, pa. xii. ficuum recentium, pa. vi. florum sambuci, thymi, & viol. singul. p. ii. expressioni coque sol. sennæ mund. ℥.iii. epithymi, ℥.i. β. rad. ellebori nigri veri & non adulterini, & anisi, vtr. ℥.iiii. caryoph. integr. ℥.i. colatura traicta super colum medicum pro omni clarificatione coquatur in syr. cum syrapi violati ex pluribus infusionibus, ℔.i. & mannæ ℔.β. vt seruari possit cap. singulis hebdomadis ℥.iii. pro dosi cum decocto conuenienti, aut iure galli veteris.

Syrupus catharticus in multis dies.

Imprimis instituta victus ratione præscripta, & iniectione etiam clystere præscripto (si æger est aluo duriore) educatur sanguis ex vena axillari (si vitio fuerit hepatis) dextra, ad ℥. viii. si ætas, anni tempus, & vires consentiunt lato vulnere ducto: vel sinistra (si vitio splenis.) Si à suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus, aperientur venæ poplitis, vel saphenæ vtriusque pedis. Contra si quid eam dissuadeat, hirudines famelicæ, & repurgatæ in aqua pura per aliquot dies podici admoueantur. Si vires sunt deiectæ & venæ non tument, partiatur venæ sectio in plures vices, vt docuit Auic. qui multiplicationem numeri, quantitati prætulit.

Curatio si vitio hepatis aut lienis fuerit. Vng. seditio.

Post venæ sectionem minuatur materia peccans aliquo ecoprotiguo quale descriptum fuit pag. 308. aut bolus aut aliud simile in curatione febris quartanæ scriptum pag. 99. primi Tract. Deinde coquenda vt monet Hip. aphor. 9. sect. 2.

Corpora (inquit) quum quis repurgare volet, ea fluxilia faciat oportet, hoc modo si vitio hepatis:

*Apozema
aduersus
melanch.
ex affatio-
ne bilis.*

℞. Rad. bugl. ℥. ii. rad. rusci, asparagi, acetosæ & graminis, singul. ℥. i. herbarum cichorij agrestis cum rad. à matrice repurgatis, m. i. β. lupuli, fumarix, borrag. vel bugl. eupatorii, chamæd. lact. singul. m. i. v. capill. communium, singul. m. β. prunorum, pa. vi. sem. 4. frig. ma. & portul. endiuix, singul. ʒ. ii. florum ʒ. cord. p. i. coque ex arte in aqua suffi. ad ℥. i. in fictili vitrato angusti oris operculato. Colaturæ dissolue syrupi violati, & de granatis acidis, vtr. ℥. ii. fiat iulepus aut apozema clar. & aromat. pul. diamarg. frig. pro 4. matutinis. Vel si mitius requiritur, pro delicatis paretur sequens iulepus.

*Iulepus ad
idem.*

℞. Syrupi violati, & de succo endiuix, & oxyfacch. simpl. singul. ℥. i. aquarum stillatitiarum fumarix, cichorij, & borrag. ex alembico vitreo, singul. ℥. iii. fiat iulepus in tres doses.

*Si melan-
cholia fue-
rit vitio
splenis.*

℞. Syrupi de pomis simpl. & de succo buglossi, vtr. ℥. ii. aquarum melissæ, asplenij, & de eupatorio, singul. ℥. 4. fiat iulepus pro iii. vel iiiii. matutinis. Vel paretur sequens apozema.

Apozema.

℞. Quinquè rad. aperient. mund. & contusarum, singul. ℥. i. infundantur in parua quantitate vini albi super cineres cal. in pixide vitrata: deinde à vini separatis coquantur in fictili cum aquæ ℥. 4. & cort. tamaricis, vel capp. & medianæ cort. fraxini, singul. ℥. β. herb. asplenij, melissæ, scabiosæ, lupuli, fumarix, bugl. vel borrag. chamædryos, singul. m. i. glycyrrh. ʒ. 4. sem. endiuix, portul. cuscute, agni & citrij singul. ʒ. ii. florum tamaricis, vel genistæ, sambuci, & bugl. singul. p. i. colatura clarificetur cum vino infusionis radicum, & syrupi de epithymo, ℥. iii. & arom. pul. lætitix Gal. aut diambrix, aut cinnamo. si minus diues fuerit, pro iiiii. matutinis. Concocta sic materia vt monet Hip. aphor. 22. sect. 1. sequentibus præfidiis purgabitur.

*Syrupus
catharticus
ad melan-
choliā, ex
sympatbia.*

℞. Vuarum Damasc. à gigartidis mund. ℥. 4. polypodij querni contusi, & sennæ orient. mund. vtr. ℥. iii. epithymi, ℥. i. rad. vetratri nigri veri & non adulterini, ℥. β. sem. ocimi, & anisi vtr. ʒ. ii. caryoph. integrorū ʒ. i. seri lactis q. s. coque in fictili vitrato ad ℥. i. colaturæ infunde rhab. selecti, ℥. β. agarici troch. ʒ. iii. cinnamo. ʒ. i. super cineres cal. expressionem coque in syrupum cum mannæ Cal. & syrupi de pomis Saporis, vtr. ℥. β. dosis erit ℥. ii. aut iii. quia melancholici vt plurimum sunt alio dura, cum iure capi decrepiti mane, semel aut bis in hebdomade. Vel

℞. Massæ pil. delap. lazuli, indarum, & imperialium singul. ʒ. ii. agarici troch. & rhab. vtr. ʒ. i. veratri nigri veri, ʒ. i. cum succo fumariz fiat massa: ex cuius drag. i. aut ʒ. iii. forma pil. vi. aut vii. deauratas quas cap. post primum somnum aut primum galli cantum si potiones auersatur, quæ utiliores sunt carapotis, ex artis instituto.

Massa pilularum ad humorem melancholicum.

℞. Conseruz rad. bugl. ʒ. ii. conser. viol. & florum cichorii, & asplenii, singul. ʒ. ʒ. pul. diatriasfantali, & cōfect. alchemes, vtr. ʒ. iii. fiat opiara de qua quotidie mane præmissis superioribus cap. ʒ. ii. aut tres, superbibendo cochlearia aliquot aquæ stillaticiz buglossi, vel fumariz, & inulæ camp. horis iii. ante primum pastum. Balnea aquæ dul. aut composita superius descripta non sunt negligenda, neque sequens embrocatio: quia melancholici curantur dum humectantur. Qui pertinaciter his vtuntur, quamuis hoc symptoma difficilis sit curationis, curantur.

Opiara ad melanch. sympathicam, seu à toto seu ab aliquo viscere.

℞. Lactis caprini, & iuris capitis vel extorum veruccis, vtr. ʒ. i. butyri recentis ʒ. i. fol. fennæ mund. 4. ʒ. bulliant parum, & de colatura lauetur tepidè caput rasis capillis ægro in balneo sedente. Si cum Tralliano addideris luteos ouorum aliquot, erit efficacior.

Embrocatio.

℞. Coriand. prepar. ʒ. ʒ. santali albi, & rub. vtr. ʒ. ii. ros. rub. & fol. betonicæ, melissæ, & granorum tinctorum, singul. ʒ. i. nucis mosch. macis, ocimi, caryoph. & pul. diamoschi, singul. ʒ. ʒ. fiat pul. quo sinapisetur caput post embrocationem, & admoueantur stupe cannabinæ, & tegatur.

Pul. capitis à quavis melancholia.

℞. Pul. diatriasfantali, ʒ. ii. sem. endiuiz, & ros. rub. vtr. ʒ. i. nardi indicæ, schœnanthi, & fol. absinthii, singul. ʒ. ii. aquarum cichorii, lupuli, & rosarum, singul. ʒ. v. aceti infusionis capp. ʒ. ii. fiat epithema hepatis tepidè applicandum cum panno rubro denso, per multos dies continuando, bis aut ter in die si æger fuerit diues.

Epithema hepaticum.

Deinde illinetur iecur tepidè & non calidè unguento ros. cum pauco caphuræ. Si alius non fluit, & pauper fuerit, loco clysteris, aut potionis, parentur sequentes glandes quotidie indendæ.

Unguentum.

℞ Saponis, ʒ. iii. fellis bubuli, ʒ. i. ʒ. granorū colocynthidis puluerisatorū, & pul. hieræ Gal. & muscerdæ, sing. ʒ. i. ʒ. salis gemmei, ʒ. ii. fiat pasta, qua formentur balani iustæ magnitudinis, quibus vtatur quoties necessitas postulabit. Si hæmor-

Balani pro pauperibus.

rhoides non sunt, prouocentur, remediis suo loco describendis. Anacetum conuenire possit, dixi Gal. autoritate pag. 99. primi Tractatus comment. 3. in lib. Hip. de victu acut. textu 38.

*Curatio
melanch.
hypochondriaca.*

Hoc symptoma duplici remediõrum genere curatur. Primum genus versabitur circa vniuersalia: alterum circa particularia.

*Summacuratio-
rationis.*

Vniuersalia, versantur circa victum iam institutum, & purgationem humoris morbifici sursum per vomitum, vt deorsum peralui deiectionem factam: & euacuationem quæ fit per venæ sectionem, cubiti, crurum, tali, saluatellæ, & cucurbitas, & hirudines. Particularia versantur circa sumpta, & ad-mora.

*De venæ
sectione &
usu.*

Igitur sic instituta victus ratio, vt supra: prima corporis regio (si natura sursum repit, & ventriculus refertus sit copia pituitæ) vomitione blanda est expurganda: sin minus deorsum, eccoprotico blando, & non valido, aut clystere supra descripto, quæ sic purgata (ne humor morbificus in venas maiores transferatur) aperienda erit vena axillaris, vel crurum (si hæmorrhoides, aut menses, sunt retenti, vel hirudines famelicæ, podici admoueantur, hæc faciunt ad euacuationem, (si venæ turgent & est plethora) & ad reuulsionem. Et si quid dis-suadeat, coxis admoueantur cucurbitæ cum scarificatione, vt humor qui sursum repit, deorsum reuellatur.

Venæ sectio maximè conuenit, non solum ad euacuationem humoris & ad reuulsionem, verum etiam ad obstructions referandas, quæ impediunt alimentorum anadosin, & ad dolorem leniendum, & calorem inflammationemque sanguinis & venarum meseraicarum (quæ ventriculo adstant) demulcendam. Quantitas decerneretur pro cuiusque ætate, & viribus.

Vomitorii

℞. Rad. raphani per taleolas diuisa. ℥. i. rad. asari, & sem. atriplicis, vtr. ʒ. ii. agarici, ꝑ. ii. florum sambuci, & genistæ, vtr. p. i. coquantur in hydromelle, ad ʒ. vi. oxymellis simpl. ʒ. i. s. fiat vomitorium, tepidè bibendum si nauseabundus est æger, & facilè vomuerit: si difficilè & ventriculo impacta est pituita, mox à cibo in ore indita iuuetur penna oleo rancido illita. His præmissis digeratur humor in prima corporis regione contentus, in hunc modum.

Insipus.

℞. Syrupi de bisantiis, sine aceto præparati, & capilli ven. & de

& de succo bugl. vel de pomis, singul. ℥.i. aquarum stillati-
 tiarum lupuli fumarix, & endiuix, singul. ℥. iii. fiat iulepus
 aromat. pul. diarhodi, vel cinnamo. pro tribus matutinis.
 Vel

℥. Rad. graminis, rusci, asparagi, & helenij, singul ℥.i. cort.
 citrij sicca, ℥. ℞. herb. lupuli, fumarix, cichorij, melissæ, & ab-
 sinthij, (vt ventriculus malè affectus, sua astrictione corrobo-
 retur) singul. m. i. passul. (mund. à vinaceis) pa. xii. sem. cuscu-
 tæ, anisi, & petroselini, singul. ℥. iii. florum cord. p. i. coquan-
 tur in fictili vitrato in aqua suffi. ad 4. v. dissolue syrupi de
 epithymo, ℥. iii. fiat apozema clarificatum, & aromat. pul. læ-
 citiæ, vel diamarg. frig. pro 4. matutinis.

Initio curationis fortioribus diureticis non vtendum, ne
 humor melanch. deducatur in iecur & venam cauam, mor-
 bumque ingeminet, aut renum ardorem augeat. At in fine
 curationis diuretica vsurpari poterunt. Deinde purgabitur
 hoc modo.

℥. Polypodij querni contusi, ℥. vi. fol. sennæ mund. & epi-
 thymi, vtriusque ℥. iii. sem. fœniculi, & rutæ, vtr. ℥. iii. ellebo-
 ri nigri veri & non adulterini, ℥. ii. caryoph. integr. num. 4.
 coquantur in sero lactis ad ℥. iii. colaturæ infunde salis gem-
 mei, ℥. ℞. agarici troch. ℥. ii. rhab. ℥. iii. diaphœnici, & dia-
 carthami, vtr. ℥. iii. infundantur omnia simul per noctem. Ex-
 pressionem dissolue syrupi de pomis Saporis, ℥. i. fiat potio quam
 cap. summo diluculo ex artis instituto.

*Potio me-
 lanchoga.*

℥. Theriacæ veteris & probatæ, ℥. iii. conser. rad. bugl.
 ℥. ii. cum saccharo fiat bolus postridie deuorandus horis 4.
 ante prandium.

Bolus.

℥. Pul. diarhodi Ab. & de gemmis, vtr. ℥. ii. pul. diacydo-
 niten ℥. iii. pul. crocomartis ℥. iii. cort. citrij sacch. conditæ,
 ℥. i. conser. rad. satyrij erithronij, & bugl. & asplenij, singul.
 ℥. i. ℞. fiat conditum molle de quo quotidie mane cap. ℥. ℞. su-
 perbibendo parum vini albi aqua borrag. soluti horis iii. vel
 iii. ante prandium, sic per octo aut xii. dies continuando.
 Deinde, iterentur idem apozema, & potio purgans, quibus
 vtatur vt dictum est. Vel ex eadem materia parctur syr. ma-
 gistralis aucta purgantium dosi, cum manna, & sacch. de quo
 6. quoque die cap. ℥. ii. cum decocto asplenij, & chamæ-
 dryos. Si vitio vteri fiat, hysterica his remediis sunt permis-
 scenda.

*Conditum
 molle ad
 humorem
 melanch.*

*De parti-
culari cu-
ratione si
ab vtero.
Tabelle.*

℞. Troch. de absinthio, & pul. diatriasantali, & diamarg. frig. singul. ʒ. β. sem. cuscute, ʒ. ii. pul. crocomartis vel limatura ferri eodem modo preparata & sub. trita ʒ. iii. sacch. albi aqua stillatitia chamædrios soluti ʒ. iii. fiat tabellæ pond. ʒ. ii. cap. vnam quotidie mane horis iii. ante primum pastum superbibendo parum decocti fraxini, vel thamaricis.

*De cucur-
bitulis.*

Interea dum his vtitur remediis, optimum erit cucurbitulam cum multa flamma ad flatuum discutionem vmbilico admouere: per multos dies continuando.

*Pul. dige-
stius fla-
ens disen-
sians &
ventriculū
robotans.*

℞. Pul. diagalangæ, ʒ. i. pul. diacydoniten, ʒ. ii. coriand. in aceto prepar. & sem. anisi, cuscute & apij vel siseleos vel ruta, singul. ʒ. iii. cort. citrij sacch. condita ʒ. i. β. panis albi assi ʒ. 4. sacch. albi ʒ. i. fiat pul. cap. post singulos pastus cochlear paruum diu continuando. Huic pul. si addideris tunicæ interioris ventriculi gallinarum vino puro lotæ, siccata & puluerisata ʒ. ii. & cinnamo. ʒ. i. erit efficacior & palato non minus gratus.

Fomentum

℞. Rad. helenij, ʒ. ii. cyperi, & acori veri, falso calami arom. nuncupati, & bac. lauri, singul. ʒ. i. cort. citri sicca, ʒ. β. herb. mentæ sicca, absinthij p. ma. pulegij, ruta, melissa, singul. m. i. summitatum anethi, chamæm. & meliloti, sing. m. i. sem. 4. cal. ma. & ruta, singul. ʒ. iii. cymini, ʒ. ii. coquantur in lib. vi. aquæ & extra ignem inijce vini rubri ʒ. i. β. & cum spongiis in decocto imbutis & expressis ante vtrumq; pastum, per horâ foueantur hypochondria: hinc admoueantur cucurbita de quibus memini iisdem partibus sine scarificatione. Vel

Epithema.

℞. Pul. diacymini, & aromar. rosati, vtr. ʒ. i. β. sem. fceniculi, & ruta, vtr. ʒ. i. absinthij p. vel si ardor fuerit, pul. diatriasant. ʒ. ii. vel tantundem diamarg. frig. aquarum stillaticiarum fumarizæ, vel lupuli, & rosarum, vtr. ʒ. β. vini rub. ʒ. ii. fiat epithema vtrique hypochondrio tepidè admouendum spatio vnus horæ cum panno rubro denso bis aut ter in die, diu continuando.

Saccus.

℞. Ligni rhodii, acori veri, iridis Flo. & cyperi, singul. ʒ. ii. sem. ruta, & petroselini maced. cinnamo. & nucis mosch. singul. ʒ. iii. & pul. diamarg. & diamoschi, vtr. ʒ. ii. fiat pul. serico rubro tenui & gossipio excipiendus in scutum aut sacculum oblongum, interpunctum, qui vtrumque hypochondrium cum ventriculo comprehendat: post epithema, aut forum præscriptum, admouendum die nocteque ferendum. Vel

℞. Gummi caragnei, ℥.iiii. pul. cymini, rutæ, & bac. lauri, ſingul. ℥.ii. malaxatis omnibus extende ſuper alutam iuſtæ magnitudinis, & admoue hypochondriis poſt fotum aut epiche-
ma diu ferendum. Vel

Emplaſtrū

℞. Oleorum de capparibus, & ſambuci, vtr. ℥. i. ſ. ſucco-
rum abſinthij, & apij, vtr. ℥. ſ. bulliant ad ſuccorum mediæ
partis conſumpt. deinde liqua ceræ flauæ, ℥. ſ. & extra ignem
iniſce pul. nardi Ind. ſchœnanthi, mentæ, ſem. rutæ, & bac.
lauri, ſingul. ℥.ii. ſem. viticis, ℥. ſ. fiat linimentum quo hypo-
chondria cum ventriculo poſt fotum illinentur tepidè, pan-
no lineo appoſito. Si addideris inunctionis tempore guttas
aliquot vini rub. optimi, erit efficacius multò.

Linimentū

Balnea aquæ dul. aut compoſita quæ in aliis melancholiæ
ſpeciebus fuerunt vtilia, & capitis embrocationes, in hac non
conueniunt niſi fiat idiopathica. Inter cætera menſium &
hæmorrhoidarum prouocatio valet, ſi ſunt ſuppreſſi, quia per
hæmorrhoidas ſanguis fæculētus qui eſt mali labes citra mo-
leſtiam educitur, & ægri curantur, vt ſuis locis oſtendemus.

De Ophthalmia.

C A P. X I X.

IN hoc capite non de ſingulis oculorum ſymptomatis diſ-
ſerere eſt animus, ſed tantum de iis quæ frequentius acci-
dunt & maius negotium faceſſunt, inter quæ eſt Ophthal-
mia.

Οφθαλμία Græcis, lippitudo Latinis dicitur: eſt inflamma-
tio adnatæ oculorum membranæ. Huius duplex eſt differen-
tia teſte Gal. 2. ad Glauc. Vna humida, altera ſicca quæ *Ξν-
ροφθαλμία* dicitur. Prima diſtat à *ταραξι*, quod hæc fiat à cau-
ſa externa, nempe à radiis ſolaribus, fumo, puluere, oleo.
Ophthalmia verò à cauſis internis, videlicet à copia ſanguini-
ſ, bilis &c.

Deſinitio.

Cauſæ veræ ophthalmiæ referri poſſunt, aut ad ſanguinis
multitudinem: aut ad bilioſorum humorum acrimoniam, ve-
hementer adnatam membranam erodentem: aut à craſſorum
humorum & flatulentorum ſpirituum intenſionem. Signa

*Cauſæ in-
ternæ.*

R r ij

De signis
plenitudi-
nis.
Si à bile.

Apituita.

plenitudinis sunt, ingens dolor, qui oculos affligit, cum rubore, & calore magno, cum lachrymarum feruidarum magna copia. Si à biliosis humoribus orta sit, lachrymæ fluentes sunt falsæ, acres, & calidæ, & corpus vniuersum prauis abundare videtur humoribus, cacochymumque esse. Quod si nihil horum apparuerit, è crassis humoribus & flatulentis spiritibus esse dicendum. Cognoscetur hæc affectio ex rubore membranæ coherentis, ob sanguinis confluxum: ex lachrymis, ab oculis resudantibus, & purulentis sordibus in maioribus oculi angulis aceruatis. Quibus signis huius symptomatis 4. tempora distingui possunt diximus cap. 5. huius operis.

De signis
idiopathi-
cis, & sym-
patibicis.

Signa si per essentiam fit, dolor capitis præcedere solet, & grauitas. Si per consensum ventriculi fit, vomitus præcedit, nausea &c. Si fluxus humoris fit à partibus externis, frons intenta & venæ externæ sunt plenæ: Si à partibus internis, præcedit sternutatio, dolorque ab intima parte oculi, antequam ophthalmia appareat.

De progno-
si.

Hoc malum curari posse docuit Gal. lib. 4. catat. cap. 2. & lib. 3. cap. 2. meth. med. & lib. 13. cap. vltimo eiusdem meth. & laconicus noster Hip. aphor. 17. sect. 6. ὀφθαλμία ὑπὸ ἄλγος ποίνεσσι ληφθῆναι ἀγαθόν. 1. ophthalmia laborantem alui profluuiio corripit, bonum: quia humoris morbifici fit reuulsio, & vacuatio.

At prognosticum variat pro differentiarum vehementia, & humoris quantitate, & qualitate. Ophthalmia à causa calida, in regione cal. facilius curatur quam in frigida ob meatuum raritatem.

De θεω-
ρίαις.

In hac curatione non agam de taraxi seu spuria ophthalmia, sed de vera, quæ perficietur remediis vniuersalibus, & particularibus. Vniuersalia versantur circa victum, phlebotomiam, & purgationem: Particularia verò, circa præsidia interna & externa. Secundum morbi 4. temporibus & humoris prædominantis natura, quantitate, anni tempore, regione, & cuiusque temperie, vt docte laconicus noster Hip. aphor. 31. sect. 6. cecinit, ὀδύνη ὀφθαλμοῦ ἀκρηστοποσίν ἢ λυγρῶν, ἢ πυρῶν, ἢ φλεβοτομῆν, ἢ φαρμακίην λυεῖ. 1. Oculorum dolores meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut phlebotomia, aut purgatio soluit, vt in sequentibus apparebit.

Primus scopus erit de victu instituendo, qui sit plus mi-
De victu. nusue tenuis, pro ægri viribus, & refrigerans, pro natura hu-

moris morbifici. Moretur in aëre obscuro, quoniam lumen humores commouet, & spiritus resoluit. Initio morbi vinum interdicens, quia calfacit & vaporosum est. At inclinante malo, concedi potest, vt docet Hip. loco citato, quum nulla est plenitudo, & oculorum venulæ sanguinem crassum continent, tunc temporis materiam resoluit. Aquæ etiam magnam copiam improbat Gal. lib. 4. cap. 6. catatop. quia est cibi vehiculum & materiam in caput deducit. Potus erit ptisanæ, vel hydrosacchari pro deliciarioribus cum coriand. præparato, vel aromatizzato santalo, aut cinnamomo; parcus etiam esse debet ex Celsi consilio.

De potu.

Vescatur æger hordeatis, iuribus carniū boni succi, alteratis lactuca, oxalide, borragine, cum euphrasia, aut foliis fœniculi, & prunis ex aqua & saccharo elixis, aut pomis coctis & saccharatis: Initio pastus, & in fine, passulis exacinatedis, aut piris coctis sacch. aspersis, aut nucleis pineis recentibus, vuis corynthiacis, & similibus.

Probantur.

Improbantur omnia edulia, vaporosa, crassa, glutinosa, acria, salsa, caseus, piperata, legumina, brassicæ, pisces (nisi saxatiles, vt anadromi, perca, lucius, locustæ, astaci &c. qui sunt carne dura & friabili) aromata, castanæ, rapæ, & carnes duræ, & nigræ difficilis coctionis.

Improbantur.

Aluus libera esse debet: somnus & vigilia erunt moderata, æger super oculum infirmum non dormiat, neque super puluinar, neque elevato capite: Venus inimica est, & motus omnis violentus: Veruntamen si necessitas postulat modo sit temperatus & libero cœlo se credere voluerit: linteum atrum, aut cæruleum, aut viride oculis obducatur: hi enim colores visum recreant. Animi pathemata fugienda.

Secundus scopus erit de venæ sectione, quæ valet ad humoris euacuationem, & reuulsionem in omni lippitudine exquisita, & maximè si sanguis præpoller, & plenitudo adsit in magna quantitate: minus si bilis exuperet, ex vena cephalica eiusdem partis affectæ.

De phlebotomia.

Si quid eam dissuadeat, scapulis cucurbitæ cum scarificatione admoucantur, vel venæ temporales aperiantur ad deriuationem, quæ si ob earum paruitatem aperiri non possunt, aut copiosum sanguinem non euomant, admouenda erit hiruudo famelica, præmissis sequenti clystere aut eccoprotico si astricta est aluus.

Clyster.

℥. Herb. 4. emollientium, singul. m. i. fœniculi, m. β. prunorum, pa. vi. florum nymph. p. ii. coque in aqua ad t̄b. i. dissolue cassiæ cum sacch. & mellis rosati, vtr. ℥. i. olei nymph. ℥. ii. fiat clyster. Vel

Eccoproton.

℥. Cinnamo. ℥. i. rhab. ℥. iii. tamarind. ℥. ii. cassiæ recens à canna extracta ℥. i. infundantur omnia simul in decocto cichorii, fœniculi, euphrasiæ, prunorum dul. & florum cord. per noctem super cineres cal. expressioni dissolue syr. ros. sol. aut de fumaria comp. ℥. i. fiat potio summo mane propinanda. Sequenti die tundatur vena. Et si magna est plenitudo & iuuenis fuerit, denuo aperienda.

De purgatione 3.

Tertius scopus versatur in humoris antecedentis purgatione, vbi humor morbificus digestus fuerit, & non prius iuxta Hip. sententiam aphor. 9. sect. 2. Corpora quum quis purgare voluerit, ea fluxilia faciat oportet, in cum qui sequitur modum.

Iulepus in biliosa ophthalmia

℥. Syrupi endiuiz comp. & oxyfacch. vtr. ℥. i. β. aquarum fumariz, & fœniculi, vel euphrasiæ, vtr. ℥. vi. fiat iulepus pro iii. dosibus. Vel

Apozema ad idem.

℥. Rad. fœniculi, & cichorij erratici, vtriusque ℥. i. β. herb. endiuiz, euphrasiæ, lactucz, borrag. & capill. comuniū, singul. m. i. stoech. m. β. prunorum acidorum, pa. vi. sem. endiuiz ℥. iii. fœniculi, & melonis cucurbitæ, singul. ℥. i. β. florum nymph. & viol. vtr. p. i. coque in aqua suffi. ad t̄b. i. syrupi de succo fumariz, ℥. iii. fiat apozema clar. & arom. pul. diatriasanti, ℥. β. pro tribus matutinis. Vel

Iulepus in pituitosa pro tribus matutinis. Apozema ad idem.

℥. Syrupi de bisantiis, & mellis rosati, & syr. stoechadis, singul. ℥. i. aquarum melissæ, fœniculi, & betonicæ, singul. ℥. iii. fiat iulepus. Vel

℥. Rad. acori vulg. helenij; & fœnic. singul. ℥. i. herb. euphrasiæ, fœniculi, betonicæ, verbenæ, & stoech. singul. m. i. passul. mundat. pa. xii. sem. rutæ, suseleos Massil. vtr. ℥. ii. melonis, & cucumeris, vtr. ℥. i. florum rorism. saluiz, & bugl. singul. p. i. hydromellis, t̄b. iii. coquantur singula quo decet ordine ad tertias in fictili vitrato angusti oris operculato. Colatura clar. cum sacch. & arom. cinnamomo, pro iii. aut iiii. matutinis. Concocta materia purgabitur sequentibus vt monuit Hip. lib. de locis in homine per secessum & non per vomitum.

Ἡ πολετικὴ φαρμάκω, φυλασσόμενος μὴ ἔμεται πρὶν ἰ. aliquo

purgante medicamento aluum subducito, vitando ne vomitum prouoces, ne humores corporis agitati confluant in oculos.

℞. Aloës socotëræ aqua stillatitia euphrasiæ, vel fœniculi lotæ, ℥.iii. agarici troch. ℥.i. ℥. rhab. selecti, ℥. i. myrob. citrearum oleo amygd. dul. confricatarum, ℥. iii. sennæ orient. mund. ℥.i. masticis, zingiberis & cinnamo. singul. ℥.β. troch. alhandaal si pituitosa, vel diadacrydij si biliosa, grana vi. cum syrupo è succo fœniculi parato, forma massiam cap. bis in mense ℥.iiii. Vel

Massa pilularum.

℞. Massæ pil. lucis ma. & sine quibus, vtr. ℥. ii. diadacrydij, grana ii. vel tantundem troch. alhandaal, fiant pil. vi aut viii. quas cap. post primum somnum cum custodia domus. Vel

Pil. ext. porc præparandæ si morbus nõ dederit inducias. Syr. magistralis.

℞. Rad. fœniculi, acori vulg. & helenij, singul. ℥. i. fol. euphrasiæ, verbenæ, betonicæ, fumarix, mercurialis, cichorii, chamædryos, singul. m. i. uuarum damasc. mund. & prunorum, vtr. pa. viii. florum saluix, stoech. rorism. & euphrasiæ, singul. p. i. coquantur in aqua suffi. ad ℥b. i. β. colaturæ coque vnica ebullitione fol. sennæ orient. ℥. iii. & sem. fœniculi, ℥. β. & cooperto vasculo macerentur spatio vi. horarum super cineres cal. expressioni infunde cinnamo. ℥. ii. agar. troch. ℥. vi. rhab. selecti, ℥. i. β. etiam super cinere: cal. per noctem. Expressum lentis prunis coque in syrupum cum mannæ Cal. (si diues fuerit) vel sacch. si minus diues & syrupi viol. ex pluribus infusionibus, vel in eius penuria rosati sol. cuiusque ℥b. β. dosis erit ab ℥. i. ad ℥. ii. cum decocto conueniente semel aut bis in hebdomade, pro iis qui carapotia deuorare nequeunt. Sequenti die cap. sequentem bolum.

℞. Conseruæ florum euphrasiæ, si extiterit, vel betonicæ, & anthos, vtriusque ℥. ii. theriacæ probatæ & veteris, ℥. ii. fiat bolus cum saccharo, quem cap. horis iii. vel iiii. ante prandium.

Bolus.

Diximus particularem curationem versari circa interna & externa: præmissis vniuersalibus: Nunc agendum de inter-

De particulari curatione.

℞. Myrobal. conditarum, & cort. citrij sacch. conditæ, vtr. ℥. β. conseruæ florum euphrasiæ, vel betonicæ, vtriusque ℥. i. β. pul. sem. fœniculi, ℥. ii. macis, ℥. ii. fiat conditum cum saccharo rosato (addendo coralli rub. sub. triti, ℥. i.)

Conditum molle.

cap. quotidie mane ʒ.β. nihil superbibendo. Hoc inclinante malo, vsurpari poterit, vt puluis sequens.

Puluis digestivus. ℞. Pul. coriand. præp. & sem. fœniculi, vtr. ʒ. iii. pul. euphrasiz, ʒ. ii. cort. citrij sicca, & coralli rub. macis, cinnamo. singul. ʒ. i. margaritarum præp. ʒ. β. panis albi assi, & pul. ʒ. iii. sacch. albi ʒ. viii. fiat pul. cap. post singulos passus cochlear vnum nihil superbibendo.

Pul. alcer. ℞. Euphrasiz, & sem. fœniculi, vtr. ʒ. ii. sem. anisi, siseleos, & pzoniz, singul. ʒ. i. sem. rutæ, macis, cinnamo. carioph. & chamæd. singul. ʒ. β. fiat pul. subtilis cum sacch. rosati ʒ. viii. cap. cochlear vnum hora somni vt eius facultas in cerebrum deferatur cum vapore alimenti.

Aphor. 31. sect. 6. Vinum ex euphrasia paratum tempore vindemiarum ad reliquias humoris discutiendas potui datum convenire scripsit Hip. loco citato.

De externis. Remediorum externorum sunt varia genera, quæ pro 4. morborum temporibus variari debent, omnium Græcorum, Arabum & Neotericorum consensu.

Quandoquidem quæ vni tempori conveniunt, alteri officiant: quod ita sit, apocroustica initio curationis sunt vsurpanda: sed ante illorum vsum, sunt observandi 7. canones, quorum primus est, ne longo tempore in oculo permaneant, sed frequenter mutantur. Secundus, oportet medicamentum omni asperitate esse expers. Tertius, oportet medicamentum esse mediocris astrictionis, ne magna astrictione oculi tunicæ incrassentur, & humor altius incuneat, & eius digestionem impediatur. Quartus docet, narcoticis non esse vtendum, nisi magna urgente necessitate, cum medicamentorum calidorum mixtione, vt eorum vis narcotica altius in oculos subeat, quæ alioquin sua frigiditate sibi viam præcluderent, quibus initio morbi vtendum docet, & non digerentibus, ne fluxionem concitent. Sextus, vt sordes sæpe mundentur, vt illarum detersione, dolor minuatur. Septimus prohibet ne oculariibus remediis olea permisceantur, quia oculis officiant, quamvis frigida actu & potentia sint; in ophthalmiæ initio tam biliosæ quam sanguinæ repellentia conveniunt, modo pingua non sint. In augmento, illis quarta pars digerentium est miscenda: in statu, æqualia esse debent: in declinatione solis digerentibus vtendum, vt in sequentibus formulis apparebit.

℞. Boli orient. vel alterius astringentis, ℥ β. sanguinis dra-
conis, thuris, masticis & rosarum rub. singul. ʒ. ii. fiat pul. albu-
mine oui excipiendus in cataplasma quod fronti & tempori-
bus frigidè si æstas, vel tepidè si hyems admoueat. *Cataplas-
ma apo-
trochiscon.*

Si pauper, panni cannabini albi, succo plantag. vel solani,
vel alterius astringentis demersi, oculorum temporibus &
fronti sæpe applicentur.

℞. Aquarum rosarum, & plantag. cuiusque ℥. i. lactis mu-
lietis ℥ β. oui. i. albumen. His agitaris, distillentur in magnum
oculi canthum. Vel *Collyrium*

℞. Pulpam trium pomorum semiputrium sub cineribus as-
forum, pistata in mortario cum aqua pediculi rosarum, vel ca-
lycum glandium & albumine oui, vel mucag. sem. psyllij (si
magnus est ardor) fiat cataplasma vsui dicto. *Cataplas-
ma aliud.*

℞. Sarcocollæ in lacte muliebri, vel asinæ diu nutritæ, ℥. ii.
collyrij albi rhasis, & pompholigis veræ si extiterit, vtriusque
ʒ. i. aquæ fœnic. vel decocti fœnugr. ʒ. iii. fiat collyrium vsui
dicto. Vel *Collyrium
pro incre-
mento.*

℞. Lap. hæmatites (similitudine substantiæ conferre ocu-
lis scripsit Galen. simpl.) subtilissimè triti, ʒ. i. pompholigis
veræ, vel in eius penuria, tutiæ præp. & lap. calaminaris, vtrius-
que ℥. ii. sarcocollæ in lacte nutritæ, & aloës socotorinæ, vtr.
ʒ. i. aquarum euphrasæ, & calycum glandium, vtriusque ʒ.
ii. fiat collyrium vsui dicto. Si addideris ʒ. β. mucag. sem. co-
concorum erit efficacius, suo lentore diutius hærebit & mi-
nus diffluet, ob oculi rotunditatem, & mobilitatem, & sic suas
vires exercit. *Aliud.*

℞. Troch. albi rhasis ℥. iii. myrrhæ, vel calami odorati, & *Collyrium
pro statu.*
cadmiæ vstæ, lotæ & sub. tritæ, pompholigis, vel in eius pe-
nuria tutiæ præpar. ℥. ii. mucag. sem. fœnug. decocto me-
liloti extractæ ʒ. ii. aquæ rosarum ʒ. i. fiat collyrium vsui di-
cto. Ne forte pulueres non satis læuigatæ, oculorum adna-
tam sua asperitate lædant, prius in decocto per aliquot horas
macerentur: deinde per pannum lincum mundum colentur,
post fortem expressionem mucagini misceantur. Vel pare-
tur sequens

℞. Florum chamæm. meliloti, & ros. rub. singul. p. i. sem. *Aliud.*
fœniculi ʒ. i. coquantur in aqua verbenæ, vel euphrasæ, ad ʒ.
iiii. dissolve oui albumen, & sarcocollæ aliquandiu in lacte
muliebri nutritæ, pompholigis, vel tutiæ præpar. vtr. ℥. iii.

aloës socotorinæ & croci, vtr. \mathcal{D} . i. fiat collyrium.

Collyrium pro declinatione. \mathcal{L} . Aquarum rutæ, chelidonij ma. & fœnic. singul. \mathcal{Z} . i. sarcocollæ in lacte muliebri nutritæ \mathcal{D} . iiii. fiat collyrium vsui dicto. Vel

Aliud digerens & astringens. \mathcal{L} . Aquarum euphrasiæ, verbenæ, & muccag. sem. fœnugr. singul. \mathcal{Z} . i. pul. croci \mathcal{D} . i. antimonij loti, & rutæ præpar. vtr. \mathcal{Z} . β . pul. myrrhæ, \mathcal{D} . ii. sarcocollæ in decocto fœnugr. macerata & sub. trita \mathcal{Z} . i. fiat collyrium.

Aliud. \mathcal{L} . Myrrhæ electæ, \mathcal{Z} . i. rutæ præp. \mathcal{Z} . ii. sarcocollæ lacti muliebri nutritæ, siccata & puluerata \mathcal{Z} . iiii. muccag. fœnug. \mathcal{Z} . β . aquarum fœniculi & euphrasiæ vtr. \mathcal{Z} . ii. fiat collyrium vsui dicto. Sarcocolla in lacte nutritur, vt eius acrimonia retundatur, & sine morsu potentius digerat sine attractione.

Sarcocolla cur in lacte nutritur.

Interea ligaturæ, & frictions partium externarum non sunt præmittendæ initio curationis: quia trahendo humores ab oculis reuellunt: neque narcotica, nisi in parua quantitate, si ingens est dolor atque inflammatio: vt

Collyrium dolorem & inflammationem demulcens. \mathcal{L} . Opii, & croci, vtriusque grana iiii. cerusæ aqua rosarum lotæ, & siccata \mathcal{Z} . ii. muccag. sem. psyllij aquarof. extractæ, \mathcal{Z} . β . lactis mulieris, \mathcal{Z} . ii. fiat collyrium. Narcoticorum vsus non debet esse assiduus, ne adnata membrana corrugatur, ne cæcitas, aut suffusio inducatur, sed moderatus.

Catapl. ad idem.

\mathcal{L} . Medullæ panis albrimox è clibano exeuntis, macerati in muliebri lacte, vel asinæ \mathcal{Z} . ii. pistetur in mortario, tum dissolue opij \mathcal{Z} . i. croci \mathcal{D} . i. fiat cataplasma oculo male affecto applicandum & bis in die renouandum.

Fomentum in morbi declinatione.

\mathcal{L} . Fol. euphrasiæ, m. i. fol. rutæ, & paleæ auenæ, & chelidonij ma. singul. m. β . sem. fœnug. & fœniculi, vtr. \mathcal{Z} . iiii. stoechadis, & polij mont. vtr. p. i. coquantur in aqua pro fotu oculi cum spongia. Vel ex eadem materia concinentur duo sacculi quadrati, parui, intersuti, qui æquis partibus aquæ fœniculi, vel rutæ, vel euphrasiæ, & vini albi parum bulliti vicissim tepidè oculo dolenti applicentur. Nisi melius se habuerit, compone balneum ex eadem materia, quo duos ophthalmicos se sanasse gloriatur Gal. comment. in aphor. 31. sect. 6. Si neque hoc, vrito, vt docuit Hip. lib. de locis in homine. Vel ceruici inter primam & secundam vertebra admove cauterium potentiale, vel Seto secundum colli longitudinem, & non transversim, sic minus est molestus, & potentius cerebrum exonerat. Quos medicina non curat, ferrum curat, &

De Setone & cauterio

quos ferrum non curat, ignis. Errhina huic negotio non conueniunt, quia eorum vis, per magnum oculi canthum delata, commouent humores in oculos iam malè affectos, quorum masticare oportet passulas exacinatatas mane. Vel sequentem

*De enhi-
nis.*

℞. Vuarum Damasc. mund. in mortario pistatarum, ℥. i. pul. euphrasie, & masticis vtr. ℥. i. macis ℥. ℞. olei è sem. fœniculi, ℥. ℞. fiat pasta in orbiculos redacta, quorum quotidie mane masticabit vnum spatio horæ quadrantis, exonerata prius aluo, sic per multos dies continuando. Quoties in oculo relinquitur aliquod vestigium eruentum: præsentaneum remedium oculo est immittere sanguinem recens & calens ex ala columbæ extractum: quia est valde digerens.

*Apophleg-
matismus.*

℞. Coriand. præp. thuris, masticis, sandaracæ Arabum & non Græcorum, singul. ℥. ℞. gummi hederæ, ℥. ii. ℞. cyperi, ligni aloës, calami arom. euphrasie, sem. rutæ, & fœniculi, styracis cal. & beniuiini, singul. ℥. i. ℞. fiat pul. crassus pro suffitu oculorum prono capite mane & vesperi. Deinde parti anteriori capitis admoveantur stupæ cannabinæ calidæ. Si paracentesis est celebranda, digitis cutem prehende cum carne occipitii: tum acū traductā filo serico satis crasso transfige: & ita locum peruiū ad dies 30. aut 40. permitte: per interualla sublato, ac deinde reposito filo continuando. Hæc sunt quæ meliora mihi videbantur: nunc quisque suos foueat manes.

*Suffitus
cerebrum
roborans
& reli-
quias di-
scutiens.*

Initio huius capitis diximus *τὸ ἐξ ἑνὸς* esse ophthalmiam spuriam eamque fieri à causis externis, vt sole, fumo, puluere, oleo, crapula, casu aut ictu. Causa sublata, tollitur effectus. At si corpus impurum aut plethoricum fuerit, impuritas eius purgatione, & plenitudo vacuatione tollitur, remediis præscriptis.

*De taraxis
curatione.*

Si ab ictu aut casu fiat, metu inflammationis, ab initio sanguis est mittendus pro virium ratione, & ætate: aut si quid eam dissuadeat cucurbitulæ scapulis sunt admoendæ cum scarificatione. Deinde oportet dolorem lenire collyriis cum lacte muliebri iam descriptis, aut cum sanguine columbæ, aut turturis, qui sit calidus & non frig. Si fiat consensu ventriculi, expurgandus erit humor pilulis quæ myrobalanos & non elleborum recipiunt: Vomitus aduersatur. Apophlegmatismi, & gargarismi, & non errhina vsurpari possunt. Topica vt superius annotauimus pro 4. morborum temporibus sunt varianda.

De Albugine.

CAP. XX.

Descriptio.



Causa.

Signa.

ALBUGO nihil aliud est quam humor crassus in cornea, aut etiam supra hanc ita concretus atque densatus, ut omnem plerumque videndi aciem perstringat: quæ si alta & profunda fuerit, λεύκωμα à Græcis dicitur, si superficialia est, νεφέλιον, i. nebula. Gallis *Tache blanche en l'œil*. Causa interna duplex est: vna humor pituitosus, tenuis in ceratoïde membrana contentus, qui in puero imminui potest: at si crassescit, difficillimè curatur, & maximè in sene. Altera causa est cicatrix ab ulcere inducta: hæc curationem non admittit, sed cæcitatem inducit.

Si vlcus est prægressum, legitima albugo erit, patet ex ægri relatione. Sin minus, cognoscetur ex colore subalbido, qualis in nebulis subaspicitur quum est tenuis & superficialia. Si humor est crassior, eius color erit albus & visioni officit. Si est profundus, quia vicinior rhagoïdi, eius color est nigricans.

παρρησία
σις

Hoc vitium vix prorsus curari potest, siue exquisita sit, siue notha. Si à pituita imbibita fuerit, difficilè curatur: non impacta, facile. Si est valdè dura, aut ex cicatrice inducta, est immedicabilis.

Indicationes medicatrices sumuntur non à causa quæ præcessit, sed à præsentia, quia causa quæ præcessit, (ut vlcus) abest.

διεργασία

Ab vniuersalibus superiori capite descriptis, hoc malum non differt; non æque tamen in topicis administrandis.

Balnea aut fomenta μαλάκισα & χαλάσισα esse debent, ut albugo facilius (humectatis tunicis) extenuatur & dissoluatur.

Fomentum
emolliens
& relaxans.

℞. Rad. althææ, ℥. ii. rad. iridis, & liliorum alborum, vtriusque ℥. i. fol. maluæ, pariet. aut brançæ vrsinæ, palcæ auenæ minutim incisæ, singul. m. i. sem. lini, fœnugr. & fœniculi, singul. ℥. β. florum chamæm. meliloti & rorism. singul. m. β. coquantur in aqua, deinde vapore foueatur oculus prono ca-

pite, tantisper quoad facies rubeat. Deinde utetur sequentibus collyriis.

Ramenta tenuissima ebeni, si in vino optimo macerentur per 24. horas super cineres cal. ex colatura vice collyrij erit *Empirica collyria.* utendum. Vel huius loco succus papaveris rub. cum Gal. aptari potest. Vel

℞. Succorum chelidonij minoris, fœniculi & anemones depuratorum mellis rosati colati, singul. ℥. iii. distillentur in alembico vitreo, & ex aqua stillaritia distillentur ter aut quater in die in oculos. Vel *Collyrium.*

℞. Aquæ mellis, ℥. ii. succorum centaurij mi. & chelidonij, vtr. ℥. i. bulliant parum in vase æneo, deinde dissoluc salis fossilis, aut vitrioli albi, ʒ. β. tutiæ præp. ʒ. i. sarcocollæ, ʒ. iiii. fiat collyrium. Vel liquor solus ex vitriolo albo in albumine oui duro in cella vinaria per desensum extractus, & albugini sæpe instillatus confert. *Aliud.*

℞. Fimi apri, & hirundinum, vtr. ʒ. β. sarcocollæ, & sacch. crystallini, vtriusque ʒ. i. coralli rub. ʒ. iiii. testarum cancerum adustorum, ʒ. i. β. fiat pulvis subtilis ut alcohol oculis insufflatus cum calamo post collyrium. *Aliud fortius.*

℞. Succorum rutæ, fœniculi, & chelidonij ma. depuratorum, singul. ℥. ii. cornu cerui, & capræ adusti vtr. ʒ. i. β. myrrhæ, ʒ. iiii. piperis, ʒ. i. mellis ℥. ii. β. coquantur ad medias & fiat collyrium vsui dicto. *Collyrium.*

Si propter horum medicamentorum acrimoniam, & exactum oculi sensum venæ adnatæ turgent, & dolore infestetur oculus, vel ad inflammationem vergat, his remediis per aliquot dies abstinendum, donec symptomata conquiescant: quæ si perseverare experiaris, erit sequenti cataplasmate utendum.

Caseus caprinus recens in mortario marmoreo tritus admoueat. Vel lac muliebre adhuc calens in oculum indatur. Vel *Anodyna.*

℞. Tutiæ præpar. vel pompholigis, ʒ. ii. collyrij albi rhasis sine opio, ʒ. i. cum aqua ros. albumine oui, & decocto capitum, papaveris albi, fiat collyrium, cui adde croci, ʒ. β. vsui dicto. *Collyrium.*

Temporibus & collo, sequentia repellentia admota ad fluxionem inhibendam erunt utilia, sequenti modo parata. *Repellentia*

℞. Thuris, & boli armenæ, vtr. ʒ. ii. rosarum, baccarum, &
Sf iij

fol. myrthi, singul. ꝑ. iiii. omnium santalorum, singul. ꝑ. i. malaxentur oxycrato & cataplasmaticis instar, collo & temporibus admoſueantur: pacatis symptomatis, redeundum erit ad præcedentia, quæ si non profunt & laborantis corpus sit durum & siccum, ad fortiora confugiendum. Sic

Puluis & collyrium. ℞. Succorum vtriusque chelidonij, & rutæ, singul. ꝑ. ii. ossis sæpiæ, & lap. pumicis, vtriusque ꝑ. i. ꝑ. rad. aristol. rot. & tutiæ, vtr. ꝑ. iiii. spumæ maris, vel nitri, ꝑ. i. stercoris lacertæ, & hirundinum, vtr. ꝑ. ii. fiat pul. subtilissimus oculo insufflandus, vel succis depuratis dissoluetur pro collyrio. Vel huius loco vtere sequenti liquore.

Aqua stillatiua pro agrestibus. ℞. Rad. galangæ crassæ, fœniculi, & aristol. rot. in taleolas diuisæ, per triduum maceratarum in vrina pueri impubis, singul. ꝑ. i. ꝑ. summitatum rutæ, & chelidonij ma. & mi. fœniculi, verbenæ, minutim dissectarum singul. m. i. fellis lupi marini, vel terrestris, & accipitris, vtriusque ꝑ. i. florum rorisem. & centaurij minoris, vtriusque ꝑ. i. mellis optimi, ꝑ. i. vini albi generosi, ꝑ. ii. fiat sublimatio in balneo mariæ, in ꝑ. iii. huius aquæ dissoluesalis ammoniaci, myrrhæ, & nitri natiui subtritorum, singul. ꝑ. i. ossis sæpiæ ꝑ. iiii. sacch. crySTALLINI ꝑ. i. ꝑ. gummi tragac. quantum suffi. ad linimenti liquidi consistentiam. Deinde per magnum oculi canthum distillentur: sic facilius diffunditur per oculum, quàm per paruum canthum.

Linimentum liquidum.

Extremis remediis, & maxime duris corporibus, extrema remedia sunt idonea, cum Hip. & Celso, quibus satius est experiri aliquod & anceps remedium, quam nullum: modo ea perferre possint, quum ita dormitum. Si albugo iam nigra appareat vtere sequenti

Remedium aduersus nigram albuginem.

℞. Florum granatorum, aut balaustiorum, sumach, & gal-larum viridium, singul. ꝑ. ii. coquantur simul in aqua fabrorum ad ꝑ. iiii. colaturæ coque antimonij vsti, & plumbi etiam vsti, & lotorum vtr. ꝑ. i. ꝑ. & cum muccagine gummi tragacanthi fiat veluti linimentum sæpe oculo distillandum per magnum canthum cum gossipio aut panno lineo tenui. Vel
℞. Lactis agniñi q. s. coque diu & vtere vt supra.

De Suffusione seu Cataracta.

C A P. XXI.

SUFFUSIO Latinis, Ἰνδοξια & Ἰνδοξιας Graecis: Aquam Auicenna, & vulgus Cataractam appellant. Est symptoma visus aboliti, dum est consummata: debilis, quum humor adhuc tenuis, & aquosus est: deprauata, quum humor est diffusus inter rhagoidem & ceratoidem nondum concretus, neque vniuersam pupillam ambiens, sed partem vnam.

Distat à glaucomate, quod ægri nihil (vt cæci) vident: in hypochymate verò aliquid, perinde qui per obscuram nebulam aspiciunt, vident.

Est crassi humoris in cornea membrana iuxta pupillam concretio.

Suffusionis duæ sunt differentie autore Gal. 4. lib. de sympt. *Definitio*
cap. 2. *suffusionis.*

Vna exquisita, altera est spuria: exquisita fit à pituita excrementitia eaque (circa initium) tenui, quæ successu temporis crassescit, & albescit, sed non semper, quia quandoque fit citrinus, alias niger. *De vera suffusione.*

Eius quantitas angustare potest rhagoidem, & visioni ita officere.

Spuria verò fit, aut ventriculi vitio, aut totius corporis, *De spuria que fit per sympathiam ventriculi.*
aut cerebri.

A ventriculo, quum vapores pituitosi, aut biliosi à cibis malè concoctis in cerebri ventriculos per neruum opticum ascendunt, & deducuntur in oculum inter ceratoidem membranam & rhagoidem vbi concresecunt. Vitio totius corporis, vt in febribus continuis, instante crisi, per narium hæmorrhagiam &c. A cerebro, vt quum quis (deprauata imaginatione) floccos vellit, aut festucas carpit. Id quod euenit per februm ardentium vigorem, & phrenitidem, fumis ab vsto humore clavis, & per venas arteriasque in oculum cum spiritu visorio deductis, pupillamque opplentibus, atque obtenebrantibus. *Totius corporis. Cerebri.*

Multa ab Hip. lib. 3. progn. 34. & Gal. 3. crifeon cap. vltimo, sunt explicata. Hip. opinioni subscripsisse videtur Celsus lib. 2. cap. 7.

Differētię. Differentiæ, aliæ sunt quæ sumuntur à substantia, quantitate, à situ, aut à colore albo, gypseo, citrino, cineritio, rub. nigro: aut à magnitudine magna, aut parua quæ ad duas præcedentes referri possunt. Causæ sunt aut externæ, aut internæ.

Externæ, vt ictus, casus, capitis dolor, frigus, oculorum imbecillitas: internæ, sunt antecedentes, aut continentes: antecedentes, sunt humores vitiosi qui in oculos eleuantur, ex praua ventriculi coctione. Continentes, sunt humor crassus, & frigidus, sub ceratoide contentus, qui rhagoïdem cooperiens visionem impedit: alias ex vomitu. Senibus magis, & qui ex longo morbo ægrotarunt accidit. Paulus lib. 6. cap. 21.

De signis. Signorum alia sunt quæ imminentem, & futuram, alia quæ præsentem suffusionem indicant: alia sunt quæ à cerebro originem ducunt: alia quæ vitio ventriculi, vt doctè annotarunt Gal. lib. 4. cap. 1. de locis affectis, & post eum Aëtius, lib. 6. cap. 51.

Signa incipientis. Incipiente suffusione, ægris veluti culices parui, caliginosa quædam oculis sæpe obuersari videntur: & quidam ex ipsis piliformia vident, alii velut lanarum filamenta, aut araneorum texturas quibusdam apparent. Augescente deinde affectione, augescunt etiam accidentia. Perfecta verò, eadem homo non videbit, pupillaque colorem ad albedinem mutat. Color æreus, significat materiam fluidam: fluida cognoscitur, si moueatur ex oculi concussionem. Color gypseus, materiam crassam & non fluidam: citrinus, pituitam cum bile: nigricans, cum melancholia: cineritius, pituitam priuatam aquositate: de cæteris coloribus sic ratiotinandum erit. Nunc de aliis signis quæ distinguant exquisitam suffusionem à spuria, & quæ à cerebro ab iis quæ à ventriculo.

In genere suffusio cognoscitur ex læsa visione: exquisita à spuria distinguitur vapore: Nam si prodeat à ventriculo, vterque oculus afficitur æqualiter, contra in exquisita 2. symptomata per menses aliquot perdurant si à ventriculo, & pupilla non conspicitur tenebricosa: contra in legitima. Ad hæc si à ventriculo, visionis symptomata intermittunt: contra in exquisita, sunt perpetua. Insuper si ventriculus bene cõcoquit,

suffusionis

suffusionis symptomata non apparent, quæ apparent, dum malè concoquit. Ex his colligere licet, suffusionis symptomata augere & minuere pro ventriculi vitio: contra in legitima.

Suffusio inueterata, & gypsea, est immedicabilis: Contra recens curari potest, siue vitio cerebri, seu ventriculi scaturerit. Gal. lib. 4. meth. med. cap. vltimo. Si ab ictu aut casu, est incurabilis. Si à causa interiore fuerit, veluti ex scotomia, vertigine, phrenitide, aut à capitis dolore, curationem non admittit. Si opposito oculo clauso, malè affectus digito leuiter fricetur & catarrhacta dilatatur, & mox in pristinum locum reducitur, curationem admittit ope chirurgi. Contra si non reducitur, & diuisa manet non curatur, aut saltem difficillimè. Si consensu ventriculi, mutato victu prauo, in meliorem curari potest autore Gal. loco cit. inter colores, quæ est alba, cæteris coloribus facilius curatur. Quæ humorum oculi vitio fit, etiam facilius curatur. Si vna cum suffusione adest *αυαυρασις* i. gutta serena, est immedicabilis.

De prognosticis.

Signum catarrhactæ quæ ope chirurgi curatur.

Catarrhacta duplici remediorum genere curabitur: scilicet per vniuersalia, & particularia. Vniuersalia tribus scopis perficiuntur, priusquam malum altas agat radices: nempe victu, euacuatione, & purgatione. Imprimis vitandus est aëropacus, caliginosus, & pluuiosus, & aquilo, & frigus pedum. Vitare etiam oportet omnia esculenta vaporosa, oleaginosa, & odorata cerebrum replentia, legumina, caseum antiquum, brassicas & quæcumque sunt operosæ coctionis. Contraria his sunt prosequenda. Aluus libera esse debet: frictiones partium inferiorum sunt etiam vtilis. Venus, balneum, & vinum aduersantur: huius loco vtendum erit hydromelle aut hydro-saccharo. Si vino abstinere nequit æger, vtatur oligophoro, aqua parum cocta diluto si rubro vtendum.

De curatione vniuersali.

De victu. 1

Venæ sectio ex vena cephalica si corpus est plethoricum, aut à mensium aut hæmorrhoidarum suppressione conuenire potest, & à causa sanguinis, & non pituitæ, tanquam causa sine qua non: quia per hanc cerebrum refrigeratum, aquas largius cumulat, ac in oculum transfundit, idque per initia, & non dum constiterit, præmisso clystere si aluus est suppressa, hoc modo preparatus.

De vacuatione 2.

℞. Fol. betonicæ, rorism. maluæ, & mercur. singul. m. i. Clyster.
stoechad. m. ss. coque in aqua ad ℥b. i. dissolue hieræ simpl.
Gal. & diaphœnici, vtriusque ʒ. vi. mellis rosati, & olei chamæmeli, vtr. ʒ. i. ss. fiat clyster.

Depurgatione 3.
Carapota.
℞. Castorij, ḡ.iii. agarici (si pituita) ℥.i. vel rhab. (si bilis) ℥.i. β. pulueris hieræ Gal. & pil. assaieret, vtr. ℥.ii. cum guttis aliquot aquæ sceniculi, forma pil. 8. quas cap. post primum somnum. Expurgata corporis prima regione sequentibus vtendum.

Iulepus.
℞. Oxymellis scillitici, & syrupi de succo fumariz (si bilis) vel de stoechade (si pituita) vtriusque ℥.i. β. decocti betonicæ, sampsuchi, & verbenæ, ℥. x. vel tantundem aquarum stil-latitiarum harum herbarum fiat iulepus clarificatus & arom-
mat. santalo citreo pro iii. dosibus.

Carapota
alia vali-
diora.
℞. Massæ pil. sine quibus, ℥.iiii. si bilis, vel tantundem coc-
ciarum si pituita præpollet, cum granis aliquot troch. alhan-
daal & æger fuerit aluo duriore ḡ.iii. fiant pilulæ vi. deautatæ
quas cap. vt supra cum custodia domus. Sequenti die cap.
Bolus.
bolum ex mithridatio veteri, vel aurea Alex. & conseruis &
saccharo paratum. Purgatio præscripta sæpe iterari debet,
quia hoc malum non facilè cedit remediis.

Decura-
tione par-
ticulari.
Particularis curatio versabitur in condita, cerebrum aut
ventriculum corroborantia: in cucurbitulis ceruici apposi-
tis, in cauterio aut setone ceruici admoto: in apophlegma-
tismis, errhinis, collyriis, pulueribus, suffitu, emplastris, & ster-
nutatoriis. Sic

Elect. soli-
dum &
molle.
℞. Pul. diambæ & aromat. rosati, & pul. tunicæ inter ven-
triculi gallinarum, vino albo lotæ, siccata & puluerisatæ, sin-
gul. ʒ. i. conser. florum betonicæ, aut rorism. & cort. citrij
sacch. condit. & myrobal. emblic. conditarum, singul. ʒ. β.
sacch. albi aqua sceniculi aut euphrasiz soluti & cocti, ʒ. iiii.
fiat elect. in rhombos pondo ʒ.ii. cap. vnum quotidie mane,
horis tribus ante prandium, superbibendo parum aquæ me-
lissæ, vel scenic. Si elect. molle es compositurus, loco sacch.
reliqua excipiantur melle scillitico ad iustam crassitudinem
cocto, ʒ. iiii. cui si addideris ʒ. β. aut ʒ. vi. mithrid. veteris, &
probat, aut tantundem aureæ Alexand. erit efficacius. Hoc,
cerebrum, & ventriculum roborat, & coctionem iuuat.

Purgato corpore vt dictum fuit, si quid venæ sectionem
dissuadet, cucurbitæ occipitio cum scarificatione admotæ,
conuenient. Deinde cauterium potentiale inter primam &
2. ceruicis vertebram, aut huius loco seto admotus vt docui
pag. 322. initio curationis humorem reuellunt ab oculis.

℞. Pul. diamoschi, & plirisarchontici, vtr. ʒ. i. pul. diam-

bræ, ℥. ii. confer. rad. acori vulg. & myrobal. conditarum, *Elect. soli-*
 vtr. ℥. iii. sacch. albi aqua euphrasæ soluti & cocti, ℥. iii. fiant *dum si vi-*
 tabellæ pondo ℥. ii. cap. vnam dormiturus, vt vna cum vapo- *rio cerebri*
 ribus alimenti benignis earum vis in cerebrum deferatur. *fit.*

℥. Margarit. & coralli rub. tenuissimè (super marmor cum *Pul. dige-*
 lapide molari) tritorum, vtr. ℥. i. cort. citrij siccæ, macis, & *stians ad*
 cinnamo. singul. ℥. ii. pul. euphrasæ, sem. fœniculi, siseleos *suffusionē.*
 massil. & coriand. præparati, singul. ℥. iii. micæ panis albi sicca-
 tæ, & puluerisatæ & conferuæ rosarum siccæ, vtr. ℥. vi. fiat pul.
 de quo post singulos pastus cap. cochlear vnum nihil super-
 bibendo.

Vesicatorium pone aures admotum ob venarum & arte-
 riarum propinquitatem quod habent cum oculis, efficacius
 erit quam in occipitio admotum.

Superiori capite pag. 322. collyriorum, puluerum, apophleg-
 matismorum, errhinorum, fomentorum, suffituum, catapl. va-
 rias formulas dedimus, quæ huic negotio aptari possunt, vel *Simplicia*
 ex sequentibus quisque suo Marte componat, incipiendo à *medicamē-*
 mitioribus tandem ad validiora transeat, quæ non solum ad *ta quæ suf-*
 suffusionem, verum etiam ad pterygia & carnem superfluum *fusionsi*
 valent. Pueris & delicatis mitissima sunt vsurpanda, maxime *aptari pos-*
 in morbi principio. Inter mineralia simplicia, sunt pompho- *sunt.*
 lix, tutia, antimonium vstum, forum marchasita, vitriolum
 album, flos æris, æs vstum, cornu cerui vstum. fella animalium:
 ex gummis, myrrha, sarcocolla, thus, aloë. Ex succis herba-
 rum chelidonij, euphrasæ, rutæ, fœniculi, verbenæ, saccha-
 rum crystallinum, mel, album oui, fœnugræcum, & eius
 muccago, piper cyminum, fœniculus, seseli. Myrrha lauari
 debet, & sarcocolla nutriri in lacte muliebri: fella piscium
 sunt mitiora quàm animalium quadrupedum, aut auium quæ
 inter fortissima censentur & maxime rapina viuentium: in
 eodem genere sunt fella animalium venenosorum.

Ex his varia remediorum genera parari possunt, nisi quis *Stillacitia*
 maluerit vt in ophthalmia descriptis, vel stillacitio liquore *agua, ad*
 sequenti. *catarrha-*

℥. Mellis, ℔. ℔. rad. fœniculi, & aris. sol. rot. vel longæ, vtr. *℥. ii. ad al-*
 4. ℔. herb. chelidonis, rutæ, fœnic. singul: m. i. ℔. florum, vel *buginem,*
 summitatum rorism. recentium, & centaurij mi. vtr. m. ℔. *ad cicatri-*
 his contusis macerentur cum melle & vrina pueri impubis ℔. *cem & ad*
 i. in vase æneo per x. dies quarto quoque die agitando vt *pterygia*
 curanda.

æris æruginem contrahat, quam à vase rades & distillabis in vase æneo. Aqua seruetur vsui. Si aqua acrior percipitur eius acrimonia retundatur lacte muliebri, vel mucag. gummi tragacanthi, & vitello oui, hæc aqua valet etiam ad oculorum albuginem & cicatricem & ad pterygia.

*Alia aqua
stillatitia.*

℞. Summitatum fœniculi, chelidonij ma. verbenæ, & euphrasiæ, singul. m. i. fol. rutæ, m. β. incidantur minutim, & vino albo aspergantur. Seminum fœniculi, fiseleos, & sileris montani, singul. ʒ. iii. tutiæ præparatæ, & aloës socotorinæ, vtriusque ʒ. ii. sarcocollæ, ʒ. i. sacch. crySTALLINI, ʒ. i. β. mellis rosati colati, ʒ. iii. fellis perdicis, aut accipitricis, vel milui num. i. florum aut summitatum roris m. p. iii. fiat sublimatio in balneo mariæ; aqua seruetur vsui in phiala diligenter obturata. Vel paretur sequens

*Alia stillatitia
aqua vice
collyrii.*

℞. Tutia præp. in penuria pompholigis, ʒ. iiii. aloës optima & pellucidæ, sarcocollæ in lacte muliebri nutritæ, vtriusque ʒ. i. zingiberis, & caryophyllorum, vtriusque ʒ. ii. caphuræ, & croci, vtriusque ʒ. i. vini maluatici, & aquæ euphrasiæ, vtr. ʒ. ii. bulliant in phiala super cineres cal. ad liquorum medietatem, & colentur, & exprimentur: de colatura iniiciantur sæpe guttæ aliquot in magnum oculi canthum: quòd si tenacius requiritur dissolue parum mucag. gummi tragacanthi.

Collyrium.

℞. Pompholigis vel in eius penuria tutiæ præp. ʒ. ii. anti monij loti, & aloës socotorinæ, & sarcocollæ in lacte humano nutritæ, singul. ʒ. i. vitrioli albi ʒ. β. fiat pul. subtilissimus oculo insufflandus per tubum calami: vel para collyrium cum vini maluatici & aquæ ros. vtr. ʒ. i. β. vsui dicto. Si his non conualuerit æger, præmissis vniuersalibus vtatur per 15. aut 20. dies hydroticis remediis ex rad. apios seu chinæ, vel sarzæ parillæ, cum ligno sassafras, paratis: modò 4. quoque die pilulis præscriptis purgetur.

*De dieta
sudorifica.*

Si neque his, & confirmata fuerit, committat se oculariis chirurgis expertis, & non circulatoribus quibus nihil est difficile.

Περὶ ἀμαυρώσεως καὶ ἠαμβλυωπίας: ι.

De Obscuritate, & Hebetudine Oculorum.

C A P. X X I I.

HÆC duo symptomata, fiunt ex iisdem causis & sola maioris minorisque ratione ad inuicem differunt. *De gutta serena.*
 Ἀμαυρώσις est absolutum visus impedimentum, nullo manifesto affectu in oculo apparente, sed pupilla planè pura atque incolumi. Arabes & eorum sequaces guttam serenam appellant. Vtriusque symptomatis causæ sunt similes ex Aëtio lib. 7. cap. 48. & Paulo lib. 3. cap. 22.

Causarum signa promiscuè describit Aëtius loco citato hoc modo. Omnis gutta serena, seu visionis obscuritas & hebetudo fit, aut confertim, aut paulatim. Confertim, ex casu, aut ictu illato, tunc prominet oculus: aut ex aliquo humore crasso neruum opticum obstruente qui spiritus visibiles impedit, quominus perueniant vsque ad humorem crystallinum: tunc pupilla pura & incolumis remanet, & nihil vident aut saltem obscure: capitis grauitas consequitur, iuxta oculorum radices. *Signa si confertim.*

Si paulatim fit, quum tunica ab ætate senili crassescunt & humores densantur, tunc spiritus visiuus imminuitur & debilis fit. Alias ex aliquo qui præcessit morbo diuturno, veluti assidua cruditates. Alias ex meraciore potu, aut insolatione, capitis inustione ac ardore, aut perfrigeratione, aut assidua lectione post cibum, aut balneo post cibum: aut vomitu intempestiuo, aut immoderato coitu, spiritus detentione violata, vt in tubicinibus contingit: quæ omnia & his similia dum modicè fiunt, visus hebetudines: dum verò immodicè, obfuscationem efficiunt. *Signa si paulatim.*

Hæc symptomata paulatim facta (nisi in senibus) curari possunt: quia à moderatis & non immoderatis causis originem ducunt. At si confertim fiant, tanquam ab immoderatis causis, veluti à casu, aut ictu illato, aut ab aliquo humore crasso ac viscido in neruum opticum illapso difficilius multò curantur. *Prognostica.*

Decur-
tione.

Victus sit boni succi, & exsiccans, si ab obstructione fuerit. Aër vergat ad siccitatem: somnus sit nocturnus, & non diurnus: alius esto fluida, fugiat vinum, coitum, vomitum, & balnea, & animi pathemata. Exercitium, deambulationes non in sole ardenti, & frictions sunt, vtilis locis vmbrosis cum Aëtio, & non mox à cibo legant, aut scribant. Reliquum curationis tam in euacuatione, & purgatione quam topicis petendum ex capite Suffusionis præscripto à qua non differt.

De Visus debilitate.

C A P. • X X I I I.

VISVS debilitatem Græci *Muornias* & *Muorniam* appellant, teste Aëtio lib. 7. cap. 45. quæ duplex est. Vna insita, altera ascititia: de illa non ago, quia in ea à natiuitate parua vident prope, magna verò procul videre non possunt, & hæc myopia est immedicabilis.

Ascititiæ verò myopiæ curationem aggredior, quæ fit aut ab intemp. frigida & humida, aut à spirituum crassitie: sublati vaporibus crassis à ventriculo ad superiores partes, quum homo ad vomendum est procliuis. Distat ab *ἀμαυρωσις*, quod hæc fieri potest à causis multis: myopia verò, sine causa manifesta. Distat item à nyctalope, quod in hac die quidem vident, occidente verò sole obscurius: deinde noctu penitus nihil cernunt: longè se habent myopes. Aëtius cap. 46.

Ex hac classe excipio senes, qui eminus quam cominus acutius vident: contra in lusciosis accidit. Huius rei rationem reddit Aristot. problemate 26. sect. 32. ad quem lectorem ablego.

De causis. Causæ debilitatis visus sunt multiplices, pro quarum varietate varia sunt præscribenda præsidia Si ab inanitione scaturit, aut ob aliquam insignem sanguinis, aut humoris vacuationem: per alimenta euchyma, & eupepta occurrendum erit, ad spirituum generationem.

Si ex intemperie frig. & humida, aut à spirituum crassitie, à

contrario curanda : si à vaporibus è ventriculo in oculos sub-
blatis, vomitu.

In genere victus ratio sit calfaciens & siccans. Vitando *De victu.*
omnia crassa & humida, & frigida: qualia sunt legumina: vi-
tabit etiam pisces, & fructus recentes, & brassicam, caseum &
quæcumque qualitate manifesta, aut latente oculos lædunt.
Rapæ, & napi, à qualitate occulta, elixæ cum salvia, maiora-
na, fœniculo, verbena, & pauco cinnamo. aut nuce moschata,
ad flatuum discussionem, plurimum huic negotio commen-
dantur. Zingiber conditum, conserua florum rorismarini, &
esus carniū assarum hirundinum, & passerum valet acilla-
rum auium cerebrum, cum tantillo pul. diambæ, aut dia-
moschi, aut alterius pul. suaue olentis. Et si alius est pigra,
paretur sequens

℞. Fol. fœniculi, verbenæ, betonicæ, rorism. & origani, *Clyster.*
singul. m. i. sem. rapæ, aut napi, & sileris mont. rutæ, singul.
z. ii. stoech. arab. & florum hyperici, vtr. p. i. coque in aqua ad
℔. i. dissolue hieræ pachij, z. vi. mellis anthosati, & olei de ca-
storio, vtr. z̄. i. β. fiat clyster. Si corpus videtur plethoricum,
educatur sanguis ex vena cephalica, pro ægri viribus, ætate, &
anni tempore. At si quid eam dissuadet, occipitio cucurbita
admoueri potest cum scarificatione.

At si cacochymum fuerit, præparato humore sic expur-
gandum erit.

℞. Rad. fœniculi, & sarzæ parillæ, vtr. z̄. i. β. herb. beto- *Apozema*
nicæ, verbenæ, euphrasiz, fumariz, fœniculi, melissæ, stoecha- *in 4. doses.*
dis, singul. m. i. comæ absinthij, & mentæ siccæ, (si vitio ven-
triculi) vtr. m. β. sem. rutæ, siseleos, anisi, & fœnic. singul.
z. ii. cort. citrij siccæ, z. iii. florum rorism. & bugl. vtr. p. i. co-
que in duabus partibus aquæ & vnà oxymellis ad 4. v. fiat
apozema clarificatum cum sacch. & arom. pul. diambæ aut
nuce moschata pro 4. matutinis.

℞. Castorij, & sem. fœnic. vtr. ḡ. ii. agarici troch. ℥. β. *Catapotia.*
massæ pil. lucis ma. & sine quibus, vtr. ℥. ii. cum guttis ali-
quot aquæ saluiz, aut raparum, fiant pilulæ vi. cap. solito
more.

℞. Mithrid. veteris, & probati, & conser. florum saluiz, aut *Bolus:*
rorism. aut stoech. vtr. z. ii. cum sacch. fiat bolus, cap. po-
stridie mane. Purgato sic corpore vtatur per mensem deco-
cto guaiaci.

Pulvis digestivus.

℞. Coriand. præp. sem. fœniculi, anisi, & rapæ, vel napi, singul. ʒ. ii. pul. diacydoniten ʒ. iii. seminis rutæ, nucis mosch. & pul. diagalangæ singul. ʒ. ʒ. micæ panis albi siccatæ & puluerisatæ, & sacchari albi, cuiusque ʒ. vi. fiat pul. de quo vtatur post singulos pastus senecta viperina aut serpentis tenuissimè trita & in oculos insufflata per tubum calami, his symptomatis visum acuit à forma specifica. Diosc. lib. 2. cap. 19.

Sublimatio

℞. Succu serpentariæ, & succu granatorum, & mellis rosati, singul. ʒ. iii. succu maioranæ, ʒ. ii. fellis serpentis, ʒ. i. ʒ. vini albi optimi, ʒ. ʒ. fiat sublimatio in vase æneo potius quam in alio, quia æs oculis conuenit. Vel huius loco paratur ea quæ pag. 335. est scripta.

Alia.

℞. Succorum apij, fœnic. verbenæ, chamædr. pimpinellæ caryophyllatæ, saluiæ, chelidoniz, rutæ, centinodiz, & morsus gallinæ, singul. ʒ. i. caryophyllorum, & farinæ volatilis, vtr. ʒ. vi. piperis crassè triti, nucis moschatæ, & ligni aloës, singul. ʒ. iii. Omnia mergantur in vrina pueri impuberis, & sexta parte vini maluatici. Deinde parum bulliant, tum exprime, & percolatum ius in vase vitreo bene obturato reponet. Hora somni in singulos oculos distillaguttam vnam aut alteram.

Sunt qui scribunt hoc decoctum restituisse visum cæco 9. annorum.

Aphlegmatismi, sternutatoria, & cauteria capitibus supra enunciatis aptari possunt. Caprinum aut hircinum iccuratum & comestum valet. Vinum euphrasiz, tempore vindemiarum præparatum est valde vtile.

Pariter sanies quæ defluit ab hircino iccore aut ex felle animalis rapacis sæpe irrorato in veru dum assatur, oculis indita plurimum à Celso lib. 6. cap. 6. & Paulo lib. 3. cap. 22. commendatur.

Ad oculos sanguine suffusos probatum remedium à Celso.

Ad oculos sanguine suffusos à causa euidente, nihil vtilius est sanguine hirundinum, aut palumbi, vt testis est Celsus loco citato.

De Lachrymis

De Lachrymis Inuoluntariis.

CAP. XXIV.

Tὸ Δάκρυον, i. Lachryma: A medicis Ἐπιφώρα dici potest: licet Epiphora sit nomen generale quod sumitur pro imperu cuiusvis humoris, in quamcumque partem influentis. Interdum etiam sumitur pro succo aut liquore, qui ex planta vulnerata, aut sponte sua defluit, siue in gummi humor ille concresecat, siue in resinam liquecat, propter oleosam quæ in eo est substantiam. Alias pro humore qui ab oculis distillat: cuius rei multæ sunt causæ, atque inter se etiam contrariæ, ad duas tamen referemus, nempe ad externas, & ad internas. Externæ, ut ær frigidior tempore hyemis, mœror, tristitia, quæ sua frigiditate cerebrum comprimendo, sic humor ille aqueus in glandulas magni canthi defluit: alias præ nimio gaudio, risu immoderato, aut solis ardore eundem humorem è cerebro liquando in easdem glandulas prolestat: Alias à fumo, aut puluere, arenæue in oculos incidente: Alias ab odore acri ceparum, alliorum, &c. Omnes hæ lachrymæ voluntariæ & spontaneæ dicuntur, quamuis propriè loquendo nullæ sunt voluntariæ, sed collatione facta cum reliquis quæ vi morborum acutorum fiunt, & hæ dicuntur inuoluntariæ ab Hip. in aphor. prognost. & epidem. spontaneæ à Græcis ἐκρίσαι: inuictæ verò ἀκρίσαι illis dicuntur.

De causis
externis.

Causæ verò internæ sunt imbecillitas facultatis retentricis & concoctricis adenarum, & cerebri demandantis ad oculos humiditates, & meatuum laxitas. Signa per se sunt nota.

De causis
internis.

Omnes lachrymæ inuictæ perpetuo non sunt malæ, sed aliquæ per crism sanguinis profluuium è naribus præfagiunt, ut in acutis febribus præsertim ardentibus. Hip. lib. 1. prognosticorum, & aphor. 52. sect. 4. Quibus in febribus, aut aliis morbis voluntariè illachrymant, non est absurdum: quibus verò præter voluntatem, absurdus.

Præfagia:

Non sine magno iudicio Hip. 6. de morbis vulg. sect. 8. textu 23. Δάκρυα, ἐκρίσι, ἀκρίσι, πολλά, ὀλίγα, θερμα, ψίχρα πάχου γύσσι. i. lachrymæ, considerandæ, num volenti, aut inuoluntariè,

vel multæ, vel pauca, aut calidæ, aut frigidæ emanent. Et sect. 1. eiusdem libri textu 16. Δάκρυον ἢ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς τῆς φλαύρας ἐχούσιν: ἐκούσιν μὲν θερμῶν, ἀκούσιν δὲ ψυχρῶν καλόν. i. In morbis præcipitibus, vbi malè habent ægri, vltro quidem profluens lachryma, bono est: inuitis verò, malum denunciat. Et sect. 2. textu 13. sanguinis è naribus eruptiones quæ quarto die fiunt, difficilem faciunt iudicationem.

Mulieres, senes, & pueri, cæteris ad lachrymas sunt propensiores ob copiam humoris aquei in cerebro contenti. Lachrymæ quæ à causis externis profiliunt, remota causa, facilè curantur: Quæ verò à causis internis difficilè, & maximè cum aqua per venas interiores in oculos defluit. Nam si per venas quæ sunt extra caluariam in oculos descendit, per topica astringentia facilè curatur.

Curatio fit
à causa calida.

Curatio fit à contrariis, idque tribus scopis; nempe victu refrigerante. 2. euacuatione, reuulsione quæ fit venæ sectione, & purgatione: 3. topicis post scribendis. Victus erit talis quem annotabimus in curatione Catarri à causa calida secundum sex res non naturales. Euacuatur corpus si plethoricum fuerit, venæ sectione, ex cephalica pro ægri viribus, ætate, & anni tempore.

Reuulsio fiet per cucurbitulas occipitio admotas, cum scarificatione, & per apocroistica temporibus & capiti admotas.

Reuellunt etiam frictions partium inferiorum & cauterium potentiale, aut seto ceruici in occipitio admotus vt docui pag. 323. deriuatio commodè fiet per apophlegmatismos, (idque tutius quam per errhina) & per phænigmm seu vesicatorium futuræ coronali appositum.

Purgatio fiet per potiones cholagogas, aut catapotia assaiferæ, aurea, sine quibus, lucis ma. de v. generibus myrobalarum. Cerebrum roborandum erit conditis, tabellis capitibus de suffusione, & ophthalmia, & albugine descriptis, & suffitu ibidem descripto.

Si his non curantur, diæta sudorifica ex sarza parilla & ligno sassafras composita, ad humoris in cerebro contenti exsiccationem erit imperanda, per mensem aut 40. dies quinto quoque die propinatis catapotiiis. Nunc de topicis adhibendis.

Topica.

Ad inhibendam fluxionem in oculos, temporibus admouetur cataplasma repellens descriptum cap. de ophthalmia,

aut quod etiam scriptum fuit cap. de albugine pag. 321. & 325. Interea, ex mineralibus (cap. de suffusione pag. 331. enunciatis) parari debent collyria modo vsta, lota & subtilissimè sint trita, vt omnem acrimoniam deponant & lachrymas exsiccent. Hoc modo:

℞. Margaritarum, & coralli albi, & scorix ferri vstæ, & lotæ in aqua caprifolij, vel verbenæ, vel calycum glandium, vel pediculorum rosarum singul. ʒ. i. thuris, & gummi tragac. vsti, vel assi, & sub. triti, vtr. ꝑ. iiii. pompholigis vel in eius penuria tutiæ præp. ʒ. i. β. sarcocolle per aliquot dies in lacte asinæ, vel mulieris, maceratæ, siccata & puluerata, ʒ. ii. fiat pul. de quo portio insuffletur in oculi magnum canthum post sequentis collyrij vsum.

℞. Pul. præscripti, & collyrij albi rhasis sine opio, vtr. *Collyrium.* ʒ. i. aquæ pediculi rosarum, vel alterius astringentis, ꝑ. ii. fiat collyrium vsui dicto.

Inter composita quæ cerebrum roborant & humiditates cerebri siccant sunt, pul. aromatici, diambre & c. theriaca antiqua, & mithridatum, athanasia, D. Nic. cum pul. olibani in ore vel sub lingua detenta, quæ lachrymarum fluxum cohibet, & cerebrum roborat. Idem præstant decoctum betonicæ, & serpilli, & succi salicis, cani rubi, quæ sua astrictione lachrymas sistunt, & siccant: & ruborem & ardorem tollunt.

Comp. & simplicia cerebrum roborantia & lachrymas siccantia.

Lana succida, vsta, & in cinerem redacta, & cribrata per fetaceum densum, si cum albumine oui excipiat, paratur cataplasma, quod temporibus & oculorum canthis dormituro agro admouendum erit.

Cataplasma.

Si à causa frigida lachrymæ inuoluntariæ profiliunt, eadem methodo, iisdem remediis sed calidioribus, (dempra phlebotomia) cuius loco cucurbitulis in occipitio cum scarificatione, aut hirudinibus temporibus admotis vtendum erit: necnon cauteriis, & vesicatoriis, & purgatione ex hiera Gal. elect. indo, agar. & similibus, aut pilulis cocciis, alephanginis, imperialibus, & c. necnon iulepis, & apozematibus cap. de ophthalmia pag. 318. scriptis.

Curatio si à causa frigida.

Purgato corpore vtatur diæta sudorifica ex decocto ligni indici præparata, spatio vnus mensis, purgando corpus quinto quoque die.

Ea peracta ad corroborandum cerebrum & reliquias, hu-

moris absumendas, vtatur alternis matutinis tabellis ex pul. diamoschi & aromat. caryophyllato, & diebus intermediis vtatur condito, aut opiata ex iisdem pul. cum conseruis florum stœch. aut saluix, rorism. & lilij conuallij, aut betonicæ, aut primulæ. cum veteri & probato mithridatio, aut theriaca, per multos dies continuando, tribus vel 4. horis ante primum pastum. Exercitium, aut frictiones ante vtrumque pastum maximè probantur & lusus parvæ spheræ. Ad idem valet puluis sequens quum æger lectum ingreditur.

Pul. capitis.

℞. Cyperi, ligni aloës, & iridis Flo. singul. ʒ. β. calami arom. caryoph. & cort. citrij siccæ, singul. ʒ. ii. styracis cal. beniuiini, ʒ. tinctorum & coriand. præp. sampsuchi, singul. ʒ. iiii. rosarum rub. & lauendulæ, vtr. ʒ. ii. fiat pul. quo capitis pars anterior aspergatur & excutiatuꝛ scopulis mane: deinde admoveatur sequens calantica seu pileolus.

Calantica seu pileolus

℞. Pul. aromat. rosati, aut caryophyllati, & diamoschi, ligni aloës, & pul. diambrex, singul. ʒ. ii. fol. melissæ, maioranæ, florum lauendulæ, ʒ. tinctorum, styracis cal. beniuiini, & galliæ mosch. & rosarum rub. singul. ʒ. i. fiat pul. mediocriis qui serico rubro & gossipio exceptus, paretur calantica acu intercepta vsui dicto.

De Dilatatione & Constrictione Pupillæ.

C A P. X X V.



Dilatatio Pupillæ, à Græcis *Μυδρίασις*, dicitur, ab *ὄρα* τὴν ἀμυδρὰς ὄρα, à visu obscuriore, quasi ἀμυδρίασις: vel *ὄρα* τὴν μυδρὰν τοῦ ἴσθου ὑπερῆραδα, quod pupilla superfluo redundet humore, fit quando pupilla colore quidem nihil euariat, sed multo quam consuevit, latior fit, vt interdum iridis circulo appropinquet: qua nonnunquam omnino visus impeditur, interdum permultum, vt videat quidem æger, sed obscure, & quæ videntur ab ipsis omnia minora putantur, diffuso videlicet spiritu visiuo. Aëtius lib. 7. cap. 52.

Contrarium huic malum, in quo pupilla angustior, obscurior fit, à Græcis *σπίασις*, Latinis *tabes* & *constrictio pupillæ*

vocatur. In his maiora apparent, quam pro naturali modo quæ ab ipsis videntur, propter pupillæ angustiam. Aët. loc. citato cap. 53.

Causa dilatationis, est humorum influxus, siue paulatim factus, siue repente coaceruatus, à quibus tunica *De causis* *parvoedis mydriasis.* distenditur, atque dilatatur, aciesque eius hebescit.

Non multum distat hic morbus à pupillæ resolutione. Quum hæc tunica ubi semel distenta fuerit, induratur, neque facile postea contrahi potest. Accidit præsertim pueris, propter tunicarum mollitiem atque imbecillitatem, & qui nigros *Qui pro-* *pensi.* oculos habent, magnis sunt pupillis, ideoque in hanc affectionem prompte incidunt.

Si confertim fit, à causis externis, nempe à casu, ictu, aut à capitis dolore fiet. Si paulatim, à causis internis fiet, veluti à quantitate humoris aquei seu albuginei per pupillam diffusi, qui visioni officit: alias à siccitate, & eius corrugatione, qua rhagoïdis tunica versus circumferentiam trahitur: sic fit pupillæ dilatatio, ut apparet in coriis perforatis & siccatis.

Signa sunt adedò perspicua, ut nulla alia egeant demonstratione.

Si pupillæ dilatatio est à cunis, curationem non recipit.

Si à siccitate, difficilè curatur: autore Gal. cap. 2. lib. 1. de *De prognosi,* *à pupillæ* *dilatatione* sympt. cau.

Si ab inflammatione, aut tumore aliquo, à circumspecto medico curari potest eodem Gal. autore, loc. cit. Si à scirrho, non curatur.

Si ab ictu veua laceratur, est immedicabilis. Contra si non laceratur, curari potest, testibus Auic. & Rhasi.

Galenus loco citato de causis sympt. docet constrictionem pupillæ procreatam ex defectu albuginei humoris, esse detriorem dilatatione, & incurabilem.

Constrictio verò naturalis, bona existit: quia in minori pupilla spiritus visiuus constringitur, ac densatur, hinc visio acutior. At si vitio morbi alicuius fit angustior, semper mala est. Si vero à siccitate, difficillimè curatur; quia ægrius est humectare quam siccare. *Prognostica de pupilla con-* *strictione.*

Mydriasis curatio variari debet pro diuersarum causarum ratione.

Nam si est à causa aliqua externa, cum immedicabilis fit, sufficit vulnus curare & fluxum sanguinis impedire ne au- *Curatio* *dilatatio-* *nis, si re-* *pentè fit.*

geatur dilatatio, venæ sectione, deriuatione, & repellere medicamentis repellentibus, & roborantibus, cum tenui diæta.

*Si sensim
fit curatio.*

Si sensim fit, ab initio reuellendi sunt humores qui eo confluunt per venæ sectionem in cubito, aut oculorum canthis, aut per cucurbitulas in occipitio cum scarificatione, aut per purgationem benignam deorsum factâ, & topicis mediocriter repellentibus ex Aëtio loco citato.

Nam vehementiora, & actiora, humorum copiam attrahunt, & membranas distendunt, latioreque pupillam efficiunt: refrigerantia eandem indurant, pariter emplastica crassiores reddunt membranas.

*De victu
communi,
in dilata-
tione.*

Victus ratio sit extenuans, & aluus libera esse debet. Abstinentum à vino ad exactam vsque sanitatem: Deambulationes lenes & longæ esse debent, idque in loco obscuro: balneo raro vtendum, nisi inclinante malo: frictiones partium inferiorum sunt vtilis.

*De victu
obseruando
in oculi
constrictio-
ne.*

Victus ratio in constrictione seu tabe oculi, superiori contraria esse debet, humidans nempe, euchyma, & eupepta. Cibus somnus mox sequatur. Vinum fuluum, & odorum est concedendum: balnea quoque profunt, & capitis irrigatio cum aqua calida. Caput, humeri, manus, & facies ipsa sunt confricandæ: deinde illinendæ aliquo litu emolliente in id parato, ac relaxante. Aëtius. Aluus quoque libera esse debet, quæ si talis non fuerit, sollicitanda erit aliquo leniente & humidante clystere, aut eccoprotico pharmaco, in reliquis remediis ambo symptomata parum dissentiunt.

Aëtius quoque loco cit. & post eum Paul. lib. 3. cap. 22. in dilatatione pupillæ consulunt, post deambulationem, & litum, faciem aqua marina, aut muria, aut posca proluere, hyeme calida, æstate frigida, & totam faciem in ea demergere, oculis per tempus quoddam apertis, vt eius siccitate humor excrementitius sensim absumatur, & siccetur.

Reliqua topica pro 4. morborum temporibus sunt varian- da vt docui cap. de ophthalmia pag. 321. & 322. quæ huic negotio aptari possunt.

*vt agentium
ad pupillæ
dilatationem*

℞. Pompholis, aut in eius penuria tutiæ Alexandrinæ præparata, ℥. β. boli Armenæ, cerusæ aqua rosarum lotæ, vtriusque ʒ. i. coralli rub. præpar. ʒ. β. caphuræ, & opij Thebaici, vtriusque grana 4. butyri recentis insulsi & aqua

rosarum loti ℥. iiii. compone ex arte unguentum, quo oculo-
rum canthi, cilia, & palpebræ illinentur, ea cautione ne quid
intro subeat.

De Aurium Dolore.

C A P. X X V I.

Q *Tαλγία* Græcis, aurium dolor Latinis dicta, est (autore
Gal. comment. in progn. 13. lib. 3. prognosticorum) is
qui in profundo ad meatum auditorium mouetur. Ac
hodie latius sese diffundit, vt in sequentibus apparebit.

Causæ externæ sunt aëris refrigeratio suscepta in peregrina-
tione facta per Alpes, tempore hyemis, flante borea: alias à
balneo in aqua frigida fit: alias à lotionem capitis ad volupta-
tem, vt Pedemontanæ & Italicæ mulieres.

Causæ internæ, sunt intemperies simplex, aut composita, *Causa*
siue aut cum materia phlegmonosa, aut flatulenta: alias solu-
tio continui: Alias à crassis lentisque humoribus in capite
contentis, ex quibus resolutis fiunt flatus, qui agitati ac reten-
ti dolorem inferunt. Alias ab ichoribus seu saniosis humori-
bus in aurium corpore genitis consimiles dolores generant:
alias fit à vermibus.

Si à causis externis, nempe à frigiditate, ex ægri aut astan-
tium sermonibus cognoscitur, & quod dolor alte, citra graui-
tatem aut distentionem vel ardorem est fixus. Si ex frigidis *Signa si à*
glutinosisque succis proriteretur, dolores qui obstructionem *frigiditate.*
pepererint, percontari oportet, & si longo tempore vsus fue-
rit cibis pituitosis & mali succi, ac potu frigidiore, similiter
considerare oportet & ætatem, anni tempus, aëris constitu-
tionem, & regionem. Tunc ægri sentiunt in capite & aure
grauitatem.

Si à causis internis, nempe ab intemp. calida, aut inflam-
matione, fit distensio, grauitas, calor & dolor pulsatis, simul-
que etiam fit febricula quædam ab inflammatione sanguinis. *Signa si à*
Si ab ichoribus seu saniosis humoribus, aut à mordacibus illa-
pisis in aures consimiles fiunt dolores Gal. teste lib. 3. de comp.
med. secundum locos. Si à flatibus ex imbecillo calore gene-

ratis, dum exitum sibi quaerunt, fit sibilus & tinnitus. Si à ver-
mibus, circa meatum auditorium, titillatio, pruritus & dolor
molestant ex Rhase lib. 9. ad Almanforem ca. 35. Auic. fen. 4.
De prognosi-
6. tertij tract. 1. Aurium dolor qui fit à causis evidentibus facile
curatur.

Si in aurium cartilaginibus extrinsecis, facile curatur ex
Auic.

Si ex intempestiua victus ratione fuerit, etiam facile cura-
tur ex eodem Auic.

Si ex inflammatione, & ea cito suppuratur cum aliis bonis
signis bene sperandum ex eodem Auic. loco citato. At præ
ceteris Hip. agens de aurium dolore à causis internis op-
time vaticinatur lib. 3. prognost. cap. de aurium dolore, sic
ὁ τὸς δὲ ὄξειν ὀδυῶν ζυῶ πυρετῶ ζυῶνεχθεὶ τὴν ἰχυρῶν, δεινὸν, κινδυνὸς
γὰρ ὄξειν φρεσῶσαι τὸ ἄνθρωπον, καὶ ἀπώλεισθαι ὡς οὐκ ἐπιτεῖν τὴν ἀρετὴν
σφαλερῶς εἶντος, ταχέως δὲ ἐπιτελεῖν τὸ νόσον ποισι σημεῖοισι πασιν, ἀπὸ
πρώτης ἡμέρας, ἀπώλεισθαι δὲ οἱ μὲν πῶτεροι τῶν ἀνθρώπων ἐβδομήμησι,
καὶ ἐπὶ βασὸν ἐπὶ τῶν τῶν νοσημάτων, οἱ δὲ γέροντες πολλὰ βραδύτερον.
οἷτε γὰρ πυρετοὶ καὶ αἱ φρεσῶσαι πασοῖ ἀποκρίνεται. καὶ τὰ
ὄτια ἀπὸ τῆς φθάνει ἐκπύσκεισθαι: ἀλλὰ ταῦτα οἱ μὲν τῶν ἡλικιών
σιν ἐπιτελεῖται τῶν νοσημάτων ἐπιγνώμεθα, ἀπώλεισθαι τὴν πλείονος, οἱ
δὲ πῶτεροι, πρὶν ἐκπύσθαι τὸ ἐς ἀπώλεισθαι, ἐπιγινώσκουσι πῶς λευκὸν
ἐκ τῶν ὀτιῶν, ἐλπίς τῶν πῶτεροι φρεσῶσαι, ὡς καὶ ἄλλοι αἰτίῶν ἐπι-
γινώσκουσι σημεῖον, id est. Auris dolor acutus cum febre con-
tinua, & vehementi, grauis.

Periculum enim delirij & mortis ægro adfert. Cum igitur
his modus sit lubricus, celeriter à primo die ad omnia signa
animum adhibere oportet. Moriuntur autem ex hoc morbo,
iuniores quidem homines septimo die, aut etiam citius, senes
vero multo tardius.

Nam & febres & deliria minus eis suboriuntur, auresque
eam ob causam suppuratio præoccupat. Verum his quidem
ætatibus succedentes morbi reuersiones plurimos interficiunt,
iuniores vero priusquam auris suppuret, intereunt. Quando-
quidem si pus album ex aure fluxerit, iuniorem superfuturum
spes est, si quidem aliud quoddam ei bonum signum superue-
nerit. Si quis rationem huius progn. quaerit, legat Gal. com-
mentarium, & Auicennam loco citato.

De sibilo autem sic vaticinatus est Hip. in coacis prænot.
cap. 3. Βόμβος ἐστὶ ὄξειν, καὶ ἦχος ἐστὶ ὡς θασάσιμον: 1. Bombus in acu-
tis, & echo in aure mortiferum. Quia neque iudicatorium,

neque

neque iudicans, propterea que non solum difficilis iudicij, sed etiam mortiferum. At si acciderit in die critico, concoctamateria, & febris diminutione & cum aliis bonis signis, spes erit salutis.

Pro causarum diuersitate, varianda sunt præsidia. Si à causis externis, faciliè per contraria medicari potest. A causis vero internis, difficilè, & sæpè impossibile vt in prognosticis dixi.

*De hec-
mèua.*

Ab vniuersalibus incipiendo, ad particularia veniendum hoc modo:

*A causis
frig. & d
sibilo si
fuerit,
Clyster.*

℞. Betonicæ, sampsuchi, saluix, & stœch. singul. m. i. sem. carui, & cymini, & bac. lauri, singul. ʒ. iii. agarici, ʒ. i. β. centaury mi. m. β. coque in aqua ad lb. i. dissolue hieræ pachij, ʒ. vi. mellis anthosati, & olei rutacei vtriusque ʒ. i. β. fiat clyster imprimis supponendus si æger est aluo duriore, quo reiecto si est iuuenis, & plethoricus educatur sanguis in parua quantitate ex vena cephalica seruata καὶ ἐξ. Contra si senex & minimè plethoricus ceruici admoueri possunt cucurbitæ duæ cum scarificatione: vel sanguisuga pone aures admoueat.

℞. Agarici troch. ʒ. β. massæ pil. coecjarum, ʒ. i. castorij, ʒ. iii. cum guttis aliquot mellis anthosati, fiant pil. vi. deauratæ, quas cap. post primum somnum ex artis instituto. Vel paretur sequens potio.

Catapotia.

℞. Polypodij querni contusi, ʒ. β. fol. melissæ, m. β. sennæ mund. & sem. carthami, vtr. ʒ. ii. anisi, ʒ. i. caryoph. integr. num. ʒ. coque in aqua ad ʒ. iii. colaturæ dissolue syr. ros. sol. cum agar. ʒ. i. elect. diacarthami, aut diaphœnici, ʒ. iii. fiat potio quam summo mane cap. si pilulas deuorare nequit. Deinde vttere sequenti

Minorans.

℞. Oxymellis scillitici, & syrui de stœchade, vtr. ʒ. i. β. Iulepus aquarum melissæ, & betonicæ, vel saluix, vtr. ʒ. vi. fiat iulepus pro iii. dosibus. Vel

℞. Rad. acori vulg. & pæoniæ, sarzæ parillæ, singul. ʒ. i. ligni sassafras, ʒ. β. herb. primulæu. betonicæ, calamenti, & pulgij, singul. m. i. stœch. m. β. sem. sileris mont. ocimi, & bac. lauri, singul. ʒ. iii. florum roris m. saluix, & thymi, singul. p. i. coquantur quo decet ordine in hydromellis lb. iii. in fictili vitrato ad duarum tertiarum consumpt. colatura clarific. cum oxymellis scillitici, & syrui de stœchade, vtriusque ʒ. i. β. & arom. nuce moschata, pro 4. matutinis, cap. post singulas

Apozema.

Bolus.

doses tabellam i. pliris archonticon. ℥. Macis, ʒ. i. mithridatij probati & veteris, ʒ. iiii. confer. florum lilij conuallij, aut saluix, ʒ. ii. cum sacch. fiat bolus postridie à pilulis sequentibus deuorandus horis 4. ante primum pastum.

Carapotia.

℥. Massæ pil. fœtidarum, & de agarico, vtr. ʒ. ii. troch. alhandaal, ʒ. ii. cum melle anthosato, fiant pilulæ vi. quas ca. post apozema præscriptum. Sequenti mane cap. bolum præscriptum. Vel harum loco, potio præscripta iteretur si pilulas deuorare nequit.

Potio purgans.

℥. Aloës socotorinæ pellucidæ, ʒ. ʒ. agarici troch. ʒ. iiii.

Massa pilularum.

myrobalanorum chepularum, ʒ. ii. troch. alhandaal, ʒ. i. salis Indi, florum rorism. xilaloës, macis, & florum stœch. & castorij, singul. ʒ. ʒ. cum syrupo confer. cort. citrij fiat massa de qua semel in hebdomade cap. ʒ. i. aut ʒ. iiii. aut saltem bis in mense ex artis instituto. Nunc de topicis.

*Topica.**Fomentum ad aurium tinnitum.*

℥. Fol. maioranæ, orig. calamenti, pulegij, singul. m. i. bac. lauri, ʒ. i. sem. rutæ, & fœnic. vtriusque ʒ. ʒ. florum lauendula, rorism. & absinthij p. ma. singul. p. i. ʒ. cepas duas incisas. Coquantur in æquis partibus aquæ & vini in fictili cooperto. Deinde per infundibuli tubum dirigatur fumus seu vapor in aurem tinnientem inclinato capite. Vel ex eadem materia sacculo interfuto conclusa, & in eodem liquore parum bullita, ex liquore expresso foueatur auris.

Oleum ad aurium tinnitum.

℥. Vini cretici seu maluarici, lb. ʒ. olei rutæ, ʒ. iiii. maioranæ m. i. rad. ellebori albi, aut nigri, & euphorbij, vtr. ʒ. ʒ. bulliant in duplici vase parum, & expresso liquori noua simplicia (prioribus reiectis) coquantur in eodem vase ad vini fermè consumptionem, & exprimentur. Ex hoc oleo guttæ aliquot in aurem tinnientem distillantur cum hapso cotonis, in aduersam aurem reclinato capite, vt altius subeat oleum: idque calidè & non frigidè relicto gossipio: sic per multos dies continuando, quotidie bis aut ter. Vel

Decoctum ad idem.

℥. Succij cepæ rub. vel porri, vel ari vulgo iarri, aut serpentariæ, vel scillæ, ʒ. iiii. in eo infunde super cineres cal. castorij, ʒ. ii. euphorbij, ʒ. ʒ. De colatura expressa in aurem distillantur guttæ aliquot (vt dixi) auerso capite. Vel si agricola aut pauper, vtatur sequentibus ex sexto physico deprompta. Leporis coagulum auriculæ infusum auris dolorem demulcet.

Articuli membri vulpis in oleo veteri vnà cum bitumine,

cocti, in aures hoc oleum si distilletur mirificè dolorem tollit, & maximè si huius animalis fel misceatur: pariter si eius axungia in aurem distilletur calidè: fel capræ cum rosaceo, aut succo porri tepefactum auribus distillatum idem præstat. Lotium capræ mulso mistum aurium dolorem sedat, & si pus habet, eijciat.

Empirica remedia ad tinnitum & aurium dolores.

Apri lotium in vitreo repositum, tepefactum & in aures instillatum, perfectè medetur. Leonis adeps auribus distillatus dolorem sanat: fel taurinum mulso infusum & auribus instillatum dolorem sanat. Præter superiora ad manum habemus quæ in officinis præparantur, ut oleum de castorio, de euphorbio, nardinum, amygd. amararum & nucleorum persicorum, de terebinthina, petroleum, de lateribus, laurinum, ex quibus varia concinnari possunt præsidia cum pauco aquæ vitæ vel fraxini, vel vini maluatici seu cretici, &c. Sternutamenta & apophlegmatica huic negotio ad derivationem sunt utilia, & ad flatuum discussionem.

Si à causa calida aurium dolor scaturuerit, ut in inflammatione, imprimis instituta victus ratione in febribus descripta, & si alius restricta fuerit, eluatur enemate refrigerante, aut balano.

Curatio doloris aurium à causa calida.

Deinde ut monet Rhasis loc. cit. educatur sanguis ex cephalica plus minusue pro virium ratione, ætate & sanguinis vbertate: Et si quid eam dissuadet utendum erit cucurbitulis in occipitio affixis cum scarificatione, vinculis, & frictionibus, ut humorum fluxus inhibeatur. Et si bilis præpollet chologogis educenda, priusquam ad topica descendamus.

℞. Fol. viol. salicis, & cucurbitæ, vel pampinorum vicis, singul. m. i. sem. lini, & scœnogr. vtr. ℥ i. sem. 4. frig. ma. singul. ℥ ii. florum chamæmeli, meliloti, sambuci, & nymph. singul. p. i. bulliant in sero lactis, in fictili nouo angusti oris, cuius vapor per tubum infundibuli dirigatur in aurem: vel cum spongia imbuta & expressa foueatur auris sæpe continuando, qua refrigerata, altera supponatur. Deinde lac muliebre calidum sæpe distilletur ad dolorem leniendum qui est magnus. Vel

Fomentum pro auris inflammatione.

℞. Oleorum rosati, & nymph. cuiusque ℥ i. adipis gallinæ, & anseris, vel vulpis, vel butyri recentis, cuiusque ℥ β. opij, & castorij, cuiusque ℥ i. fiat linimentum tepidè, & non frigidè in aurem stillandum post fotum si maximus est dolor & ardor: alioquin narcoticis non esset utendum, autore Gal. 3.

Linimentum

catar. & 12. meth. medendi. Vel opium in parua quantitate dissolutum in lacte muliebri, & oui albumine, & tantillo acceti distilletur.

In hoc affectu in principio, neque in augmento repellentia conueniunt.

Parari potest catapl. ex farina hordei, lini, & fœnugr. cum sapa.

Vbi autem dolor inueterauit, ac in pus inflammatio degenerat, in principio detergentibus vtendum, tum ad cicatricem perducendum. Vt

*Propri-
cipio &
incretito.*

℞. Oleorum amygd. dul. liliorum. & balsami D. nostræ, singul. ʒ. i. distillentur guttæ aliquot in aurem, si materia quæ ad suppurationem vergit, videtur esse frigida, illis misce oleum chamæmelinum & mel rosatum, & vtère fotu præscripto, & aliquo anodyno, ad doloris mitigationem. Quum ad statum peruenerit detergentibus vtendum. Vt

℞. Balsami D. nostræ, ʒ. ii. terebinthinæ laricæ aqua plantag. lotæ, ʒ. i. masticis, & myrrhæ, vtr. ʒ. ii. sarcocollæ & iridis, vtr. ʒ. i. ceræ flauæ parum fiat linimentum, tepidè in aurem distillandum.

*Pro statu
& decli-
natione.*

Vel dissolue emplastrum de betonica, aut gratia Dei, cum balsamo in linimenti crassitiem, vt facilius intro subeat, addendo succi absinthij p. ma. aut succi cyclaminis, ʒ. i.

*Si à ver-
mibus.*

Si auris dolor prouenerit à vermibus enecandi sunt ab amaris succis, vel decoctionibus ex absinthio p. ma. abrotano, persicaria, maculata, tanaceto, scordio, lupinis, vtraque aristolochia, gentiana, centaurio mi. aloë, myrrhæ, oleis amygd. amatarum, nucleorum persicorum, agarico & similibus in aurem iniectis.

Si ab aqua, lapillis, festucis aut alia re fit, maturè sunt excludenda. Nam inde dolor grauis, distentio, surditas, febris, inflammatio, conuulsio, denique mors consequitur. Danda igitur opera vt corniculo, aut pluma, in extremis aperta in aurem immissa, fiat suctus, & inde quod lædit aut lædere potest extrahatur.

Vel lanam circum specillum obuolutam terebinthina, aut gummi, aut aliquo glutinoso tingito, & sic ipsum extrahito. Aërius, & Paulus, & Celsus.

De Parotide.

CAP. XXVII.

Π *Απόρτις* Græcis pariter atque Latinis dicta, est Tumor *Causa.*
glandularum sub auribus, autore Gal. lib. 3. *χαλαρόπυς.*
Causa huius tumoris semper fit à causa interna, siue à
toto corpore per viam crisis, vt in febribus malignis se-
se exonerantibus in adenas pone aures sitas: siue à capite hu-
mor in eas decumbat, & tumorem procreat.

Differentiæ sumuntur ab humore præpollente, siue sanguis, *Differentiæ*
siue bilis, siue pituita, siue humor melancholicus fuerit.

Signa vniuersalia ex tumore satis sunt manifesta: specialia *Signa.*
vero ex colore & dolore: videlicet si ex sanguine, phlegmonas
referunt color ad rubedinem vergit, & dolor est magnus.
Si à bile, dolor est maior, & color ad erysipelata referre vide-
tur. Quæ verò à melancholico succo, tumor durior esse vide-
tur, & color non rubet, sed potius ad nigredinem vergit, &
dolor est valde grauis. Quæ verò à pituita, color albescit, &
dolor non valde grauis, & tumor fastigiatus apparet, & laxus,
veluti œdema.

Parotis si via critica fiat cum ægri tolerantia facili, appa- *Prognō-*
rente coctione in vrinis, bonum. Contra incoctis humoribus *stica.*
cum dolore graui, & totius corporis iactatione: aut si intro
recurrat, malum, autore Gal. comment. in aphor. 25. sect. 6.
nisi alui profluuium, vel insignis excretio subsequatur.

Curaturus parotidas multa considerare debet, num fiat per *Curatio in*
viam crisis, aut ex vehementi impetu extra erisim: aut si hu- *causa cali-*
môr sit contentus, in profundo capitis expellentis, quod illi *da.*
est noxium in emissario suo, num etiam humor qui expellitur
est calidus aut frigidus.

Si calidus, instituenda est victus ratio qualis in inflamma-
tionibus institui solet: si æger fuerit aluo dura, supponendus
est clyster refrigerans & humectans, paratus ex cassia, diapru-
no simpl. melle violato, & oleo viol. vel nymph. & decocto
etiam refrig. & humectante.

Deinde aperienda vena humeraria: hinc vena sub aure ex

Fernelio lib. 2. methodi cap. 7. Quantitas decernenda erit pro ægri viribus, ætate, anni tempore, & plenitudine: Contra si est cacochymus.

*Potio choro-
lagoga.*

℞. Cinnamo. ℥. i. rhab. selecti, ℥. iiii. tamarind. ℥. β. cassiæ fistulæ recens à canna extractæ, ℥. i. infundantur omnia simul in decocto cichorij, fructuum & florum cord. per noctem super cineres calidos.

Expressioni dissolue syr. viol. ex 9. infusionibus, ℥. i. fiat potio. Sic vacuato corpore extrinsecus admoueantur fomenta & cataplasmata ex malacticis & trahentibus & non repellentibus composita. Nam qui more aliarum inflammationum repellentia ab initio præscribunt, ægros iugulant, vt Trallianus loquitur lib. 3. cap. 7. quia repelleretur humor malignus ab externis partibus in cerebrum partem principem & nobilem, quod esset etiam contra Hipocratis institutum, & Gal. Alexandri, Pauli, Celsi, & omnium neotericorum & Arabum.

Igitur corpore vacuato, dolor qui est vehemens anodynus est sedandus.

*Deparego-
ricis.
Fomentum*

℞. Rad. lapati acuti, & althææ, vtr. ℥. i. lini, & fœnuigr. vtriusque ℥. β. fol. parietariæ, maluæ, & violarum, singul. m. i. florum chamæmeli, meliloti, sambuci, & liliorum, singul. p. i. β. ficuum recens siccatarum, pa. vi. coquantur in aqua sufficienti pro fotu parotidis cum spongia.

*Cataplas-
ma.*

℞. Farinæ, volatilis, ℥. vi. farinæ lini, & fœnuigr. vtr. ℥. β. pul. iridis Flo. ℥. ii. coque in pultis crassitudinem cum decocto præscripto & axungia gallinæ, & butyro recenti, & oleo amygd. dulcium: Deinde extra ignem dissolue ficuum pinguium in mortario diligenter tufarum, ℥. i. vitellos iii. ouorum, & croci, ℥. ii. fiat cataplasma vsui. Vel huius loco, si pauper fuerit, admoue emplast. diachyllum ireatum.

Si via criseos sit parotidis, totum negotium naturæ est committendum ex Hip. doctrina, aphor. 20. sect. 1. tunc anodyna sufficiunt ad doloris magni ægrum diuexantis moderatiorem. At si humor est paucus atque venenosus, & natura pigra ad expellendum tunc natura est iuuanda per medicamenta attrahentia & cucurbitulas si non satis ea sufficiunt: secus non, ne dolor ingrauescat, & vigiliæ fiant, & febris augeatur, & vires exoluantur, inde mors, autore Aëtio & Gal. 3. *cap. 186.* Satius igitur fuerit vti anodynus præscriptis vt dixi.

Si aliqua ex parte materia resoluitur, remaneatque aliquid indigestum, doloremque non faciat, paretur sequens cataplasma.

℞. Rad. althææ, & liliorum alborum, vtr. ℥. i. β. senecionis, *Aliud ca-*
m. i. β. malux, & violarum, vtr. m. i. coque in aqua suffi. cum *cataplasma*
 ficubus xii. magma pistetur in mortario, & super cribrum
 inuersum cernetur & recoquatur cum decocto colato, &
 axungia porci, & farina hordei, tritici, & lini, & oleo lilio-
 rum, in cataplasma, cui adde œsypi humidæ, ℥. i. Si pauper
 fuerit vtatur vnguento tetrapharmaco, seu basiliconis. Vel
 emplastro diachyllo mag. cum gummis: Vel ceroneo.

Vbi incipiet maturari, cataplasmati præscripto adde fer-
 mentum acre. Si cutis est extenuata, solo felle porci apposi-
 to, rumpitur: Contra si ob cutis densitatem non rumpitur
 (vt sæpe accidit agricolis, naucleris, baiulis, rhedariis, fa-
 bris ferrariis &c.) tunc cauterio actuali aut potenciali aperia-
 tur, etiam non expectata perfecta maturatione si materia est
 venenata priusquam cor obrepat. Rupto abscessu, vlcus de-
 tergendum &c. more aliorum vlcera.

Si parotis fuerit à sanguine pituitoso aut melancholico: *Curatio si*
 Imprimis instituta victus ratione, si corpus videtur plethori- *causafri-*
 cum educatur sanguis vt diximus, ex humeraria vena, sed in *gida.*
 minori quantitate. Deinde materia coquenda & expurgan-
 da, sic

℞. Oxymellis scillini, & syrupi stœchadis, vtr. ℥. ii. aqua- *iulepus.*
 rum betonicæ, melissæ, & scabiosæ, singul. ℥. iii. fiat iulepus
 in iii. doses: cap. tabellam vnam diamolchi aut diambre post
 vnamquamque dosim

℞. Polyp. querni contusi, ℥. vi. carthami, & sennæ mund. *Potio*
 vtr. ℥. iii. fol. melissæ, & bugl. cuiusque m. β. sem. lapati acu- *phlegma-*
 ti, & anisi, vtriusque ℥. i. caryoph. integr. num. 3. coque in *goga &*
 aqua sufficienti. Colaturæ infunde per noctem super cineres *melanago-*
 cal. agarici trochisc. ℥. i. myrobal. cepularum, & indarum *ga.*
 oleo amygd. dul. confricat. vtriusque ℥. iii. catholici, & dia-
 carthami, vtr. ℥. iii. expressum propinandum summo mane
 ex artis præscripto. Vel

℞. Agarici troch. ℥. β. massæ pil. cocciarum, ℥. i. aut ℥. iii. *Cataplasma*
 pro agrestibus corporibus, cum melle rosato forma pil. vi. aut
 vii. deauratas si diues, sin minus cum pul. gycyrrh. sine
 auro.

Bolus.

℞. Theriacæ probatæ & veteris, ʒ. i. conferuæ helenij, aut cort. citrij conditæ, ʒ. iii. cum saccharo fiat bolus postridie deuorandus horis iii. ante prandium. Si à purgatione tumor est indolens, & durus, & adhuc profundus, vtatur sequentibus.

Vnguentū emolliens.

℞. Axungia veteris & rancidæ anseris, & gallinæ, vtriusque ʒ. i. olei liliorum, & mellis mercur. vtriusque ʒ. i. β. croci, ʒ. i. misce, & ter in die illinetur lana succida apposita. Vel

Cataplasma.

℞. Radicum bryoniæ, vel cucumeris asinini, althææ, & liliorum, singul. ʒ. i. ficuum, num. 12. senecionis, mi. ii. coquantur in aqua cum cepis tribus incisis. Pistentur & cernentur. In parte vna decocti, liqua bdellij mollis, & gummi ammoniaci, vtr. ʒ. i. in mellis crassitudinem, & cum magma creto & fimi columbini, aut capræ, aut hirundinum, & far. lini, singul. ʒ. i. & axungia porci veteris, & reliquo decocti coquantur in cataplasma tumori quotidie bis calide appositum, cum stupis cannabinis: vel si pauper, & simplicius requiris testiculo vulpis sæpe parotidem confricato, eam dissoluit: capræ stercus cum melle commixtum parotidas sanat. Vel

Aliud.

℞. Cepas duas sub cineribus coctas & in mortario accurate tritas, admisce fimum columbinum, vel stercus capræ, cum melle in cataplasma, cui adde oleum liliorum, & vtete vt dixi: senecio sola contusa calidè parotidi apposita suppurationem accelerat.

De Sanguinis Narium Profluuiio.

C A P. X X V I I I.

De nomine

A *ἰμορραξία*: à Latinis sanguinis narium profluuium dicitur, quoties absque alio epitheto & simpliciter scribitur. Cum verò epitheto, partem denotat à qua profluit, seu ab ore, thorace, pulmone, seu ventriculo, iecore, intestinis, vtero, hæmorrhoidè.

Quid.

Est sanguinis in vena vel arteria vacuatio, & symptoma de genere excretorum immodicè & præter naturam fluentium teste Gal. cap. vltimo lib. 3. de symptomatum differentiis, & comment. 1. in lib. 1. epid. constitutione 1. textu 9. & alibi.

Differentiæ

Differentiæ sumuntur vel à forma, vel à loco, vel à consuetudine, vel à causa efficiente. A forma, quum via critica aut symptomatica fit. Per viam crisis sæpe accidit, vt in febribus continuis, aut ab inflammatione alicuius visceris. A consuetudine, vt iuuenibus præ nimia quantitate, & filiabus nubilibus, & mulieribus ex mensium suppressione, & viris suppressis hæmorrhoidibus, & mutilatis frequenter accidit. Tale sanguinis profluuium non sistendum censeo fretus auctoritate Hip. aphor. 27. sect. 3. grandioribus & ad pubertatem accedentibus, fiunt ex naribus sanguinis fluxiones. Et aphor. 33. sect. 5. mulieri menstruis præter naturam deficientibus, sanguis è naribus profluens bono est, nisi natura sui fuerit oblita, vt in hypercritica sæpe fit. Symptomatica, quia est præter naturam, pro causarum varietate, medicatio crit instituen- da, vt in sequentibus apparebit.

A loco, triplex confurgit differentia, diuersis nominibus insignita à Gal. 5. meth. med. cap. 2. Vna *ἀναστόμωσις* quæ fit ob venarū aut arteriarum imbecillitatem: vel ob copiam sanguinis, qui impetu quodam ad vasorum os ruit: aut propter eiusdem sanguinis acrem qualitatem quæ vasorum orificia aperit. Altera *Διαρρηξις*, i. vasorum diuisio: alio nomine dicitur *ἀνά-ρρηξις* & *Ἀγέλησις*, i. erosio quæ à variis causis fieri potest: nempe ex vulneratione, contusione, ruptione, aut erosione. Tertia *Ἀγρίδιξις*: i. resudatio, quia sudoris instar fit, quoties tunica interior vasorum sanguine tenuato rarior efficitur.

Causæ effectrices huius symptomatis, sunt aut euidentes, aut non. Euidentes, vt casus ab alto, ictus, exercitium violentum, oneris grauis gestatio, percussio, longa in sole mora, excandescencia &c. Non euidentes, vt facultas retentrix imbecilla vasorum, nempe aut quoties sanguis peccat quantitate aut qualitate quum est acrior & mordacior, ea vlcera vt in anaurosi, aut sua tenuitate per poros vasorum resudat, vt in diapedesi: aut præ nimia copia venas aperit, vt in anastomosi. Alias, sanguinis tenuitas & venarum raritas quæ sunt in capite & naribus, causa effectrix hæmorrhagiæ esse potest. Contra vasorum densitas impedit.

Signa si ab arteria fluit, sanguis est valde calidus, flauus, tenuis, & magno cum impetu egreditur: si à vena, rubicundus, vergens ad nigredinem. Omnis hæmorrhagia siue fiat via cri-

tica, siue symptomatica nunquam despicienda, etiam apparentibus signis coctionis, cum bona tolerantia & morbi diminutione. Siue in febre continua seu essentiali, seu symptomatica, aut ex viscerum inflammatione, quia natura sæpe sui obliuiscitur, vt dixi. Si symptomatica fuerit, semper est perniciofa: quia per eam morbus non minuitur, & per eam ægri vires pessundant.

In die critico hæmorrhagia si acciderit & eximia refrigeratio, pessima autore Hip. cap. 13. lib. coacarum prænotione 326. Αἱ ἐν κρίσεισι καὶ τῆς ἡµορραγίαν ἀεὶ ψίχης παύσει χάριςται. Quæ diebus criticis ex hæmorrhagia incidit per refrigeratio eximia, pessima. Idem astruit Hip. lib. 1. prorrhet. prorrhetico 134. Vt nihil paucum criticum: sic omne nimium quantumuis criticum, quoties natura non iuuatur, semper periculosum. Omnis quæ subito accidit, sine causa manifesta, non est expers periculi. Diapedesis dicitur mala: anastomosis peior: Diaurosis seu Diuresis pessima. Hæmorrhagia quæ fit vitio arteriarum est longè periculosior ea quæ fit vitio venarum natium. Quantitas sanguinis si est librarum 4. mala.

Si octo, peior: si viginti, mortalis. Sic censendum si facies nigrat aut liuet, & vngues videntur curuari, aut partes extremæ sunt frigidae, aut si leipopsychia, aut syncope acciderit, pestiferum.

Si inter primos febrium acutarum circuitus acciderit, & iuuenis fuerit æger, qui nondum 35. ætatis annum superauit, & conqueritur de dolore capitis, & obtusam oculorū aciem sentiat, si corripitur ab hæmorrhagia confert, vt annotauit Hip. lib. 1. progn. 36. & progn. 14. lib. 3. progn. Nam maioribus natu suppuratio ferè oritur: & in coacis cap. citato prænotione 327. Τὸ ἀνάπαλι ἡµορραγίαν ποιηρὸν οἷον ἔπι σπλυτὴν μεγάλην ἐπὶ τῆς δόξης. καὶ κατ' ἔπαχθηρία ὠσώπας: i. Sanguinem è diuerso fluere, malum est: vt in liene magno, è dextris: Atque similiter in hypochondriis, & sequenti coaca. Τὰ ἡµορραγίαι ἐπιδουῶντα τρώματα, καὶ κόπια ἀγαλῆγροισι λαθεαῖσι πλεντῶσι. i. Qui prærupto sanguine perhorrescunt in tromate, (id est in quavis corporis offensa) grauissimum habent malum: at quo hi vitam finiunt differentes, nec opinato. Et paulo ante finem huius cap. loci citati, ait Τὰ πταγμῶνισι χεῖρισι ἡµορρώδια σφῆδα, μὴ ἡµορραγίσαντα ἔπιληπτικῶς θησκει. i. Qui statis temporibus sanguinem profundunt, si loco non profude-

rintepileptici moriuntur. Idem Hip. prorrh. 134. lib. 1. hoc prognosticum verum esse potest, in longa hæmorrhagia vi suppressa, & in mutilatis & suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus quæ statis temporibus sanguinem effundunt (facta metastasi) fit epilepsia, quæ conuulsio quædam est. Non in omni hæmorrhoidi suppressa: quia ex ea plerumque fit phtthis, hydrops, cancer, elephas, scirrhus, infania &c.

Aëtius lib. 5. cap. 124. damnat hæmorrhagiam quæ 4. die febrium acutarum accidit, quæ provenit ex multitudine sanguinis in toto corpore, aut in capite contento, vel ob meatuum compressionem aut densitatem, quamvis 4. dies dicatur index septimi, semper mali est iudicij.

Hip. verò improbat hæmorrhagiam quæ quinto die accidit, coacæ 329. eiusdem cap. 13. Τα πικρὰ αἵματι ἀπορογῆσι λάβρως, ἐκ τῆς ὑπερπλοῦστος ἐβδόμη τοῦ ψυχθεῖστος ἀναθέρματος ἔξως τῶν τοισι κοιλίαι ποτηρένοισι. i. Quibus 5. die larga est hæmorrhagia, sexto rigor: septimo perfrigeratio, rursusque prægrandis ardor, ijs in vitio sunt alui: quia rigor præcedere debet hæmorrhagiam quam sequitur: refrigeratio quæ 7. die accedit absque fluxu sanguinis, febris malignitatem ostendit.

Contra acciderat Metoni lib. 1. epid. comment. 3. curatio ne 7. cui quinto die dextra nare sanguis largè fluxerat, sudauerat & iudicatus fuit: hæmorrhagia in lethargo & peripneumonia inutilis. Inter hæc duo symptomata medium tenet pleuritis seruata καὶ ἐξῆς autore Gal. cap. 2. lib. 5. method. med. & 3. de crisibus. Hæmorrhagia in mulieribus est minus periculosa quam in viris. Diapedesis vndecimo morbi acuti die si acciderit, mala.

Si diarræsi, conuulsio aut singultus superuenerit, malum: Hip. in coacis. Detractio sanguinis in torpida perfrigeratione mala. Hip. sauciati seu vulnerati si prærupto sanguine horrescunt, perniciosum. Deiectio nigra ab hæmorrhagia, mala. Pestifera est etiam prærubris & æruginosis ferri, malum. Quaternariis huiusmodi sunt hæmorrhagiæ, indeque comatosi, conuulsi intereunt, nigris prodeuntibus aluoque inflata. Quæ post exiguam hæmorrhagiam & deiectionem nigrorum in acutis surditas venit, malum. Ibi deiectione sanguinis mortifera est: surditas autem exoluit. Profusa narium hæmorrhagia vi suppressa, nonnunquam adducit in conuulsionem.

Hip. in coacis prænotionibus cap. citato, & in prorrhet. lib. 1. parte 3. Si quis Hip. mentem assequi cupit legat Dureti Comment. in Coacas.

• *βεγαπτεα
vniuersa-
lis horum
3. sympto-
matum.*

Curatio institui nequit, sine caularum cognitione à quibus ratio medicandi est sumenda. Diapedesis condensantia remedia efflagitat: Diæresis remedium vniens & glutinans: anastomosis astringens.

Si à copia sanguinis minuens: si à calore, refrigerans: si à tenuitate, incrassans: si à flatu, discutiens: si ab impetu, reuel- lens remedium poscit.

Si ab hepate, liene, aut aliunde ducit originem, illi parti prospiciendum: sic de cæteris à contrario. Si inclinante malo, hæmorrhagia acciderit, viribus ægri iam collapsis, vires potius sunt reficiendæ alimento boni succi, quam alio remedium- rum genere. Si hæmorrhagia cum alui profluvio sanguinis acciderit, huic fluxui sanguinolento magis providendum quam reliquo, nisi vtrumque ab vno eodemque humore prodeat, quo tempore medendum erit, per humoris peccan- tis purgationem, prius instituta victus ratione.

De victu.

In genere victus secundum sex res non naturales sic est in- stituendus: aër sit refrigerans, qui si à natura talis non fuerit, vt in æstate, arte paretur, irrigando pavementum aqua frigida aut rosacea cum paucis aceti, vel sternendo folia salicis, vitis, eucurbitæ, violarum, lactucæ: vel sterne flores rosarum, nym- phææ, violarum, caryophyllorum seu veronicæ altilis. Escu- lenta liquida, & non solida esse debent, ne motu maxillæ in- ferioris concitetur hæmorrhagia: eaque euchyma & glutino- sa & maximè in anaurosi: qualia sunt iura carniū in quibus coxerint portulaca, lact. intybus: nec non esus pedum verue- cis, vituli, hœdi, & consummata, hordeata, colaticia, panis clotus, auenatum, cimolia, oriza (si nulla est febris) gelatina &c. Cessata hæmorrhag. concedi possunt pisces saxatiles, lu- cius, perca, astaci, acipenser &c. Pira cocta saccharo aspersa, passulæ integræ, & corinthiæ, caro cydoniorum cocta, aut saccharo condita, mespilla, sorbæ & reliqua astringentia.

Pro potu vtendum aqua chalybeata cum syrupo aliquo astringente: & si vires collabi videntur, concedendum vinum tortium aqua chalybeata dilutum, aut oligophorum, & non tenue: idem si lipopsychia, aut syncope superuenerit. Aluus si est astricta, fluida reddi debet, balano, aut clystere. Quies tum

corporis cum animi probatur : contra improbatur motus corporis violentus , & linguæ vociferatio. Timor repentinus , & omnia quæ à circumferentia ad centrum humores compellunt, sunt ex vsu: quia hæmorrhagiam reuellunt.

Somnus non solum hæmorrhagiam sistit, verum etiam omnes insignes vacuationes cuiuscunque sint naturæ , exceptis sudoribus.

Optimum etiam est habere oculos clausos , & vitare luminosum aërem , & colorem rubrum: quia hæmorrhagiam concitant, & facultatem expultricem phantasie ab obiecto motam.

Venæ sectio in parua quantitate epapheristicè celebrata, ad reuulsionem ex vena cephalica cubiti , vel poplitis , vel maleoli, seruata καὶ ἰσθί, prodest. Vel huius loco vti licet hirudinibus pone aures : vel podici (si à suppressis hæmorrhoidibus) ad deriuationem , ex Hip. & Gal. lib. de sanguinis missione per venæ sectionem. Ad idem valent cucurbitæ hypochondriis citra scarificationem , aut cum ea ceruici affixæ ; aut femoribus si à puerperij aut mensium suppressione oriatur. Frictiones deorsum versus cum linteis asperis partium inferiorum , vt inguinum , femorum , pedum , brachiorum , & manuum factæ, profunt. Vincula dolorifica earundem partium etiam profunt : quia faciunt ad reuulsionem sanguinis qui sursum repit.

De venæ sectione.

Diapedesi conuenire diximus condensantia medicamenta tam simplicia quam composita : qualia sunt argilla, bolus armena, terra lemnia, gypsum, gummi tragacanthum, & arabicum, amyllum, corallus vterque, lapis hæmatites, sanguis draconis, mumia, albumen oui, succinum, stercus asini, & porci, sed hoc, illo est imbecillius: ex quo turundæ cum pauco aquæ rosarum (ob fœtorem) parentur in nares indendæ: succi porri, equiseti, vrticæ, aut ocimi, cum tantulo caphuræ, pili leporis minutim incisi, & eius coagulum, cochlearum caro &c.

*Quamēdā
camēnta
conueniūt
Diapedesi.*

Inter composita, quæ extant in pharmacopoliis sunt troch. de succino, de terra sigillata : conserua rosarum : caro cotoneorum condita, micleta Nic. syrupus cydoniorum , & de menta : cathena coralli, auri, argenti, de succino collo suspensa iuuare creditur. Lapidē onichin, i. corallinā, &c. valere potius crediderim frigiditate ex contactu, quam à proprie-

tate occulta. Tela arancorum, papyrus vsta, & spongia etiam vsta à multis probantur.

*Quæ Di-
resi conue-
niunt.*

Diuresi conueniunt anacolle mata, id est, glutinantia, vt rad. symphyti ma. & minoris plantago vtraque, cynoglossum, miriophyllum, vlni folia, & eius medianus cortex, succus è pomis, verbenaca, pilosella, anagallis, betonica, scabiosa, hypericum, pimpinella, equisetum, lumbrici terræ, sarcocolla, thus & eius cortex in parte humida: nam in parte sicca pus mouet autore Gal. 3. methodi. Mumia, aloë, myrrha, mastiche, therebinthina, resina, pix, balsamum. Anacolle matris vtendum post reuulsionem: sunt tamen inutilia, quum per venas & arterias interiores sanguis decurrit. Si causticis vti cogimur, illis portio quædam narcoticorum est miscenda.

*Quæ Ana-
stomosi.
Frigida
astringen-
tia.*

Anastomosi conueniunt præcipuè astringentia, quæ terrenæ sunt substantiæ: quorum alia sunt frigida, alia calida: vt vitis folia, rosæ, & harum succus, rubus caninus, folia & bacca myrthi, cupressus, folia quercus, galla omphacitis, balau- stium, cytinus, malicorium, acacia, hypocistis, lycium, oxyacantha, mespilla, sorba, corna immatura: matura non astringunt aut parum admodum, cotonea: inter calida astringentia numerantur, rad. cyperi, nardus indica, malabathrum, crocus, chalcanthum vstum &c.

*Calida
astringen-
tia.*

Ne iuniores medici, & in praxi nondum satis versati, destituantur formulis, aliquas describere, (vt simili modo quisque suo Marte componat) statui.

*In Diap-
desi peni-
cillus.*

- ℞. Stercoris asini recentis, ℥. i. succi polygoni, aut hippuris, ℥. β. simul macerentur cum aceti rosati, ʒ. ii. super cineres cal. expressioni dissolue farinæ volatilæ, ʒ. ii. thuris, aloës & pilorum leporis minutim incisorum singul. ʒ. i. fiat pasta ex qua parentur penicilli naribus indendi: adde caphuræ ʒ. i. interea æger aquam frigidam in ore contineat, qua calfacta aliam excipiat ne sanguis in ventriculum, aut pulmones recurrat. Vel

Alter.

℞. Telas arancorum quantum libuerit, albumen oui, sanguinis drac. stercoris asini sicci & puluerati, sarcocollæ, gypsi, singul. ʒ. i. caphuræ, ʒ. i. fiant penicilli cum gossipio naribus indendi, filo suspensio vt retrahi possint, & noui supponendi. Si his sanguis non coalescit,

Validior.

℞. Vitrioli vsti & subtilis. triti. ʒ. ii. opij ʒ. iiii. & fiat pulnaribus cum calamo peruio insufflandus, qui erit efficacior

si guttas iii. aceti addideris. Ocimum contritum naribus inditum Rhases commendat. Eisdem vires obtinet vrtica, aut menta contrita cum pauco caphura. Vel

℞. Rad. symphyti ma. recentis in mortario sine coctione accuratè triti, ℥. iii. pul. masticis, cort. thuris, boli communis, aut argillæ, amylli, rosarum rub. singul. ℥. β. cochlearum paruarum in eodem mortario contusarum, ℥. ii. cum albumine oui, fiat cataplasma super pannum cannabinum densum extendendum, in colli ambitu applicandum: adde caphuræ, ℥. ii. venas & arterias iugulares suo contactu, sanguinem fluentem potentius reprimat, quam si fronti admoueretur.

Cataplasma pro diarræsi.

Vel

℞. Succorum bursæ pastoris, & plantag. vtriusque ℥. ii. sem. cotoneorum, & aceti rosati, vtr. ℥. i. macerentur simul super cineres calidos.

Aliud.

Expressioni dissolue pul. gypsi, acaciæ nostratis, & gallæ omphacitidis, singul. ℥. β. pul. mentæ, & caphuræ, vtriusque ℥. ii. fiat cataplasma fronti & temporibus & maximè parti quam micant arteriæ tepidè si sit hyems, vel frigidè si sit æstas applicandum.

℞. Pul. trium santal. rosarum rub. & troch. de caphura, singul. ℥. i. nard. Ind. malabathri, & croci, singul. ℥. i. aquarum pediculi rosarum, & vlmariæ, vtriusque ℥. β. aceti, ℥. ii. fiat epithema testiculis si vir, vel mammis si fœmina tepidè applicandum cum spongia, vel panno rubro denso per horam ante partum. Vel

Epithema:

℞. Fol. vitis, centinodis, salicis, cucurbitæ, viol. & florum nymph. rosarum rub. singul. m. i. mentæ siccæ, & absinthij p. ma. vtr. m. β. bulliant in aqua chalybeata, sub finem addendo scyphum aceti, & de colatura lauentur suræ, genua, & pedes tepidè bis aut ter in die ob sympathiam quam cum cerebro habent.

Lotio surarum, si anastomosis.

Indicationes medicatrices sumptæ à causis effectricibus sunt multiplices quæ à contrario curari possunt, vt paucis verbis dixi pag. 356. Vniuersalibus post scribendis particularia prætuli, ob vitæ periculum quod sæpe imminet, & medico inducias non dat.

De indicationibus sinendis à causis effectricibus

Si à cacochymia, purgatio epicrastica erit instituenda, hoc modo.

℞. Nardi Indi ℥. β. myrobal. citrearum (si bilis præpollat)

Forma potionis benignæ.

vel cepularum, (si pituita) vel Indarum si melancholia, oleo amygd. dul. confricatarum, & rhabarb. selecti vtr: ꝯ.iiii. cassia recens extracte ꝯ. i. ꝯ. simul infundantur in succo vel infusione rosarum per noctem super cineres cal. si bilis, vel in sero lactis; aut in decocto polypodij, carthami, sennæ, anisi & caryoph. integr. si pituita aut melancholia præpoller, fiat potio diluculo sumenda. Deinde humor coquendus sequenti decocto.

Apozema. ℞. Rad. plantag. acetosæ, & symphyti ma. singul. ꝯ. i. herb. portulacæ, m. ii. vlmariæ, seriolæ, borrag. scabiosæ, pimpinellæ, singul. m. i. mentæ siccæ, & rosarum rub. vtriusque m. ꝯ. sem. endiuia, portulacæ, & papaueris albi, singul. ꝯ. ii. passul. integrarum, pa. x. florum nymphææ, & hyperici, vtr. p. i. aquæ, lib. 3. coquantur ex arte in fictili vitrato & non æneo ad tertias. Colatura clarificetur cum syrupi cotoneorum, vel de agresta, vel granatorum, ꝯ. iii. arom. santalo citreo pro iii. dosibus.

Potio. Iteretur eadem potio purgans, vt supra, quam cap. finito apozemate. Vel sequentes pilulæ, si potionem renuat.

Capotia. ℞. Massæ pil. alephang. vel imperialium, ꝯ. ii. rhab. optimi, ꝯ. i. agarici troch. ꝯ. ꝯ. cum syrupo absinthij (si pituita) vel de rosis siccis, si bilis, fiant pilulæ vi. quas cap. horis aliquot antelucanis, citra molestiam purgabunt.

Bolus: ℞. Conferuæ rad. symphyti, & rosarum, vtr. ꝯ. ii. tertzæ lemnix, & coralli rub. subtilis. triti, vtr. ꝯ. ii. gummi Arab. assii, ꝯ. i. cum sacch. rosato fiat bolus postridie deuorandus horis 3. ante prandium.

Interea dum his vtetur, compescenda erit hæmorrhagia præscriptis remediis & conciliandus est somnus hipnotica potione, oxyrhodino, lotione pedum, epithemate, & sequenti vnguento.

Linimentū ℞. Cerati santalini, & rosati Mes. aqua plantag. vel rosarum lotorum, vtriusque ꝯ. i. ꝯ. pul. nardi Ind. schœnanthi, & folij Indi, singul. ꝯ. ii. caphuræ, ꝯ. ꝯ. aceti parum, fiat linimentum, quo illinetur iecur, aut lien si ab eo scaturiat. Nisi his omninò cacochymia est sublata, paretur sequens syrupus magistralis in multos dies.

Syr. magistralis. ℞. Infusionis rosarum, aut succi earundem, ꝯ. i. in eo infunde nardi Indicæ minutim incisæ, ꝯ. ꝯ. agarici troch. ꝯ. ꝯ. rhabarbari, & thamatind. vtr. ꝯ. i. per noctem super cineres cal.

expressum coque in syrupum mannæ calabræ ℥. viii. & syrupi rosati sol. ℥.iiii. cap. pro dosi ℥.i. β. aut duas pro ætate, anni tempore &c. cum pauco decocti symphyti medij, & absinthij, aut mentæ, idque quarto quoque die continuando.

Si diarrhœa hæmorrhagiæ esset copulata, huic potius quam illi occurrendum: nisi ab vno fonte ambo prodierint: tunc enim vtrique esset prospiciendum. Si mensium purgationes accesserint, hæmorrhagiam primo sistere oportet, quia in hac maius periculum imminet. Sic per varia remediorum genera spatari oportet. Vt

℥. Pul. diatriasantali, terræ sigillatæ, & lap. hæmatites, singul. ℥.ii. succini, & cornu cerui vsti, & aqua pediculi rosarum loti, vtriusque ℥.i. carnis cydoniorum, & confer. symphyti ma. aut myrobal. sacch. conditarum, vtr. ℥.iii. sacch. albi aqua portul. soluti & cocti, ℥.iii. fiat elect. in rhombos pondo ℥.ii. aut iii. cap. vnum post singulas doses apozematis præscripti: & peracta purgatione alternis matutinis cap. vnum horis tribus ante primum pastum. Intermediis verò diebus, vtatur sequenti

℥. Myrobal. i. conditam saccharo, conferuæ rad. symphyti ma. & conferuæ rosarum, carnis cydoniorum etiam sacch. conditæ, singul. ℥.i. micletæ Nic. ℥. β. pul. diacydoniten sine speciebus, ℥.ii. boli orient. lotæ, ℥.i. gummium Arab. & tragac. assorum & sub. tritorum, vtr. ℥. β. fiat confectio cuius cap. instar magnæ castanæ mane vt dixi.

Capræ iecur combustum & pulueratum naribus inditum *Empirica* hæmorrhagiam sistit: pariter si idem iecur teratur & cum *pro pau-* aceto reducatur in pastam & cum gossipio carpto paretur *peribus.* turunda mirè sistit. Caprini pili vsti cum aceto mixti, hæmorrhagiam reprimunt. Cui fluit sanguis, fricetur sanguine capri, & reprimet.

De Polypo & Ozæna.

CAP. XXIX.

De Polypo.



OLYPVS tam Græcis quam Latinis, & οὐλο-
 ναία differunt magnitudine & forma. Est autem
 Polypus quidam sarcoma, non contra. Hoc nihil
 aliud est, quam carnis in naribus præter naturam
 incrementum. Polypus verò, est tumor præter naturam in
 naribus genitus, polypi marini carni similis, secundum sub-
 stantiæ proprietatem, autore Gal. lib. 3. catat.

Polypum graphicè depinxit Celsus lib. 6. cap. 8. hoc modo:
 Polypus in naribus est caruncula modo albà, modo subflaua,
 modo subrubra, cuius substantia, interdum est mollis, alias
 fluida, alias durior magisque contracta, quæ ossi ethmoïdi in-
 hæret, & modo ad labra pendens nares implet: modo retro
 per id foramen quo spiritus à naribus ad fauces descendit,
 adèò increfcit, vt post vuam seu vuulam conspici possit, stran-
 gulatque hominem maximè austro aut euro stante, ferèque
 mollis est, raro dura, eaque magis spiritum impedit, & na-
 res dilatat, quæ ferè ραριώδης est: tunc attingi non debet,
 neque ferro neque catheticis medicamentis. In quinque
 differentias distribuit Hip. lib. 2. de morbis.

De Ozæna

Οζαίνα verò, est narium vlcus putridum, ab humorum
 acrium defluxu. A fædo odore quem habent sic dicta. De
 genere vlcerum esse, docuit Gal. 3. Ἐπίπυς: eoque inter alia
 vlcera à Polypo distat, qui in tumorum genere tantum est,
 non vlcerum. Ozæna nobis est frequentior quam antiquis
 fuerit, vt quod luem veneream sæpissimè consequatur.

Cause
Polypi.

Causæ Polypi euidentes sunt casus, ictus, vulnus & c. Inter-
 næ, sunt tumor iuxta narium radicem, quo rupto sanies quæ-
 dam eruetur, hinc caruncula cicericis instar enascitur, mollis &
 fungosa, quæ sensim excrescit & nares implet, quæ sæpe foras
 prominet alba, subflaua, liuida, & nigra apparet: alias erumpit
 in cavitatem narium iuxta gurgulionem quæ ore aperto videri
 potest, & respirationem impedit: alias ex crassis & viscosis hu-
 moribus, qui è cerebro in nares defluunt.

Causæ Ozænæ, sunt humores acres qui è cerebro defluunt & condensantur: qui retenti in nares, putrescunt, & ex putredine acriores fiunt, hinc erosio & ulceratio. Si talis exulceratio sanient non putridam ac fœtidam eructat, faciliè curatur. At si fœtidam & graueolentem ægro molesta est, & vicinis, tunc Ozæna fit difficilis curationis. Si septum aut palatum erodit in cancerum incurabilem degenerat.

Signa per se sunt satis nota, aut disci possunt ab ægro; fœtor est signum pathognomonicum Ozænæ, à quo differt à cæteris narium vlceribus quæ fiunt ab humorum acrium influxu.

Quum est recens, hinc noscitur, quod sanguinis non nihil frequenter eructat, maximè quum attingitur, aut irritatur: quodque nares hoc sæpe madeant: atque si sinitur, crustula sicca, eaque nigra obducitur, quæ emunctionis impetu nunquam procedit.

Polypi & Ozænæ communis est curatio, teste Gal. lib. 3. catat. & post eum Tralliano lib. 3. cap. 8. & Aërio lib. 6. cap. 91. & 92. Imprimis oportet caput siccare & corroborare, ut intercipiatur humorum defluxus ne in nares fluat. Capite roborato, naribus adhibenda est curatio, per pharmaca quæ sint mixtæ facultatis, tum per repellentia tum discutientia exsiccetur. Repellunt tum austera, tum acerba. Discutiunt cal. & siccam vim obtinentia.

His topicis non vtendum, nisi præmissa vniuersi corporis vacatione, & victus ratione instituta, quæ parca esse debet, & minimè acris: Et si in toto corpore redundat sanguis, erit mittendus: & si adsit cacochymia, erit delenda purgatione, ut reuellantur humores qui in nares defluunt. Cucurbitæ cum scarificatione collo admotæ & apophlegmatismi ad humoris reuulsionem aptari possunt.

Imprimis tondere caput oportet: Deinde fricare sequenti sacco.

℞. Milij, ℥. i. salis, ℥. β. bac. lauri, ℥. ii. sem. 4. cal. ma. singul. ℥. i. herb. saluix, maioranæ, lauendulæ, stœch. Arab. betonicæ, singul. m. i. hæc quantitas diuidatur in tres partes. Portio inclusa sacco ex panno cannabino denso interpuncto fricetur diu caput donec rubere incipiat. Altera portio frigetur in sartagine, eaque inclusa in alio sacco non interfecto calidè capiti admouetur: quo refrigerato, admouebitur

Calantica. calantica interpuncta hoc modo parata. ℥. Ligni aloës, & rad. cyperi, calami arom. singul. ℥. i. mentæ siccæ, sampſuchi, ſaluix & lauēdulæ, ſing. m. i. macis, caryoph. nucis moſch. ſtyracis cal. beniuini, ſem. gith. ſing. ℥. iii. florum ver. ſol. roriſm. p. i. fiat pul. craſſus quo paretur calantica cum ſerico rub. & goſſipio interpuncta capiti admouenda, (vt dixi) die nocteque ferenda & ſuffumiganda ſequenti ſuffitu.

Suffens. ℥. Cort. thuris, maſticis, myrrhæ, ſuccini, & gummi vernicis, ſingul. ℥. vi. ſem. melanthij, & roſ, rub. vtr. ℥. β. beniuini, ſtyrac. cal. & caryoph. ſingul. ℥. ii. fiat pul. craſſus terebinthina excipiendus, & in paſtillos ſatis craſſos redigendus, quorum vnus ſuper cineres cal. poſitus ſuffiatur calantica, & facies ægri inclinato capite, mane & ſero continuando per multos dies, donec cerebrum ab omni humiditate ſuperflua ſit ſiccatum & roboratum.

Iterandi quoque erunt ſacculi, & frictiones per multos dies.

*Specialis
Polypi
Curatio.
Pulvis.*

℥. Pul. ſabinæ, ℥. vi. ochræ, ℥. ii. fiat pul. ſubtilis carunculæ admouendus, qui ſi nihil aut parum profuerit, curabitur (vt docet Celfus lib. 7. cap. 10.) ferro acuto in modum ſpatulæ facta (chirurgi noſtri idiomaſe ſuo *Bec de Corbin* appellant) reſoluere ab oſſe oportet non trahendo carunculam, ſed in gyrum inſtrumentum ſenſim vertendo, donec eius radix rumpatur.

Ea extracta, ſi ſanguis fluit, compoſcendus aſtringentibus turundis ſeu penicillis, in hæmorrhagia deſcriptis pag. 359. tum, tam internis quam externis pars roboranda. Inter interna commendantur ſyrupus de roſis ſiccis, & mel roſatum. Inter externa, vnguentum album Gal. aut roſatum Meſ. Deinde lauetur vlcus aqua aluminofa, vel ſequenti

*Lotio a-
ſtringens.*

℥. Solani, & plantag. caprifolij, ſingul. m. i. balauſtiorum, & myrob. citrinorum, vtr. ℥. β. aluminis rupani, ℥. ii. coque in aqua chalybeata, ad ℥. β. De colatura ſæpe lauetur vlcus. Deinde vttere ſequenti

Linimentū

℥. Succipunici mali, ℥. ii. ſuccorum ſolani, ſemperuiui, & planthag. ſingul. ℥. i. β. olei roſati omphacini, ℥. iii. bulliant ad ſuccorum ferme conſumptionem. Colaturæ liquæ ceræ albæ, ℥. β. pul. ceruſæ, lithargyri, antimonij, tutiæ præp. vel pompholigis veræ, plumbi non vſti ſed in mortario ſenſim leuiſſimè triti, ſingul. ℥. ii. fiat linimentum quo penicilli in eo im-

buti nari affectæ indantur. Si vigil est æger, cap. pilulam vnam de cynoglossò, aut de laudano spagiricorum tantundem, aut diacodij Gal. ʒ. ʒ. aut ʒ. i. syrapi de papauere cum aqua caprifolij.

Deinde cicatrix inducenda medicamentis epuloticis, qualia sunt vnguentum desiccatiuum rub. V. pompholigos, & palmeum.

Ozæna Gallis *Punaise* dicta, curatur vt Polypus in genere. *Curatio ozæna specialis*
Masticatoria, & errhina, & suffitus præscriptus (auripigmento rub. vel luteo addito, vel cinnabari, erunt ex vsu.) Vapor dirigendus erit per tubum calami, aut alterius materiæ in nares. Sed prius crustæ si quæ sunt, excidendæ vnguento ex axungia gallinæ, capi, aut anseris, cum butyro recenti & oleo amygd. dulcium parato. Deinde vlcus detergendum melle rosato, aut vnguento ægyptiaco in aqua hordei dissoluto: aut aliquo ex sequentibus descripto.

Gal. autoritate Archigenis 3. catat. probat succum calamenti per nares tepidè tractum & eius pul. sin nares per tubum calami iniectum. Vel huius loco paretur sequens *Errbinum & puluis.*

℞. Ambaris, moschi, & caphuræ, singul. ʒ. iiii. myrthillorum, rosarum rub. calamenti, rad. angelicæ, gentianæ, caryophyll. & macis, singul. ʒ. ʒ. fiat pul. subtilis in nares sufflandus. *Alter puluis.*

℞. Masticis, ʒ. iiii. pyretri, nucis mosch. cubebæ, singul. ʒ. i. cum pulpa pingui vuarum damasc. excipiantur pul. in pastam, qua formentur pastilli pondo ʒ. i. aut ʒ. iiii. inuoluti panno lineo, & quotidie mane masticabit vnum per horam semissem continuando. *Aphlegma.*

℞. Hydrargyri cum plumbo præparati, & sub. triti, ʒ. ʒ. *Nasale.*
pul. antimonij loti, & lapidis calaminaris, pompholigis veræ, & cancerorum fluuiatilium, singul. ʒ. i. cum ceræ albæ quantitate suffi. fiat ceratum aut empl. quo parentur nasalia naris indenda tempore noctis, & mane trahenda, quo tempore vti licebit errhinis, & pulueribus præscriptis.

Cum ozæna sit vlcus, curationis ordo efflagitat, vt eo deterfo incarnandum: denique ad cicatricem perducendum. Si adeo est rebelle, & altas egit radices & mitioribus non curetur, ad validiora remedia erit confugiendum: qualia sunt cauterium holosericum D. Paræi si os ethmoides aut narium interstitium exæsum fuerit: vel aqua auri fabrorum secunda: vel

aqua vitæ, vel aqua aluminosa, vel caprifolii in quibus parum pul. præscripti iniectum sit. Si verò degenerat in cancrum solo prognostico sunt relinquendi, vel mediocria medicamenta adhibeantur: quoniam à validioribus irritatur & mitiora spernit.

Si à lue venerea scaturit, purgato corpore & aperta vena vtendum erit decocto gaiaci per 20. dies: Deinde alexipharmaco descripto in nostra Paraphrasi tractatu de vnguentispa. 419. postremæ editionis.

De Triplici Catarrho.

C A P. X X X.



EX capite varia prodeunt symptomata tam acuta quam minus acuta vt Laconicus noster Hip. Epistola ad Regem Demetrium scripsit. Καὶ καθόλου μὲν ἐστὶ τὴν εἴζα τῶν ἀνθρώπων νοσημάτων, ἡ κεφαλὴ καὶ τὰ ἀρρωστήματα τὰ μέγιστα, ἐκ ταύτης ἐκκρίνεται. i. Et in summa quidem humanorum morborum radix, caput est, ex eoque maximæ ægritudines adueniunt: veluti apoplexia, lithargia, epilepsia, sopor &c. Gal. verò post eum cap. 14. lib. 2. de differentiis febr. morbos minus acutos recenset eos qui ex capite prodeunt: & lib. 6. de symptomatis capite quarto in os, aures, nares, dentes, gingiuas, oculos, tempora, labrum, genas, palatum, gurgulionem, tonsillas, adenas, gulam, ventriculum, vterum, aut venas, vnde febres catarrhales.

At in hoc capite, non de singulis fluxionibus supra enunciatis scribere statui: sed tantum de κατάρρῳ catarrhisticos propriè vsurpato: nempe de destillatione quæ à capite defluit in partes inferiores, in pulmones scilicet, quæ si acris fuerit, eos exulcerat & plithisim parit: si non acris, tussim. Si in fauces & asperam arteriam defluit βραγχον, i. raucedinem. Si in nares, ροειζας, i. grauedinem. Hinc distichus Scholæ Salernitanæ. Si fluat ad pectus, dicatur rheuma catarrhus: Ad fauces branchos, ad nares esto coriza. Reliqua symptomata sortiuntur appellationem à parte obsessa. Hæc tria symptomata

sunt de genere excretorum præter naturam immodicè fluentium, actionem partis lædentium, autore Gal. 6. de sympt. cap. 4. Quæ ob analogiam quam inter se habent, curationem duplicem dabimus. De reliquis suo loco.

Causæ evidentes horum trium symptomatum sumuntur *De causis externis.* ex aëre nos ambiente frigidiore, & humidiores, qui comprimendo humores concitat: Alias à frigore pedum, ob sympathiam quam cum cerebro habent: Alias ab aëre calidiore, liquante humores qui in cerebro continentur. Ros quoque qui æstuante cælo ante solis exortum & post eiusdem occasum decidit.

Aëris item constitutio pluuiosa, & australis fluxiones generat ex Hip. lib. 3. aphor. 13. & Gal. in comment. necnon epidemica constitutio, eaque aquillonia ex eodem Hip. & Rhafi ad Almanforem cap. 14. Cutis densitas quoque & alui astrictio catarrhum accelerant.

Omnia quoque vaporosa quæ caput replere possunt, aduersantur: qualia sunt vinum immoderatus aut meracius sumptum. Cibus crudus qui in ventre permanet neque excernitur: aut calidior & vaporosus: veluti allium, porrum, cepa, sinapi, raphanus, castaneæ, rapa, legumina, caseus antiquus, balnei vsus intempestius, exercitium violentum, & equitatio succufans.

Causæ interiores sunt intemp. frigida & humida cerebri, *De causis internis.* vitio alterius, aut vtriusque parentis contracta: aut ex cerebri imbecillitate nequeunt dissoluere vapores crassos, & lentos in anteriore ventriculo contentos (per insensilem transpiratum) qui tandem in partes inferiores defluunt, & catarrhum generant: alias, est intemperies calida alicuius visceris, hepatis nempe, lienis, ventriculi &c. quorum vapores calidi sursum sublatis frigiditate cerebri & cranij & futurarum densitate condensati, deorsum feruntur & catarrhum pariunt, qui nomen sumit à parte quam obsidet.

Si aliquod ex tribus symptomatis à causis evidentibus fit, *De signis.* ex ægri relatione disci potest. Si verò à causis internis, signa sunt sumenda ab excrementi substantia, quantitate, & qualitate. A substantia, si excrementum quod defluit in partes subiectas est crassum aut tenue, quod per ossa colatoria in os aut nares plus solito copiosius fluit, vt multis apparet tempore hyemis. Quantitas cognoscitur ex symptomatum vehe-

Qui grauedine sunt affecti, tumore lienis non afficiuntur, & contra: quia sanguis qui tumorem lienis procreat, attenuatus per grauedinem expurgatur. Gal. ex Ruffi & Sabini opinione comment. suo 2. in lib. 6. epid. textu 41. Quam sententiam Auic. fen 15. tertij, tract. 2. cap. 4. probare videtur. Si quis plura desiderat legat lib. Hip. de glandulis. Si catarrhus fuerit cum dolore capitis, copiam humoris in cerebro contentam denotat, qui à dolore attractus, & liquatus, periculi non est expers. Sternutamentum in principio catarrhi, malum: quia copiam humoris contenti in cerebro denotat: in fine verò bonum, quia naturæ robur portendit, autore Auic. fen 5. tertij tract. 1. cap. 13. Omnis catarrhus breuis, si ab initio negligatur longus esse consuevit autore Celso loco citato.

Licet hæc symptomata à variis causis scaturiant, horum curationem ad duo capita reducam, nempe ad intemp. calidam, deinde ad frigidam, & vnicuique remedia vniuersalia & particularia docebo.

*De generia
à causa frigidâ.*

Incipiam à victus ratione, quæ intemperici frigidæ congruit. Imprimis eligatur aër qui sit cal. & siccus, qui si talis non fuerit, arte paretur. Vitentur pluuia, ventus austrinus, & aquilonijs, ros cœli æstatis tempore, frigus pedum, esculenta & potulenta frigida; omnia flatulenta & cruda, somnus diurnus.

*De victu
in causa
frigida.*

Contraria his prosequantur: & si aluus est astricta, sic sollicitanda.

℞. Betonicæ, maioranæ, saluiæ, mercurialis, & maluæ, singul. m. i. stœchadis, m. β. sem. sileris mont. ʒ. β. agarici, ʒ. ii. florum chamæm. meliloti, & centaurij mi. singul. p. i. coque in aqua suffi. ad ℥. i. colaturæ dissolue hieræ Gal. & benedictæ, vtriusque ʒ. vi. mellis anthosati, & olei chamæm. vtr. ʒ. i. β. fiat clyster hora electa supponendus. Vel paretur sequens potio.

Clyster.

℞. Elect. Indima. & diacarthami, vtr. ʒ. β. agarici troch. ʒ. i. infundantur omnia simul per noctem super cineres cal. in decocto polypodij, carthami, sennæ, melissæ, & betonicæ, anisi, & caryoph. integr. expressum detur mane. Vel

Minorans.

℞. Massæ pil. de agarico, ʒ. ii. cocciarum, ʒ. ʒ. cum melle rosato forma pil. 6. aut 7. deauratas, quas cap. post primum somnum.

Pilula.

Quoniam in causa frigida, venæ sectio non conuenit, ad humoris reuulsionem, cucurbitæ, omoplatis vel ceruici aptari

De cucurbitulis.

possunt cum scarificatione : vel harum loco, vtendum frictionibus, vel capiti admoueantur lintea calida sæpe mutata:
Deinde

Apozema. ℞. Sarzæ parillæ in tenues partes concisæ, ℥. i. β. rad. pæoniz, & acori vulg. vtr. ℥. i. herb. sampsuchi, saluiz, betonicæ, & melissæ, singul. m. i. stœchadis, m. β. passul. mund. pa. x. sem. ocimi, & fiseleos, vtr. ℥. ii. florum rorism. thymi, & buglossi, singul. p. i. coquantur ex arte in hydromellis ℔. iii. in fictili vitrato angusti oris operculato, ad 4. v. syrupi stœchadis, ℥. iii. fiat apozema clarificatum & aromar. nuce moschata, pro 4. matutinis; quibus finitis

Bolus. Iterentur potio purgans, vel pilulæ, vt supra. Deinde

℞. Theriacæ veteris & probatæ, ℥. i. confer. florum saluiz, & rorismarini, vtr. ℥. ii. cum saccharo, fiat bolus postridie sumendus mane horis iii. vel iiii. ante prandium.

Elect. solidum cerebrum roborsans. ℞. Pul. diamoschi, & diambre, vtriusque ℥. i. cort. citrij conditæ, aut nucis moschatae pariter sacch. conditæ, ℥. iii. sacch. albi aqua melissæ soluti & cocti, ℥. iii. fiant tabellæ pond. ℥. ii. cap. vnam dormiturus, vt vna cum vaporibus alimentorum eius facultas deferatur in cerebrum, illudque corroboret.

Opiata ad idem. ℞. Pul. aromar. caryophyllati, aut pul. aromar. rosati D. Gabrielis, ℥. ii. mithridatij probati & veteris, ℥. β. zingib. viridis conditi, aut nucis mosch. etiam conditæ, & conferuz florum lilij conuallii si extiterit, aut florum stœch. vtr. ℥. vi. confer. florum betonicæ, aut primulæ ueris, & rorisinar. vtr. ℥. i. β. conferuz rad. acori vulg. ℥. ii. fiat opiata, de qua quotidie mane cap. ℥. β. superbibendo parum aquæ sal. horis iii. ante pastum. Vel huius loco, cap. ℥. i. claretæ compositæ, cuius descriptio extat in nostra Pharmacopœia : vel tantundem aquæ cinnamomi. Sic corroborato cerebro, veniendum ad topica.

De Topiciis ℞. Milij, ℔. i. salis, lib. β. bac. lauri, ℥. ii. sem. sileris montani, & dauci, vtr. ℥. i. fol. saluiz, maioranæ, lauendulæ, & stœch. singul. m. i. hæc quantitas in duas partes diuidatur. Vna friget in farragine, eaque inclusa in sacco ex panno cannabino parato admoueatur capiti tunsis vel rasis prius capillis, quo refrigerato altera pars in eadem farragine friget, & inclusa in alio sacco (sublato priore) substituatur, quo refrigerato pariterque sublato, stupæ cannabinæ sequenti

suffitu fumigatz admoueantur : sic diu continuandum erit. His sacculis maior vis inest ad corroborandum cerebrum, & ad humores noxios dissoluendum per suturas cranij, quam emplastris.

℞. Ligni aloës, & calami arom. officinarum, vtriusque ʒ. *Suffitus.*
 β. styracis cal. beniuini, sem. melanthij, troch. aliptæ mosch. singul. ʒ. ii. macis, caryophyl. & pul. diambrex, singul. ʒ. i. fiat pul. crassus. Cum muccagine gummi tragacanthi aqua stillatitia saluicæ extracta, forma pastillos lupinares, quibus suffiantur stupæ vt dixi, pariter facies velato & inclinato capite hora somni.

Vel huius loco, si æger est tenuis fortunæ, paretur suffitus ex granis iuniperi cum thure vel corticibus pœmi aurancij.

℞. Iridis Florent. ʒ. iii. ligni rhodij, & cyperi, vtr. ʒ. ii. foliorum melissæ, & maioranæ, & lauendulæ, rosarum rub. singul. m. β. styracis cal. beniuini, nucis mosch. caryophyllorum, cardamomi & troch. galliæ mosch. singul. ʒ. i. ḡ. tinctorum, ʒ. ii. fiat pul. quo aspergatur caput tunis capillis vt prius mane & vesperi. *Pul. cephalicus.*

Vel ex eodem pul. cum gossipio & sindone rub. paretur cucuffa acu intersuta die nocteque ferenda donec catarrhus conquiescat. Pul. scopulis è capite excutiatu mane, si eo utaris. Vel *Calantica cerebrum roborans.*

℞. Ligni aloës, galangæ tenuis, & iridis Flo. singul. ʒ. ii. rosarum rub. & lauendulæ, vtriusque m. i. styracis cal. beniuini, macis, caryophyl. & granorum tinctorum, singul. ʒ. i. troch. galliæ mosch. & pul. diamoschi (si diues) vtr. ʒ. β. fiat pul. serico rub. & gossipio exceptus, paretur calantica vel pileolus acu interpunctus. Vel *Alta calantica.*

℞. Gummi tacamahacæ in aqua vitæ calida remollitæ ʒ. i. β. fiat emplastrum super alutam extensum rasis capillis capiti admouendum. Vel *Emplastrum.*

℞. Ladani puri, & masticis, vtr. ʒ. β. cort. thuris, & gummi vernicis, vulgo sandaracæ, rad. cyperi, iridis, & xilaloës, singul. ʒ. i. cubebæ, caryoph. macis, & lauendulæ, singul. ʒ. β. pul. diamoschi, ʒ. i. cum pauco terebinthinæ, & olei anethi in mortario calido pulueres excipiantur, & excepti fiat massa, de qua fiat emplastrum, pul. diamoschi aspergendum & sincipiti admouendum, vt dixi. *Alind.*

℞. Masticis, ʒ. ii. pyretri, staphidis agriæ, piperis longæ, ni- *Apopblegmatismus.*

cotianæ ma. vulgo tabaci, singul. ʒ. β. cum pulpa ficuum, fiat pasta in nodulos referenda, quorum quotidie mane masticabit vnum spatio horæ semissis, (exonerata prius aluo) expuendo in disco aut lance saliuam quæ ab ore defluet.

Errhinum. ℥. Succorum maioranæ, mercurialis, & anagallidis florem purpureum gerentis, vel nicotianæ m. i. singul. ʒ. i. mellis rosati ʒ. i. β. pul. cyclaminis, ꝑ. iiii. fiat errhinum tepidè per nares trahendum post vsum caput purgij præscripti.

Nisi his conualuerit, optimum erit ceruici admouere vesicatorium, vel setonem, vel cauterium potentiale. Vel dictam quam vocant sudorificam præscribere ex decocto guaiacici, vel chinæ rad. vel sarzæ parillæ cum ligno sassafras per multos dies.

Si datur facultas, & anni constitutio permittit, consulat aquas Ballerucin Gallia Narbonensi, veleas quæ sunt Aquigrani Allobrogum (quia sunt naturales & sulphuræ) post purgationes vniuersales.

βρογχίτις à causa calida.
De victu.
Si catarrhus ducit originem à causa calida, imprimis consilio Celsi, & Auic. locis superius citatis, instituenda est victus ratio, vt sequitur. Aër sit temperatus, declinans ad frigiditatem. Cibus etiam moderatus, & non copiosus, catarrhi soboles ex Auic. refrigerans, & boni succi sit: hordeatum cum lacte amygdalino inclinante malo potius quam in principio, quia vaporosum teste Aëtio. Iuribus carniū coquantur lactuca, portulacæ, seriolæ &c. Initio pastus dentur pruna ex aqua & saccharo cocta: & in fine, vix Damascenæ exacinatæ. Cœnæ prandio sit frugalior. Sorbitiones probat Paulus. Caseum tenerum ac recens concedit Aëtius & oua tremula. Pro potu vtendum ptisana.

Vitanda in causa calida.
Contra, fugere oportet austrinam & aquiloniam constitutionem: Somnum diurnum, ciborum varietatem in vna mensa, & satietatem, ardoris solem, rorem, pluuiam, frigus pedum, balnea naturalia, sulphurea, nitrosa, & bituminosa, venerem & animi pathemata, & vina vaporosa: At si æger est senex, & vires sunt deiectæ, concedi potest vinum oligophorum, aut tortium in pastu dilutum.

Clyster.
Et si aluus est astricta, injiciatur sequens clyster.
℥. Mal. viol. borrag. seriolæ, singul. m. i. stœchadis Arab. m. β. prunorum, pa. iiii. sem. 4. frig. ma. singul. ʒ. ii. florum nymphæ, & rosarum, vtriusque p. i. coque in aqua suffi. ad

℞.i. col. dissolue cassiæ cum sacch. diapruni simpl. & diasebesten, singul. ℥.β. mellis violati, & olei nymph. vtr. ℥.i.β. fiat clyster vsui dicto. Vel huius loco si pauper fuerit indetur balanus communis.

℥. Cinnamo. ℥.i. agarici troch. ℥.ii. rhab. selecti, ℥. iii. *Eccoproto-*
cassiæ recens à canna extracta, ℥. i. infundantur omnia simul *cum.*
in decocto communi medicinæ per noctem super cineres cal.
Expressum detur appetente diluculo. Aut huius loco dissolue manna calab. in iure pulli, aut capi decrepiti insulso ℥. ii.
Vel

℥. Massa pil. de hiera cum agarico, & aurearum, vtriusque *Cataporia:*
℥.ii. cum guttis aliquot mellis rosati, fiant pilulæ vi. deauratæ
quas cap. post primum somnum si potiones rejicit. Sic
exonerata corporis prima regione educendus erit sanguis ex
vena basilica dextra ad ℥.viii. plus minusue pro morbi magni-
tudine, plenitudine, ad vasa, aut vires, & ægri viribus, sexu, *Vena se-*
ætate, anni tempore, & partis obsessæ natura, oculorum rube-
dine, mensium, aut hæmorrhoidarum suppressione. *ctio.*

Si quid eam dissuadet partienda erit, vt vires conseruentur.

℥. Syrupi granatorum, aut oxyfacch. comp. ℥.iii. decoctio-
nis hordei, cichorij, seriolæ, borrag. & capill. communiû, *Syr. dige-*
singul. m.i. passul. mund. sebesten, glycyrrh. stæchadis, & flo-
rum cord. q.f. fiat syrupus clarific. & aromat. santalo citreo *stinus.*
in tres doses. Deinde purgabitur vt sequitur.

℥. Elect. rosati Mes. vel de psyllio, vel de citro sol. ʒ. vi. *Potio pur-*
aut ℥.β. syrupi rosati sol. cum agarico, ℥. i. decocti pectoralis *gans.*
quantum suffi. fiat potio quam (concocta materia) cap. sum-
mo mane.

℥. Massæ pil. imperialium, ℥. iii. agarici troch. ℥. β. cum *Cataporia*
guttis aliquot aquæ betonicæ, fiant pilulæ vi. aut vii. deauratæ *alis.*
quas cap. post primum somnum, si potiones renuit & hyems
fuerit.

℥. Conseruæ viol. & rosarum, vtriusque ʒ. ii. mithridatii *Bolus.*
veteris & probati, ℥.ii. cum sacch. fiat bolus postridie deuo-
randus.

Si his æger non est curatus, vtatur sequenti syrupo magi-
strali. *Syrupus*

℥. Rad. acori vulg. & cichorij erratici, vtr. ℥.ii. hordei, eu-
patorij, borrag. & capill. communiû, singul. m.i. stæch. & ma-
ioranæ, vtr. m.β. passularum mund. pa. xii. sem. acetosæ, por-

℞. i. col. dissolue cassiæ cum sacch. diapruni simpl. & diasebesten, singul. ℥. β. mellis violati, & olei nymph. vtr. ℥. i. β. fiat clyster vsui dicto. Vel huius loco si pauper fuerit indetur balanus communis.

℞. Cinnamo. ℥. i. agarici troch. ℥. ii. rhab. selecti, ℥. iii. *Eccoproto-*
cassiæ recens à canna extractæ, ℥. i. infundantur omnia simul *cum.*
in decocto communi medicinæ per noctem super cineres cal.
Expressum detur appetente diluculo. Aut huius loco dissolue manna calab. in iure pulli, aut capi decrepiti insulso ℥. ii.
Vel

℞. Massa pil. de hiera cum agarico, & aurearum, vtriusque *Catapotia:*
℥. ii. cum guttis aliquot mellis rosati, fiant pilulæ vi. deauratæ quas cap. post primum somnum si potiones rejicit. Sic exonerata corporis prima regione educendus erit sanguis ex vena basilica dextra; ad ℥. viii. plus minusue pro morbi magnitudine, plenitudine, ad vasa, aut vires, & ægri viribus, sexu, *Vena se-*
ætate, anni tempore, & partis obsessæ natura, oculorum rubedine, mensium, aut hæmorrhoidarum suppressione. *ctio:*

Si quid eam dissuadet partienda erit, vt vires conseruentur.

℞. Syrupi granatorum, aut oxyfacch. comp. ℥. iii. decoctionis hordei, cichorij, seriolæ, borrag. & capill. communiũ, singul. m. i. passul. mund. sebesten, glycyrrh. stœchadis, & florum cord. q. s. fiat syrupus clarific. & aromat. santalo citreo in tres doses. Deinde purgabitur vt sequitur. *Syr. dige-*
stionis.

℞. Elect. rosati Mes. vel de psyllio, vel de citro sol. ʒ. vi. *Potio pur-*
aut ℥. β. syrupi rosati sol. cum agarico, ℥. i. decocti pectoralis *gans.*
quantum suffi. fiat potio quam (concocta materia) cap. summo mane.

℞. Massæ pil. imperialium, ℥. iii. agarici troch. ℥. β. cum *Catapotia*
guttis aliquot aquæ betonicæ, fiant pilulæ vi. aut vii. deauratæ *alia.*
quas cap. post primum somnum, si potiones renuit & hyems fuerit.

℞. Conseruæ viol. & rosarum, vtriusque ʒ. ii. mithridatii *Bolus.*
veteris & probati, ℥. ii. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus.

Si his æger non est curatus, vtatur sequenti syrupo magi- *Syrupus*
strali. *magistralis*

℞. Rad. acori vulg. & cichorij erratici, vtr. ℥. ii. hordei, eupatorij, borrag. & capill. communiũ, singul. m. i. stœch. & maioranæ, vtr. m. β. passularum mund. pa. xii. sem. acetosæ, por-

tul. & papaueris albi, singul. ʒ. iii. florum ʒ. cord. nymph. & ros. rub. singul. p. i. coque in aqua suffi. ad lb. ii. colaturæ coque polypodij querni, ʒ. iii. fol. fennæ mund. ʒ. ii. anisi, ʒ. ʒ. caryophil. integr. ʒ. i. expressioni infunde cinnamo. & salis gemmei, vtr. ʒ. i. agarici troch. ʒ. vi. rhab. selecti, ʒ. ii. colaturam coque in syrupum cum mannæ Gal. & syrupi viol. ex 9. infusionibus, vtriusque lb. ʒ. dosis erit ab ʒ. i. ʒ. ad duas cum iure pulli, aut decocto, aut aqua stillatitia betonicæ, semel aut bis in hebdomadæ.

Si humor deerrat in tracheiam arteriam, pectus, aut pulmones, huic syrupo permiscenda sunt arteriaca, & bechica: gastrica, si in ventriculum: si in aliis partibus, eadem erit habenda ratio.

*De topicis
in causa
salida.*

His præmissis vniuersalibus, ad particularia descendendum per quæ cerebrum corroboretur non calidis superius annotatis, sed potius refrigerantibus & siccantibus medicamentis cum astrictione tam sumptis quam admouendis: qualia fuerint docuit. Gal. 7. catat. & nos in nostro Enchiridio parte 3. cap. 2. vel vtere sequentibus.

Si catarrhus præceps in partes inferiores ruit metu grauioris morbi, statim est compescendus gargarismis initio repellentibus: sic

*Gargarif-
mus ab ini-
tio scriben-
dus.*

℥. Summitatum rubi, lentisci, vel myrthillorum, vel mediana cort. quercus, vel caprifolij, & rosarum rub. vel plantag. singul. m. ʒ. malicorij, calycum glandium, & sumach. singul. ʒ. ʒ. coque in aqua ad lb. i. dianucum, ʒ. ii. succi granatorum, ʒ. i. fiat gargarismus quo tepidè sæpe colluat os.

*1. Alter
pro morbi
2. Incre-
mento.*

℥. Decoctionis hordei, plantag. centinodij, & eupatorij, lb. i. diamori, & mellis rosati, vtr. ʒ. i. ʒ. acetii rosati, ʒ. i. fiat gargarismus qui est compositus ex duabus partibus astringentium & vna digerentium.

*3. Alter
pro statu.*

℥. Hordei, agrimonix, equiseti, & balaustiorum, singul. m. i. lentium integrarum, m. ʒ. sem. melonis, ʒ. ii. coque in aqua ad lb. i. syrupi de rosis siccis, mellis rosati, & syrupi capilli ven. singul. ʒ. i. fiat gargarismus quo vtatur vt monui.

*4. Pro
morbi de-
clinatione.*

℥. Foliorum eupatorij, herbæ roberti, quæ est quarta geranij species, Dioscorid. & hordei, singulorum m. i. absinthij p. parui, m. ʒ. sem. lini, scœnugræci, anisi, & scœnic. sing. ʒ. ii. sicuum pa. iiii. daçyllorum pa. ii. florum chamæm. p. i. coque

in aqua ad ℥b. i. syrupi de rosis siccis, & mellis rosati, vtriusque ℥.i.℞. pul. myrrhæ, ℥.iii. croci, ℥. i. fiat gargarismus.

Si catarrhus est tenuis, & aquosus, ex sequentibus incrassetur.

℥. Diacodij, vel syrupi de papauere, ℥. i. cap. hora somni. *Incrassantia & somnum conciliantia.*
 Vel cap. ℥. i. theriacæ recentis; vel tantundem Philonij Romani. Vel capiat pilulam ciceris instar de cynogl. vel laudani spagiricorum. Vel

℥. Gummi Arab. & tragacanthi, super batillum candens leuiter asforum, & sub. tritorum, vtriusque ℥. ii. pul. diatragacanthi frig. lapidis hæmatites, & succini, singul. ℥. i. boli armenæ & terræ sigillatæ, aut blesæ, aut alterius astringentis aqua pediculi ros. aut alterius eiusdem facultatis lotæ, ℥. ℞. amyli, ℥. vi. penidiarum, ℥. iiiii. cum muccag. sem. psyllij aqua rosarum extracta fiant pastilli pondo ℥. i. teneat vnum in ore hora somni. *Formula incrassantes.*

Interdū habeat in ore sacch. crystallinum, aut sacch. rosatum, aut pilulas bechicas, aut penidias, & mane vtatur sequenti

℥. Conseruæ rad. symph. ma. ℥. ii. conseruæ rosarum, ℥. i. pul. diacydoniten sine speciebus, ℥. ii. troch. de succino, coralli rub & terræ lemnæ, singul. ℥. ℞. fiat electum molle, de quo quotidie mane cap. ℥. ℞. Vel addito saccharo rosato q. s. & bracteis auri fiat conditum de quo dissolue cœchlear vnum in iuribus carniū. *Conditum molle & siccum ad idem.*

℥. Coriand. præp. rosarum rub. melissæ, & trium santalorum, singul. ℥. ℞. sem. portul. papau. albi, & baccarum hederæ, singul. ℥. ii. caryoph. schœnanthi, vtriusque ℥. i. fiat pul. crassus assandus in disco super foculum mensarium, & inclusus sacco rasis aut tunsis capillis calidè capiti admoueat: eo refrigerato applicetur emplastrum ex gummi tacamahaca paratum. Vel *Sacculus in causa calida.*

℥. Ladani puri in mortario & pistillo calidis liquati, ℥. ℞. gummi tacamahacæ, & masticis, vtriusque ℥. ii. pul. caryoph. styracis cal. & beniui, singul. ℥. i. macis vel nucis mosch. ℥. ℞. cum tantillo terebinth. vel oleo rosato subigantur in massam, & fiat emplastrum ad formam literæ T. quod futuris bregmatis rasis capillis admoueat. *Emplastrum*

℥. Sem. gith. masticis, myrrhæ, & succini, granorum myrthi, singul. ℥. ℞. styracis cal. beniui, malabari, singul. *Suffitus fluxionem sistens.*

z.ii. ladani in mortario calido liquati q.f. ad reliqua excipienda fiant pastilli lupinares pro suffitu capitis (inclinata facie) & cooperimentorum capitis hora decubitus, sic per multos dies continuando. Vel si fluxio delabitur in pulmones, pareretur sequens

Alter si fluxio ruit in pulmones.

℥. Coriand. præp. ʒ. β. cort. thuris, masticis, & auripigmenti, singul. ʒ.ii. gummi hederæ, & sem. gith. aceto macerati, & parum torrefacti, vtriusque ꝑ.iiii. rosarum rub. ʒ. i. fiat pul. crassus terebinthina & cera alba liquatis excipiendus, & fiant pastilli pondo ʒ. ii. quibus vtendum erit, vt de superioribus dixi.

Emplastrum & hi duo suffitus etiam aptari possunt in causa frig. Aëtius & Rhasis probant magma hedicroum naribus sæpe oblatum: huius loco pauperes sæpe odorent cuminum torrefactum, linteolo ligatum, aut pomum sic compositum.

Pomum sæpe redolendum. In corixæ.

℥. Ladani puri, ʒ. ii. styracis cal. beniuiini, & ligni aloës, aut santali citrei, singul. ʒ. i. ambræ, & moschi, vtr. ꝑ. β. cum muccag. tragacanthi aqua florum citranguli extracta pareretur pomum.

De Angina.

C A P. X X X I.

Denomine



ANGINA variè scribitur à Græcis κωάγγη, per x. & σωάγγη, per σ. sed parum refert, etiam auctore Gal. comment. in progn. 18. lib. 3. & comment. 4. in lib. Hip. de morbis acutis, textu 30. & post eum Tralliano lib. 4. cap. 1. quia strangulationem laquei, funisque instar denotat. Nomen sumpsit à canibus, & lupis qui hoc morbo sæpe vexantur. Gal. lib. 4. locorum affect. cap. 5. & post eum Aëtius lib. 8. cap. 47. & Paulus lib. 3. cap. 27. Anginæ 4. genera constituerunt: duo exquisitæ, & totidem non exquisitæ: quæ ad duo referri possunt.

Nempe ad exquisitam & non exquisitam Anginam, quo nomine illam vocare volueris exquisitam κωάγγη vel σωάγγη, & hanc ωδωάγγη vel σωάγγη, parum refert, vt dixi.

dixi. His addo tertium Anginæ genus, quæ fit à luxatis prioribus cervicis vertebris introrsum, & non extrorsum à tuberculo aliquo, aut ab humore redundante illic concreto, aut ab ictu, aut casu. Cuius meminit Hip. lib. 2. epid. sect. 2. & Gal. comment. in aphor. 26. sect. 3. quæ Anginæ nomen non meretur, nisi comitem habuerit inflammationem, quæ febrem, & difficilem reddat spirationem, nullo vitio in pulmone existente.

Angina, symptoma, & morbus dici potest. Symptoma, quia est læsio respirationis: Morbus verò in compositione, & magnitudine, ob eius inflammationem, quæ cibi, & potus deglutitionem impedit.

*Quid sit
Angina
exquisita.*

Angina exquisita, est inflammatio musculorum interiorum laryngis. Non exquisita verò est inflammatio musculorum exteriorum ipsius laryngis, & œsophagi seu gulæ, qua strangulari videntur ægri, vnde illi nomen, cum difficili respiratione, & deglutiendi difficultate, sine vitio pectoris, aut pulmonis, in qua distat à peripneumonia, & pleuritide. Musculi laryngis sunt 14. numero.

*Quid non
exquisita.*

Communes 4. proprii 10. & duo œsophagi seu gulæ qui illam amplectuntur, interius verò nullos habet: Sunt qui plures constituunt. Huius rei veritatem anatomia & ipsa autopsia demonstrant.

Causæ externæ sumuntur ab ægri, & aëris temperamento frig. humido, aut calido, & ætate, habitu, anni tempore, & regione, ut colligere licet ex Hip. sect. 3. aphor. 16. 20. & 22. & Gal. in suis comment. necnon ab esculentis potentis que.

*De causis
externis.*

Causæ internæ, sunt humores frigidi, humidi, & crassi, qui in cerebro contenti decurrunt per ramos venarum iugularium in musculos faucium, & laryngis, qui non difflati putrescunt & inflammationem generant, hinc deglutiendi, & anhelitus difficultas. Aliquando fit ab humoribus acris ibidem generatis, vel ab hepate vapores acres & calidos mandante qui condensantur frigiditate & densitate cranij, per eisdem ductus defluunt, vel in musculos pharyngis internos & exquisitam Anginam procreant: Hinc tumor, calor, sitis, febris ardens, rubor, maximè si inflammatio est erysipelatoses, aut erysipelas phlegmonodes. Qui si fluant in musculos externos ipsius pharyngis, vel œsophagi, anginam non

De internis

De signis
exquisite
Angina.

exquisitam procreant. Signa pathognomonica exquisitæ Anginæ ab Hip. scribuntur in coacis prænotionibus, in prorrh. aphor. & prognosticis, videlicet orthopnoea, febris acuta, nullus tumor in ceruice apparet, sitis indicibilis, potus per nares resilit, dolor acutus, summa anhelitus, & deglutendi difficultas, vocis interceptio, & dum os hiat, lingua exeritur, ac si strangularentur ægri.

De signis
Angine
non exquisi-
tæ.

Signa non exquisitæ sunt tumor qui in ceruice prominet, rubor, calor, dolor, difficultas anhelitus ac deglutitio est minor: pariter febris est exigua, si causa efficiens est calida.

Si vero frigida, sæpe æger est expers febris, & tumor qui apparet, est sine calore, & rubore, & reliqua signa longè minora.

Signa lu-
xata ver-
tebra ex
Hip. 2.
epid sect. 2
De Angi-
næ.

Si Anginæ causa est à luxata vertebra, cognoscitur ex ægri relatione, si causa fuerit externa: si ab interna, percipitur tangenti, cavitatis manifesta, quæ in collo apparet.

Delineasse videtur Hip. in aphor. prognosticis & coacis prænot. 4. Anginæ species seu differentias à Gal. Aëtio & Paulo memoratas locis citatis, quas reduximus ad *κωάγχη* & ad *ἄστυάγχη*.

Primam speciem esse docuit mortiferam aphor. 34. sect. 4. sub hac verborum specie *Ἦν ἑπὶ πύρετι ἐχουμένη, οἰδηματώδης μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι πύξις ἐξαιφνης ἔπιται*, alii codices legunt, *ἔπι τῇ φάρυγγι, θάλασσιμος*. i. Si febricitanti, nullo existente in faucibus tumore, strangulatio subito accidat, lethale est: idque triplici ratione. Vna, ob musculorum internorum laryngis magnam inflammationem. Altera, ob dolorem acerbissimum. Tertia, ob difficilem respirationem & deglutitionem. Hinc fit vt eodem die, vel 2. vel 3. aut 4. ægrum strangulet, & prognostico 16. lib. 3. progn. & lib. coacarum prænot. cap. 15. prænot. Et Fernelius qui lib. 5. Pathologiæ cap. 9. multos vidit qui horis 18. constante mente, integrisque sensibus fuerunt sublati.

Secundam speciem etiam delineasse videtur Hip. progn. 17. lib. 3. progn. & aphor. 37. sect. 6. & aphor. 49. sect. 7. & in coacis loco citato. *Ἦν κωάγχη ἐχουμένη ἄδύναμις κινῆσαι ἐν τῷ τραχήλῳ, ἀγαθόν. ἔξω γὰρ πέπται τὸ ἴσθημα*. i. Angina correpto si tumor appareat in collo, bonum: foras enim morbus existit.

Tertiam Anginæ speciem sic delincant Hip. progn. 18. &

19. & 20. eiusdem lib. 3. progn. ad quem lectorem ablego, ne longius excurrat oratio nostra. Quibus fauces & ceruix simul rubent, hæ sunt diuturniores: & maximè ex ipsis liberantur, quibus ceruix & pectus ruborem traxerint, nisi erysipelas intro recurrat.

Ratio est, quia partes quæ inflammantur sunt adenosæ, & non muscoli pharngis, neque dolore valde vexantur, neque difficulter spirant, & facilius cibos & remedia admittunt.

At si erysipelatodes inflammatio intro recurrit, æger versatur in magno vitæ discrimine. De quarta differentia meminisse videtur Hip. aphor. 10. sect. 5. Ολόσσοι κωάγγλην Διάφύγσει ἐς τὸν πνεύμονα πέριται, ἐν ἑπτα ἡμέρησιν Σποδίνουκτον: ἢ δι τούτων Διάφύγσει, ἐμποιοί γίνονται. i. Quibus ex Angina in pulmonem mali fit conuersio, ij intra dies septem, vitam cum morte commutant. Si verò hos effugerint, purulenti euadunt. Hæc omnium est mitissima, quia est expers febris, doloris, & caloris, quæ tria comitari solent veras Anginas: ob id inter acutos morbos censerì non debet. At si contingit humorem defluere in neruos, non Angina, sed conuulsio: si in pulmones, delirium, & peripneumonia consequitur, ex Gal. lib. de causis pulsuum cap. 20. quæ si non curatur intra dies septem, degenerat in empyema: Cognosces (inquit Gal. comment. in hunc aphor.) ex pulsu duro, inordinato, & inæquali, arguens materiam in membrum principale esse translata: qui si mollis, ordinatus, & æqualis, cum facili respirazione, alio deriuatam esse materiam indicat.

Si quis plura desiderat euoluat coacas prænot. quæ prudens omitto. Angina exquisita non minori tempore ægrum iugulare potest quam vteri strangulatus, aut apoplexia, & maximè quum spuma circa os apparet, præ nimia spirandi difficultate. Si à sanguine melancholico originem ducit, est deploratæ salutis. Si ab aëre opaco & caliginoso fuerit, non vacat periculo: nisi aëri lucido & puro statim æger exponatur.

Angina quæ à vertebrarum luxatione fuit facta, aut à causa externa, est immedicabilis. Quæ verò à phymate, i. tuberculo fit, curari quidem potest, sed difficulter, & longo tempore.

De curatione Angina exquisitæ à causa calida.

*De angina
à causa ca-
lida.*

De victu.

VT calumniam vites, præsentia cognoscito, præterita nar-
rato, & futura prædicito Hip. 1. epid. statu 2. paulo ante
finem, quoniam hic morbus peracutus est, & præcipitem
efflagitat curationem, in hoc differre malum. Hip. Imprimis
ager est collocandus in cubiculo satis amplo, vt liberius aërē
ducat, non frigido (licet febricitet) ne constringantur meatus
anhelitus iam obsessi: sedeat in lecto rectus, ob orthopnoeam.

Parcissimè viuat, modo vires ferant, quæ conseruari poterūt
cibus liquidis, euchymis, & eupeptis, & non solidis; quia via
deglutitionis est intercepta: quales sunt succi carniū, gela-
tina, colatitia consummata &c. Pro potu vratur ptisana vel
hydrosaccharo: à vino abstinēdum & ab omnibus vaporosis,
glutinosis, acribus & salis. Cremor hordei cōcedi potest, cum
vitellis ouorum; quia lenit, deterget, nutrit, & feruorem inflā-
mationis, & febris retundit, atque sedat. Somnus ab initio cō-
cedi potest, quia reuocat calorem ad centrum: At vbi fluxio
iam constitit, & humor maturatus excreari debet, vigilādum,
ne tacitè fluxio quæ excerni debet, in pulmones decurrat, &
peripneumoniam pariat.

Quies primis diebus imperanda: motus omnis vitandus, ne
linguā quidē loquendo moueat, aut gargarizando ne gutturis
& faucium partes exagitet; quandiu vehemens impetit fluxio.

At sedata fluxione, & diminuta inflammatione sermocina-
tio & gargarismi apprimè cōueniunt. Frictiones vniuersi cor-
poris & ligaturæ dolorificæ sunt vtilis ad humoris reuulsionē.

Animi pathemata veluti ira, gaudium immoderatum, risus,
cachinnus sunt vitāda. Et si alius est astricta iniiciatur sequēs

Clyster.

℞. Decoctiois communis clysteris, ℞. i. dissolue cal-
sifæ cum sacch. & diapruni simpl. vtr. ʒ. vi. mellis violati
(si bilis præpoller,) vel mercur. (si pituita) & olei rosati
aut chamæmeli vtriusque ʒ. i. β. fiat clyster, iniiciendus. Eo
reiecto educatur sanguis pro cuiusque ætatis, sēxus, tem-
perie, anni tempore, & viribus, non confertim, sed epha-
phæristicè. At si quid eam dissuadet partiatur ad euacua-
tionem & reuulsionem. Non est parui momenti considera-
re si mulier aut puella hoc morbo tentatur. Si mulier, &
est grauida, & à quo tempore, aut non. Si est grauida,

*De vena
sectiōne.*

in primis mensibus, tuto tundi potest vena : postremis vero tutum non erit, nisi præmissis prognostico ne abortiat, ex Hippocratis præscripto aphorismo 30. sectione quinta: quia fœtus detrahitur alimentum. Veruntamen ob morbi magnitudinem, & vitæ periculum, educatur sanguis in minori quantitate, & recreatis viribus alimento cucepto, repetatur phlebotomia ex eodem vulnere, sic iuuatur natura & conseruatur mulier & eius fœtus. Contra, si non est prægnans audacius detraharur. Si est puella, & suppressi sunt menses, largior fiat venæ sectio, ex saphenis primo, deinde ex cephalica cubiti, quæ è directo fuerit. Transactis horis tribus vel 4. ad deriuationem, venæ sub lingua sitæ aperiantur. Et sequenti die ceruici cucurbitula admoueat cum scarificatione.

Et si potus per nares resilire videtur, præ viatum angustia, De usu cucurbitula-
collo sub mento, vna parua sine scarificatione admoueat, vt dilatatis viis, potum, & alimentum liquidum quod offertur ad vires tuendas æger deglutire possit. *ram.*

Hyeme & in Angina pituitosa minus sanguinis detrahendum, licet foramen maius esse debet. Vere & reliquis temporibus copiosior fiat sanguinis detractio, & vulnus angustius esse debet. At vbi malum contumax ad eò fuerit, & superioribus remediis non cesserit, ad maiorem deriuationem, alienum haud erit venam frontis, vel narium, vel parui canthi oculorum aperire, aut hirudines pone aures applicare. Nam in tam ancipiti morbo omnia tentare proficua, optimum erit ex Hip. aphor. 6. sect. 1. Contra si ex superioribus malum minuitur, non licet ægrum tot remediis excarnificare. In Angina alioqui deplorata institui potest ab aliquo perito chirurgo Arterotomia præmissis prognostico & consentientibus parentibus cum ægro, & constant vires. Neque vulnus est insanabile, vt nonnulli priscorum scripserunt, modo cubiculum in quo æger decumbit calidum sit, ne illius frigiditas ore & faucibus reclusa pulmonibus officiat, & ruffim excitet, & inflammationem augeat, & mortem accersat.

Si lingua tumet copia fluxionis, optimum erit eam nouacula aut scalpello scarificare. Optimum etiam erit (ad dolorem acerbissimum leniendum) os sæpe colluere lacte vstulato. Et ad morbi fluxionem inhibendam, in morbi principio vttere gargarismo repellente in ore retento diu, ne linguæ agitatio-

ne moueatur fluxio. In augmento, mixtis aliquot resoluentibus: in statu, portione æquali: in declinatione solis resoluentibus utendum vt cap. de catarrho pag. 374. annotaui auctoritate Gal. 7. catar.

Multum enim refert morborum 4. tempora distinguere, pro quibus sunt varianda præsidia tam interna quam externa.

In hoc affectu initio curationis repellentia extrinsecus sunt vitanda, quorum loco malactica, & epispastica sunt vsurpanda: hoc modo.

Cataplasmata
malactica
& epispastica.

℞. Rad. althææ contusæ, & liliorum alborum, vtriusque ʒ. i. rad. bryoniæ, ʒ. β. fol. mal. viol. & parietariæ, singul. m. i. ficuum recentium, pa. 4. coquantur in aqua, pistentur, & super cribrum inuersum cernantur & cum parte iuris colati recoquantur cum farinæ lini, & fœnugr. vtriusque ʒ. β. stercoris nidi hirundinum, œsopi humidæ, & pul. iridis flo. singul. ʒ. vi. croci, ʒ. ii. fiat cataplasma parti admouendum. Vel huius loco si aeger est pauper paretur ex mica panis albi trita, & in lacte cum œsipo, & croco cocta in cataplasma. Vel huius loco illinetur collum vnguento resumptiuo, aut dialthæa, apposita lana succida.

Empirica
remedia.

In periculo suffocationis Rhases lib. 9. ad Almanforem cap. 48. vesicante phœnigmo initio ceruicis utendum censet: Et Abinzoard in suo thesaur. tractatu 6. cap. 4. & tract. 10. cap. 13. affsam fœtidam collo suspensam anginas sanare scripsit, quod experimentum videtur depromptum fuisse ex Diosc. lib. 3. ca. 94. agēs de Laseipitio, sic loquitur: *συναγγχοῖς τὴν ἀναγαργασίαν μετὰ μελιχρὰ τὸ ὠφέλιμον*. I. Anginis ex aqua mulsa vtilissime gargarizatur, tam à qualitate occulta, quam manifesta, quia est epispastica.

Idem præstant fimus hirundinum, anserum pipiorum, & cinis stercoris canis per aliquot dies ossibus nutriti si luna plena colligatur autore Orib. lib. ad Ennapium, & cinis pullorum hirundinum, quouis modo aptetur. Idem præstat spoliū serpentis.

Curatio angina non
exquisita à
causa frigida.

Παρακωλύγη, vt plurimum fit à pituita crassa, lenta, & frigida, quæ iisdem ferè curatur, quibus exquisita angina nempe victu non frigido, sed potius calido & sicco secundum sex res non naturales: eo discrimine quod victus paulo plenior esse debet, quia morbus hic minus est acutus, & medenti dat

inducias, & vires sufficiunt. Si deglutitio est difficilis, vt car- nibus assis vti non liceat, vtatur elixis boni succi, & eupeptis, ne ventriculus cibus oneretur, & respirationem impediat.

Pro potu vtatur hydromelle, vel decocto sarzæ parillæ, aut ligno sassafraſ cum sacch. & cinnamo. aut hydrosaccharo pro delicatioribus, & non vino vaporoso albo, & tenui. At si vires pessundant, & eo abstinere nequit, & expers est febris, concedatur oligophoron aut tortium. Si alius est astricta vtatur sequenti.

℞. Fol. mal. mercur. maioranæ, & betonicæ, singul. m. i. cen- taurij minoris, & stœch. Arab. vtr. m. ß. bac. lauri, ʒ. ß. agarici, ʒ. ii. coque in aqua ad lb. i. colaturæ dissolue hieræ comp. & diaphœnici, vtr. ʒ. vi. mellis anthosati, & olei chamæm. vel anethini, vtriusque ʒ. ß. fiat clyster. *Clyster:* Eo reiecto educatur san- guis (seruata $\chi\alpha\lambda\iota\ \xi\iota$) minus tamen quam in exquisita, quia mi- nus periculi imminet, & pro virium ratione, ætate, anni tem- pore, aut mensura, aut hæmorrhoidarum suppressione. Si pauper fuerit, aut clysterem reijcit, paretur sequens.

℞. Saponis Gennensis, ʒ. i. pul. hieræ Gal. & muscerdæ, & sa- *Balani:* lis gemmei singul. ʒ. ß. malaxentur simul in mortario cum tantillo succi mercur. & ex pasta formentur balani teretes, quibus siccatis vtendum erit celebrata venæ sectione, quæ sit potius ad reuulsionem, quam ad euacuationem: post aliquot horas aperiantur ranulæ. Quod si quid eam dissuadeat, cu- curbitæ cucurci admoueantur cum scarificatione. Si æger de- glutire potest ad euacuandum humorem sic erit purgandus.

℞. Massæ pil. cocciarum, ʒ. i. agarici troch. ʒ. i. cum guttis *Catapotia:* aliquot syrupi stœch. aut mellis rosati, fiant pilulæ 7. deaura- tæ, quas cap. post primum somnum. Si has renuit, paretur se- quens potio.

℞. Agarici troch. ʒ. i. catholici, & elect. Indi ma. cuiusque *Potio phleg:* ʒ. ß. infundantur omnia simul in decocto, betonicæ, saluix, *magaga:* maioranæ, & stœchadis, per noctem super cineres cal. Expres- sum detur summo mane horis 4. ante iusculum insulsum.

℞. Mitridati probati & veteris, ʒ. i. confertæ florum sal- uix, aut anthos, aut primulæu. aut lilij conuallij, ʒ. iii. cum *Bolus:* sacch. fiat bolus postridie deuorandus horis 4. ante ientacu- lum: quem si deuorare nequit dissolue in aqua melissæ, & eaf- dem præstabit vires. Aut huius loco propina ʒ. i. aquæ cœ- lestis vel imperialis. Deinde

*Iulepus in
3. doses.*

℥. Syrupi stœch. & oxymellis simpl. vtr. ℥. ii. aquarum melissæ, & florum lilij conuallij, ex alēbico vitreo (cerebrū roborat, & frig. & humidis eius intemp. prodest) vtr. ℥. vi. fiat iulepus in tres doses: finitis iulepis & præparata materia, purgabitur, vt supra, vel per catapotia, vel per potionem. Interea dum his vtimur, optimum erit vti gargarismis, quæ variari debent pro 4. morborum temporibus.

*Pro principi-
pio garga-
rismus.*

℥. Nucum cupressi, malicorij, balaustiorum, eupatorij, singul. m. i. maioranæ, m. β. ficuum, & dactyllorum, vtr. pa. iii. coque in aqua ad ℥b. i. dianucum ℥. ii. mellis rosati, & succi granatorum, vtr. ℥. i. fiat gargarismus quo tepidè sæpe colluat os.

*Pro incre-
mento.*

℥. Hordei, agrimonix, equiseti, & lentium excorticarum, singul. m. i. rosarum rub. m. β. passul. exacinarum, pa. x. ficuum, pa. iiii. lini, & fœnugr. vtr. ℥. β. coque in aqua suffi. ad ℥b. i. syrupi de hyssopo, & mellis rosati, vtr. ℥. ii. fiat gargarismus quo sæpe vtatur.

Pro statu.

℥. Orig. calamenti, hordei, & eupatorii, herbæ roberti, singul. m. i. absinthii p. ma. m. β. sem. lini, fœnic. & fœnugr. singul. ℥. ii. dactyllorum ab ossibus mund. nu. iii. Florum chamæm. p. i. coque in aqua ad ℥b. i. syrupi de prassio, & de rosis siccis, vtr. ℥. ii. fiat gargarismus.

*Pro decli-
natione.*

℥. Prassii albi, hyssopi, & calamenti singul. m. i. rad. cyperi, ℥. β. passul. mund. ab arillis, pa. x. ficuum, pa. iii. glycyrrhizæ, ℥. iii. coque in hydromelle, ad ℥b. i. colaturæ dissolue pul. myrrhæ, ℥. ii. croci, ℥. i. syrupi de prassio, & de stœchade, vtr. ℥. ii. fiat gargarismus.

Opiata.

℥. Cineris hirundinum, ℥. i. masticis, & boli armenæ lotæ, vtriusque ℥. ii. croci, & nardi ind. vtr. ℥. i. cum melle desp. fiat eclegma aut opiata de qua habeat sæpe in ore sine deglutitione, vel saltem sensim. Prudens omitto elect. deruta à Gal. 6. cap. 1. & Paulo & aliis celebratum, & commendatum, quia ingrati est saporis. Eiusdem nominis Aëtius lib. 8. cap. 47. commendat quod satis potenter resoluit. His præmissis si vehemens fluxio perseverat, vt ere sequentibus.

Suffimr.

℥. Rosarum rub. ℥. iii. gummi hederæ, & sem. nigellæ rom. & coriandri leuiter super regulam, aut batillum candens afforum, gummi iuniperi, & trium santalorum, singul. ℥. i. mirrhæ, thuris, masticis, calami arom. nucis mosch. & rad. cyperi, singul. ℥. ii. nardi Ind. & schœnanthi, vtriusque ℥. i. puluerata excipiantur

cipiantur gummi tragac. Liquato aqua pediculorum ros. aut caprifolii, vel alterius astringentis in pastillos lupinares pro suffitu cooperimentorum capitis in lecti ingressu, excipiendo fumum inclinato & velato capite ore aperto per nares.

Moschum, ambram & alia aromatica non addo, quia cariuariam inducunt teste Hip. aphor. 28. sect. 5. Deinde admoue sequentem

℞. Milii, ℔. i. salis, ʒ. i. baccarum lauri, & iuniperi, sem. *Sacculus*
ocimi, & sileris mont. singul. 4. β. summit. anethi, lauend. & *epispasticus.*
stœchadis singul. m. β. frigentur in farragine, & excipiantur
sacculo ex panno cannabino raro, qui (tunsis prius capillis)
capiti admoueat. Eo refrigerato, & reseruato in sequen-
tem diem admoue sequens emplastrum.

℞. Gummi tacamahacæ, & gummi ammoniaci aqua vitæ *Emplastrum*
solutorum vel emollitorum, vtr. ʒ. vi. sinapi, vel thapsiæ, vel fi- *idem præ-*
mi columbini, vel hirundinum, ʒ. iii. masticis, ʒ. ii. fiat massa *stant.*
cum pauco terebinth. de qua paretur emplastrum super alu-
tam extensum futuris bregmatis applicandum.

℞. Succu maioranæ, aut fol. hederæ, & rosarum rub. & vini *Errhinum.*
albi, singul. ʒ. i. β. mellis rosati, ʒ. i. fiat errhinum (inclinante
malo & non in aliis temporibus) tepide naribus trahendum
mane tantum exonerata prius aluo.

℞. Pul. piperis longi, cubebæ, nucis mosch. & masticis, *Apoplegia*
singul. ʒ. i. cum pulpa passul. fiat pasta in nodulos pondo ʒ. i. *ma.*
quorum quotidie mane masticabit vnum spatio horæ semilibis,
vt si quid in capite est derelictum euacuetur, ne recidiuet. Si
tumor vergit ad suppurationem iuuetur sequenti

℞. Rad. althææ, liliorum alb. & ceparum sub cineribus co- *Cataplasma*
ctarum, singul. ʒ. i. deinde pistentur, & his adde gummi am- *malactici*
moniaci, galbani, & assæ fœtidæ vino solutorum, & ad mellis *epispasti-*
crassitudinem coctorum, fimi anseris, vel hirundinum, singul. *cum.*
ʒ. β. bdellii, & cœsypi humidæ, vtr. ʒ. ii. cum farina lini, & fœ-
nugr. & axungia porci, reducantur in cataplasma, quod parte
antere colli tepidè apponetur: & semel in die renouetur, re-
mollito tumore & nondum aperto, aperiatur digito vel scal-
pello (si apparet) vel porro crasso in os indito. Eo aperto se-
quenti gargarismate detergatur vlcus.

℞. Decocti hordei, passul. mund. iuiubarum, sebesten ficuū, *Gargaris-*
glycyrrh. tussilag. herbæ roberti, q. s. mellis rosati, & syrupi *tergens.*
de glycyrrhiza, vtr. ʒ. ii. fiat gargarismus quo sæpe colluat os.

*Elegma
detergens.*

℞. Pul. diureos simpl. & diatr. frig. vtriusque ꝓ. i. succi glycyrrh. ꝓ. β. nucleorum pini recentium, ꝓ. β. penidiarum ꝓ. ii. cum syrupo adiantino, fiat looch, quo sæpe vtatur sensim deglutiendo.

Ad maiorem detersionem præter præscripta remedia, optimum erit si æger vescatur hordeatis, auenatis, & similibus detergentibus veluti torrionibus in Gallia Narbonensi vsitatis, necnon martiopanibus, & pignolatis, bechicis, vt tussiendo & screando sanies excernatur per os ne in pulmones delabatur.

Si forte extrinsecus tumor rumpitur (quod rarò accidit) curatione vniuersali vlcera curatur.

De Tonsillis.

C A P. XXXII.

Quid.



ROXIMI Anginis affectus *ῥοξιμια* & *ἀντιὰδες* sunt tumores, qui glandulas paulo supra laringem vitas occupant. Harum munus est copiosam saliuam continere, qua asperam arteriam, œsophagum seu gulam, & totam ipsam oris amplitudinem humectare solet. Si plus iusto humores influant, fit tumor, & sæpe inflammatio & febris quæ deglutitionem impediunt. Latini Tonsillas nuncuparunt: quæ cum velut isthmus quidam inter gulam & asperæ arteriæ extremum sine cõditæ, meritò *παλίσθη* fuere dictæ. *Ἀντιὰδες* & *παλίσθη* ab Angina distant nomine, re, & parte male affecta. Antiades sunt inflammationes glandularum vulgò amygdalarum, quæ sunt iuxta laryngis & linguæ radicem. Aliquando tument à rheumate pituitoso per palati foramen in adenas irruente, hinc deglutitionis impedimentum.

*In quo ab
Angina
diffat An-
tiades &
Pariethmia.*

Παλίσθη verò, pariter est inflammatio partium internarum oris inter tracheiam arteriam & œsophagum seu gulam. Angina, est etiam inflammatio non solum superiorum partium, verùm etiam musculorum interiorum & exteriorum ipsius laryngis. At ob harum partium propinquitatem, vna inflammari nequit, quin pariter aliæ partes inflammentur.

His symptomatis præ cæteris ætatibus obnoxii sunt πολυάιμος, & pueri ex Hip. aphor. 26. sect. 3. & lib. 2. de mor- *Qui propè-*
 bis, curatione 6. & infantes lactentes ex haustu lactis, & adu- *si.*
 ti, qui nimis indulgent genio, & sunt voraces, aut qui acri-
 bus & vaporosis alimentis vtuntur, & qui meraciore vino
 vtuntur: puellæ quoque ad mensium vsque eruptionem, &
 senes ob eorum intemperiem frig. & humidam præcipuè
 hyemis tempore, & qui diu in sole versantur, & qui veneri
 sunt addicti.

Adenarum tumores si solito sunt maiores, ore diducto & *De signis.*
 lingua compressa, manifestè apparent, tunc deglutitionem
 impediunt, ac respirationem. Si citra inflammationem: ex
 solo pituitæ defluxu tument. Si cum inflammatione, ple-
 rumque febris adest atque sitis, rubor, calor & dolor. Si vl-
 cerantur, dum deglutire volunt, velut conculcatîs spinis
 dolorem percipiunt ægri. Hinc vlcus sordidum & grauco-
 lens respiratio.

Tonsillæ siue à causa calida, siue à frigida, curantur vt *De cura-*
 Angina exquisita si à calida: aut non exquisita, si à frigida: *tione.*
 tam in sumendis, & faciendis, quàm educendis & admo-
 uendis.

Si vlcerantur adenæ à lue venerea, post vniuersales purga-
 tiones & venæ sectionem præscribendum erit hydroticam
 diætam ex decocto cort. & ligni indici, si æger est pituitosus
 in autumno, aut veris initio præparato: vel rad. chinæ, aut
 sarzæ parillæ, cum ligno sassafras, aut rad. smilacis asperæ
 per 20. dies: deinde veniendum ad alexipharmacum, secus
 esset Æthiopem lauare, vt habet vulgaris paræmia, cuius de-
 scriptionem dedi in mea Paraphrasi Gallica in Pharmaco-
 pœciam sect. 11. pag. 419.

De Columella & alijs Gargulionis affectibus.

CAP. XXXIII.



COLUMELLA à Græcis variam est sortita appellationem: aliquando Κίον & κίονις, quum afficitur, & præter naturam longior fit, vnde illi nomen: quum verò suam seruat naturam γαργάρων, à nostris Gurgulio dicitur. Est caro fungosa, oblonga, è palato iuxta narium meatum in os propendens, superiori quidem parte latior, inferiori verò in modum pyramidis acuta.

Gurgulio
quid.

Eadem morbo affecta, iam non amplius γαργάρων, sed αίων, & κίονις, & γάρυλη, & ἴμας appellatur: quia facit ad vocis modulationem: à nonnullis πλινθίον dicta est γάρυλη nomen sumpsit ab vva viniferæ similitudine: quum malè afficitur, pars eius superior est tenuis aptè respondens vva pednaculo: inferior autem crassa, rotunda, nigra, ipsi grano simillima est: se necque magnitudo dispar. σ. χαλαρόπευς.

γάρυλη
quid.

Columella ab vva distinguitur, quod illa à basi vsque ad summum æqualis sit crassitudinis: hæc verò à basi gracili quasi pediculo in palato quid crassum ad extremum vsque, ac rotundum & rubrum aut liuidum accini instar apparet, vt mox dixi. Causæ horum symptomatum tum externæ cum internæ perinde sunt tales, quales de Tonsillis diximus, & de Cynanche non exquisita. Quoties Columella ab aliquo tenui humore plus iusto imbuitur, relaxatur, & longior fit: hinc deglutitio difficilior. Interdum inflammatur, tumetque cum rubore, & ardore. Ac tum in fauces illapsus, maiore tædio quàm relaxata suffocationis metum concirat.

De causis.

Signa sunt perspicua, si (ore aperto) lingua, digito aut aliquo instrumēto deprimatur. Adhæc æger veluti bolum in faucibus sentit & difficilis est deglutitio: nonnulli suffocari videntur & tussis adest molesta, & si arteria aspera coafficitur (ob partis viciniam) est difficilis respiratio. Et si tonsillæ pariter affi-

De signis.

ciuntur, resilit per nares humor. Pariter his symptomatis sunt propensi qui abundant sanguine, pueri, & prouectæ ætatis, senes, puellæ, vt de tonsillis dixi. Columella, vt diximus de tonsillis eadem methodo curatur, qualem annotaui in Angina non exquisita quod ad vniuersalia pertinet. *De curatiõne.*

In particularibus verò non omnino est eadem. Quandoquidem in columella inflammata minus astringendum in 4. morborum temporibus: contra magis detergendum. Hoc modo.

℞. Aquarum pediculi rosarum, & plantag. vtriusque ℥. vi. syrugi de granatis, & mellis rosati colati, vtriusque ℥. ii. fiat gargarismus quo tepidè sæpe colluat os. *Pro principio gargarismus.*

℞. Hordei, m. i. rosarum rub. m. s. passul. integratum, pa. x. ficuum, pa. iii. coque in aqua cisternæ vel fabrorum ad lb. i. sapæ, & mellis rosati, aut diamori, vtriusque ℥. i. s. aceti (si est inflammatio) ℥. s. fiat gargar. *Pro incremento & statu.*

℞. Fol. origani, pulegij, hyssopi, singul. m. i. passul. ab acinis mund. pa. x. glycyrrh. ℥. i. ficuum recentium, pa. iii. anisi, ℥. ii. florum stœchadis, & anethi, vtriusque p. i. coque in aqua ad lb. i. oxymellis simpl. & sapæ, vtriusque ℥. ii. fiat gargarismus quo sæpe vtatur. Deinde vtere eclegmate præscripto pag. 386. vel sequenti ex Scribonio largo transcriptum. *Pro declinatione.*

℞. Piperis, ℥. s. succi glycyrrhizæ, ℥. i. pul. iridis flo. ℥. ii. facch. crystallini, ℥. ii. cum melle despumato, fiat linctus, quo sæpe vtatur. Myrrham prætermitto ob eius calorem & amarorem. *Eclegma Scribonij.*

Hoc modo tenuitate partium potenter incidit, terget, & multam pituitam educit. Extrinsecus admoueaturn catapl. descriptum pag 385. si tumor aliquis apparet qui ad suppurationem vergat.

Si columella tantum longior apparet ex parua humoris frig. & humidi quantitate, à cerebro delapso, citra magnam inflammationem, curari potest puluere piperis longi insperso, quia potenter calfacit & siccatur humorem & leniter astringit. Si in magna quantitate fluit, vtendum erit gargarismis præscriptis pro 4. morborum temporibus.

Si ex magna inflammatione, rotunda, nigra, aut liuida fuerit, scarificanda aut abscindenda est, quia corrupta.

Si fortè eadem vlceratur ex lue venerea, vtendum erit aquis leniter rodentibus primò, deinde astringentibus, &

aqua aurifabrorum secunda, & aluminosa, vel sequenti.

℞. Sublimati puluerati, ʒ i. aquæ plantag. ʒ.iiii. bulliant in phiala super cineres cal. ad aquæ 4. partis consumptionem.

Hactangatur vlcus gossipio baculo alligato, vel aqua secunda: Paulo post aqua aluminosa: bis aut ter in die continuando.

Nisi his curatur, & anni constitutio permittit præmissis vniuersalibus, vratur hydrotica dixta & alexipharmaco, vt in Tonsillarum curatione ad finem diximus.

De Tussi Morbosa.

C A P. X X X I V.

De nomine



VSSIS à Græcis Βῆξι, nomen deductum à verbo

Græco Βῆξι vel Βῆξι. i. Tussio: hinc Βήχια φάρ-

μαξα à Cælio Aureliano dicuntur, quæ ad tussim

pertinent. Est symptoma facultatis animalis: seu

motus deprauatus motricis facultatis, veluti ster-

nutamentum, oscitatio, pandiculatio &c. autore Gal. 3. &

5. de sympt. causis cap. 4. Vt nausea vomitum præcedit, ita

κέρχρον, id est, conatus, tussim. Itaque vt post nauseam non

semper sequitur vomitus: ita neque post τ κέρχρον, tussis, pro-

pter causæ prauitatem, aut humoris tenuitatem: aut faucium

paruam aspredinem, siue humor à capite descendat, siue in as-

peris arteriis sit collectus. Quid sit Tussis docet Gal. lib. 5. de

sympt. causis cap. 4. Est vehemens efflatio, qua plurimus spi-

ritus celerrimè foras erumpens; impetu suo extrahit, expel-

litque excrementa meatum ipsius obstruentia; aded vt si pri-

ma exspiratio non possit ea quæ molesta sunt excutere, non

grauatur iterum, & tertio in ipsa irruere: atque magna ex par-

te sortitur effectum, præsertim si & spiritus impetuosè ferat-

tur, & ea quæ obstruunt, facillè possint expelli. At in hoc ca-

pite non de singulis tussis differentiis scribere decreui, sed

tantum de ea quæ præter naturam est, & actiones lædit.

Neque dissoluere nodum an tussis sit actio animalis vel

naturalis statui, sed hanc prouinciam quibus plus est otij re-

linquo.

Tussis de-
scriptio ex
Galeno.

Tussis causæ effectrices, licet sint diuersæ referri possunt *De causis*
 ad ἰδιοπάθειαν & ad συμπαθειαν. Ad idiopathiam referuntur in- *idiopathi-*
 temperies cal. frig. sicca, & humida cum materia sanguinolentis:
 ta, pituitosa, biliosa, aut melancholica.

Et ut plurimum ab humoribus frigidis, crassis, viscidis, aut
 salis, & tenuibus, ad asperam arteriam, & pulmones à capite
 distillantibus. Aut sine materia, quum videlicet nuda est in-
 temperies. His succrescunt intemperies aëris calidior, liquan-
 do humores frig. & crassos in cerebro contentos: vel frigi-
 dior, exprimendo humiditates in cerebro contentas, quæ in
 tracheiam arteriam & pulmones deerrantes, tussim concitant.
 Ad hæc status aquilonius per accidens tussim mouet: propter
 instrumentorum respirationi seruientium intemperiem, &
 faucium asperitatem, vel inæqualitatem, autore Gal. com-
 ment. in aphor. 5. sect. 3. Hip. Intemp. humida, & sicca, si nu-
 da fuerit, tussim non mouebit. At cum materia, mouere po-
 test: qualis in hyeme accidere solet, quòd cerebrum humi-
 dius reddit, & quod est illi molestum in partes subiectas exo-
 nerat, & tussim, grauedinem & distillationem concitat, eo-
 dem autore Gal. comment. in aphor. 20. Hip. sect. 3. Verum
 si nuda est intemp. sicca, non tussim, sed χέχρησι, i. conatum
 tussiendo sine effectu gignit. His causis externis succrescunt
 fumus, puluis, cibus, potus confertim in asperam arteriam de-
 lapsus, sunt causa tussis ex Hip. lib. 4. de morbis. At si potus
 sensim delabitur in asperam arteriam, & pulmones, tussim
 non mouebit, ex eodem Hip. lib. de corde, & post eum Gal.
 lib. 2. de medic. facultatibus.

Ad sympathiam referuntur inflammationes pulmonum, *De causis*
 & membranæ succingentis costas (quam Græci Pleuram ap- *sympathi-*
 pellant) hepatis, lienis, septi transversi, ventriculi, hydropis, *cus.*
 & ex vermibus, non ex seipsis, sed à materia putri ex qua ge-
 nerantur, quæ pulmonibus communicata tussim procreat:
 Huius rei rationem reddit Hip. initio sect. 6. li. 6. epid. quia
 totum corpus (quandiu homo viuit) est perspirabile.

Σάρκες ὅλην ἢ ἐκ κοιλίης ἢ ἐξωθεν δύνουσι ἢ ἀσθνοῦσι ὡς ἐκπνοῦσι ἢ
 ἰασίνοι ὅλην τὸ σῶμα. i. Carnes & ex ventre & extrinsecus at-
 trahunt. Indicat autem sensus ipse corpus totum tam foras
 quam intro spirabile esse.

Ad sympathiam quoque refertur tussis concitata à frigore
 pedum, ob consensum quem cum cerebro habent: quibus

refrigeratis, pariter & cerebrum refrigeratur, vnde tussis: alias à tuberculo innato in aliqua parte asperæ arteriæ, vel pulmonum. Alias à nimia siccitate non nuda, vt dixi, veluti in febribus heclicis, & in his quibus est exesa aut diuisa columella. Alias ab obstructione viarum quæ impedit aëris inspirationem & expirationem fuliginosorum excrementorum.

De signis à forma.
A subiecto Signa sumuntur à forma, vel à subiecto, vel à causa effe-
ctrice. A forma, quia tussis magis vel minus est violenta, quæ
facile ab ægro discitur. A subiecto, si pulmo secundum omnes
asperas arterias afficitur: tunc tussis est admodum acerbata, &
decubitus est molestus. Eius noxa percipitur in parte dextra
vel sinistra, de qua conqueruntur ægri.

*A causa effe-
ctrice.* Causa efficiens, aut est externa aut interna: si externa
ex ægri relatu discitur: qui si nullam prægressam fuisse
affirmat, ex interna causa coniiciendum, quæ est aut im-
mediata, aut mediata.

*Signa si ab
intemperie* Immediata triplex esse potest, nempe intemperies, mala
compositio, aut vnitatis solutio. Intemperies aut est sine
materia, aut cum materia. Si sine materia, tussis prorsus est
arida: si cum materia, ea plus minusue excernitur. Ad hæc
Calida. ea intemperies, aut est calida, aut frigida. Si calida, cogno-
scitur ex calore intra pectus, siti, & faciei rubore: quin
etiam frigida inspiratione gaudent & non expiratione. Pul-
sus magnus adest, qui dilatat arteriam, quum pulmo plus so-
lito est calidior & latior. Iuuatur à frigidis, contra à calidis
læditur.

Frigida. Frigida intemperies ex oppositis cognoscitur ex
physico axiomate: Oppositorum eadem est doctrina. Si in
vtraque palati regione titillatio percipitur, palam ostendit
fluxionem à capite deferri in tracheiam arteriam & pulmo-
nes, autore Tralliano lib. 5. cap. 1. Atque si per eam nihil ex-
puunt, tenuis est defluxus, qui aëris impellentis impetum elu-
dit: aut ad eò incrassatus, viscidusque redditus in bronchiis,
*Si à crasso
fit.* vt inde auelli nequeat. Simili ratione intemperies humida &
sicca cognoscitur, in eo quod actiuæ qualitates, signa mani-
festiora habent, passiuis.

*A colore
sputi.* Composita intemperies ex signis complicatis cognoscitur:
Quoad cognitionem materiæ morbificæ, ex sputi colore di-
stinguitur: si albus, pituita: si flauus, bilis: si niger, melan-
cholia.

*Si à mala
compositio-
ne.* Si tussis scaturit ex mala conformatione, seu compositione,
aut

aut est asperitas, aut obstructio, aut tumor. Asperitas cognoscitur ex tussi sine sputo, & à causis externis, quæ vim habent exasperandi.

Si obstructio fuerit, cognoscitur ex anhelitus difficultate, & etiam à causis prægressis quæ obstruere possunt: qualis est victus crassus & lentus & incrassans. Si ab aliquo tumore fit, cognoscitur ex visu, tactu & dolore.

Si ab obstructione:

Si à tumore.

A solutione cōtinui.

Soluta vnitas, cognoscitur in phthisi de qua suo loco plura.

Signa sumpta à mediata causa, sumuntur à repletionem & anteceffione. Repletio cognoscitur ex propriis signis plenitudinem indicantibus. Antecessio, si ex pituita fuerit generata, in cerebro frigidiori, erunt signa cerebri frigidi, & ex fluxus impetu. Si in thorace, erit paruus dolor & calor qui cum impetu attrahit humorem. Si hæc signa non adfunt, iudicamateriam fluere per modum transmissionis.

De tussi sicca sic vaticinatur Hip. aphor. 54. sectione quarta.

*de prognosi
Qui sunt
propensi.*

Quibus sicca tusses paulum irritantes in febr. ardentibus perseverant, ij non admodum siticulosi solent esse. Arguunt intemperiem instrumentorum spiritalium, vel faucium asperitatem, aut humorem esse tenuem & paucum. Gal. in commentario.

1.

Hydropicis tussis si superueniat, malum, inquit Hip. aphor. 35. sect. 6. indicat morbi magnitudinem, & pulmones & asperas arterias iam esse imbutas seroso humore & mortem propinquam.

2.

Tusses ferinæ, quæ febres malignas ac pestilentes, & pulmonum exulcerationes comitantur, sunt periculosæ.

3.

Vt assiduo illisu durum cauat vndula saxum: sic assidua tussis quæ fit ab humore acri & falso à capite in pulmones deerrante, eos exulcerat, vel ad sanguinis sputum perducit. Gal. comment. 3. in lib. 6. epid. textu 18. & post eum Auic. fen 10. 3. tract. 3. ad finem cap. 1. Frigida velut nix & glacies pectori inimica, tusses mouent, venarum ruptiones & destillationes efficiunt. Hip. aphor. 24. sect. 5. Sic censendum de reliquis impensè cerebrum refrigerantibus, quæ pectori sunt inimicissima.

4.

5.

Tussis cum febre acuta, non vasat periculo.

6.

Grauida cum tussi molesta, abortui obnoxia est.

7.

Tussis ex faucium ulceratione, est molesta, & si inueterauerit, vix eliditur, autore Celso libro quarto capite quarto.

Contra, tussis quæ fit ex nuda aliqua intemperie, aut asperitate contracta ex inspiratione aëris frigidioris, aut ex frigore pedum, aut thoraci appositione medicamentorum refrig. per contraria facile curari potest. Despicienda tamen non est, ne vt adolescenti idem contingat, de quo meminit Gal. 5. methodi cap. 13. qui semiheminam sanguinis reiecerat ex appositione thoraci refrigerantium medicamento- rum.

Qui sunt
propensi.

Tussi propensi sunt *μεγέθυδοι*. qui collo sunt oblongo & angusto pectore & latis scapulis, & qui sunt temperamento frigido & humido, & macrocephali, senes, & pueri lactentes ob eorum tenellam ætatem, qui lactis qualitatem serosam ferre non possunt, & maximè in hyeme pluuiosa, & aquilonia constitutione. Hip. sect. 3. aphor. 5. 13. 20. & 23. & in epid. & alibi.

ὀξεπνεῖα
à tenui cau-
sa.

Tussis nonnunquam est necessaria & sollicitanda, vt fiat materiæ alioquin suffocantis expectoratio, quod nullius qualitatibus vi, facultatem expultricem extimulet.

At cum tussis morbose ex eadem causa non oriatur, sed à diuersis, curatio variari contingit. Vt si ab aëris frigidi occur- su, aut à nuda intemperie frigida, curari poterit vt scripsit Celsus loco citato. Potu decocti hyssopi, altero quoque die, & spiritu retento currere, non in puluere: nec vtilectione vehementi, quæ primo à tussi impeditur, post eam vineit: tum ambulare, deinde per manus quoque exerceri, & diu pectus perfricare. His remediis, & spiritu retento suo calore, ea emendari potest intemperies, & aër conelusus qui tussim peperit sic dissipari.

ὀξεπνεῖα
in suis mor-
bose à cau-
sa cal. gene-
ralis idio-
pathica.

Curaturus tussim considerare debet, an ex idiopathia, aut ex sympathia fuerit. Ex idiopathia, num causa effectrix cal. frig. sicca, aut humida fuerit: num tenuis, crassa aut viscida.

Ex sympathia, num ex inflammatione alicuius visceris, aut ab ulcere, aut ab aliquo tuberculo, & ei causæ aptare remedia tam vniuersalia quam particularia, vt suis locis docebo fauente Deo.

Nunc de ea quæ fit ex idiopathia agam, quæ etiam à va-

riis causis contingere potest: Si causa est calida, victus insti-
tuendus erit refrigerans: si frigida, calfaciens: si humida, sic-
cans: si sicca humectans. Satietas, fames, somnus, vigilia, &
venus & animi affectus, si modum naturæ excesserint, malum
inquit Hip. in aphor. & epid.

*De victu
in causa
calida.*

Sic censendum de aëre, qui purus esse debet, & non ca-
liginosus, opacus, & pluviosus: Qui si talis non est, arte
comparetur. Contraia his, & constitutio aquilonia, & au-
strina fugienda.

Venæ sectio tuto celebrari potest, si corpus est plethoricum, De vene
aut febris, aut alicuius visceris inflammatio inest, aut men- *sectione.*
sium vel hæmorrhoidarum suppressio, & ætas, & vires con-
sentiant.

Si quid eam dissuadet, cucurbitæ ceruici, scapulis, aut *De cucur-*
natibus cum scarificatione admoueantur: necnon frictio- *bisulis &*
nes totius rachitidis, brachiorum, & crurum, deorsum ver- *frictionib.*
sus, cum linteis calidis ad humoris reuulsionem, & deriua-
tionem.

Si verò corpus est cacochymum, considerare oportet hu-
morem præpollentem qui redundat, si est acris, mordax, sal-
sus, biliosus, tenuis, crassus aut viscidus, & ei remedia apta-
re, præmissio clystere, aut eccoprotico medicamento. Dein-
de coquendus est humor vt monet Hip. aphor. 22. sect. 1.
Concocta medicari oportet &c. nec per initia. At quibus
præsidii illud sit præstandum docui cap. de Catarrho. Inter-
ea dum hæc moliantur: si humor est tenuis, acris, & mor-
dax, ne pulmones vlceret, & tabem inducat, est incrassan-
dus medicamentis refrigerantibus additis bechicis, vt Sy-
rupo violato, Nenupharino, de Papauere, Diacodio, Phi-
lonio Romano, Aurea Alexandrina, Theriaca recenti, Lau-
dano spagyricorum, aut pilulis de Cynoglossò in parua quan-
titate, mixtis nonnullis quæ illorum vim narcoticam retun-
dant, qualia sunt mucagines sem. psyllij, coroneorum,
gummium Arab. & tragacanthi, bolus armena, terra sigilla-
ta, amyllum &c.

*De purga-
tione.*

Si humor est crassus, incidendus & attenuandus. Si visci-
dus, est detergendus tam simplicibus quam compositis in
officinis aceruatis. Vt rad. symphyti ma. & glycyrrhizæ: fru-
ctus, pruna dul. vuz damasc. & passulæ exacinatae, corin-
thiacæ, iuiubæ, ficus, sebesten, dactyli, pistachia. Sapa passu-

*De bechi-
cis frig. in-
crassantib.*

Inter simplicia medicamenta, sunt myrrha, thus, ladanum, styrax cal. opus cyrenaicus, vulgò dicitur beniuinum, gummi racamahaca dictum, caryophyllum, coccus, bapsica, gentiana, aristolochia vtraque, zingiber, auellanæ tostæ, amygdala amara, cremor hordei, auenatum, &c.

Ex his solers medicus suo Marte omnis generis remedia tam interna quam externa componere potest, vel nostris vtatur qualia sunt descripta capite de Catarrho. pag. 369. 370. 371.

Victus hic expetitus, in nonnullis dissidet à præscripto, quia *De vitius ratione.* causa est frigida. Domus, esculenta & potulenta actu & potestate calida esse debent. Interea vitet frigus pedum, fumum, puluerem, & quæcunque guttur, & fauces exasperare possunt: nec non acida, acria, salsa, diuretica omnia vt dixi, acuta, frixa, flatulenta, glutinosa, & quæcunque refrigerare possunt. Celsus à cibo verat lectionem grauem, aut meditationem, scribere, & voce contendere: at post cibi concoctionem probat. Vino calido vti poterit æger, & thoraci linteis calidis & suffitu. In hac causa frigida phlebotomia neque purgatio locum habent: nisi corpus fuerit admodum plethoricum aut cacochymum, ne illa corpus plus iusto refrigeretur, & intemperies frig. augeatur, & humor expulsionì contumacior euadat. Veruntamen si plethoricum, vena cephalica tundenda; quantitas sanguinis crit metienda ad ætatem, & ægri vires, præmissò clystere si fuerit aluo duriore, aut eccoprotico, ex cassia infusa decocto idoneo & expressa potui data, aut manna Calab. aut simili, cum syrupo rosato sol. cum agarico.

Si corpus fuerit cacochymum simili pharmaco expurgata corporis prima regione, reliquum humoris præparetur iulcèpis, apozematis, ex simplicibus præscriptis: deinde educatur syrupo magistrali, aut pilulis assaieret, de hiera, alephanginis, cocciis. Sequenti die à purgatione cap. bolum sequentem.

℞. Pul. diaireos simpl. ℥. i. theriacæ veteris, aut mithridatii, ʒ. β. confer. rad. helenii, ʒ. ii. cum saccharo, fiat bolus mane deuorandus. Deinde cerebrum corroboretur opiatìs, suffitu, emplastro, &c. cap. de Catarrho descriptis, vel sequentibus in causa calida. *Bolus.*

℞. Sem. melonis mund. bombacis, & papaueris albi, gummi Arab. & tragac. super batillum candens leuiter assorum & sub. tritorum, singul. ℥. i. amylli, ʒ. ii. ficuum recentium, & dactyllorum mund. & nucleorum pini recentium, singul. ʒ. iii. *Eclegma incrassant.*

penidiarum ℥. iii. cum syrupo iuiubino fiat linctus quo cum baculo glycyrrh. frequenter vtatur sensim deglutiendo longè à cibo resupinato capite: hoc situ epiglottis œsophago accubat: sic illi patentior fit aditus in asperam arteriam, pulmones, & thoracem. Vel huius loco vtatur pastillis incrassantibus capite de catarrho à causa calida descriptis pag. 376.

*Aliud idē
præparans.*

℥. Olei amygd. dul. sine ignis calore extracti, ℥. ii. penidiarum, ℥. i. amylli, ℥. β. pul. diatragac. frig. recēns præpar. ob semina pingua quæ facillè rancescunt, ℥. ii. fiat puluis qui vtēdi tempore in cochleari dissoluetur cum pauco olei præscripti in looch crassitiem quo vtatur vt dixi. Præterea habeat sæpe in ore pilulas bechicas vel penidias, vel sacch. crySTALLINUM, vel rosatum, vel conser. rosarum.

Formula aliquot bechicorum in causa frigida.

*Eclegma
incidens
humorem
crassum.*

℥. PVI. sem vrticæ, & iridis flo. vtr. ℥. ii. nucleorum pini recentium, & pulpæ vuarum Damasc. & ficuum, pinguiū singul. ℥. β. penidiarum, ℥. ii. cum syrupo hyssopi: aut cū oxymelle simpl. aut scillicico (si humor est valde crassus, aut lentus fuerit, vt qui alioquin euelli non posset fiat linctus quo vtatur vt annotaui.

*Aliud si
humor est
viscidus,
detergens.*

℥. Conseruæ florum tussilag. & helenii, amygd. dul. & nucleorum pini recentium, singul. ℥. β. sacch. crySTALLINI, ℥. ii. cum syrupo de prassio fiat linctus: cui adde croci grana vi. vtatur vt monui.

Non vtor myrrha, & similibus ob eorum amarorem, quamuis strenuè detergeant. Pandaleones, torriones, & martiopa-nes, à Medicis Gallix bracchatæ & Narbonensis & maximè Medicis Mōspelientibus vsitatis, in hoc affectu commendantur. Sunt qui foelici successu vice syruporum, & linctuum præscriptorum, vtuntur syrupo ex tempore præparato cum aqua vitæ & saccharo, quia strenuè incidit, & deterget. Pauperes quotidie mane vtantur decocto hyssopi, & per vices vtantur mane ouo sorbili cum pul. sulphuris, idque consilio Celsi lib. 4. cap. 4. Extrinsecus admoueatür sequens

Vnguentū.

℥. Olei amygd. dul. & irini, vtr. ℥. i. axungix capi, gallinx, & anseris, vel butyri recentis, singul. ℥. β. pul. iridis flo. ℥. ii. croci, ℥. i. fiat vnguentum quo pectus vniuersum mane & sero illinetur. Vel huius loco vtete vnguento resumptiuo.

Si humor est aded frig. & humidus, qui à superioribus vici non potuerit, & anni tempus, ætas, sexus, & vires consentiãt, vtere decocto sarzæ parillæ, rad. chinæ, cum ligno sassafras, per multos dies: & si morbi Neapolitani aliqua fuerit suspitio, vtatur decocto ligni ind. & alexipharmaco: sin autem ceruici admoueat cauterium potentiale: vel consulat balnea sulphurea vel nitrosa.

Si à vermibus, da potui opiatæ Salomonis, ʒ. i. aut ʒ. i. β. cum decocto hordei, & absinthii p. ma. vel aqua stillatitia portul. Vitanda dulcia, licet detergeant, quia vermes nutriunt. Si tussis puerorum aliunde prouenit, quam à vermibus, detur illi potui lac caprarum recens multũ, vel coctũ cum sacch. crystallino, vel rosato, vel penidiis, vel syrupo violato, aut nenupharis sic sitit: vel tussilaginis, vel papaueris, si est vigil. Si pusio nutrix illi mastice ficus pingues recens siccatas, aut passulas exacinas, aut nucleos pini recentes, vel amygdalas dulces: & capiti admoue empl. ex gummi tacamahacæ paratum.

Curatio si tussis est à vermibus.

Si tussis fit à phymate, i. tuberculo: aut ex inflãmatione, aut à tumore aliquo existente in pulmone, pleura, diaphragmate, liene, hepate, aut ab aliquo vlcere, ad propria capita recurrendum erit.

Si ex obstructione tracheiæ arteriæ tussis fit, cuius humor sua crassitie, & lentore inhærens, æris ingressum impediat, quem natura tanquam noxium excutere tentat, vtere paregoricis, i. lenientibus, quæ eius crassitiem incidant, & detergeant, & eius acrimoniam demulceant: qualia sunt lac omne, butyrum recens, oleum amygd. dul. syrupus tussilag. violatus, capilli veneris, iuiubinus, de hyssopo: hordeatum, auenatum, cremor surfuris, &c. Collum illine oleo chamæmeli, æsypo & similibus.

De cruenta Spuitione.

C A P. XXXV.



RVENTA Spuitio à Græcis dicitur αἱματος πύσις & αἱμοντοί και αἱμοντοίσις, ἢ ἀναφόροι quasi ἀναφέροντες, hoc est, sursum ferentes : quia sanguis ab infernis partibus sursum fertur. Symptoma & morbus dici potest : Symptoma, quia est de genere excretorum immodicè fluentium præter naturam ab imbecillitate facultatis retentricis, ratione loci. Morbus, quia ut plurimum fit à solutione continui, aut ex reseratione, aut vasorum apertione. Omnis cruenta per os facta excretio, vndeunque proueniat, aut à quavis causa fiat, semper est contra naturæ leges, ad differentiam eius qui per vterum excernitur, aut qui per nates in vere adolescentibus profilit, qui est naturalis Hip. teste aphor. 27. sect. 3. siue fiat ex ἀνατόμοσι, aut ἀγχορροσί, aut ἀγχορροσί. Sputum sanguinis, à fluore sanguinis distat sola quantitate. Si ex ore, gingiuis, gurgulione, aut faucibus, semper in parua quantitate fluit, & sputum dicitur. Contra, si in magna quãtitate, qualis reiicitur per Anastomosim, aut Diæresim, fluor dicitur, teste Aureliano lib. 2. cap. 9. morborum κρόνον.

De causis
externis.

Causæ procatarticae seu externæ, sunt aër calidior, frig. aut humidior : casus ab alto, ictus, saltus, cursus, vociferatio, vectio, æquitatio succufans, exercitium violentum, immoderata venus, tussis violenta, vomitus, tripudium, ira, vsus aloës, & medicamentorum acrium, & acidorum, & alimentorum falsorum, & ingluuies, necnon potus vini meracioris, aut aque cœnosæ, in qua sunt hirudines imprudenter epotæ, de quibus duas historias narrat Gal. 4. loc. affectorum cap. 6.

De causis
anastomo-
sis.
Diæresis.

Causæ internæ anastomosis, sumuntur à sanguinis quantitate supra modum aucta, ut in suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus, & mutilatis accidit. Diæresis causa interna, sumitur à sanguinis vitio, qui sua acrimonia corrodit, & vlcerat vasa eum continentia.

Diapedesis.

Diapedesis verò causa, pendet ex vasorum raritate, & sanguinis

guinis tenuitate, qui sudoris instar facile profilit & in os reicitur absque dolore. Constat inter Medicos & Gal. loco citato, sanguinem qui è gula, aut ventriculo, vomitione reici: qui à spiritalibus partibus, tussi: & qui ex faucibus & Columella seu gurgulione, screatu: & qui exgingiuis & ore, simplici spuitione expelli. At operæpretiū erit propria signa narrare, quibus distingui possint partes affectæ, ne quis in curatione hæmptysis hallucinetur.

Sanguis si à capite manat, cognoscitur ex palati titillatione, *Signa si à capite.* velut in catarrho percipitur, screatio frequens, palatumque cruore est sordidum, perinde ac si vulnus subesset, & colluto ore aliquo liquore, mox æquè cruentum apparet, quod non accidit cæteris sanguinis reiectionibus. Aretæus lib. 2. acutorum cap. 2. Si ab ore, simplici expuitione reicitur vt dixi, succrescit frequens per nares hæmorrhagia.

Si sanguis è capite in fauces defluit, tussim mouet, qui tussiendo & non screando (vt supra) reicitur, quo reiecto, caput quod prius gravitate, & dolore conflictabatur, læuius sentitur, & sanguis non est spumofus, neque copiosus, atque repente sine vlla ruptionis suspitione venit. Si signa futuræ hæmorrhagiæ per nares præcesserint, ratum prorsus fuerit, sanguinè è capite emanare. Si à gula seu œsophago venit, non exactè est saluæ permixtus, nec læuis, aut æquabilis, subflauus conspicitur, nec admodum niger, & parcior est; quia illius partis venæ & arteriæ sunt exiles, & cum nausea & vomitu reicitur: cui nonnunquam iuncta est tussicula ob arteriæ cum gula coniunctionem. *Si à faucibus.* *Signa si à gula.*

Mordicatio & dolor, ad metaphrenum vsque sentitur in ea parte quum sit deglutitio, & maximè si valdè frigida, aut calida, aut acerba deuorantur. Perseuerante & ingrauescente malo, cibum fastidiunt, & sæpè non continent. Sæpe etiam febrem erraticam, potius quam acutam comitem habent. Rarissimè fit ab erosione: quia fluxiones mordaces, non ita diu hærent, sed prius expuuntur, & deiiciuntur. Frequenter tamè accidit ex vasorum ruptione, quæ sua natura sunt mollia, tenera & imbecilla, quæque facile rumpuntur à tussi concitata, aut vomitione coacta præter vasorum plenitudinem, vt doctè annotauit Gal. lib. 3. de causis symptomatum cap. 2.

Si eductio est ab arteria aspera pituitosa, (vt loquitur Paulus *Signa si ab aspera arteria.* Æg. lib. 3. cap. 31.) reicitur screando & cum leniore tussi: &

quod effertur spumofum & leue & paucum est, & fanguis leuiter tuffiendò eicitur.

Si à thora-
racc.

A thorce veniens, parciore esse folet, niger & grumofus, auctore Gal. 4. lethorum affect. cap. 6. dolor aliquam thoraçis partem premit, & tuffis eit valde molefta tranffumptione per pulmonem aut guttur contingente facta.

Si à pulmo-
ne.

Ex pulmone reiectionem fieri vult Hip. aphor. 13. feçt. 5. *αἰσίου αἷμα ἀφράδις ἀναπλήσει, τὸ τρίτον δὲ τὸ πνεύμονος ἢ τοῦ ἀδιν ἀνα-
γυρῆ ἕνετα.* 1. Qui sanguinem spumantem extuffiunt (dolore infra feptum tranffuerfum non existente, addit Hip. in coacis prænot. cap. 17.) iis ex pulmone educitur.

Prænotio-
ne. 433.

Nullus dolor vel compressio pulmones afficit (quia fenfu carent) fed tantum grauitas, & facies rubet, & eius color eit subalbus, & per interualla effertur. Progressu verò temporis, febris continua fequitur, & maximè in iis quibus ex corrosione, & de pulmonis effentia aliquid, aut cartilaginofa pars aut vena efferetur. Aliquem nouit Ægineta loco citato, ex iis qui sanguinem ex pulmone expuunt, progressu temporis cum maxima tuffi, & sanguinis copia 4. aut 5. lapides asperos expuiffe, veluti tribulos, & alleuatus eit: Paulo poft in tabem tranfit & mortuus eit.

Si à ven-
triculo.

A ventriculo, fanguis qui excernitur, eit niger & concretus, siue ab arteria, aut vena fluxerit. Nausea eit multa, & fanguis vna cum cibo euomitur: crebri & virulenti ructus eduntur, lipothymia, & vertigo agrum sape diuexat cum ventris rosione. Illic fanguis collectus, sape per aluum salubrius reiiçitur.

Si ab he-
pate, aut
liene.

Si ab hepate aut liene prouenit reieçtio fit per longiora interualla: Si per venam cauam aut arteriam magnam, fenfim ad pulmones & tracheiam arteriam propellitur, (raro accidit) eodem modo quo in febribus ex horum viscerum inflammatione, fanguis è naribus profluit καὶ ἔξω ad eas partes per venas iugulares, & arterias carotidas impulsus: frequentius tamen per venæ portæ truncum & maximè ex gastrepeploide, quæ fundoventriculi in fpergitur si hepar aut ex ramo splenico gastrico minore, qui vas breue à multis dicitur, ex quo deferretur melancholia in ventriculi capacitæ. Aretæus loco citato, alteram viam excogitauit: Hepar atque lien (inquit) expediçtius sanguinem suum in ventriculum & intestina propellit,

quam in pulmones, per venæ portæ & arteriæ mesentericæ propagines.

A venis sanguinem prodire, testatur color ater, & eius crassities ac prompta concretio. Ab arteriis siquidem flauus, tenuisque venit, & tardissimè coit. Ruptionis verò signa sunt, si copiosus fluit, & si aliqua causa violenta præcessit, vt ictus, aut ab alto casus, &c. Si ab erosione sanguis fluit, ab initio paucus, & post aliquod tempus copiosus (maiore scilicet facta erosione, & confertim, maximè si nihil contundens præcessit, vel rumpens, sed acris fluxio: vel vsus longus ciborum prauorum, acrium, & salforum, & similiter medicamentorum acrium & salforum.

Signa si à venis aut ab arteriis profilit. Si à rupsione. Si ab erosione.

Inædiam, & mœrorem idem præstare posse, Ægineta loc. cit. & Trallianus lib. 7. cap. 1. docuerunt, & maximè si pulmonis vel bronchii aut alterius vasis portio aliqua reiicitur.

Si à refidatione.

Si ab aliqua causa externa contundente, frangente, aut incidente, aut similibus citra erosionem: iudicandum Dixerim esse simplicem quum nulla substantiæ deperditio appareat.

In diapedesi, nullus est dolor, quia sanguis sensim, & non confertim è vasis profilit: quia vasa sunt rara & sanguis tenuis, & serofus.

In anastomosi, nullus aut paucus est dolor, sanguis confertim fluit absque febre, aut inflammatione: Et sæpe ab eiusmodi reiectione soluitur plethora, & æger melius se habere videtur.

Si à vasis apertis.

Si sanguis ab hirudine epota, aut in palato, aut naribus, vel ventriculo, qui euomitur sanguis est tenuis, qui saniei speciem referat: idq; citra capitis dolorem vel grauitatem præsentem, vel præteritam.

Si ab hirudine.

Si nullus ictus, aut casus præcessit, iudica hirudinem esse in causa, & maximè si æger biberit aquam cœnosam in qua hirudines fuerint: quam sanabis idoneis remediis quibus vsus est Gal. in duobus iuuenibus lib. 4. locorum affectorum cap. 6.

Hæmaptois plus minusque periculosa pro locorum & caularum diuersitate. Quod ita sit, quæ ab ore, aut gingiuis procedit minus periculosa, quam ea quæ à faucibus, gula, aut ventriculo, tracheia arteria, thorace, hepate, liene aut vtero.

Præfugia.

At qui ex pulmone, non vacat periculo, maximè si est antiquatus, quia eos vlcerat, & in phthisim perducit: si ab erosione est vlceratus. Si vena recens est exesa, facilius certè curatur quam arteria, quia pulmo est in continuo motu, qui vlceris agglutinationem impedit. Adhæc talia vlcera sunt rotunda, quæ figura ad curationem omnium consensu est difficillima Hip. autore 6. epid. sect. 1. & Gal. in comment. agens de tabidis. Et aphor. 15. sect. 7. sic loquitur *Ἐπὶ αἵματος πύσι πύσι κακόν. 1.* A sanguinis sputo, puris sputum, malum

Ὅσοι αἷμα ἐμέσθῃ ἢ ἰδρὶ αἵτω πύρετῶ σπύρεται: εἰ δὲ ζῶ πύρετῶ κακόν. 1. Qui sanguinem vomunt si sine febre, accidat, salutare est: si verò cum febre, aut inflammatione alicuius visceris malum inquit Hip. aphor. 37. sect. 7. & Gal. in commentario, & aphor. 25. sect. 4.

Αἷμα αἴτω ἰδρὶ, ὀκροῖσι αἵ ἢ, κακόν: κέπο δὲ ἀγαθόν, μέλαι ὑποχρῶμεν. 1. Sanguinem supernè quidem efferri, qualiscunque sit, malum: Deorsum verò niger si deiciatur, bonum, quum ab hæmorrhoidæ fluit.

Qui verò sursum effertur, siue spumofus, siue ruber, siue flavus, siue niger, siue aquosus, crassusue extiterit Gal. in commentario, malus. Qui verò per nares non malus si in die critico acciderit.

Γυναίκα αἷμα ἐμέσθῃ, τῆς χαλαμνίῳ βαγίῳ λύσις γίνεται. 1. Mulieri sanguinem euoment, menstruis crumpentibus, fit mali solutio. Hip. aphor. 32. sect. 5. quia fit sanguinis euacuatio, & reuulsio. Gal. *Ὅσοι αἷμα ἀφρώδες πύσι, πονέσις ὑποχρίδρια δέξιον δὲ τὸ ἥπατος πύσι, ἢ οἱ πολλὰ σπύλλωται. 1.* Quicunque spumantem expuunt sanguinem, dextroque laborant hypochondrio: à iccore spuunt, multique intereunt. Hip. cap. 16. coacatum prænot. 408. Si quis plura desiderat, legat lib. 5. meth. med. Celsum, Paulum, Aëtium, Auic. & lib. 2. progn. cap. de sputo, Hip. & lib. prorrhæc.

Et vt paucis expediã: ex Diapedesi, minus est periculi, quã ex Anastomosi. Diæresis verò quæ ex humore acri, mordaci & falso fit, substantiam pulmonis erodente, omnium consensu est immedicabilis. Hæmoptois licet non vnam, sed diuersam victus rationem & curationem expostularet pro causarum diuersitate, vnam tamèn vniuersalem nunc dabimus, quæ vnicuique causæ aptari poterit, ex Aretæo, Gal. Celso, Aureliano & Tralliano mutuatam.

Imprimis aër eligatur ad frigidum & siccum vergens ; vi-
tando calidum & humidum, & ventum austrinum. Eger de- *Victus ra-*
cumbat in domo satis ampla, & obscura, & lecto immobili mi- *no.*
nimè calido aut profundo. Si sit æstas, humi lternentur folia
vitis, lentisci, salicis, myrthi, quercus, cucurbitæ, rosarum, ad
inspirationem.

Caput cubantis sit sublime, præsertim si ex spiritualibus
profluat sanguis. Somnus sit nocturnus, aut matutinus, &
non diurnus, qui vndecunque sanguinem fluentem &
aliam quamvis excretionem sistere potest, exceptis sudori-
bus. At si hæmaptois sit ex plethora, priusquam depleta fue-
rint vasa, vigiliæ digerentes magis conducunt. Alius libera
esse debet, quæ si talis non est, natura iuuanda erit clysteribus,
aut balanis si pauper. Quies tum corporis cum animi, & silen-
tium commendantur: venus prohibeatur.

Cibi eligendi sunt, qui vim emplastice habeant, & refri-
gerent, & liquidi potius quam solidi, ne masticando aliqua fiat
commotio: quales sunt semola, amyllum, panis lotus, puls
ex farina tritici, lacte & saccharo parata, aëna, hordeum à
priori cortice mundatum, oriza, lens, panicum, milium etiam
à priori cortice mund. ex simplici aqua coctū & cum saccha-
ro & pauco aceti vbi tenuior victus confert. Vbi vero plenior
nutriatur iure pulli gallinarum, capi, consummatis, colatitiis
& similibus pro ægri virtibus. Officium medici inquit Celsus,
est ægrum superuacua materia non onerare; neque fame per-
dere.

Sic dum vires constabunt, primis diebus, largior, & fre-
quentior cibus non dabitur, priusquam primus sit concoctus.
Idem præstant cochleæ quod glutinis quiddam naturalis &
compaginandi virtutem habeant. Item quum plenius nutrire
volumus conceditur vsus auium, vt columbarum, phasianor-
rum, atagenarum, perdicum &c. quarum pectora erunt myr-
tho aut simili penetranda, vt sit in cibus medicina vt loquitur
Auicenna. Item conceduntur caro porcina & horum extra:
necnon veruecis, agni, & vituli pedes, & quæcumque ali-
mentum crassum, & viscidum præstant, & oua ex aceto co-
cta, & indurata mandere licet. Acetum ex Aureliano lib. 2. *De aceto*
& cibus
quibus
vtantur
cap. 13. contra multorum sententiam, prodest, si ex ca-
pite & gingiuis sanguis fluxerit: quia sanguinem concretum
dissoluit: non item si ex pectore, quia tussim commouet, & ægri.

pulmonis vlcus exasperat. Ex olleribus imprimis commendatur portulaca, & eius succus: perinde atque vrticæ, qui sanguini sistendo est efficacissimus, & eadem iusculis cocta. Item lactuca, seriola, plantago, centinodia, germina, malux, & asparagi, oxalis, cucurbita, semina 4. frig. ma. & minora, vva immatura. Ex fructibus, cydonia mala minora potius quam struthia seu maiora, quia magis astringunt & quæ condiuntur cum saccharo & non cum melle. Malum granatum, aurancia dicta, sorba, mespilla immatura, corni fructus, saporis austeri, pira, dactyli, vva pensiles, corynthis, damasconæ cum gîgartis mansæ, caseus recens & non falsus, lac chalybeatum si nulla est febris.

¶ Pisces saxatiles, vt lucius, perca, astaci, acipenser &c. conceduntur. Trallianus damnat amygdalas, ficus, pistacia, strobilos; vt ad sitim compescendam concedit melopepones. Pro potu, si febricitans æger, bibat aquam frigidam, aut temperatam, aut coctam cum coriandro, aut cum iulepo rosato, aut syrupo omphacij, aut granatorum, aut aqua chalybeata si dulcia abhorret aut pauper. Si nulla est febris, & vires pessundant, concedendum erit vinum crassum, austerum quale est tortium dilutum aqua chalybeata, aut pluuiali. In genere potus sit parcus.

*De vena
sectione.*

Vena sectio à quavis causa fiat hæmoptois celebrari potest, largior tamè in anastomosi, & diapedesi, & polyhæmis & quibus suppressi sunt menses, aut hæmorrhoides, aut quibus aliquod membrum fuit mutilatum, & quum validæ sunt vires, ex vena axillari, aut poplitis, vel tali si ex suppressis mensibus.

Contra si vires sunt deiectæ, educatur in minori quantitate, ex angusto vulnere per vices digito indito vulnere: sic vires conseruantur.

*De cucur-
bitulis, li-
gaturis &
frictionib.*

Si quid eam dissuadet, cucurbitæ cum scarificatu scapulis, cervici, hypochondriis, clunibus, aut femoribus admoueri possunt. Vel harum loco frictiones, aut ligaturæ partium extremarum conceduntur. A sanguinis missione, quiescat paulisper æger cum silentio. Mox oxycratum probè dilutum propinandum ex Tralliano, vt sanguinis grumi dissoluti reijciantur, & alterius fluxus prohibeatur.

Idem præstant bitumen & mumia cum liquore idonco, vt aqua stillatitia nucum viridum: vel huius loco, aliquod coagulum & maximè leporinum, teste Gal. lib. simpl. medica-

mentorū decimo. Interea si aluus est dura, ante venæ sectionem iniiciatur sequens.

℞. Decocti communis clysteris; ℥. i. dissolue mellis rosati, & olei ros. vtriusque ℥. i. ℞. cassiæ cum sacch. ℥. i. fiat clyster statim supponendus. Nunc de simplicibus medic. quæ à Græcis *ischamata* dicuntur quibus sanguinis impetūs cohibeatur: deinde de compositis quæ in officinis præparata seruantur. Qui de simplicibus potest mederi, dolose querit composita: Arnaldus doct. 2. parabola 15.

Clyster.

*Ischamata
simplicia
comp. pro
diuribus.*

Inter simplicia quæ ratio & experientia huc vsque docuit, sunt radix lymphitima. quæ vlcera à quavis causa scaturiant agglutinat teste Diosc. lib. 4. cap. 9. petum seu pectum & nicotiana vulgo dictum autore Nic. Monardo. Bursa pastoris, portul. & succus eius, radix rubi & huius folia, flores & fructus: medianus cortex quercus, & eius glâdes, & gallæ virides, rhaponticum, lentisci folia, & quæ ex ea exudat mastiche, succinum, & gummi Arabicum & tragac. iethiocola, sanguis draconis: succi porri, & vrticæ, & polygoni, hypocistis, acacia nostras, thus obsoniorum, plantago, rosæ, omphacium, corallinum, lapis hæmatites, balaustium, bolus armena, terra sigillata, & blesia: nuces cupressi, hippuris, vulgo equisetum, oxyacantha, corna, mespilla, sorba, cydonia, dactylli & cat. mumia, amyllum, farina tritici, albumen oui crudum.

Composita:

Composita, sunt syrupus rosarum siccarum, de omphacio, granatorum, de symphyto, cydoniorum, myrthinus, è berberis, iulepus Alexandr. sacch. rosatum, & crystallinum, troch. ramich, le succino, de terra sigillata: mithridatium, & theriaca recens, philonium, & trochisci de cynoglossa, nepenthe chimicorum si incrassandus est humor & somnus conciliandus. Olea rosatum, omphacinum, myrthillorum, létiscinum, cydoniorum, de mastiche: V. comitissæ: Empl. de mastiche, contra rupturam, aut quoduis aliud astringens ex tempore paratum. Inter condita, sunt conseruæ rad. symphyti, rosarum, mina cydoniorum, & eorum caro condita, baecæ berberis, vua immatura, nuces conditæ sine aromatis, mel rosatum. Coagulum omne si recens, & non antiquum in parua quantitate sumptum, & caphura.

Ex supra scriptis prudens Medicus mutata forma remediorum omnis generis remedia, tam interna quam externa, suo Marte componere poterit. In diapedesi conueniunt conden-

fancia, in anastomosi, astringentia, in diarræsi anacollemata, i. glutinantia; de quibus copiosè egimus ca. de Hæmorrhagia.

*Curatio
singularis
si ex ore.*

Si ex gingiuis & ore sanguis profluit, portulacam masticare sufficiet, autore Celso, vel os colluere aliquo astringente gargarismo; quia humor est aquosus, qui incrassari poterit cibus, & pulve ex amylo, vel tritici farina, & esu dactylorum, pasularum integrarum, & fructibus astringentibus, quando quidem lenis est affectio.

At si tantus sanguinis est impetus, reuellendus erit vsu cucurbitularum in occipitio cum scarificatione. Si ex mensibus retentis id acciderit, cucurbitæ inguinibus admoucantur, vel coxis cum scarificatione, vel aperiantur saphenæ ad reuulsionem.

*Gargaris-
mus con-
densans.*

℞. Polygoni, portul. & rosarum rub. singul. m. i. coque in aqua fabrorum, vel chalybeatæ ad ℥. i. dissolue dianucum, & vini rub. astring. vtriusque ℥. ii. aceti rosati, ℥. i. fiat gargarismus quo tepidè os sæpe colluat, diu continuando.

*Curatio si
ex faucibus
aut colu-
mella.*

Si ex faucibus, aut gurgulione, aut palato prouenit, vtete gargarismo astringente & cataplasmate scripto pag. 359. cap. de Hæmorrhagia quod collo potius quam fronti admoueat. At si sanguis qui fluit est copiosus, reuellendus, & deriuandus incisione venarum naris, & cucurbitulis occipiti admotis. At si causa huius fluxus est humor acris, expurgandus erit, vt docebitur in curatione Erosionis.

Si ex vomitu sanguis per os reijcitur, videndum num causa huius fluxus venerit ex hepate, aut liene, per anastomosin.

Imprimis si æger est aluo duriore, iniiciatur clyster præscriptus. Deinde ad reuulsionem educatur sanguis ex basilica dextra, si hepar, vel sinistra, si lien, vel saluatela si maiorem requiris reuulsionem. Et si vires sunt deiectæ præ nimia vacatione sanguinis, epapheristicè educatur ex angusto vulnere, vt dixi.

Quinetiam videndum si vas quod est apertum, est paruum aut magnum. Si paruum, mediocriter astringentia sufficiet, vt

Potio lenis

℞. Caphuræ, ḡ. iii. lap. hæmatitis sub. triti, ℥. i. succi portul. aut polygoni, vel plantag. depurati ℥. iii. fiat potio quam primum bibenda.

*Potio alte-
ra fortior.*

Contra, si magnum vas est apertum casu, ictu, aut simili.

℞. Terræ lemnix, & coralli rub. sub. triti, vtr. ℥. β. troch. de succino,

de succino, ℥. i. syr. symphyti ma. ℥. i. decoctionis symphyti, malicorij, balauft. & equiseti, q. s. fiat potio illico sumenda.

Vel

℥. Troch. de terra sigillata, aut ramich, aut de spodio cum semine acetosæ, vtr. ℥. ii. rhapontici veri, vel facis rhabarb. & boli armenæ aqua pediculi rosarum lotæ, singul. ℥. i. syr. myrthini, aut cydoniorum, ℥. i. succi rad. vel fol. vrticæ, depurati ℥. ii. fiat potio quam cap. mane quum vires præ nimia profusione deiciuntur.

Alia potio

℥. Conser. rad. symphyti ma. & rosarum antiquæ, & pul. cotoneorum, singul. ℥. i. lapidis hæmatites, & coralli, vtr. ℥. iiii. succini, & margaritarum super cotem subtilissimè tritarum, singul. ℥. ii. sacch. rosati, q. s. fiat conditum multiplici auro deauratum quo vtatur sæpe in iuribus carniū & pituitana.

Conditum

Si sanguinis concreti in ventriculo est aliqua suspitio:

℥. Coaguli leporis, aut hœdi, ℥. s. mumix sub. tritæ, ℥. i. cum posca, aut decocto hyskopi, & absinthij, fiat potio longè à pasto sumenda. Sanguis dissolutus sursum, aut deorsum reijcitur, & alterius fluxus inhibetur. Interea dum hæc fiunt, cucurbitulæ hepatis, aut lieni, admoueantur: his sublatis applicentur sequentia.

Potio sanguinem concretum dissolvens.

℥. Succorum portul. acetosæ, plantag. & solani, sing. ℥. 4. aceti rosati, ℥. ii. troch. de spodio, ℥. s. pul. diatriasantalij, ℥. ii. caphuræ, (tenuitate partium alia subire facit) ℥. i. fiat epithema visceri vnde mali origo, tepidè applicandum cum panno denso vel πύργυαλις. i. plagellis seu pannis reduplicatis, bis aut ter in die per horam.

Epithema

Idem fieri potest cordis regioni, quippe eo loci sanguis refrigeratus minus fluxilis euadit. Panni in posca macerati, & parum expressi tepidè testiculis aut mammis (si mulier) admoueantur; vnde cumque sanguinem profluentem efficacissimè cohibent, vniuerso corpore refrigerato. Deinde in eisdem partibus admoueatur sequens

℥. Cerati santalini, ℥. ii. caphuræ, ℥. s. extende super pannum densum & hypochondrio admoueantur. In his frigidò vtendum vnde fluit sanguis, aut fluxurus est, non supra ipsas partes vnde fluit, sed circa ipsas, inquit Hip. aphor. 23. scilicet

Ceratum

Curatio hæmoptisis ab erosionè

Si sanguis qui ex ore fluit, venit ab aspera arteria, aut à tho-

race, aut pulmone, & humor qui à capite in has partes decumbit est tenuis, & frigidus; aut salsus, acris, & mordax, ne forte ulcerentur pulmones, & phthysim generent, ab initio occurrendum, victu præscripto, purgatione, potius quam venæ sectione (nisi in plethorico corpore, quod raro accidit, sed in emaciato frequenter) cuius loco vtendum cucurbitulis, frictionibus, & topicis post declarandis. Si nulla est febris, & humor fuerit tenuis, est incrassandus (vt dixi) & expurgandus per medicamenta liquida; aut solida in Catarrho descripta.

Si humor est salsus, aut acris epicrasticis, i. contemperantibus eius acrimoniam, ne fiat in pulmonibus vlcus immedicabile. Purgatio sic instituenda.

Potio purgans.

℞. Syrupi rosati sol. cum agarico, ℥. i. si pituita salsa, aut violati ex nouem infusionibus, si ab humore acri aut mordaci, vel (in huius penuria) syrupi de cichorio dupl. rhab. ℥. i. ℞. catholici, aut diapruni sol. (si bilis præpollet) ℥. ℞. aut tantundem diacarthami aut elect. Ind. ma. (si pituita) cum decoct. betonicæ vel cichorii, prunorum & florum cord. si bilis, fiat potio. Vel

Altera.

℞. Agarici troch. ℥. i. rhabarb. selecti, ℥. iiii. cassiæ ex tempore à canna extractæ ℥. i. infundantur omnia simul in decocto hordei, passul. mund. glycyrrh. & florum cord. per noctem super cineres cal. expressum detur summo mane. Vel huius loco, si vires iam sunt deiectæ dissolue in iure pulli insulso mannx Calab. ℥. ii. Vel

Catapotia.

℞. Massæ pil. cocciarum (si pituita salsa) vel aurearum, (si bilis) vel sine quibus, si à pluribus humoribus: vel imperfectillum, aut aggregatiuarum, ℥. iiii. fiant pilulæ plures deauratæ.

Apozema.

℞. Rad. symphyti ma. bugl. & glycyrrh. singul. ℥. i. hordei à cort. exteriorè mund. cichorii, portul. lactucz. acetose, singul. ma. passul. integrarum, iuiubarum, & sebesten, si humor est incrassandus, singul. pa. xii. sem. portul. papaueris albi, & melonis, singul. ℥. ii. florum 3. cord. & rosarum ub. singul. p. i. coque in aqua suffi. ad ℔. i. syrupi de papauere, & de iuiubis, si incrassare cupis, vtriusque ℥. ii. vel tantundem penidiarum, fiat apozema clar. & arom. pul. diamarg. frigid. ℥. ii. pro 4. maturinis. Deinde iteretur aliquod purgans ex præscriptis, quod cap. post apozema præscriptum. Vel

℞. Nardi Ind. ꝑ. β. agarici troch. ꝑ. i. myrobal. citrearum, & cepularum, oleo violato confricatarum, vtr. ꝑ. ii. rhabarb. se-
lecti, ꝑ. iii. diaphœnici, ꝑ. β. infundantur omnia simul in parte
vna decocti apozematis. Expressum detur summo mane.

*Potio pur-
gans bilem
& pituitā.*

℞. Confer. rad. symphyti, & rosarum, vtr. ꝑ. ii. pul. troch. de
terra sigillata, ꝑ. β. cum sacch. fiat bolus post die deutorandus.

Bolus.

℞. Fol. malux, violarum, borrag. lupuli, fumarix, & endi-
uix, singul. m. vi. sem. lini, ꝑ. vi. sem. psyllij, ꝑ. iii. sem. 4. frig. ma-
iorum singul. ꝑ. i. florum viol. nymph. & rosarum, singul. ꝑ. iii.
coque in aqua suffi. pro balneo in quod bis die tepido, & non
calido ingrediatur vacuo ventriculo, & expurgato corpore:
hoc humoris acrimonia retunditur, auctore Gal. lib. i. tempera-
ment.

Balneum.

℞. Olei lentisci, vel myrthini, aut alterius astringentis, ꝑ. ii.
eo illinetur tota rachitis, & thorax exsiccato corpore post bal-
neum vt humiditas balnei in altas corporis partes sese insi-
nuet, & cutis contractur, & corporis habitus non dissolu-
tur.

Illius.

His præmissis si humor pertinax fuerit, vti licebit narcoti-
cis in parua quantitate, vt philonio Romano, aut theriaca
recenti, aut trochiscis Rhafis capite de cruenta spuitione de-
scriptis, & à Matthæo è gradibus commendatis.

Gal. ꝑ. meth. med. & alibi, consulit in stypticis, narcoticisue
& agglutinantibus medicamentis componendis diaphoreti-
ca aliqua esse permiscenda: quia frigida sibi vjam præcludunt,
& ad loca distantiora peruenire nequeunt. At calida, tenuita-
te partium aliorum vires eo loci deuehunt, & si quid sangui-
nis concreti fuerit, dissoluunt. Quod etiam perpetuo in aliis
antidotis est obseruandum. Et contra in calidis medicamen-
tis, styptica aut stupefacientia aliqua sunt miscenda, vt cali-
dorum vis refrenetur, veluti quarta pars frigidorum.

*Canon
Gal. in cõ-
ponendis
medic. vbi
que obser-
uandus.*

Si humor in tracheiam arteriam desuit, ori continendæ
erunt formulæ à nobis descriptæ capite de Catarrho pagina
379. Deinde cauterium potentiale ceruici inter primam & se-
cundam vertebram admotum, proderit: Necnon diæta sudo-
rifica ex sarza parilla: aut rad. chinæ, cum ligno sassafras: simul-
la est febris, in multos dies præparata & vsitata.

*Curatio si
à tracheia
arteria hæ-
moptois
oritur.*

Si hæmoptois ab hirudine epota, sequere med: methodum
à Gal. scriptam cap. 6. lib. 4. locorum affect. Quæ si apparet
cius caput aspergatur aloë, & similibus amaris si fieri potest:

*Curatio si
ab hiru-
dis-
ne epota.*

Qui pro-
pensi.

... (causa prius rescissa) suffitu amaro, aut gargarismo ex sa-
le, cepis, alliis, & porris parato. Vel cum siphone iniijce oleum
amygd. amararum calidum. Quæ si fuerit in ventriculo, po-
tet idem oleum & inclinato propensi sunt tibicines, ve-
sanguisugam euomet. Samptoi propensi sunt fugacibus, & qui vescuntur
natores, cantores, athletæ, baiuli, saltatores, & qui vescuntur
flatulentis, oleribus, & fructibus fugacibus, helluones, bi-
lios, polyhæmi, & iuuenes ob eorum intemperantiam, & qui
hum cubant sub lunæ radiis. Gal. commentar. in aphor. 29.
sect. 3. & qui sunt pectore angustò, collo longo, & spatulis
sect. 3. & mulieres quibus suppressi sunt menses, aut
prominentibus, & hæmorrhoides, repletis vasis quæ præ nimia copia aperiuntur
aut disrumpuntur. Hip. aphor. 32. & 33. lib. 5. aut qui ex aliquo
membro sunt mutilati.

De Asthmate.

CAP. XXXVI.

De nomine

A ^{ἄσθμα, i.} Anhelatio, nomen deductum à verbo Græco
^{ἀναδυναῖα, i.} anhelio: vnde difficulter spirantes asthmatici
dicuntur. Nihil aliud est quam motus deprauatus pulmonis
sine febre, dependens ex angustia seu obstructione bronchio-
rum.

Differètia.

Hoc symptoma diuiditur in tres gradus: primus ^{δυσπνοια, i.}
difficilis respiratio. Secundus ^{ἀσθμα, i.} anhelatio, quæ est
^{δυσπνοια} grauior. Tertius ^{ὀπθυσμοια, i.} recta respiratio omnium
grauissima, dicitur. Differunt inter se secundum magis & mi-
nus autore Celso lib. 4. cap. 4. hæc tria nomina ab Hip. &
Gal. sæpe confunduntur, vt colligere licet ex eorum scriptis,
nempe ex Gal. lib. 1. cap. 1. & 2. & lib. 3. cap. vltimo de diffi-
cili respiratio, & commentariis suis in lib. 3. & 6. epid.
sect. 3. & lib. 4. locorum affect. cap. vltimo: & cap. 7. lib. 1. de
causis sympt. & 7. catatop. & post Gal. Paulus lib. 3. ca. 29. Ac-
tius, lib. 8. cap. 57. Auic. fen 10. tertij cap. 38. Rhasis lib. 9. ad
Alm. cap. 50. hæc mihi sufficiant annotasse autores & locos
ad quos curiosos lectores (si plura desiderant) ablego.

Causæ huius symptomatis sunt aut externæ aut internæ.

De causis.

Externæ sumuntur ab aëre pestilenti, aut calidiore liquante è cerebro humores crassos lentosque, qui sensim decurrunt in tracheiam arteriam, & pulmonum bronchia, & thoracem. Aut ab eodem aëre sed frigidiore, eosdem humores condensante, casus, ictus, grauis equitatio, aut uestio in curru succufante, tripudium: puerorum decubitus indecens, & inconcinna deligatio, gestus deformis, flatus austrinus, ars chimica, ex qua venenata aura (vt argenti viui) exhalat, quæ pulmones contaminat: pariter victus prauus & pituitosus.

Internæ ad duo referuntur, nempe ad obstructionem, & ad tuberculum: obstructio, vt plurimum fit ab humore crasso, & lento, ac viscido obstruente leues & asperias arterias, quæ sunt respirationis instrumenta, quæ inspirationem, & expirationem impedit. Hinc fit, vt natura nitatur sarcire quod sibi deest, ad cordis refrigerationem, & excrementorum fuliginosorum excretionem, ob aëris ingredientis, & expirationis paucitatem.

Hic humor, paulatim crassescit in pulmonum bronchiis, & siccescit vt à natura expelli non possit: hinc fit asthma.

Sunt aliæ causæ internæ, nempe tuberculum, quod in pulmonibus, collo & tracheia arteria generatur: alias in dorso & lordosim parit de qua meminit Gal. comment. in aphor. 46. sect. 6. alias vomica, alias hydrops, de quo meminit Hip. lib. 2. de morbis, curatione 53. alias Catarrhus: alias alicuius visceris inflammatio, vt hepatis, lienis, &c.

Differt à peripneumonia febre (qua carent asthmatici) & diuturnitate. Trallianus ait mulieres viris huic morbo esse propensiores, quia sunt frigidiore & humidiores. Contra Aurelianus lib. 3. cap. 1. ait viros esse propensiores mulieribus, & senes iuuenibus, & qui firma non habent latera: & qui cerebro sunt humidiores, & qui abundant excrementis, & sunt temperamento sicciore, & pulmones frigidiore & humidiores habent. In his calore infirmiore languent, & qui sunt corpore duriore quam molliore, & qui metalla & argentum viuum, arrhenicum, &c. tractant: & qui fumum carbonum excipiunt: aut vaporem vini generosi in cupa suscipiunt tempore vindemiarum, & calcis opificibus.

Propens.

*De signis
externis.*

*Signa à
causis in-
ternis.*

Signa si à causa externa fit, ab ægroto disci possunt.

Signa causæ internæ sumuntur, aut ab obstructione, aut à

At qui ex pulmone, non vacat periculo, maximè si est antiquatus, quia eos vlcerat, & in phthisim perducit: si ab erosione est vlcératus. Si vena recens est exesa, facilius certè curatur quam arteria, quia pulmo est in continuo motu, qui vlceris agglutitionem impedit. Adhæc talia vlcera sunt rotunda, quæ figura ad curationem omnium consensu est difficillima Hip. autore 6. epid. sect. 1. & Gal. in comment. agens de tabidis. Et aphor. 15. sect. 7. sic loquitur *Ἐπὶ αἵματος πύσει πύσι χακον. 1.* A sanguinis sputo, puris sputum, malum

Ὅσοι αἷμα ἐμέσῃ ἢ ἰδρὶ αἵτις πύρεθ' σπύγιον: εἰ δὲ ζῶ πύρεθ' χακον. 1. Qui sanguinem vomunt si sine febre, accidat, salutare est: si verò cum febre, aut inflammatione alicuius visceris malum inquit Hip. aphor. 37. sect. 7. & Gal. in commentario, & aphor. 25. sect. 4.

Αἷμα ἀνω ἰδρὶ, ὀκῶσι αἰ ἢ χακον: κατὰ δὲ ἀγαθὸν μέλας ὑποχρῆν. 1. Sanguinem supernè quidem efferrì, qualiscunque sit, malum: Deorsum verò niger si deiciatur, bonum, quum ab hæmorrhoidè fluit.

Qui verò sursum effertur, siue spumofus, siue ruber, siue flavus, siue niger, siue aquosus, crassusue extiterit Gal. in commentario, malus. Qui verò per nares non malus si in die critico acciderit.

Γυναῖκι αἷμα ἐμέσῃ, τῆς χαλαμνίῳ γαγῆλαι λύσις γίνεται. 1. Mulieri sanguinem euomentì, menstruis erumpentibus, fit mali solutio. Hip. aphor. 32. sect. 5. quia fit sanguinis euacuatio, & reuulsio. Gal. *Ὅσοι αἷμα ἀφρώδες πύσι, πύρεθ' ὑποχρῆσας δέξιν σπὶ τὸ ἥπατος πύσι, ἢ οἱ πολλοὶ σπυλλυῖαι. 1.* Quicunque spumantem expuunt sanguinem, dextroque laborant hypochondrio: à iecore spūunt, multique intereunt. Hip. cap. 16. coacarum prænot. 408. Si quis plura desiderat, legat lib. 5. meth. med. Celsum, Paulum, Aëtium, Auic. & lib. 2. progn. cap. de sputo, Hip. & lib. prorrhæ.

Et vt paucis expediã: ex Diapedesi, minus est periculi, quã ex Anastomosi. Diæresis verò quæ ex humore acri, mordaci & salso fit, substantiam pulmonis erodente, omnium consensu est immedicabilis. Hæmaphysitis licet non vnam, sed diuersam victus rationem & curationem exposlaret pro causarum diuersitate, vnam tamen vniuersalem nunc dabimus, quæ vnicuique causæ aptari poterit ex Aretæo, Gal. Celso, Aureliano & Tralliano mutuatam.

Vniuersalis curatio.

Imprimis aër eligatur ad frigidum & siccum vergens; vitando calidum & humidum, & ventum austrinum. Eger de-
Villus ra-
 cumbat in domo satis ampla, & obscura, & lecto immobili mi-
110.
 nimè calido aut profundo. Si sit æstas, humi lternentur folia
 vitis, lentisci, salicis, myrthi, quercus, cucurbitæ, rosarum, ad
 inspirationem.

Caput cubantis sit sublime, præsertim si ex spiritualibus
 profluat sanguis. Somnus sit nocturnus, aut matutinus, &
 non diurnus, qui vndecunque sanguinem fluentem &
 aliam quamvis excretionem sistere potest, exceptis sudori-
 bus. At si hæmoptois sit ex plethora, priusquam depleta fue-
 rint vasa, vigiliæ digerentes magis conducunt. Aluus libera
 esse debet, quæ si talis non est, natura iuuanda erit clysteribus,
 aut balanis si pauper. Quies tum corporis cum animi, & silen-
 tium commendantur: venus prohibeatur.

Cibi eligendi sunt, qui vim emplasticam habeant, & refri-
 gerent, & liquidi potius quam solidi, ne masticando aliqua fiat
 commotio: quales sunt semola, amyllum, panis lotus, puls
 ex farina tritici, lacte & saccharo parata, adena, hordeum à
 priore cortice mundatum, oriza, lens, panicum, milium etiam
 à priore cortice mund. ex simplici aqua coctū & cum saccha-
 ro & pauco aceti vbi tenuior victus confert. Vbi vero plenior
 nutriatur iure pulli gallinarum, capi, consummatis, colatitiis
 & similibus pro ægri viribus. Officium medici inquit Celsus,
 est ægrum superuacua materia non onerare; neque fame per-
 dere.

Sic dum vires constabunt, primis diebus, largior, & fre-
 quentior cibus non dabitur, priusquam primus sit concedtus.
 Idem præstant cochleæ quod glutinis quiddam naturalis &
 compaginandi virtutem habeant. Item quum plenius nutrire
 volumus conceditur vsus auium, vt columbarum, phasianor-
 rum, atagenarū, perdicum &c. quarum pectora erunt myr-
 tho aut simili penetranda, vt sit in cibus medicina vt loquitur
 Auicenna. Item conceduntur caro porcina & horum exta:
 necnon veruecis, agni, & vituli pedes, & quæcumque ali-
 mentum crassum, & viscidum præstant, & oua ex aceto co-
 cta, & indurata mandere licet. Acetum ex Aureliano lib. 2.
 experient. cap. 13. contra multorum sententiam, prodest, si ex ca-
 pite & gingiuis sanguis fluxerit: quia sanguinem concretum
 dissoluit: non item si ex pectore, quia tussim commouet, & ægri.

*De aceto
& cibus
quibus
nutriantur
ægri.*

pulmonis vlcus exasperat. Ex olleribus imprimis commendatur portulaca, & eius succus: perinde atque vrticæ, qui sanguini sistendo est efficacissimus, & eadem iusculis cocta. Item lactuca, feriola, plantago, centinodia, germina, malux, & asparagi, oxalis, cucurbita, semina 4. frig. ma. & minora, vva immatura. Ex fructibus, cydonia mala minora potius quam struthia seu maiora, quia magis astringunt & quæ condijuntur cum saccharo & non cum melle. Malum granatum, aurancia dicta, sorba, mespilla immatura, corni fructus, saporis austeri, pira, dactyli, vva pensiles, corynthiacæ, damasconæ cum gigartidis mansæ, caseus recens & non falsus, lac chalybeatum si nulla est febris.

¶ Pisces saxatiles, vt lucius, perca, astaci, acipenser &c. conceduntur. Trallianus damnat amygdalas, ficus, pistacia, strobilos; vt ad sitim compescendam concedit melopepones. Pro potu, si febricitans æger, bibat aquam frigidam, aut temperatam, aut coctam cum coriandro, aut cum iulepo rosato, aut syrupo omphacij, aut granatorum, aut aqua chalybeata si dulcia abhorret aut pauper. Si nulla est febris, & vires pessundant, concedendum erit vinum crassum, austum quale est tortium dilutum aqua chalybeata, aut pluuiali. In genere potus sit parcus.

*De vena
sectione.*

Venæ sectio à quavis causa fiat hæmoptois celebrari potest, largior tamē in anastomosi, & diapedesi, & polyhæmis & quibus suppressi sunt menses, aut hæmorrhoides, aut quibus aliquod membrum fuit mutilatum, & quum validæ sunt vires, ex vena axillari, aut poplitis, vel tali si ex suppressis mensibus.

Contra si vires sunt deiectæ, educatur in minori quantitate, ex angusto vulnere per vices digito indito vulnere: sic vires conseruantur.

*De cucur-
bitulis, li-
gaturis &
frictionib.*

Si quid eam dissuadet, cucurbitæ, cum scarificatu scapulis, ceruici, hypochondriis, clunibus, aut femoribus admoueri possunt. Vel harum loco frictiones, aut ligaturæ partium extremarum conceduntur. A sanguinis missione, quiescat paulisper æger cum silentio. Mox oxycratum probè dilutum propinandum ex Tralliano, vt sanguinis grumi dissoluti reijciantur, & alterius fluxus prohibeatur.

Idem præstant bitumen & mumia cum liquore idoneo, vt aqua stillatitia nucum viridium: vel huius loco, aliquod coagulum & maximè leporinum, teste Gal. lib. simpl. medica-

mentororum decimo. Interea si alius est dura, ante venæ sectionem injiciatur sequens.

24. Decocti communis clysteris; ℞. i. dissolue mellis rosati, & olei ros. vtriusque ℥. i. β. cassiæ cum sacch. ℥. i. fiat clyster statim supponendus. Nunc de simplicibus medic. quæ à Grecis *ixamata* dicuntur quibus sanguinis impetus cohibeatur: deinde de compositis quæ in officinis præparata seruantur. Qui de simplicibus potest mederi, dolose quærit composita: Arnaldus doct. 2. parabola 15.

Clyster.

ischamata

simpliciter

comp. pro diutibus.

Inter simplicia quæ ratio & experientia huc vsque docuit, sunt radix symphitima. quæ vlcera à quavis causa scaturiant agglutinat teste Diosc. lib. 4. cap. 9. petum seu pectum & nicotiana vulgo dictum autore Nic. Monardo. Bursa pastoris, portul. & succus eius, radix rubi & huius folia, flores & fructus: medianus cortex quercus, & eius glâdes, & gallæ virides, rhaponticum, lentisci folia, & quæ ex ea exudat mastiche, succinum, & gummi Arabicum & tragac. icthiocola, sanguis draconis: succi porri, & vrticæ, & polygona, hypocistis, aca-cia nostras, thus obsoniorum, plantago, rosa, omphacium, corallinum, lapis hæmatites, balauustum, bolus armena, terra sigillata, & blesia: nuces cupressi, hippuris, vulgo equisetum, oxyacantha, corna, mespilla, sorba, cydonia, dactylli & cæt. mumia, amyllum, farina tritici, albumen oui crudum.

Composita:

Composita, sunt syrupus rosarum siccarum, de omphacio, granatorum, de symphyto, cydoniorum, myrthinus, è berberis, iulepus Alexandr. sacch. rosatum, & crystallinum, troch. ramich, de succino, de terra sigillata: mithridatium, & theriaca recens, philonium, & trochisci de cynoglossò, nepenthe chimicorum si incrassandus est humor & somnus conciliandus. Olea rosatum, omphacinum, myrthillorum, létiscinum, cydoniorum, de mastiche: V. comitissæ: Empl. de mastiche, contra rupturam, aut quoduis aliud astringens ex tempore paratum. Inter condita, sunt conferuæ rad. symphyti, rosarum, mina cydoniorum, & eorum caro condita, bacca berberis, vua immatura, nuces conditæ sine aromatis, melle rosatum. Coagulum omne si recens, & non antiquum in parua quantitate sumptum, & caphura.

Ex supra scriptis prudens Medicus mutata forma remediorum omnis generis remedia, tam interna quam externa, suo Marte componere poterit. In diapedesi conueniunt conden-

fantia, in anastomosi, astringentia, in diarrhesi anacollemata, i. glutinantia; de quibus copiosè egimus ca. de Hæmorrhagia.

*Curatio
singularis
si ex ore.*

Si ex gingiuis & ore sanguis profluit, portulacam masticare sufficiet, autore Celso, vel os colluere aliquo astringente gargarismo; quia humor est aquosus, qui incrassari poterit cibus, & pulve ex amylo, vel tritici farina, & esu dactylorum, pasfularum integrarum, & fructibus astringentibus, quando quidem lenis est affectio.

At si tantus sanguinis est impetus, reuellendus erit vsu cucurbitularum in occipitio cum scarificatione. Si ex mensibus retentis id acciderit, cucurbitæ inguinibus admoueantur, vel coxis cum scarificatione, vel aperiuntur saphenæ ad reuulsionem.

*Gargaris-
mus con-
densans.*

℞. Polygoni, portul. & rosarum rub. singul. m. i. coque in aqua fabrorum, vel chalybeatæ ad ℥b. i. dissolue dianucum, & vini rub. astring. vtriusque ℥. ii. aceti rosati, ℥. i. fiat gargarismus quo tepidè os sæpe colluat, diu continuando.

*Curatio si
ex faucibus
aut colu-
mella.*

Si ex faucibus, aut gurgulione, aut palato prouenit, vterc gargarismo astringente & cataplasmate scripto pag. 359. cap. de Hæmorrhagia quod collo potius quam fronti admoueat. At si sanguis qui fluit est copiosus, reuellendus, & deriuandus incisione venarum naris, & cucurbitulis occipiti admotis. At si causa huius fluxus est humor acris, expurgandus erit, vt docebitur in curatione Erosionis.

Si ex vomitu sanguis per os reijcitur, videndum num causa huius fluxus venerit ex hepate, aut liene, per anastomosin.

Imprimis si æger est aluo duriore, iniiciatur clyster præscriptus. Deinde ad reuulsionem educatur sanguis ex basilica dextra, si hepar, vel sinistra, si lien, vel saluatela si maiorem requiris reuulsionem. Et si vires sunt deiectæ præ nimia vacuatione sanguinis, epapheristicè educatur ex angusto vulnere, vt dixi.

Quinetiam videndum si vas quod est apertum, est paruum aut magnum. Si paruum, medioeriter astringentia sufficient, vt

Potio leuis

℞. Caphuræ, ḡ. iii. lap. hæmatitis sub. triti, ℥. i. succi portul. aut polygoni, vel plantag. depurati ℥. iii. fiat potio quam primum bibenda.

*Potio alte-
ra fortior.*

Contra, si magnum vas est apertum casu, ictu, aut simili.
℞. Terræ lemnis, & coralli rub. sub. triti, vtr. ℥. β. troch. de succino,

de succino, ꝑ. i. syr. symphyti ma. ꝑ. i. decoctionis symphyti, malicorij, balauft. & equiseti, q. s. fiat potio illico sumenda.
Vel

℞. Troch. de terra sigillata, aut ramich, aut de spodio *Alia potio*
cum semine acerofa, vtr. ꝑ. ii. rhapontici veri, vel facis rhabarb. & boli armenæ aqua pediculi rosarum lotæ, singul. ꝑ. i. syr. myrthini, aut cydoniorum, ꝑ. i. succi rad. vel fol. vrticæ, depurati ꝑ. ii. fiat potio quam cap. mane quum vires præ nimia profusione deijciuntur.

℞. Conser. rad. symphyti ma. & rosarum antiquæ, & pul. *Conditum.*
cotoneorum, singul. ꝑ. i. lapidis hæmatites, & coralli, vtr. ꝑ. iii. succini, & margaritarum super cotem subtilissime tritarum, singul. ꝑ. ii. sacch. rosati, q. s. fiat conditum multiplici auro deauratum quo vtatur sæpe in iuribus carniū & ptisana.

Si sanguinis concreti in ventriculo est aliqua suspitio:

℞. Coaguli leporis, aut hædi, ꝑ. s. mumie sub. tritæ, ꝑ. i. cum posca, aut decocto hyssoꝑi, & absinthij, fiat potio longè *Potio sanguinem concretum dissolvens.*
à pascu sumenda. Sanguis dissolutus sursum, aut deorsum reijcitur, & alterius fluxus inhiberetur. Interea dum hæc fiunt, cucurbitulæ hepatis, aut lieni, admoueantur: his sublatis applicentur sequentia.

℞. Succorum portul. acetosæ, plantag. & solani, sing. ꝑ. 4. *Epi Thema.*
acetii rosati, ꝑ. ii. troch. de spodio, ꝑ. s. pul. diatriasantalini, ꝑ. ii. caphuræ, (tenuitate partium alia subire facit) ꝑ. i. fiat epithema visceri vnde mali origo, tepidè applicandum cum panno denso vel πλύγυαλις. i. plagellis seu pannis reduplicatis, bis aut ter in die per horam.

Idem fieri potest cordis regioni, quippe eo loci sanguis refrigeratus minus fluxilis euadit. Panni in posca macerati, & parum expressi tepidè testiculis aut mammis (si mulier) admoueantur; vnde cumque sanguinem profluentem efficacissime cohibent, vniuerso corpore refrigerato. Deinde iisdem partibus admoueatur sequens

℞. Cerati santalini, ꝑ. ii. caphuræ, ꝑ. s. extende super pannum densum & hypochondrio admoueantur. In his frigido vtendum vnde fluit sanguis, aut fluxurus est, non supra ipsas partes vnde fluit, sed circa ipsas, inquit Hip. aphor. 23. *Ceratum.*
ἐξ ἰσχυρῆς ἡμῆρας. *Curatio hæmoptisis ab erosione*

Si sanguis qui ex ore fluit, venit ab aspera arteria, aut à tho-

race, aut pulmone, & humor qui à capite in has partes decumbit est tenuis, & frigidus; aut salsus, acris, & mordax, ne forte ulcerentur pulmones, & phthifim generent, ab initio occurrendum, victu præscripto, purgatione, potius quam venæ sectione (nisi in plethorico corpore, quòd raro accidit, sed in emaciato frequenter) cuius loco vtendum cucurbitulis, frictionibus, & topicis post declarandis. Si nulla est febris, & humor fuerit tenuis, est incrassandus (vt dixi) & expurgandus per medicamenta liquida; aut solida in Catarrho descripta.

Si humor est salsus, aut acris epicrasticis, i. temperantibus eius acrimoniam, ne fiat in pulmonibus vlcus immedicabile. Purgatio sic instituenda.

Potio purgans.

℞. Syrupi rosati sol. cum agarico, ℥. i. si pituita salsa, aut violati ex nouem infusionibus, si ab humore acri aut mordaci, vel (in huius penuria) syrupi de cichorio dupl. rhab. ℥. i. β. catholici, aut diapruni sol. (si bilis præpoller) ℥. β. aut tantundem diacarthami aut elect. Ind. ma. (si pituita) cum decoct. betonicæ vel cichorij, prunorum & florum cord. si bilis, fiat potio. Vel

Asters.

℞. Agarici troch. ℥. i. rhabarb. selecti, ℥. iiii. cassiæ ex tempore à canna extractæ ℥. i. infundantur omnia simul in decocto hordei, passul. mund. glycyrrh. & florum cord. per noctem super cineres cal. expressum detur summo mane. Vel huius loco, si vires iam sunt deictæ dissolue in iure pulli insulso mannae Calab. ℥. ii. Vel

Catapotia.

℞. Massæ pil. cocciarum (si pituita salsa) vel aurearum, (si bilis) vel sine quibus, si à pluribus humoribus: vel impertalium, aut aggregatiuarum, ℥. iiii. fiant pilulæ plures deauratæ.

Apozema.

℞. Rad. symphyti ma. bugl. & glycyrrh. singul. ℥. i. hordei à cort. exteriori mund. cichorij, portul. lactucæ, acetosæ, singul. ma. passul. integrarum, iuiubarum, & sebesten, si humor est incrassandus, singul. pa. xii. sem. portul. papaueris albi, & melonis, singul. ℥. ii. florum 3. cord. & rosarum sub. singul. p. i. coque in aqua suffi. ad ℥. i. syrupi de papauere, & de iuibis, si incrassare cupis, vtriusque ℥. ii. vel tantundem penidiarum, fiat apozema clar. & arom. pul. diamarg. frigid. ℥. ii. pro 4. maturinis. Deinde iteretur aliquod purgans ex præscriptis, quod cap. post apozema præscriptum. Vel

℞. Nardi Ind. ꝑ. β. agarici troch. ꝑ. i. myrobal. citreorum, & *Potio pur-*
 cepularum, oleo violato confricatarum, vtr. ꝑ. ii. rhabarb. se- *gans bilem*
 lecti, ꝑ. iii. diaphœnici, ꝑ. β. infundantur omnia simul in parte *& pituitâ.*
 vna decocti apozematis. Expressum detur summo mane.

℞. Conser. rad. symphyti, & rosarum, vtr. ꝑ. ii. pul. troch. de *Bolus.*
 terra sigillata, ꝑ. β. cum sacch. fiat bolus post die deutorandus.

℞. Fol. malvæ, violarum, borrag. lupuli, fumarix, & endi- *Balneum.*
 uix, singul. m. vi. sem. lini, ꝑ. vi. sem. psyllij, ꝑ. iii. sem. 4. frig. ma-
 iorum singul. ꝑ. i. florum viol. nymph. & rosarum, singul. p. iii.
 coque in aqua suffi. pro balneo in quod bis die tepido & non
 calido ingrediatur vacuo ventriculo, & expurgato corpore:
 hoc humoris acrimonia retunditur, autore Gal. lib. i. tempera-
 ment.

℞. Olei lentisci, vel myrthini, aut alterius astringentis, ꝑ. ii. *Illius.*
 co illinetur tota rachitis, & thorax exsiccato corpore post bal-
 neum vt humiditas balnei in altas corporis partes sese insi-
 nuet, & cutis confirmetur, & corporis habitus non dissolu-
 tur.

His præmissis si humor pertinax fuerit, vti licebit narcoti-
 cis in parua quantitate, vt philonio Romano, aut theriaca
 recenti, aut trochiscis Rhafis capite de cruenta spuitione de-
 scriptis, & à Matthæo è gradibus commendatis.

Gal. ꝑ. meth. med. & alibi, consulit in stypticis, narcoticis *Canon*
 & agglutinantibus medicamentis componendis diaphoreti- *Gal. in cõ-*
 ca aliqua esse permiscenda: quia frigida sibi viam præcludunt, *ponendis*
 & ad loca distantiora peruenire nequeunt. At calida, tenuita- *medic. ubi-*
 te partium aliorum vires eo loci deuehunt, & si quid sangui- *que obser-*
 nis concreti fuerit, dissoluunt. Quod etiam perpetuo in aliis *uandus.*
 antidotis est observandum. Et contra in calidis medicamen-
 tis, styptica aut stupefacientia aliqua sunt miscenda, vt cali-
 dorum vis refrenetur, veluti quarta pars frigidorum.

Si humor in tracheiam arteriam defluit, ori continendæ *Curatio si*
 erunt formulæ à nobis descriptæ capite de Catarrho pagina *à tracheia*
 37. Deinde cauterium potentiale cervici inter primam & se- *arteria hæ-*
 cundam vertebram admotum, proderit: Necnon diæta sudo- *mptois*
 rifica ex sarza parilla: aut rad. chinæ, cum ligno sassafras: simul- *oritur.*
 la est febris, in multos dies præparata & vsitata.

Si hæmoptois ab hirudine epota, sequere med: methodum *Curatio si*
 à Gal. scriptam cap. 6. lib. 4. locorum affect. Quæ si apparet *ab hiru-*
 cius caput aspergatur aloë, & similibus amaris si fieri potest: *ne epota,*

Vel (causa prius rescissa) suffitu amaro, aut gargarismo ex sale, cepis, alliis, & porris parato. Vel cum siphone injice oleum amygd. amararum calidum. Quæ si fuerit in ventriculo, potest idem oleum & inclinato capite in peluim aqua plenam sanguifugam euomet. Sæmptoi propensi sunt tibicines, venatores, cantores, athletæ, baiuli, saltatores, & qui vescuntur flatulentis, oloribus, & fructibus fugacibus, helluones, biliosi, polyhæmi, & iuuenes ob eorum intemperantiam, & qui humi cubant sub lunæ radiis. Gal. commentar. in aphor. 29. sect. 3. & qui sunt pectore angustò, collo longo, & spatulis prominentibus, & mulieres quibus suppressi sunt menses, aut hæmorrhoides, repletis vasis quæ præ nimia copia aperiuntur aut disrumpuntur. Hip. aphor. 32. & 33. lib. 5. aut qui ex aliquo membro sunt mutilati.

Qui propensi.

De Asthmate.

CAP. XXXVI.

De nomine

Aσθμα, i. Anhelatio, nomen deductum à verbo Græco ἀσθμαίνω, i. anhelō: vnde difficulter spirantes asthmatici dicuntur. Nihil aliud est quam motus deprauatus pulmonis sine febre, dependens ex angustia seu obstructione bronchiorum.

Differētia.

Hoc symptoma diuiditur in tres gradus: primus δυσπνοία, i. difficilis respiratio. Secundus ἀσθμα, i. anhelatio, quæ est δυσπνοία grauior. Tertius ὀρθοπνοία, i. recta respiratio omniū grauiissima, dicitur. Differunt inter se secundum magis & minus autore Celso lib. 4. cap. 4. hæc tria nomina ab Hip. & Gal. sæpe confunduntur, vt colligere licet ex eorum scriptis, nempe ex Gal. lib. 1. cap. 1. & 2. & lib. 3. cap. vltimo de differentiis respirationis, & commentariis suis in lib. 3. & 6. epid. sect. 3. & lib. 4. locorum affect. cap. vltimo: & cap. 7. lib. 1. de causis sympt. & 7. catarop. & post Gal. Paulus lib. 3. c. 29. Aëtius, lib. 8. cap. 57. Auic. fen 10. tertij cap. 38. Rhasis lib. 9. ad Alm. cap. 50. hæc mihi sufficiant annotasse autores & locos ad quos curiosos lectores (si plura desiderant) ablego.

Causæ huius symptomatis sunt aut externæ aut internæ. *De causis.*
 Externæ sumuntur ab aëre pestilenti, aut calidiore liquante è cerebro humores crassos lentosque, qui sensim decurrunt in traheiam arteriam, & pulmonum bronchia, & thoracem. Aut ab eodem aëre sed frigidior, eosdem humores condensante, casus, ictus, grauis equitatio, aut uestio in curru succufante, tripudium: puerorum decubitus indecens, & inconcinna deligatio, gestus deformis, flatus austrinus, ars chimica, ex qua venenata aura (vt argenti viui) exhalat, quæ pulmones contaminat: pariter victus prauus & pituitosus.

Internæ ad duo referuntur, nempe ad obstructionem, & ad tuberculum: obstructio, vt plurimum fit ab humore crasso, & lento, ac viscido obstruente leues & asperias arterias, quæ sunt respirationis instrumenta, quæ inspirationem, & expirationem impedit. Hinc fit, vt natura nitatur sarcire quod sibi deest, ad cordis refrigerationem, & excrementorum fuliginosorum excretionem, ob aëris ingredientis, & expirationis paucitatem.

Hic humor, paulatim crassescit in pulmonum bronchiis, & siccescit vt à natura expelli non possit: hinc fit asthma.

Sunt alia causæ internæ, nempe tuberculum, quod in pulmonibus, collo & tracheia arteria generatur: alias in dorso & lordosim parit de qua meminit Gal. comment. in aphor. 46. sect. 6. alias vomica, alias hydrops, de quo meminit Hip. lib. 2. de morbis, curatione 53. alias Catarrhus: alias alicuius visceris inflammatio, vt hepatis, lienis, &c.

Differt à peripneumonia febre (qua carent asthmatici) & diuturnitate. *Propensio.* Trallianus ait mulieres viris huic morbo esse propensiores, quia sunt frigidiores & humidiores. Contra Aurelianus lib. 3. cap. 1. ait viros esse propensiores mulieribus, & senes iuuenibus, & qui firma non habent latera: & qui cerebro sunt humidior, & qui abundant excrementis, & sunt temperamento siccior, & pulmones frigidiores & humidiores habent. In his calore infirmiore languent, & qui sunt corpore durior quam molliore, & qui metalla & argentum viuum, arrhenicum, &c. tractant: & qui fumum carbonum excipiunt: aut vaporem vini generosi in cupa suscipiunt tempore vindemiarum, & calcis opificibus.

Signa si à causa externa fit, ab aegrototo disci possunt.

Signa causæ internæ sumuntur, aut ab obstructione, aut à

*De signis
externis.
Signa à
causis in-
ternis.*

tuberculo. Quoties pulmonum bronchia obstruuntur ab humore crasso & viscido inhzarente, non facillè excernitur sine sono per thoracis contractionem. Interdum eadem obstruuntur, ab humore tenui, qui à cerebro delabitur in nares, fauces, & palatum: hinc in asperam arteriam & læues pulmonum bronchias, vbi crassescit & sonum cum stertore edit, quam natura non nisi cum difficultate excernit. Si fluxio repente fit, suffocationem minatur: quia via respirationis & expirationis intercipitur, nisi constantibus viribus, breui temporis curriculo humor expellatur.

Signa si ab ardore.

Si ab ardore, cognoscitur ex calore thoracis, & frequenti respiratione cum caliditate, & faciei rubedine: quia dum pulmones incalescunt, & thorax feruet, in caput fit euaporatio, hinc faciei rubor. Si ab imbecillitate narium pinnæ contrahuntur, & thorax collabitur. Si quæ angustiam, thorax frequenter & celeriter dilatatur.

Signa orthopnoæ.

Si ex asthmate fit orthopnoæ omnium difficillima, facilis est cognitio: quia non nisi recta ceruice ægri spirare possunt: quippe eis tota domus ad respirationem non sufficit, præ nimia atiditate, totum aërem cupiunt, & semper hiant ore, pallidi sunt facie (exceptis malis) sudor circa frontem & clauas, tussis est continua, & violenta, nunc arida, nunc humida, reiectio pauca, frigida, tenuis, alias crassa, & viscida, vbi est minor expectorandi conatus, collum tumet spiritus inflatione, & hypochondria cum intestinis sursum retracta conspiciuntur. Pulsus est paruus, depressus & frequens, crura gracilia, auctore Tralliano. In nonnullis ora ægrorum hiescunt, & nonnulli suffocantur epilepticorum modo. Contra nonnulli euadunt robore naturæ, quum symptomata remittuntur.

In quo pulmone sit asthma, signa.

Verum affecta sint bronchia dextra aut sinistra, cognoscitur ex ægri decubitu; quandoquidè vbi mali labes, peius se habet.

Quibus signis veteres dyspnoeam ab asthmate distinxerint, sequenti versu docuerunt: Dyspnoea se celat, canit asthma, morbumque reuelat: quia in dyspnoea nullus est sibilus, & dolor in pectore, præcordiis, & scapulis esse solet, minor tamen quam in asthmate.

Signa si ex hydrope.

Si hydrops asthmatis est causa, aut asthma causa hydropis, cognoscitur ex aquosa substantia in venis, & toto corpore: quæ motu pulmonum attrahitur, ex qua difficilis respiratio sequitur. Quinetiam tumentè ventre, diaphragma compri-

mitur: hinc fit anhelatio ex Hip. lib. 2. de morbis curatione 53. Febris (ex inflammatione) & tussis sicca, sine sibilo tenet, & acernatim respirat, pedes tument, vngues contrahuntur, & talia patitur æger qualia is qui suppuratus fit, sed debilius ac diuturnius. Hæc ille.

Si asthma fit à tuberculo, cognoscitur ex tussi, & difficili respiratione, sed sine stertore: quia materia tuberculi non defertur ad laringem, vt fiat sonus acutus, & sensim fit; sed in yno loco fixa manet: dolor ad pectus, & ad latera, & vsque ad 14. dies ita afficitur. Contra asthma suos habet paroxisimos, & comitem semper habet stertorem, & subito fit, & spirandi difficultas desinit per excretionem suæ materiæ. Addit Hip. curatione 49. eiusdem lib. palpebras vix attollere potest & videre, & corpus subflauum fit, ac venis impletur. In meo exemplari Græco, lego ἡ φλεβῶν, (alij codices legunt φώδον) ἐμπιπλασαι. Τὸ πινλόνει πολλῶ θερμῶ : 1. Et pustillis velut ex igne rubentibus completur. Vtraque lectio admitti potest. Distat à pleuritide, quia spiratio quæ fit ex viscerum inflammatione, & pulmonis non est æquè densa, vt in asthmate, quod est febris expers, & stertorem habet. In pleuritide inest febris sine stertore.

*Tuberculi
signa.*

Dyspnœa respiratio, differt ab ea quæ fit ex anhelitu retento, in citatiore cursu, quia hæc fit à causa naturali, illa verò à causa præter naturam.

Præfagiū

Dyspnœa sine febre, aut inflammatione alicuius visceris, facile curatur. Asthma verò in quavis ætate acciderit, difficulter: & si fuerit inueteratum, est immedicabile. Si æger densè anhelat, frigidè, & syncope acciderit, mors est in propinquo.

Si ei orthopnœa acciderit, est mortale. Si asthma oritur à catarrho in corpore senili est immedicabile, ob defectum caloris. Gal. comment. in aphor. 40. sect. 2. Hip. Si ex catarrho, tussis subito cessat, (remanente anhelatione) est lethale. Qui gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur. Hip. aphor. 46. sect. 6. Puerulis si acciderit, vt plurimum interimit. In hoc malo oportet medicum in præfagiendo esse cautum, ne mali medici nomen subeat: quia sæpe videmus ægros mori, qui optimo pulsu fruebantur. Contra multos conualuisse, qui prauo pulsu & difficili respiratione erant.

Sic difficilis respiratio seu salutis, seu mortis, est valde dubia, ut cecinit Hip. aphor. 19. sect. 2.

Curatio in genere.

Asthmati duplex curatio est instituenda. Vna Προφυλάξις, altera Θεραπευτική à Græcis dicitur. Illa curatur iisdem remediis quibus catarrhus & tussis à causa crassa & viscida caputibus propriis descriptis pag. 369. & pag. 396. Si ab alia causa scaturuerit, siue externa, siue interna, 40. præcauebitur, si ægro præscribantur medicamenta quæ causam asthmatis effectricem submoueant. Videtur nempe tenui, qui aptari possit prophylacticæ & terapeutiæ & medicamentis incidentibus & detergentibus. Gal. 7. catatop. cap. vltimo.

Communis victus debet consumere humiditatis redundantiæ, quæ affectum gignit. Proprius verò, qui humorem crassum & viscidum consumere possit per attenuantia & detergentia medicamenta citra insignem calorem, qui sic describatur.

De aere.

Aër eligatur purus, & temperatus, qui parum ad frigidum & siccum vergat. Conuersatio maritima (quibus datur facultas) est valde utilis, & gestatio ut annotauit Aurelianus.

In paroxysmo metu suffocationis, ægri in superiore cœnaculo, & loco lucido, & igne luculento, aère tenui, & non caliginoso, sunt collocandi, & calore plusquam temperato, ad mundificandum materiam frig. quæ contumaciter bronchiis pulmonum adhæret.

Cubant in mollibus stragulis, capite & thorace subleuato, ut aërem quem potiri cupiunt, liberius inspirent, & expirent excrementa fuliginosa.

De victu.

Victus frugalior in paroxysmo, quam extra esse debet, boni succi & eupepti, qui vim emplasticam, & refrigerantem habeat. At si virtus sufficiunt, cibus circuncidendus erit. Contra, si sunt deiectæ, succi carniū veruëcis, vituli, capri, perdicis, phasianorum, consummata, colatitia, gelatina, hordæatum, auenatum, &c. conceduntur; veluti & aues quæ in dumetis, & collibus degunt assæ, hœdi, & gallorum testes si comedere possunt, & oua sorbilia.

Necnon atrium esus, ut alliorum, ceparum, sinapi, & aromata.

Quæ fugienda.

Fugienda quæcunque operosæ sunt coctionis, & aues aquatica, quæ sunt duræ, & nigra carnis prædictæ, & caro viscida, & piscēs

& pisces glutinosi, qui in cœno viuunt, & sunt carne molli præditi.

Potus erit melicratum, aut ptisana, cum aliquo syrupo *De potu.* incidente, tenuante, & detergente, quales fuerint in compositis recensebimus.

Et si æger est languido ventriculo, aut vires sunt imbecillæ, vinum tenus (non sortium, aut austerum crassumue) & aromate conditum concedendum.

Vitanda omnia flatulenta, & quæcunque crassum viscidumque humorem gignere possunt, qualia sunt legumina, rapæ, castanæ & caseus.

Inter pisces concedi possunt marini & fluuiatiles qui carne dura & friabili sunt præditi, vt lucius, astaci, perca, acipenser seu anadromi, vulgo *Esurgeons* dicti, & similes vsui esse possunt.

Inter fructus, conceduntur vix damascenæ exacinatæ, corinthiæ, passulæ, dactyli, ficus, iusubæ, sebesten, pruna ex aqua & sacch. cocta, pira, & non poma ob eorum humiditatem, nisi hum. morbificus fuerit siccior, qui sit humectandus: strobili, amygd. dulcia, nuces ponticæ assæ. Inter olera commendantur buglossum, borrago, intybus, hyssopus, petroselinum, fœniculum, origanum, calamentum, thymus, satureia. Panis sit similagineus, optime coctus, cum semine anisi & pauco salis. Somnus sit nocturnus, vel dormiat à prima luce ad tertiam diei partem vt vult Hip. lib. 2. progn. cap. de somno, & temperatus, non diurnus: alius libera esse debet.

Cœna, prandio sit frugalior, quia ægri peius se habent nocte quam die. Quies tum corporis cum animi, laudanda: contra, motus tñ corporis cū animi nisi moderatus vituperandus.

Venæ sectio an celebrari debeat, dubitatur. In corpore plethorico ad præcautionem in medijs ætatibus, & quibus mensures sunt retenti, aut hæmorrhoides: aut si febris adest ex alicuius visceris inflammatione aperiri potest vena cubiti, quæ è directo fuerit. Quantitas sanguinis ab ægri viribus metienda.

*Vena sectio.
Solutio du-
bij.*

Si à retentis mensibus, vena poplitis, vel tali est aperienda.

Si ab hæmorrhoidibus, podicis: vel ibi hirudines admoventur.

Si quid venæ sectionem dissuadet, vt si fiat à catarrho,

aut ab humore crasso, & viscido, & frigido, venæ sectio non conuenit.

*De cucur-
bitalis.* At si consilium fuerit, reuellere tantum, & vires sunt debiles, ad præcautionem detrahatur in parua quantitate: vel huius loco frequenter cucurbitulæ scapulis, ceruici, aut natis cum & sine scarificatione thoraci, vt facilius spirare possint.

*D. frictio-
nibus.*

De vomitu.

Frictiones scapularum & metaphreni & crurum conueniunt, vel in sole ardenti aut ante ignem luculentum, cum linteis calidis ad sudorem vsque. Vomitus suaderi potest, si æger in eo est propensus, & ventriculus crudis humoribus fuerit refertus, ne fortè aliquando ad pulmones perueniant & malum augeant.

*De aquarū
naturalium
usu & ca-
tachismo.*

Aureliani consilium probo, qui aquarum naturalium sulphurearum usum probat, siue bibantur, siue per cataclysmum, i. illisionem seu stillicidium ab alto thoraci adhibeatur ad eius corroboracionem: quia sulphur est de præcipuis expectorantibus.

*De Escha.
rotiens.*

Sunt qui (perperam) pectori & metaphreni caustica admouent, vice epispasticorum: quia hæc materiam crassam in pulmones hærentem non reuellunt, sed potius crassiorem & contumaciorem reddunt: qualia sunt sinapismi, &c. At si causa morbifica pendet à cerebro, cauteria futuræ coronali, aut occipiti sunt admouenda & non pectori: vel horum loco, sacculi postea describendi. Simili ratione Gal. 5. simpl. cap. 13. &

*Conciliatio
Celsi &
Gal. in diu-
reticis præ-
scribendis.*

Trall. damnant diuretica, quia acria, contra Celsi sententiam: qui conciliari possunt. In morbi principio humore crasso existente, aut causa calida cum febre, aut aliqua alicuius visceris inflammatione, vera erit Gal. & Tralliani sententia: quæ in loco, vt licet blandioribus diureticis, qualia sunt rad. graminis, rusci, asparagi & acetosæ. At si necessitas cogit validioribus vt diureticis, quædam illis sunt permiscenda, quæ alicuius humiditatis participent, vt facilius sputum educatur, ex eodem Gal. loco citato capite 14. Contra, Celsi sententia admitti potest, si asthma processerit ex hydropse. Nimis astringentibus vt non licet, eodem Gal. autore cap. ultimo catatop. qualia sunt triplex santalum, rosæ, caphura, succus portul. &c. nisi asthma causa acciderit ex raritate, calore, & musculorum tho-

*De usu a-
stringentiū.*

racis motu imbecillo in quibus aptari possunt : in aliis verò causis efficiunt.

Medicamenta quæ asthmati conueniunt, sunt radices dra- *Medica-*
 cuntij minoris, ari, aristol. rot. galangæ, capparis, cen- *menta tam*
 taurij maioris, inulæ, iridis, scillæ, nardi Ind. graminis, asparagi, *simpl. quæ*
 rusci, buglossi, glycyrrh. &c. Herbarum sunt hyssopus, quæ pri- *comp. ad*
 mas tenet ex schola Salernitana, hyssopus est herba purgans à *asthma,*
 pectore phlegma. Prassium album, satireia, thymus, origa- *Radices.*
 num, calamentum, pulegium, scabiosæ, succisa, pulmonaria, *Herba.*
 tussilago, adiantum omne, polium montanum, abrotanum,
 porrum, cepa, allium, portulaca, lactuca, acetosa, viola,
 borrago, &c. vt calidiorum acrimoniam contempescent, quæ
 alioquin officerent.

Inter fructus, sunt passulæ exacinatæ, ficus recens siccata, *Fructus.*
 dactyli, amygdala amara & dulcia, nucleipinei, semina na-
 sturtii, anisi, fœniculi, siseleos, piper, vrticæ, cinnamo. *Semina.*
 crocus, &c.

Nonnullæ mulieres fœlici successu pueris asthmaticis
 solent propinare semen nasturtij integrum digitali mensura,
 quod per noctem in vrina pueri infundunt super cineres cal.
 Expressioni dissoluunt, mellis rosati. ʒ. ʒ. aut vnam, & potui
 mane propinant : mirum quantum eo assumpto mucosi hu-
 moris copiam deiciunt.

Hoc remedium videtur ab aliquo medico mutuatum, vel
 ex Auicen. fen 10. tertij tract. 1. cap. 40. qui adultis propi-
 nat ʒ. ii. cum oleo amygd. dul. at efficacius foret cum aqua
 mulsa.

Ex eodem Auic. à proprietate valent pulmones vulpis, & *Medica-*
 erinacci syuestris, & horum iecur, & caro tosta seu assata in *menta que*
 veru ligneo, & non ferreo, quouis modo sumantur. Dosis *à proprie-*
 pulmoniserit à ʒ. i. ad ʒ. iii. c. liquore idoneo, necnon aselli *tate valent.*
 qui sub aquarum locis stabulantur, vsti, & melle excepti. De
 his dubitat Gal. 7. catat

Cõposita quæ in officinis extat, sunt syr. violatus, nymph. de
 glycyrrh. capilli ven. de tussilag. de hyssopo, de prassio: oxymel
 simpl. & comp. & scillinum: mel rosatũ passularum, anthosa-
 tum, & scilliticum. Conseruæ rad. & florum buglossi, borrag.
 tussilaginis, lilij conuallij, inulæ camp. mithridat. theria-
 ca, aurea Alexand. pul. aromatici diaireos simpl. & Salomo-

nis, trochisci de scilla, hiera simplex, & cum agarico. Unguentum resumptiuum: oleum irinum, liliorum, cheirinum, chamæm. amygd. dul. & amatarum, pilulæ de agarico, assaieret, coccia, &c. Et si validiora requiruntur, modo in parua quantitate sumantur: pil. de colocynthide, elaterium, pil. sine quibus, aggregatiuæ, quoties, asthma fit à catarrh. & quoties est incrassandus, ratione myrobal. quas accipiunt, & non in aliis causis. Looch de pulmone vulpis, & sanum modorecens sit paratum, & de scilla, in materia valdè frigida, crassa, & viscida. Ex superioribus suo Marte quisque componat pro locorum varietate, ægri palato, ætate, anni tempore & victus genere.

Alter tractandi sunt Aulici, Ecclesiastici, vr bani, & aliter rhedarij, baiuli, nautæ & agricolæ, fabri ferrarij, &c.

℞. Mal. violarum, calamenti, & prassij, singul. m. i. sem. fœnugr. fœniculi, & vrticæ, singul. z. ii. florum chamæm. stœchadis, & rorism. singul. p. i. coque in aqua suffi. ad tb. i. dissolue hieræ Gal. & diaphœnici, vtr. z. vi. mellis scillitici, & olei irini, vtriusque z. i. β. fiat clyster ante venæ sectionem iniiciendus.

*Canon ob-
seruandus
in compo-
nendis me-
dicis.*

In componendis remedijs, medicamentis calidis & incidentibus, miscenda sunt aliqua bechica, quæ humiditatem quandam in se habeant, idque duplici ratione. Vna ne suo calore pars exsiccata, morbus immedicabilis fiat. Altera, vt quod est attenuatum, à calidis, per spiritum facilius educatur, vt ex sequentibus formulis apparebit.

Minorans.

℞. Zingib. z. β. agarici troch. z. i. diaphœnici, z. iii. cassiæ recens à canna extracta, z. i. infundantur omnia simul in decocto hordei, glycyrrh. passul. mundat. hyssopi, maioranæ siccæ, anisi, (asthmatici sunt flatulenti) & florum rorism. & stœch. per noctem super cineres cal. expressioni dissolue syrupi violati ex nouem infusion. si extiterit, vel de pomis saporis, z. i. fiat potio. Vel

Caraporia.

℞. Massæ pil. de hiera cum agarico, & assaieret, vtr. z. ii. cum melle scillitico, forma pilulas vi. deauratas, quas cap. horis duabus antelucanis, cum custodia.

Vel horum loco dissolue manna Cal. z. i. β. & syrupi viol.

autrosati sol. cum agarico, ℥. i. cum decocto calamenti mont. & prassij albi, fiat potio quam cap. diluculo pro delicatioribus.

℞. Rad. helenij, ℥. i. bugl. & glycyrrh. vtriusque ʒ. vi. herbarum hyssopi, satureiæ, calamenti, prassij albi, & buglossi, vel borrag. singul. m. i. vuarum damasc. ab acinis mund. iuiub. & sebesten, singul. pa. vi. ficuum recent. pa. iii. seminum vrticæ, nasturtij, & anisi, singul. ʒ. ii. florum thymi, herpilli, stœchadis, & viol. singul. p. i. coquantur singula quo decet ordine in hydromelle suffi. ad 4. v. oxymellis scillirici, & sacchari albi, vtriusque ℥. ii. fiat apozema. clar. & aromat. iride flor pro 4. matutinis: cap. post singulas doses tabellam vnâ sequentis electuarij.

Apozema incidens, tenuans & detergens.

℞. Pul. diareos Salomonis, ʒ. ii. conseruæ rad. helenij, ℥. β. sacch. albi aqua hyssopi soluti & cocti, ℥. iii. fiant tabellæ pondo ʒ. i. β. cap. vt dixi: reliquum capiet post vniuersalem purgationem.

Elect. solidum.

℞. Diaphœnici, & diacarthami, vtr. ʒ. iii. agarici troch. ʒ. i. infundantur simul in parte vna præscripti apozematis.

Potio purgans.

Expressum detur summo mane ex artis præscripto. Vel

℞. Troch. alhandaal, ḡ. ii. agarici troch. ʒ. i. massæ pil. cocciarum, ʒ. i. cum guttis aliquot aquæ hyssopi, fiant pil. vi. ca. vt supra. Hæ pilulæ iterari poterunt quoties necessitas postulabit.

Cataplasia alia.

℞. Conseruæ rad. helenij, ʒ. viii. mithridatij veteris & probati, ʒ. ii. cum saccharo fiat bolus postriede deuorandus. horis tribus ante primum pastum. Deinde recreatis viribus vtatur sequentibus.

Bolus.

℞. Rad. dracuntij mi. velari, & helenij, vtriusque ʒ. ii. rad. bugl. & glycyrrh. vtriusque ℥. i. herbarum pulmonariæ, succisæ, scab. tussilag. calamenti, orig. pulegii, & prassij albi, singul. m. i. stœchadis Arab. m. β. seminum nasturtij, vrticæ, & siseleos, singul. ʒ. iii. anisi, ʒ. ii. passul. mund. iuiub. & sebesten, singul. pa. viii. dactyllorum & ficuum siccarum, vtriusque pa. iii. florum thymi, rorism. & viol. singul. p. i. coquantur ex arte in aqua suffi. ad lb. ii. in parte vna colaturæ coque polypodij quer. contusi ℥. iii. carthami, & sennæ mund. vtr. ʒ. ii. anisi, ʒ. β. turbit. ʒ. ii. zingib. ʒ. β & colentur. In altera verò parte infunde agarici troch. ℥. i. caryoph. integr. ʒ. i. per

Syrupus magistralis

noctem super cineres cal. medio tempore, prior colatura bis aut ter transcoletur super colum medicum pro omni clarificatione. Deinde coque in syrupum cum mannae Cal. & syrupi violati ex 9. infusionibus, vtriusque lb. β. eo cocto iniice expressum agarici, & recoque lentis prunis ad iustam crassitudinem vt seruari possit in multos menses, cap. pro dosi ℥. ii. semel in hebdomade cum pauco decoctionis hyssopi mane.
Vel

*Massa pi-
lularum.*

℥. Massæ pil. cocciarum, ℥. β. pul. hieræ Gal. cum agarico, ℥. ii. troch. alhandaal, ℥. i. castorij, & gum. sagapeni, vtriusq; ℥. β. pulmonis, aut hepatis erinacci, aut vulpis, ℥. i. cum melle scilicito, fiat massa de qua singulis hebdomadis vice syrupi magistralis cap. ℥. i. aut ℥. iii. vel vicissim vtatur quarto quoque die: quoniam hic morbus ob eius tenacitatem non facile cedit remediis.

Post aliquot dies iteretur apozema, vt quod concoctum videbitur, educatur vel syrupo magistrali vel catapotiiis. Deinde vtatur sequenti eclegmate vt humor attenuatus per spiritum facilius educatur.

Linctus.

℥. Succu glycyrrh. & pulmonis vulpis præparati, vtr. ℥. β. pul. diaireos simpl. ℥. ii. conseruæ rad. helenij, ℥. β. penidiarū, ℥. ii. cum syrupo tussilag. aut de glycyrrh. fiat linctus quo frequenter vtatur cum baculo glycyrrh. sensim deglutiendo, resupinato capite vt facilius in tracheiam arteriam, & pulmones defluat longè à pastu. Vel huius loco, vtatur looch de pulmone vulpis, vel looch sano recenti detractis gummi tragacantho Arabico, & amylo: quia nimis incrassant humorem plus iusto crassiorem. Alias habeat sæpe in ore tabellas diaireos simpl. vel sacch. crystallinum, vel penidias. Vel sæpe vtatur syrupo de hyssopo, vel de prassio, aut baculum glycyrrh. mandet.

Confectio.

℥. Conseruæ rad. helenij, vel ari. ℥. ii. conser. florum tussilaginis, ℥. i. pul. diaireos Salomonis, & pulmonis vulpis, vel erinacci assi & puluerati, vtriusque ℥. ii. pul. iridis, ℥. i. pul. sem. vrticæ, & nasturtii, vtriusque ℥. β. cum oxymelle simpl. fiat confectio de qua cap. mane tantum ℥. iii. aut ℥. β. superbibendo parum aquæ scab. aut tussilag. ob ingratum saporem. Sic forma remediorum & non materia est mutanda vt sæpe diximus autoritate Auic. ne vni assueta natura, eius vim spernat. Vel vtatur sequenti.

℞ Gallum antiquum exenteratum cuius venter fartus sit polyp. carthamo, semina agarico, sem. nasturtij, vuis corinthiacis, dactyllis, pulmone vulpis siccato, & tantulo croci coquatur, & huius colatura, cap. ℥. 4. horis 4. ante prandium. Hoc iure purgari poterunt nobiles, & delicati, qui omnis generis remedia aspernuntur. Dosis ingredientium astarti medico relinquo. Vel huius loco si pauper fuerit, dissolue ℥. ℞. diacarthami aut elect. Inditina. tantundem, cum decocto hyssopi, fructuum & florum cord. fiat potio ex artis instituto sumenda. *lus galli purgans.* *Pro pauperibus.*

℞. Penidiarum, ℥. ii. cum syrupo præparato ex rad. dracuntii mi. vel art., vel scillæ, vel paucratii vel ceparum nostratum q. s. fiat looch quo sæpe vtantur basuli, rhedarii & huiusmodi homines qui amarorem non verentur, & qui sunt palato ferreo. Vel huius loco vtantur carne pulmonis vel iecore vulpis, vel erinacei syluestris, aut iecore hirci, aut assellis assatis ad pondus ℥. ii. cum ptisana, aut decocto saturæ, aut prassii albi, aut calamenti. Vel quotidie mane cap. ℥. i. floris sulphuris cum vitello oui. Vel *Looch pro pauperibus*

℞. Pul. sem. nasturtij, ℥. ii. aquæ mulsæ, ℥. ii. fiat potio quam cap. bis in hebdomade. Vel *Pul. incidens & ar-*

℞. Pul. sabinz, ℥. i. mellis scillitici, ℥. i. cum decocto vrticæ, fiat potio quam ca. summo mane per multos dies continuando. Altero die huius pul. cap. ℥. ii. tertio ℥. iii. quarto ℥. ℞. cum eodem melle & decocto præscripto. Hoc remedio felici successu est vsus Aëtius lib. 8. cap. 57. Nunc de topicis. *tentans asthmatis materiam crassam. Potio idem præstans.*

℞. Pul. aristol. rotundæ, ℥. iii. rad. dracuntii mi. vel arti, ℥. i. ℞. iridis flo. ℥. iii. helenii, ℥. ii. sem. vrticæ, ℥. ℞. fiat puluis dissoluendus aquæ stillatitiæ hyssopi lb. i. ℞. vini albi ℥. iii. aceti scillitici ℥. ii. fiat epithema spatio vnus horæ tepidè pectori applicandum cum panno denso rubro ante vtrumque partem. *Datopicis Epithema.*

℞. Muccaginis rad. althææ, lini, fenugræci, & olei amygd. dul. irini, & rutæci, & axungie anatis, singul. ℥. i. pul. iridis flo. & helenii, vtriusque ℥. ii. croci, ℥. i. fiat vnguentum quo pectus vniuersum post epithema ante & à tergo illinetur continuando. Vel huius loco vtere vnguento resumptiuo quod in officinis paratur. Hæc duo remedia plus pollent quam cataplasmata aut empl. ab antiquis celebrata. Diopaces, sinapismi & vstiones in variis thoracis partibus Aëtio *Vnguentum.*

loco citato commendati, periculi & calumniæ sunt plenæ. Si quis tamen illis uti voluerit, præmissis prognostico utatur, si ex prædictis nihil profuerit.

Vomitu non iuuantur ægri, nisi eorum ventriculus pituita fuerit refertus, & nauseabundus (vt dixi.) Suffitus pariter officiant, nisi extra cubiculum ad suffiendum cooperimenta capitis: quia suffitus (vt fumus) thoracem replent, & pulmonem infartum, ab aliquo humore crasso & viscido ne se expediat, impediunt.

*Curatio si
à catarrho
fit.*

Vbi vsu præscriptorum æger non fuerit leuatus, vtilissimum erit, quum à catarrho originem duxerit, dietam quam vocant sudorificam consulere ex decocto ligni Ind. Vel si delicatus fuerit, ex rad. chinæ, vel sarzæ parillæ cum ligno sassafras, additis passulis exacinatis, glycyrrhiza, hyssopo, maiorana &c. cuius colaturæ cap. manè hora 4. & secunda pomeridiana, ʒ. v. Benè lectus sudabit in lecto. Et pro potu ordinario uteretur decocto ex iisdem radicibus & passulis præparato, Ea cautione vt quinto quoque die purgeret aliquo ex præscriptis. Reliqua præsidia ex capite de catarrho sunt petenda. Apophlegmatismi in hoc morbo non conueniunt: quia conçitato humore, ocyus in pulmones decurrit, & asthma fouet. Horum loco vtendum sacculis capite de catarrho à causa frigida iam descriptis.

Seto aut cauterium potentiale ceruici appositum ad deriuationem, modo diutissimè fluant maximè opitulantur.

*Si à siccitate
fit.*

Si à siccitate oritur recurrendum erit ad ea quæ dicuntur cap. de Phthisi tam in victu euchymo, quam in reliquis præsidis.

Si à musculorum thoracis raritate, & imbecillitate fit, vtendum erit remediis mediocriter altringentibus. Et si vigilæ vrgent, dentur narcotica in parua quantitate hora somni, veluti philonium, syr. de papauere, aut diacodium, aut theriaca recens, non neglectis bechicis, & extrinsecus admoueantur epithemata, aut vnguenta iam descripta.

*Quid agendum in
paroxysmo.*

In paroxysmo iacere oportet ægrum stramentis altioribus, ne suffocetur. Aer frigidus sit per se, vel ventilatus flabellis. Et eo tempore thoraci applicanda sunt laxantia temperata, vt vnguentum resumptiuum. Probanitur etiam diuersiones cum frictionibus, ligaturis, balanis, clysmatis acrioribus: nec non venæ sectione si atas, & vires consentiant ex Aureliano,

*De venæ
sectione.*

Celfo,

Celso, & Paulo Æg. Et si quid eam dissuadet, cucurbitæ, scapulis, natibus & thoraci sæpe repetitæ cum scarificatu adhibeantur. Probatum etiam purgatio valida per pilulas aureas, coccias, & de agarico, facta: Aream quæ fit per elaterium, colocynthidem non probo, nisi in parua quantitate pro vehiculo mixtis aliis: neque eam quæ fit per mayrobalanos ob earum astrictiõnem. Paulus imminente suffocatione propinat ʒ. iii. aphronitri cum lb. β. mulsæ, & Auic. ʒ. β. salis, & ʒ. ii. sem. nasturtii, cum ʒ. v. mulsæ. Quæ remedia in extremis aptari possunt, si æger fuerit robusto ventriculo, secus non, etiam Hip. autore aphor. 8. sect. 1. qui tunc temporis consulit victum tenuissimum, ne grauetur natura, & auertatur à scopo.

Sic censendum de validis purgantibus quæ vites deiciunt, præcipuè cum per ea humor crassus viscidusque in pulmonum bronchiis contentus educi haud possit. Multo foelicius si inter quintam & sextam metaphreni vertebram inustio satis larga fiat, ex Aërio loco citato.

Phymatis curatio.
Phymatis curatio.
 Φύμαλις: i. Tuberculi curationem docuit Gal. 7. χαλαρόν. per aromata, attenuantia, & siccantia, (quia humor est lentus & frigidus) qualia sunt macis, nux moschata, cinnamomum, caryophyllum, piper, zingiber, cardamomum: & inter composita censentur nithridatum antiquum, & non recens, & theriaca probata pariter antiqua: quia recens ratione opii officeret: gallia moschata, pulueres aromatici, qui in officinis seruantur: pul. diaireos Salomonis, diapenidium cum speciebus, zingiber conditum, nux moschata condita, & iuglandes cum aromatis conditæ: conserua helenii, & looch sanum detractis gummis & amylo vt supra annotaui. Extrinsecus admoueri potest sequens emplastrum.

℞. Salis ammoniaci, & æruginis, vtriusque ʒ. i. rad. cucumeris, asinini, & centaurii ma. si haberi potest, vel florum centaurii minoris, vtriusque ʒ. ii. rad. dracuntii mi. vel ari-, aristol. rot. & helenii, singul. ʒ. β. iridis flo. ʒ. vi. sulphuris flau. & gummi ammoniaci aceto soluti, & cocti in mellis crassitiem vtriusque ʒ. i. Puluerata excipiantur oleo laurino, resina, & cera quantum videbitur in massam, cui adde gummi coctum, de qua parentur emplastra super alutam extensa quæ thoraci admouebuntur, & renouabuntur quoties necessitas postulabit.

Ex asthmate interdum fit vomica seu abscessus, quoties

sanguis à propriis vasibus excidit in bronchiis pulmonum putrescit, ac per summa siccescens, cystim sibi efformat. quæ successu temporis rumpitur, & recreatur pus in ea contentum. Ex ea nonnulli euadunt, alij intereunt. Huius rei testis est doctus Fernelius lib. 5. Sympt. cap. 10. suæ Pathologiæ. Ipse Deo optimo max. auxiliante magno studio, & felici successu, curauit ciuem huius vrbs Philibertum Foillard, cuius filius natus maior hodie præturam in hac prouincia exercet, qui tandem curatus, spatio multorum annorum vixit.

*Historia
Bauderoni.*

Trallianus lib. 5. cap. 4. viri cuiusdam narrat historiam, qui ex vomica aperta, calculum exquisitè figuratum expuit, & non humorem crassum, & viscosum, sed re vera calculum non asperum, sed læuem, durum, & renitentem, qui in terram proiectus sonum ederet. Hic vir diu vixit, sed à tussi liberari non potuit quousque calculum expaisset. Huic dissimilem Gal. 4. locorum affect. cap. vltimo narrat historiam de Antipatro medico, qui asthmati congrua prælidia consuluerat, & qui post sex menses elapsos tandem obiit.

*Alibi-
storia Gal.*

At causam mortis huius, non refert ad bronchia pulmonum, sed ad venæ arteriosæ, aut arteriæ venosæ ramorum ruptio- nem. Gal. 7. catarop. Hanc curat quibus phyma, nempe per aromata, attenuantia, & siccantia superius enunciata, quorum vi collectus humor tum digeratur, tum in habitum sol- uatur.

*Curatio
bydropis
ab asthma-
te.*

Pulmonis hydropis curationem hic atterere non decreui: quoniam suo loco docebitur, sed tantum vt monerem sectio- nem quam Hip. lib. 2. de morbis cap. 53. suadet, etiam in infimo loco, periculi esse plenam, & insufficiens: quia per eam, causa non tollitur: qua permanente, nouam aquam suppedita- ret: huius loco vtete puluere nostro hydragogo descripto in nostra Paraphrasi in pharmacopœiâ gallicam qui multa præ- stabit: Vel huius loco cap. grana viii gummi guttæ gambæ cum vino albo si nulla est feb. vel cum decocto congruo, si adest.

De Peripneumonia.

CAP. XXXVII.

Peripneumonia, vel sine præpositione *pneumonia* nomen Denomine sumpsit à pulmone male affecto, cuius est inflammatio cum febre acuta, & ea quidem raro est exquisita: sæpe pituitosa, ob visceris mollitiem & laxitatem, & raritatem: alias biliosa, quam febris ardentior prodit. De affecta sede olim plurimum fuit digladiatum teste Aureliano. Alii siquidem venas pulmonis tantum eo malo teneri volebant, ut Diocles: Erasistratus verò arterias: Apollonius, utraque vasa: Asclepiades, bronchia ipsa: Praxagoras, pulmonis partes, quæ sunt spinæ coniunctæ: Demetrius & Herophilus cum Celso, volunt totum pulmonem affici: Ex parte enim si fuerit, tumor, ille pleuritim esse volebat: Soranus quem maximè omnium imitatur Aurelianus, totum corpus hac passione vexari, dixit, sed vehementius pulmonem. Atque inde nomen desumptum pulmonis.

Est autem re vera in pulmonis substantia, ac parenchymate, seu carne propria inflammatio, turgentibus etiam vasibus: neque est necesse totum pulmonem inflammari, cum sæpissimè vnus aut alter lobus tantum id patitur, ut multorum cadauerum apertio nos docuit: Differt ab asthmate: quia in hoc A quibus differat. nulla est febris, & in Peripneumonia nullus est stertor. Differt item à phymate, quod hoc paulatim læues pulmonis arterias obstruit: pulmonia verò illico fit: in phymate dolet caput, & palpebras vix attollere potest æger, quibus non afficitur pulmonia laborans. Differt à pleuritide non in curatione, sed à loco, febre, dolore, pulsu & vrinis. A loco in pleuritide membrana succingens costas afficitur: in Peripneumonia pulmonis substantia. A dolore: in pleuritide dolor est pū- A dolore. gens, in pulmonia, est paruus & grauans. In pulsu, in pleuritide, est ferratilis in peripneumonia, est mollis, velox, creber, inæqualis & interdum magnus: quia vehementer percutitur arteria: alias lægvidus, quia eius vis frangitur, & maxilla & tota facies rubent ob euaporationem sanguinis in caput, quæ A rubore gener.

nota desideratur in pleuritide: At rubor, non signum vniuocum est pulmonie: quia in aliis etiam viscerum inflammationibus genæ rubent, licet minus. In vrinis, ab initio vrinæ pleuriticorum, à sanis parum sunt dissimiles: At in peripneumonia sunt valde intense, ob arteriæ venosæ, & venæ arteriosæ sanguinis inflammationem. In utroque morbo respiratio est difficilis, sed in pulmonia est maior & calidior ob cordis propinquitatem: & tussis est sicciior quam in pleuritide.

Ab vrinis.

A respiracione.

A lingua.

Et lingua est aspera & pallida, si bilis præpoller: alba si pituita: nigra si atra bilis & si valde resiccata fuerit, ex succensa fuligine ab utero prodeunt. Hip. sect. 5. lib. 6. epidem. textu 13.

De causis externis.

Veræ pulmoniæ causam refert Hip. lib. de internis affect. curatione 5. ad virolientiam, & crapulam, & piscium capitonum, anguillarum, & mugilum, cyprinorum, gobiorum &c. esum. Hi enim pinguedinem habent naturæ hominis infestissimam. Atque nimia carnis deuoratione, & ex aquæ mutatione. Addit Aurolianus vsum astringentium & narcoticorum.

De causis internis.

Causæ antecedentes sunt angina, catarrhus, asthma, pleuritis.

Causæ coniunctæ sunt sanguis, pituita & vtraque bilis. Ex his duplex fit: vna pura quæ fit à sanguine: altera impura quæ fit ab aliis humoribus. Frequenter hæc fit à pituita: minus à bile, rarissimè à melancholia. Pleuritis degenerare potest in peripneumoniam per metastasim humoris non satis euacuatæ per sputum. Contra, pulmonia in pleuritim degenerare nequit, idque triplici ratione. Vna, si pulmonia est mitis & facilis: humor ante expurgatur, quam in latus diffundi queat.

Alteræ, si vehemens est, prius ægrum suffocat quam costæ coafficiantur, autore Gal. comment. in aphor. 11. sect. 7. Tertiâ, licet pulmo ex dilatatione à partibus vicinis, & læuibus arteriis trahat, reijcit tamen per asperas arterias foris & non ad reliqua vasa quibus traxerat, sese dilatando: ob id nequit pleuriticidem excitare.

De signis.

Signa præter naturam autore Gal. 2. locorum affect. & 2. prog. sunt, magna anhelandi difficultas, vt ægri suffocari videntur, & calidâ sentiunt expirationem, & maximè si inflammatio fuerit erysipelatosâ, veluti incendium intolerabile. Vbi plurimum efflarunt, iuuari videntur, atque multum aërem &

potum aquæ frigidæ exposcunt. Dolor nullus, aut paucus admodum, præter gravitatem, si pulmonis substantia tantum inflammatur. At si pariter thoracis membranæ inflammantur in thorace percipitur dolor, qui ad spinam usquè extenditur. Febris est valdè acuta, ob cordis viciniam.

In principio tussis est sicca, & paulo post nasus fit simus ob maximam inflammationem & frequentem, qua diaphragma marium, & alæ plurimum diducuntur. Venæ quæ in temporibus emicant, vel etiam in collo, sunt elatæ & turgidæ. Calor in externis est remissus & humidus: intus verò siccus & adurens: hinc sitis inexplebilis: oris siccitas, & linguæ asperitas, quæ primum subpallida, dein rubra conspicitur. Atque si vehemens est inflammatio, ruberrima, quod signum rarissimè fallit.

Si lingua in principio nigrescit, citius morbus finitur: sin posterior, tardius. Hip. 3. de morbis, curatione 16. & post eum Avic fen 10.3. tract. 4. cap. 11. qui addit, ad eò est lenta ut tangenti digito adhærescit: vel contra, asperrima & incisa.

Adhæc cibi fastidium, maxima anxietas, atque iactatio, nec supini iacere possunt, neque in altèrum latus. Pectus iis sæpe mader, ut verus sit Hip. aphor. 30. sect. 4. Vbi sudor, ibi morbus.

Vigiliæ iuges, vel brevis somnus sæpe comatosus, ingemens, atque turbulentus, ut ait Aurelianus: phantasias stultas sæpe habet cum mentis alienatione à vaporibus calidis, in caput sublatis. Ingrauescente morbo, extrema refrigerantur, vngues curvantur & liuent: thorax extenditur cum quodam sibilo atque asperitate, vnde plerique rauci euadunt.

Sequitur colli & vultus inflatio, articulorum frigidus torpor cum quodam liuore: lingua solito est crassior: sudor circa faciem & collum, est pinguis: pulsus latens, deficientis, exiguus, creber, & formicans. Denique pectus resonans, mortem esse in propinquo iudica. *Τῶν σωματικῶν τῶν γυμνασμένων* ^{Q^{ui} obno^{xi}}
ἢ πικρὰ θάσσιν ἀποτῶν πλευριτικῶν, ἢ περιπνευμονικῶν ἀπὸ λυσιτελῶν ἀγυμναστῶν: 1. Exercitata corpora & coacta, celerius à pluritide & peripneumonia intereunt, quam quæ in otio conflitantur, inquit Hip 398. coacarum prænot. cap. 16.

Signa salubria enunciantur ab eodem Hip. in coacis & cap. citato necnon lib. 2. progn. cap. 56. sub hac verborum serie: facile ferre morbum, bene spirare, vacare dolore, & sputum facile scire, corpus æqualiter calidum, ac molle apparere, non sitire, atque vrinas, deiectiones, somnos, & sudores, singula intelligere bona superuenire: sic enim omnibus superuenientibus, non vtrique peribit homo. Quod si quædam ex his superueniant, quædam verò non, morietur vtrique homo, non pertransiens 14. diem.

Quibus signis cognoscitur an totus pulmo, aut pars tantum eius inflammatur, docuit Hip. in coacis prænot. cap. eodem, textu 31. sic:

Quibus peripneumoniciis tota lingua fit alba & aspera; pulmonis ambæ partes inflammantur, quibus autem dimidia, tantum illa pars quæ spectatur: & quibus ad vnâ clauiculam dolor est, vna supra pulmonis ala ægrotat: quibus autem ad ambas clauiculas dolor vrget, ambæ supra pulmonis ala laborant: & quibus circa mediam costam, ibi & media: quibus autem circa septum transversum, infra quoque ibi: at verò quibus dimidia pars, tota pulmonis, obsessa est phlegmone: omnia quæ adiacent, ei parti laborant textus 400. cap. 16.

Præfagia.

Pleuritide aut peripneumonia detento, diarrhoea interueniens, malum, quia ventriculus non bene conficit alimentum: aut hepar non probe attrahit chylum vt in sanguinem conficiat. Hip. aphor. 16. sect. 6. & Gal. in comment. at si alius modicè fluxerit apparentibus signis coctionis, nihil mali portedit. A pleuritide peripneumonia, malum, quoniam transfertur humor ab ignobili parte ad nobiliorem. Hip. aphor. 11. sect. 7. & Gal. in comment. A peripneumonia, phrenitis, malum: quoniam vapores inflammationis pulmonum sursum sublatis meningibus exsiccant: hinc phrenitis aphor. 12. lib. 7. & Gal. in comment. Sputum flauum, pauco sanguine permixtum peripneumoniciis ineunte quidem morbo editum, salutare est, & multum confert: septimum verò diem agentis, aut prouectioribus securitatis minus est. Hip. cap. 16. coacarum prænot. textu 16. & 2. progn. Omne verò sputum, quod non sanat dolorem, prauum est: quod autem sanat, beneficium. Hip. in coacis cap. eodem textu 18. & lib. 2. & 3. de morbis, & lib. de affectionibus: peripneumonia iudicatur diebus breuissimis in 7. aut 14. longissimis verò in 22. diebus. Pauci hunc morbum effu-

giunt. Verum si æger 20. diem transgreditur, iã nō moritur, sed pus sputit. Multa alia progn. reperies in coacis & lib. 2. progn. Hip. peripneumonia autore Celso lib. 4. cap. 7. plus periculi quam doloris præ se fert. Quibus autem ex peripneumonia sub auribus, vel inferis partibus, nascuntur abscessus, ibique suppurant, & fistulantur, hi defunguntur morbo. Hip. cap. 16. coacarum textu 22. & progn. 64. li. 2. Sin autem recurrunt abscessus, & febris consecutaria sit, nec sputum foras exeat: hinc mortis & delirij metus adfertur. Hip. loco citato textu 26.

Peripneumonia pleuritis succedanea, turidus est primigenia. Hip. loc. cit. textu 28. fractis scilicet iam viribus ex cacochymia vt annotasse videtur Gal. comment. in aphor. 11. sect. 7. corizas & sternutamenta in morbis pulmonum, præcessisse, aut consequi calamitosum: in aliis verò morbis maximè exitibus adiumentum adferunt sternutamenta. Hip. loc. cit. textu 30. coacarum prænotione 399. & lib. 2. progn. prognostico 49. Peripneumonia biliosa est deterior ea quæ fit à pituita, quia febrem ardentiorẽ, & graviora infert symptomata, licet pulmones nutriantur sanguine bilioso: addit Auic. ob cordis viciniam. At quæ fit à pituita omnium frequentissima sed minus periculosa. Quod ita sit, tumores pituitosi, toto genere sunt salubriores quam biliosi: fluxus narium sanguinis in omnibus viscerum inflammationibus est salubris, autore Auic. fen. 2. primi doct. 3. summa 1. cap. 10.

Peripneumonia vt pleuritis curatur victu, phlebotomia, & *Curatio si à* leni purgatione (si corpus est cacochymum) alteratione & ex- *pituita.* pectoratione. In primis æger iacere debet in loco mediocriter lucido atque calido, si causatur à pituita, vt ait Aurelianus. *De victu.* At in biliosa, minus calido: & si æstuat cælum, aër est refrigerandus & pavementum irigare aceto cum multa aqua, vel sternere folia & flores refrigerantes, & interdum fenestras aperire, vt inspirando pulmones refrigeret. Quoniam morbus est acutissimus, tenui victu vtendum, vt monet Hip. lib. 1. aphor. 7. 8. 9. & 10.

Cibus non sit falsus, acris, aut amarus, neque alius dura esse debet, licet pulmonia sit pituitosa primaria, aut secundaria: sed extenuans & detergens. Alimenta non solida, sed liquida & boni succi: qualia sunt hordearum bene coctum, quia flatulentum, auenatum, iura pulli, vituli, veruecis, gallinarum, alterata pulmonaria herba, aut tussilag. cum pauco hyssopi:

necnon colatitiis, succis carniū, ouis tremulis, si vires pefundant: secus non, quoniam multum nutriunt. Concedi possunt vix Corinthiacæ, aut Damasc. exacinatæ, ficus recentes, nuclei pinei recentes, vel præmacerati in aqua ad tollendum rancorem. Somnus breuis esse debet, & matutinus si fieri potest, ne per eum reuocato calore ab extimis partibus ad intimas augeatur pulmonum inflammatio. At malo inclinante, liberalior sit. Potus sit ptisana sola, vel cum syrupo violato tam in pastu quam extra illos, loco vini, à quo abstinendum, (nisi in declinatione morbi aut deiectione sunt vires) qui liberalis & non parcus esse debet, ob incendium maximum, licet nonnulli aliter sentiant. Fricandi sunt articuli, & manus, calidis & asperioribus linteis: necnon scapulae, brachia, crura, & pedes bis in die & non peccus nisi in morbi declinatione, ex Celso.

Ligaturæ partium inferiorum ad reuulsionem admitti possunt. Animi pathemata (excepto gaudio) omnino sunt fugienda.

*De vena
sectione. 2.*

Phlebotomia metiri debet ab ægri viribus, morbi tempore, & ab humoris præpollentis natura. Si ægri vires sunt deiectione, venæ sectio est partienda: in morbi initio minus detrahendum: ne plus iusto deiciantur vires, quæ sunt conseruandæ ad morbi impetum sustinendum. Si sanguis præpolleret, aut menses vel hæmorrhoides sunt retentæ, largior fiat venæ sectio ex utroque cubito, quam si pituita, aut quouis alius humor præpolleret, aut à catarrho, aut ab asthma, aut ab hepate scaturuerit, vt velle videtur Gal. lib. 3. de Crisibus, neque ad lipopsychiam vsque, quæ maximè verenda ab initio.

*30. De pur-
gatione.*

Si peripneumonia aliis morbis succedit, qui laborantis vires deiecerint, à phlebotomia abstinendum, vt suadet Paulus Æg. lib. 3. cap. 20. & præcipuè si ab initio iam secta fuit vena: contra si primaria fuerit, & vires constant audacter mittendus erit sanguis. Si quid eam dissuadet, & æger fuerit aluo duriore, præmissio sequenti clysmate, aut supposita glande, plures cucurbitulae pectori, & lateribus admoveantur cum scarificatione: per quas tantum sanguinis elicitur, quantum vires patiuntur. Si corpus cacochymum appareat, vt monet Hip. aphor. 29. sect. 2. & Gal. in comment. ab initio & non in statu quo tempore symptomata sunt vehementiora, sic purgandus æger.

℥. Mellis,

℞. Mellis, ℥. i. succi mercur. ℥. β. coque cum salis communis, ℥. ii. & stercoris muscerdæ, ℥. ii. in balanos si pauper: vel si diues, *Balanus.*

℞. Mal. viol. lactucæ (si bilis) vel hyssopi (si pituita) singul. m. i. prunorum pa. iiii. florum violarum, & chamæmeli, vtriusque p. i. coque in aqua ad ℥b. i. colaturæ dissolue catholici, vel cassiæ cum sacch. si bilis præpoller, ℥. i. mellis rosari, & olei chamæmeli, (si pituita) vtriusque ℥. i. β. fiat clyster. *Clysters.* Actiores non sunt præscribendi metu diarrhœæ, quæ huic morbo est suspecta auctore Hip. aphor. 26. sect. 6. Deinde vttere sequenti portione benigna.

℞. Agarici troch. (si pituita) vel rhab. (si bilis) ℥. iiii. *Potio.* infunde in decocto pectorali, cum diaphœnici, ℥. vi. per noctem super cineres cæll. expressioni dissolue syrupi violati ex 9. infusionib. ℥. i. fiat potio. Si mitiorem requiris, loco diaphœnici in eodem decocto cum reliquis infunde cassiæ recens extractæ, ℥. i. vel dissolue mannæ Cal. ℥. i. β. aut duas, & propina.

Reliqua præsidia alterantia & expectorantia sequenti capite describemus ad quod recurrendum erit.

℞. Pul. diatragac. frig. ℥. ii. sem. melonis mund. portulacæ, *Epithema.* acetosæ, ocimi, & troch. de caphura, singul. ℥. i. muccag. sem. cydoniorum & psyllij aqua rosarum extractæ, vtriusque ℥. i. decocti hordei, ℥b. i. β. aut aquarum portul. & acetosæ, vtr. ℥. viii. vini rub. optimi, ℥. ii. fiat epithema pectori antè & à tergo tepidè applicandum, cum panno rubro denso. Si pituitosa fuerit peripneumonia vice pul. diatragac. frig. substitue tantundem pul. diaireos vel ℥. iii. & loco vini, tantundem aceti ad humoris morbifici incisionem & penetrationem.

De Pleuritide.

CAP. XXXVIII.

Denominat. Πλευριτις, ὑπὸ Ζωνος, ὀμὴν ἢ χυτὸν, à Græcis dicta: lateralis seu costalis à Latinis: Sotabi, Arabibus dicitur: à Persis Birsôn nomen compositum ex Bir, quod illis dicitur pectus, & Sen apostema seu inflammatio. Pleuritis igitur est inflammatio membranae succingentis costas, quam Græci πλευριτις appellant. Symptoma & morbus dici potest.

Definitio. Symptoma, quia actio thoracis est depravata. Morbus, ratione inflammationis.

Hæc membrana non est simplex, sed omni ex parte duplex: crassior tamen circa dorsum apparet, ubi vertebrarum ligamenti annectitur, & difficilè diuiditur. Gal. 5. locorum affect. cap. 2.

A quibus signis differet ab hepatis inflammatione.

Quibus signis differat à peripneumonia cap. superiore diximus.

A loco.

Vera pleuritis ab hepatis inflammatione differit loco, pulsu, dolore, colore urinae, & tussi. Loco in vera pleuritide, verarum costarum (quæ sunt septem numero) periostium, & membrana eas succingens inflammantur. In iecoris verò inflammatione, costæ spuria (quæ sunt quinque numero) vel verius earum membrana inflammatur. Pulsu, pleuriticorum pulsus est serratilis & durus, ratione membranae valdè tensæ & duræ. In hepatis verò inflammatione, pulsus est magnus, vndosus.

A pulsu.

A dolore.

Dolore, dolor in pleuritide est pungens: in hepatis inflammatione grauatius, qui interdum ad iugulum vsque extenditur: alias, ad infernas partes distrahitur. Urina in hepatis inflammatione est longè intensior quam in pleuritide, in qua plerunque ab initio à sanis non dissidet.

Ab urinis.

A tussi.

Tussis in hepatis inflammatione, toto morbi tempore est sine sputo, & à tussi irritantur quia nihil exscreant. At in pleuritide vera & spuria, ab initio sæpe sicca, cruda & indomita appareat, paulo post copiosè spuitur & iuuatur æger. In utroque affectu, febris est continua, minor tamen ex hepate inflammato, quam ex succingente membrana, ob cordis vi-

ciniam. Difficultas etiam spirandi in hepate quam in succingente costas ob eandem rationem est minor. Adhæc in hepatis inflammatione lingua est rubra, aspera & interdum nigra & sicca apparet. In pleuritide verò, semper est madida, & lenta, à continua aut saltem frequenti secretione. Sputi color, in pleuritide variat pro natura humoris eam procreantis: rubeus si sanguis: flauus aut pallidus, si bilis: albus, viscosus & spumans, si pituita: niger aut liuidus, si melancholicus fuerit, quod rarò accidit. Verum hepaticorum color sputi, est pallidus, (ab effusa bile) qui non apparet in pleuriticis.

A spirandi difficultate

A lingua.

A sputi colore.

Causæ pleuritidis tam exquisitæ quam spurix sunt multiplices: quarum aliæ sunt euidentés seu exteri: aliæ antecedentes, & aliæ continentes. Euidentes, vt ictus, casus, curfus, tripudium, vinolentia, crapula, largior aque frigidissimæ potus, corporis denudatio post laborem, aut decubitus super terram, subdio, aut longa sessio super lapidem frig. in aère frigido, aut estuante cælo in umbra, flante borea: frigus ingens, austrina constitutio, venus immòderata, balneum in aqua frigida, excandescencia, esus leporis marini & similia.

De causis euidentibus.

Antecedentes causæ, sunt distillatio frigida è capite per cervicem in scapulas: tandemque si in lateris internos musculos defluerit, pleuritim veram generat: si in externos notham: flatus quoque quoties sese infert inter membranas, externas aut internas, eas distendit, diuellitque à vicinarum partium adhæsu, vnde dolor pleuriticus: humorum influxus, vel retentio superfluitatum, & partium suscipientium imbecillitas, qua fluxio non quidem allicitur, sed promptius excipitur.

De causis antecedentibus.

Dolor (vt de sputi colore diximus) pleuriticus variat, pro situ & loci amplitudine. Nam in tenui, & bilioso sanguine, dolor est atrocior, quam in pituitoso, neque perpetuo est vniusmodi.

Coniunctæ causæ, sunt sanguis bile permixtus, aut sero aliquo dilutus, qui ex vena caua cordi assidente in eâ quæ azigos nuncupatur, ac dein in tenues costarum venas impetu quodam incurrit, ex quibus apertis, aut disruptis exilit, inciditq; in musculos mesopleurios: aut inter costas, & succingentem mēbranam, illicque collectus phlegmonem, verâq; pleuritim parit.

De causis coniunctis.

Pleuritidis nothæ causa, non differt ab exquisita materia, sed tantum situ. Quoties enim sanguis biliosus, aut pituitosus, in

externos thoracis musculos effunditur per ramum qui à vena caua, mox in thorace in alam emerſit, ſi delabitur in partes thoracis externas, pleuritim ſpuria efficit: quãquam hæc inflammationes inter ſe diſtent ſitu, magna tamen ſocietate ſunt cõnexæ, sæpe tamen interioris in externam fit tranſitus & contra.

Signorum alia ſunt *δεικνύσιν*, i. demonſtratiua: alia ſunt *προγνώσιν*, id eſt, futura prædicentia. Demonſtratiuorum, alia ſunt *παθολογιομοίωσις*, i. propria & inſeparabilia, alia dicuntur *συνεδρεύοντα*, i. aſſidentia. Pathognomonica ſigna pleuritidis ſunt pulſus durus, & ferratus ob naturam membranæ, & materiæ copiam. Dolor pungens, & acutus à ſenſu exquisito ipſius membranæ.

Synedreuonta ſeu aſſidentia, ſeu concomitantia, ſunt dyſpnœa, tuſſis, & febris continua, & decubitus facilis in latus affectum, & difficilis in oppoſitum.

Si muſculi meſopleurii inflammantur, decubitus in vtrumque latus eſt facilis: ſi digito pars affecta comprimitur, dolor pungens ſentitur.

Si pars ſuperior membranæ inflammatur, dolor ad iugulum extenditur, ſi inferior, ad hypochoſdrium pertingit; neque lateris dolor tactu neque preſſu ingraueſcit.

*De ſignis
ſpurie
pleuritidis.*

Signa ſpurie pleuritidis ab exquisita diſtinguuntur dyſpnœa, febre, tuſſis dolore, pulſu, decubitu & loco. In hac dyſpnœa, febris, & tuſſis, non ſunt æquè moleſta, veluti in exquisita: quia muſculi meſopleurii, aut thoracis externi tantum ſunt affecti, & non ſuccingens membrana, aut perioſtium, neque interiores muſculi, niſi per ſympathiam. Succreſcit, dolor tactu preſſuque excandefcit & non eſt lancinans. Pulſus quidem eſt frequens, & inæqualis, ſed non tenſus, neque durus. Decubitus in ægrum latus quam in ſanum eſt grauior. De loco, cauſa efficiens eſt externa, & non interna, vt in vera pleuritide. Ab incocta pleuritide parum diſtat, quod vtraque hominem celeriter rapiunt, & longo temporis ſpatio finiuntur, & dolor ad iugulum, modo ad præcordia videtur pertingere.

In hac nulla tuſſis, niſi ſicca: ſputum nullum, ſpiratio exigua, nulla tenſio, in pulſu nulla durities. Gal. v. loc. affect. ca. 2.

Aretæus poſt Hip. lib 3. aphor. & Gal. comment. in aphor. 23. tempus opportunum eſt hyems, & autumnus, ratione frigoris, quia inſtrumenta reſpirationi ſeruientia lædit.

Huic morbo obnoxij sunt ætate prouecti, hoc est, ab anno ^{Qui pro-} 35. ad 50. ob eorum vitæ genus qui corpus imbecillius quam ^{pensi.} iuuenes habent. Hip. aphor. 30. sect. 3. Pueri raro pleuritide laborant, & si ea capiantur, minus moriuntur quam iuuenes: quia eorum corpora sunt rara, fluxibilia & humida. Simili ratione scæminæ quam viri minus pleuritide corripiuntur, & magis senes quam iuuenes teste Aureliano lib. 2.

Si in pleuritide ab initio sputum apparet, breuis erit morbus, si verò posterius conspiciatur, longus. Hip. aphor. 12. ^{Prognostica.} sect. 1.

Qui pleuritide laborant, nisi intra dies 14. supernè repurgentur, (suppuratione facta à die quo æger expuere cœpit) iis in empyema mali fit translatio. Hip. aphor. 8. sect. 5. Qui ex pleuritide fiunt empyi, si à ruptione empyematis intra dies 40. repurgentur, liberantur. Alioquin transeunt in tabem aphor. 15. eiusdem sect. suppurari autem hæc indicant: Dolor ^{Signa futura empyematis.} punctorius solito acerbior, cum pulsatione: febris ardentior: respiratio peior: tussis est arida, & pulsus densus. Vomicam disrumpi ostendit typicus & inordinatus rigor: priora symptomata sensim remittuntur: tunc maior est metus, ne pus affatim (pulmone attrahente) hominem strangulet, qui prima, & maiora effugerat mala.

Quod si in medium costarum irrepserit, easque disiunxerit, & verticem ad exteriora proiecerit, vel ad intestina eruperit plerumque euadit æger. Pleuritis vera, & exquisita in utroque latere æque periculosa esse potest. Quæ si degenerat in peripneumoniam, est lethalis, rationibus supra scriptis.

Pleuritis à sanguine, est salubrior ea quæ fit à bile, aut à pituita. Interdum humor morbificus, per venam azygos (sed raro) expurgatur in renes: quod semel in vita obseruaui, in quodam nobili nomine Petit, anno à Christo nato 1581. Sed quoniam hæc expurgatio non fuit absoluta, in empyema de- ^{Historia tres.} generauit: Eo aperto, pus spatio multorum mensium fluxit, tandem obiit. Valeriola lib. 1. suarum Observationum curatione 4. & 5. duas historias narrat. Vnam de quodam iuueni qui pleuritide incocta laborauerat, ex qua liberatus fuit: Alteram, de proprio filio, qui alui fluxu præter omnium spem seruatus fuit. De raro contingentibus, nihil certi constituitur.

Pleuritide aut peripneumonia detento, diarrhœa interueniens, malum. Hip. aphor. 16. sect. 6. Ex his colligo, veram esse Hip. sententiam, scriptam aphor. 19. sect. 2. Τὰν ὀξείων νοσημάτων ἢ πάμπαν ἀσφαλές αἶμα, καὶ ἀγρορεύσιες ἔτι τῆ θανάτου ἔτι τῆς ὑγείης : i. Acutorum morborum non omnino certæ sunt mortis aut salutis prædictiones. Multa præcedenti cap. annotauimus huic referenda, quæ prætermittenda duxi.

Curatio exquisita pleuritisidis. Pleuritis 4. auxiliorum generibus curabitur: nempe vitæ, venæ sectione, purgatione, & particularibus tam sumptis quam admotis. Aër temperatus ad calidum declinans: quia frigidus aduersatur, autore Hip. aphor. 18. sectione 5. quia sputieductionem impedit: qui si talis non fuerit, arte comparetur.

De victa. Victus ratio similis esto, qualem superiori cap. descripsimus pag. 431. paucis additis. Si æger est iuuenis, quadratus & πολυάμμος atque robustus, & inædiam faciliè ferat, paucis cibis sit contentus, idque primis morbi diebus: quales sunt iuscula pulli gallinacei, vituli &c. alterata herbis refrigerantibus, cum pauco hyssopi: hordeata ex lacte amygdalino comparata: pruna dulcia, vux corinthiacæ, aut damascenæ exacinata: pira cocta &c.

Vbi verò spuere inceperit, tunc copiosius erit alendus, & maximè in nostra Gallia, in qua homines nimis indulgent genio, & copiosiori egent alimento, sine quo eorum vires faciliè resoluuntur, quæ necessariae sunt ad materiæ morbificæ eductionem.

Pro potu vtendum erit ptisana, aut hydrosaccharo, aut aqua simplici parum bullita cum syrupo aliquo bechico. A vino omnino est abstinendum, nisi in morbi declinatione, aut ratione virium quæ sunt conseruandæ, idque in parua quantitate, & in pastu tantum.

At vbi fastidio vrgetur, & vires non sufficiunt, ægro varii cibi sunt offerendi, vt paulum ex singulis degustando famem viter, vt loquitur Celsus lib. 3. cap. 6. Somnus solito sit longior, si fieri potest. Aluus libera esse debet, quæ si talis non fuerit, arte erit sollicitanda balano si pauper, vel clysmate si diues. Vitanda sunt ira, metus, mœstitia, & reliqua animi pathemata.

De euacuatione 2. per venæ sectionem.

Aluo subducta, statim ab initio educatur sanguis, ob morbi magnitudinem, & vitæ periculum, seruata κατ' ἐξῆς ad lib. i. l

æger est iuuenis, & plethoricus, robustus, & constant vires, aut suppressa fuerit perennis aliqua vacuatio, quæ solet fieri per hæmorrhagiam, menses, aut hæmorrhoides, ex vena axillari: siue dolor ad claviculam, aut ad hypochondrium extendatur ex Hip. 3. epid. curat. 8. in historia Anaxionis. At tunc temporis, si febris est vehemens, satius fuerit eius remissionem expectare. Nam in ipso impetu mittere sanguinem, esset hominem iugulare, vt docte annotauit Celsus lib. 2. cap. 10. Quæ si nullo modo remittitur, non omittenda ob vitæ discrimen. Contra, si æger est debilis, aut senex, aut puer, aut mulier prægnans (præmissis prognostico) satius fuerit eam partiri in duas tresue partes, sic vires conseruantur, & medio tempore recreari possunt alimento euchymo.

Succrescit, ob immodicam sanguinis missionem, quantumuis necessaria existat, labascit opere expulsionis facultas, & quod superest intra tumorem præter naturam expellere nequit, aded vt cocta & superata materia æger intereat. Si quid igitur hanc venæ sectionem dissuadet, ad humoris reuulsionem, admouendæ erunt cucurbitæ cum scarificatu parti affectæ, vt quod in ea continetur, ex alto extrahatur: atque hoc facto mirari licet, quomodo inde etiam dolor qualiscumque fuerit, licet vehementissimus, conquieuerit, vt neque fomento, neque alio præsidio indiguerit. Hoc medici priuatique omnes vsi sunt, longa experientia edocti, & iuuant. Trall. lib. 6. cap. 1. Et etiam natibus, vel scapulis cum scarificatu, admoueri possunt: vel sanguisuga in cubito si purior obæsus, cui non apparent venæ. His fit sanguinis auersio, citra vitium iacturam. Quinetiam si causa effectrix est catarrhus (ob cruditatam abundantiam) & æger est debilis, & facile sputum educit, illudque est album, & læue, & dolor est mitis, aut materia est flatulenta, non erit opus (ab initio) mittere sanguinem, sed iuuanda est natura fotu, vnguento, & bechicis post scribendis, vt in spuria pleuritide sæpe obseruamus.

De cucurbitulis.

Quantitas sanguinis est decernenda ex pulsu, sanguinis motu, colore, corporis habitudine, & non ex leipopsichia, quæ eneruat vires, ad humoris coctionem necessariæ.

De purgatione 3.

In pituitosa verò, aut melancholica pleuritide, minus sanguinis detrahendum, quam in sanguinea, aut biliosa.

Post morbi quartum diem: si pleuritis est notha, corpusque ægri cacochymum appareat, considerare oportet causam ef-

feſtricem: ſi à catarrho, aut pituita, bile aut melancholia, aut flatu ſcaturuerit.

Si à catarrho, recurrendum erit ad ea quæ capite de catarrho annotauimus: Si ab aliquo horum trium humorum fiat (præmiſſa phlebotomia) purganda erit pituita, phlegmagogis: ſi bilis, cholagogis: ſi melancholia, melanagogis: ſi à flatibus, diſcutientibus: Benigna purgantia ab initio ſunt uſurpanda, qualia ſunt agaricus troch. rhabarb. ſenna catholicum, diaprunum ſimpl. ſyrupus roſatus, aut violatus ex 9. infuſionibus, caſſia, manna &c.

*De formulis remedi-
diorum.*

℞. Rad. althææ, & liliorum alborum, vtr. ℥. ii. ſem. lini, fœnugræci, & fœniculi, ſingul. ℥. i. ſi fuerint flatuſ: foliorum maluæ, parietariæ, viol. ſuccisæ, & ſcabiolæ, ſingul. m. i. hyſſopi, & florum ſambuci, chamæm. meliloti, ſingul. m. ſ. coque in aqua ſuffi. In colatura ℔b. i. diſſolue caſſiæ cum ſacch. (ſi pleuritis fuerit exquisita) vel hieræ Gal. ſi notha, vel diaphœnici: mellis violati, ſi exquisita, aut mercur. ſi notha, & olei violati, aut chamæmeli, ſingul. ℥. i. ſ. fiat clyſter, ante venæ ſectiõnem iniiciendus. Ex reliquo decocti foue latus dolens cum duabus ſpongiis viciffim appoſitis calidè ſpatio vnus horæ, ex Hip. conſilio parte ſecunda lib. victus acutorum. Ex hoc foru ſæpe dolor remittitur, præcipuè quum pleuritis eſt externa, quia humor contentus per inſenſilem tranſpiratum reſoluitur, vt alio non ſit opus remedio: ſicque diſtinguitur exquisita à ſpuria pleuritide, qui ſi à foru augeri contingit, venæ ſectio eſt illico celebranda, vel purgatio, ſi corpus eſt cacochymum, omnium conſenſu. Deinde ſequenti linimento poſt forum illinetur.

Clyſter.

*Fomentum
ſi pleuritis
eſt externa*

Linimentum

℞. Olei amygd. dul. butyri recentis, & axungie gallinæ, ſingul. ℥. i. medullæ cruris vituli, & muccag. rad. althææ, vtr. ℥. ſ. œſypi humidæ, ℥. ii. pul. iridis flo. ℥. i. croci, ℥. i. fiat unguentum aut linimentum uſui dicto: ſic facilior fit ſecretio, & anhelatio.

Sunt qui ſimplicia foru, ſacculis acu interpunctis includunt, & in aqua coquunt, & latus fouent, quod minus probo, quia ſuo pondere partem nimis grauunt. Alii decoctum veſicis ſuillis includunt, quo latus fouent: ſic calor diutius perſeuerat, ſed ingredientium vis eo uſque non peruenit, ob veſicæ denſitatem. Vel

℞. Cinnamo. ℥. i. rhabarb. ℥. iiii. thamarind. ℥. ii. caſſiæ recens

cens à canna extracta, ℥.i. aut ℥.i. β. si robustus, & aluo duriore est æger. Infundantur omnia simul in decocto pectorali super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi viol. ex 9. infusionibus, ℥.i. fiat potio. *Potio cholagoga.* Vel si delicatus, aut mulier prægnans, fuerit, huius loco dissolue in iure pulli, aut decocto pectorali mannæ Cal. ℥.ii.

℥. Hyssopi, & capilli ven. vtr. m. β. glycyrrh. ʒ. ii. passul. mund. pa. iiii. florum cord. p. i. coque in aqua ad ʒ. iii. colatura infunde agar. troch. ʒ. i. elect. diacarthami, & Indi ma. ʒ. ii. vtr. ʒ. iii. Si pleuritis sit ex pituita & bile, horum vice diaphœnici ʒ. vi. expressioni dissolue syrupi rosati sol. ℥.i. fiat potio mane hora 4. sumenda. *Potio pblegma.*

℥. Polypodij querni contusi, ℥. β. tussilag. & hyssopi, vtr. m. β. sennæ mund. ʒ. ii. epithymi, ʒ. iiii. sem. cuscuta, ʒ. ii. caryophyllorum integrorum num. ii. coque in aqua suffi. ad ʒ. iii. col. infunde per noctem super cineres cal. catholici, ʒ. vi. aut ʒ. i. si aluo est duriore: expressioni dissolue syrupi de pomis saporis, vel de epithymo, aut rosati sol. cum agarico, ℥. i. fiat potio mane propinanda. *Potio melanagoga.*

Expurgato sic corpore, si causa est catarrhus. ad reliquias humoris qui penitus euacuari non potuit, optimum erit aliquod decoctum sudorificum præscribere ex sarza parilla: sic *Si à catarrho.*

℥. Sarzæ parillæ minutim incisæ, ℥. ii. ligni sassafras, & rad. helenij, vtr. ʒ. i. aquæ t̄b. vi. coquantur in fictili vitrato angusti operculato ad tertias, paulo ante finem iniice vuarum damasc. ab acinis expurgatarum, pa. xx. glycyrrh. recentis rasæ & contusæ, ℥. i. β. colatura dulcoretur sacch. aut syrupo aliquo bechico, si dulcibus delectatur æger: cap. quotidie mane hora 4. & secunda pomeridiana, ʒ. iiii. sic per multos dies continuando, donec humor prorsus fuerit resolutus. Hoc remedio non utendum nisi prius tentatis aliis præsiidiis *Decoctum sudorificum.*

℥. Syrupi de papauere rhœas, ʒ. i. β. decocti tussilaginis, hordei, glycyrrhizæ, passul. mund. & florum cord. ʒ. iii. fiat dosis statim ab initio pleuritis: conciliat somnum, expurgat pulmones, & humoris fluxum compefcit leni sua astrictione. *In initio pleuritis.*

℥. Hordei à sordibus purgati, m. i. β. foliorum tussilag. scab. succisæ, pulmonariæ, pimpinellæ, & capill. communis singul. m. i. glycyrrhizæ, ʒ. vi. vuarum damasc. ab arillis purgatarum, pa. x. dactyllorum pa. iii. sem. portul. papaueris albi, *Iulepus in pisuitosa.*

& maluz, singul. ʒ. ii. florum cord. & nymphææ, sambuci, singul. p. i. coque in aqua suffi. ad lb. i. syrupi violati, ʒ. iii. fiat iulepus clar. & arom. pul. diatragac. frig. & fantali albi, vtr. ʒ. ʒ. ʒ. pro tribus matutinis.

*Iulepus in
pituitosa.*

℞. Rad. helenij, & glycyrrh. vtr. ʒ. vi. herb. hyssopi, prassij albi, tussilag. scabiosæ, singul. m. i. saturæ, m. ʒ. passul. mūd. pa. x. ficuum pa. v. sem. viticæ, ʒ. iii. florum sambuci, rorisem. & bugl. singul. p. i. coque in aqua suffi. ad lb. i. oxymellis simpl. & syrupi de hyssopo, aut stœchadis si à catarrho, vtr. ʒ. ii. fiat syrupus clarificat. & aromatizat. pul. iridis flo. pro iii. matutinis.

*Iulepus si
à melan-
cholia.*

℞. Rad. bugl. ʒ. ii. glycyrrh. ʒ. i. foliorum borrag. pulmonariæ, asplenii, & saturæ, singul. m. i. vuarum damasc. exacinaratum, iuiubarum, & sebesten, singul. pa. viii. sem. violarum, ʒ. ʒ. sem. dauci Cretici, ʒ. ii. florum cord. sambuci, & thymi, singul. p. i. coque in succo pomorum ad lb. i. syrupi de succo endiuicæ, ʒ. iii. fiat iulepus clar. & arom. pul. diamarg. frig. ʒ. ʒ. pro iii. matutinis continuis.

Ireretur eadem portio purgans præscripta, quam cap. finitis iulepis. Vel

*Catapotia
si à bile.*

℞. Massæ pil. aurearum, ʒ. ii. rhab. ʒ. i. diadacrydii, ʒ. iii. cum guttis aliquot syrupi viol. fiant pil. vi. deauratæ, quas cap. vt artis est.

*Catapotia si
à pituita.*

℞. Massæ pil. de agarico, ʒ. i. agarici troch. ʒ. ʒ. troch. alhād. ʒ. ii. cum melle rosato, fiant pilulæ vi. deauratæ quas cap. post syrupum. Vel harum loco vtatur pilulis cocciis.

*Ad me-
lancholiã.*

℞. Massæ pil. catholicarum seu imperialium, ʒ. i. pul. sennæ mundat. ʒ. i. macis ʒ. iii. cum syrupo de pomis, fiant pil. vi. deauratæ quas cap. post vsum iuleporum vt supra.

*Bolus in
biliosa.*

℞. Conser. viol. & florum tussilag. vtr. ʒ. ii. pul. diatragac. frig. ʒ. ii. cum saccharo, fiat bolus horis 4. ante prandium deuorandus.

*Bolus in
pituitosa.*

℞. Conser. rad. helenij, ʒ. iii. mithrid. veteris & probati, ʒ. i. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus mane horis 3. ante prandium.

*Bolus si à
melancho-
lia.*

℞. Conser. rad. symphyti ma. & florum viol. vtr. ʒ. ii. pul. diaureos simpl. ʒ. i. cum saccharo, fiat bolus quem capiat vt supra.

Medio tempore, & morbi initium fuerit, vtere syrupo de glycyrrh. in augmento, syr. tussilag. violato, & capilli ven. in

statu, syrupo hyssopi. In declinatione, syrupo de praffio, aut de calamento, aut syrupo conseruat. rad. helenij: & si incrassandum, syrupo iuiubino. His vtendum cum decocto hordei fitis tempore, tam in pastu quam extra illos, & ex cochleari scæuiente tussi, sensim deglutiendo resupinato capite, vt facilius deerrent in pulmones.

Quinetiam habeant sæpe in ore sacch. crystallinum, penidias, tabellas diatragacanthi, aut diaireos simpl. aut pilulas bechicas, aut pastillos qui ex glycyrrh. & gummi tragacanthi præparantur, aut succum glycyrrhizæ. Vel vtatur eclegmatis sequentibus.

℞. Olei amygd. dul. sine calore ignis extracti, ℥. ii. pul. *Eclegmatis* sacch. crystallini, ℥. i. vtendi tempore in cochleari dissoluantur instar linctus, quo frequenter vtatur, præcipue scæuente tussi.

℞. Pul. diatragacanthi frigid. recens præparati ob seminum rancorem in biliosa: aut diaireos simpl. in pituitosa *Aliud.* ℥. iiii. nucleorum pini recentium, ℥. ii. penidiarum, ℥. ii. cum syrupo violato in biliosa, aut de hyssopo in pituitosa, fiat linctus quo frequenter vtatur cum baculo glycyrrh. sensim deglutiendo.

℞. Pulmonis vulpis præpar. ℥. i. pul. diaireos simpl. ℥. iiii. conseruæ florum tussilag. ℥. iii. sacch. crystallini puluerati ℥. ii. cum syrupo capilli ven. fiat eclegma, quo vtatur vt dixi. Vel horum loco vtatur looch de caulibus: de pino. De pulmonibus vulpis, si recentia & non si antiqua fuerint. *Aliud.*

Nonnulla sunt medicamenta, quæ proprietate quadam *Empirica remedia.* specificæ, pleuritidi commendantur: qualia sunt flos papaueris rhœas, pudendum bubulum aut ceruinum tostum, & tenuissimè læuigatum pondo ℥. i. aut duarum cum prisana, aut vino albo, si mitior est febris, qualis in spuria pleuritide, aut cum oleo amygdal. dul. ad cohibendam fluxionem initio curationis ob innatam eorum astrictionem. Simili ratione ab initio valet syropus de glycyrrhiza, ob aquam rosarum quam recipit: necnon corallus rub. & peramen auellanarum rub. & terra lemnia & densapti, & non in augmento. Radix personaræ siccata & puluerata cum nucleis pineis, aut flos eius pondo ℥. ii. cum mulsæ & aqua scab. valet. carduus benedictus, & argentatus, sudores prouocando reuellunt humorem à parte affecta: sed his (vt de decocto sudorifico diximus) nõ vtendû nisi præmissis vniuersalib. Medici Gal. Bracchatæ & Narbon.

in pleuricidē vtuntur turronibus & pandaleonibus.

Alii verò horum vice vtuntur pignolatis, & pasta regia quum vires deijci videntur, in eum qui sequitur modū paratis.

Torrētis.

℥. Mellis albi lento igne cocti, cum pistillo ligneo assidue agitati, ℥.iii. amygd. dul. ex corticatarum & assarum non cōtufarum sed integrarum, mellis probe cocto iniectarum ℥.i. pasta calidē inuoluitur obæliis, quæ refrigerata seruetur in multos dies vsui.

Pandaleon

℥. Pul. diatragac. frig. in biliosa: vel diaireos simpl. in pituitosa ℥.β. sem. maluæ, bombacis, & melonis mund. singul. ℥.4. nucleorum pini recentium, pistaciorum, & amygd. dul. sing. ℥.i. sacch. crystallini, & penidiarum, vtr. ℥. i. β. sacch. albi decocto hordei soluti & in syrapi crassitiem cocti ℥. β. in co

Pignolatū.

dissolue fructus prius tritos in mortario: deinde puluerēs & serua vsui. Pasta erit instar opiæ: vel reducatur in morsellis deauratis, quibus vtetur inter pastus. Hoc remedium tracheiæ arteriæ, thoracis & pulmonis morbis vtile.

Pastaregia

℥. Pul. diapenidij sine speciebus, & pul: diatrag. frig. vtriusque ℥.i. nucleorum pini recentium, vel per noctem infusarum in aqua, & amygd. dul. ex corticatarum vtr. ℥.ii. pulpæ perdicis, vel phasiani, vel capi saginati assæ, & exquisitè in mortario contusæ, ℥.4. sacch. albi, & penidiarum, aqua tuasilag. vel decocto hordei solutorum & coctorum vtr. ℥. viii. fiat pasta. In morsellis deauratis, quibus vtatur in sine pastus, & extra illos vt de pignolato diximus: adde pul. iridis flo. in pituitosa ℥.4. Quoties adest dolor vehemens & intolerabilis, iugisque vigilia, modo vires sint validæ, ex Trall. consilio, vt licet somniferis, vt diacodio, philonio, syr. è papauere. Contra si vires sunt imbecillæ, illis prorsus abstinēdum: quoniam his sumptis languent, & humores eductiōni ineptiores redduntur. Ad reliquias humoris discutiendas paretur sequens emplastrum.

Emplastrū.

℥. Massæ empl. de sulphure, ℥.ii. extende super alutā iustæ magnitudinis, quod lateri admoueatur. Vel quod sequitur.

*Aliud de
ruca nun-
cupatum.*

℥. Rutæ recentis in mortario contusæ, & terebinth. vtriusque ℥.i. galbani, & ammoniaci, vtr. ℥. ii. butyri parū fiat empl. vsui. Quod si materia tandem ad suppurationem vergit, vt in laterali morbo ab ictu, vel casu, plerumque accidit, opus naturæ erit iuuandum. At si humor maturatus resolui nequeat, vsurpatis acrioribus (quàm antea) discutientibus: vomica est apetienda, & vlcus aliorum modo curandum.

Si tumor extrinsecus appareat, suppuretur sequenti cataplasmate.

℞. Rad. athææ, & liliorum alborum, vtriusque ꝑ. i. ℞. rad. *Cataplasma*
 iridis nostratis, ꝑ. i. ficuum, ꝑ. viii. coquantur in aqua suffi-
 ma. Deinde pistentur in mortario, & super cribrum inuersum
 cernentur: & recoquantur in colato iure, cum farinae vola-
 tilis, & fabarum, vtr. ꝑ. i. far. scenogræci, lini, & fimi columbi-
 ni, singul. ꝑ. ℞. axungia porci veteris q. s. Et extra ignem dissol-
 ue vitellos duos ouorum, & croci, ꝑ. i. fiat cataplasma tumo-
 ri applicandum appositâ fasciâ ne decidat, quod mane & ves-
 peri renouetur: & si hoc non rumpitur, adde galbani vino so-
 luti & cocti, ꝑ. ii. vel cauterio potenciali aperiatur, potius quâ
 scalpello vocato. Deinde curetur curatione vniuersali. Quod
 si pleuritis prædictis auxiliis resolui non potuit, neque expur-
 gari & in empyema degenerauerit, ad sequens caput recur-
 rendum erit.

De Empyemate.

C A P. XXXIX.

SI nominis ethymon spectatur *Εμπύημα* dici potest *De nomine*
 in omni parte corporis facta puris collectio, siue il- *& descri-*
 lud in inflammata parte adhuc contineatur, siue *ptione.*
 abscessus ruptus sit. At strictius loquendo: est pur-
 ris collectio in spatio thoracis ac pulmonis.

Ex Gal. lib. de differentiis morborum: Dicitur potest morbus *De causis.*
 toto genere præter naturam in numero, in excessu, ac in ma-
 gnitudine.

Causæ externæ esse possunt, casus, ictus ex pugione, hasta,
 teloue, aut simili ex vulnere inflictio in thorace, aut latere si
 sanguis copiosus à propriis vasis fluxerit: qui si non fluxerit,
 putrescit, & empyema generat.

Causæ internæ sumuntur à prægresso morbo: nempe ab
 angina quum degenerat in pulmoniam, de qua meminit Hip.
 aphor. 10. sect. quintæ: aut à pleuritide de qua meminit Hip.
 aphor. 8. eiusdem sect. alias, quoniam humor serosus aut pitui-

tosus è capite in ventrem superiorem (thoracè nempe) defluit, & putrescit, inflammatio fit, quæ intra dies 20. suppuratur: hinc empyema ex Hip. lib. 1. de morbis, & aphor. 38. sect. 7. & post eum Aëtius lib. 9. cap. 1.

*De signis
diagnosti-
cis.*

Signa tam diagnostica quam prognostica scribuntur ab Hip. li. 2. progn. prognostico 60. & in coacis prænotionibus, & à Gal. lib. 4. locorum affect. cap. 9. & Aëtio loco cit.

Diagnostica sunt, quum febris non dimittit, sed interdum mitior fit, & noctu vehementior apparet: tussis urget, & parum aut nihil expuit: oculi cavantur: maxillæ rubent: ungues manuum curvantur: summi digiti incalescunt: pedes tument, appetitus est prostratus: pustulæ per corpus erumpunt: æger difficulter spirat. Quibus signis sedes Empyematis dignosci possint, docent Hip. progn. 59. lib. 2. & Gal. & Aëtius locis citatis. Nam si ex inflammatione, aut pleuritide fit, ex parte lateris dolentis pus ibi collectum, iudicare oportet. Nam in ea parte inest dolor, calor maior, & pondus graue, quoties æger cubat in oppositum latus. Si empyema fit ex peripneumonia, in vtraque parte pus colligitur, & non in vna tantum parte, vt ea quæ fit ex pleuritide, in qua materia putulenta ex vna parte in alteram penetrare nequit, ob septum, quia thoracem diuidit. Duo alia signa Auic. fen. 10. tertij, tract. 4. cap. 17. annotauit. Vnum, ex decubitu sumptum, qui facilius est in parte vbi continetur pus, quam in opposita. Alterum, si filum lineum demersum in luto rub. dissolutum in aqua, & thoraci admoueat, pars quæ citius exsiccabitur, ibi puris collectio. Gal. lib. de puls. ad tyrones & 4. de causis pulsuum distinguit tempora ex pulsu. In principio (inquit) pulsus solito est durior, vibratus, celer & creber: interdum inæqualis. In statu quum propè maturum est pus, pulsus fit æqualis. Quum verò fit puris eruptio, pulsus est languidior, latior, tardior & rarior. Futuri abscessus signa delineauit Hip. lib. 2. prognostico 65.

De prognosticis.

Si empyema anginae, pulmonia, aut pleuritidi succedat, peius est eo quod sequitur distillationem. Qui ex pleuritide empyi fiunt, si à ruptione empyematis intra dies 40. repurgentur liberantur. Alioqui transeunt in tabem. aphor. 15. sect. quintæ.

Ex suppurationibus quæcunque pus effundunt, adhuc

bilioso existente sputo, valde lethales sunt: siue vicissim, siue simul bilis ac pus reiciantur. Maximè verò si septima die morbi incipiat procedere vel separari suppuratio, ab huiusmodi sputo. Sperandum verò est moriturum 14. morbi die, eum qui talia sputit, nisi aliquod signum bonum ei superuenerit. Hip. lib. 2. prognostico 53. 54. & 55. Contra signa salubria sunt, faciliè ferre morbum, benè spirare, vacare dolore, & sputum faciliè scire, corpus æqualiter calidum & molle apparere, non sitire, atque vrinas, deiectiones, somnos & sudores, singula intelligere bona superuenire: sic enim omnibus superuenientibus, non utique peribit homo. Quod si quædam ex his superueniant, quædam verò non, morietur utique homo, non pertransiens 14. diem.

Per contraria tamen horum, difficilè ferre morbum, spiratio magna & frequens, dolorem cessare, vix spuere, valdè sitire, corpus à febre inæqualiter affici, ventremque ac costas vehementer incalescere, frõte, manibus, ac pedibus frigidis, vrinæ verò & deiectiones, & somnos, & sudores: mala singula intelligere, vt descripta sunt. Sic cerrè si sputo quippiam horum accesserit, morietur homo, antequam ad 14. diem perueniat, aut 9. aut 11.

Aliæ verò puris eruptiones sunt, plurimæ quidem 20. die, quædam verò 30. quædam 40. quædam autem ad 60. diem perueniunt.

Considerare autem oportet principium suppurationis à primo die quo homo febricitauit, si quando primum rigor ipsumprehendit, & si dixerit, in parte quæ dolore vexabatur, pro dolore, pondere ipsum grauari. Hæc enim in principiis sunt suppurationum.

Ex his igitur temporibus rupturam suppurationum fore sperandum est, prædictis temporibus. Hip. prognostico 56. 57. & 58. lib. 2.

Quæ verò ex iis celerius aut tardius rumpuntur, his signis cognoscere oportet: si dolor ab initio fiat, & difficultas respirandi, & tussis, & ex creatio perseveret, rupturam sperare oportet. 20. die, & adhuc ante. Si verò dolor minor fuerit, & reliqua omnia secundum rationem: in his posterius ruptura speranda est.

Signa sup-
purationis
rumpenda-
rum.

Præcedere autem necesse est, ante puris eruptionem, dolorem, difficultatem spirandi & secretionem. Liberantur quidem quos febris eodem die dimiserit post eruptionem, & qui cibos citius appetunt, & siti vacant, & venter pauca ac compacta dimittit, & pus album, leue & æquale fuerit, ac sine pituita, & sine dolore, aut tussi vehementi. Sic enim optimè, ac citissimè liberantur. Contrariâ his si acciderint, moriuntur. Quibus verò ex his quædam superuenerint, quædam verò non: quidam ipsorum moriuntur, quidam longo tempore saluabuntur. Ex empyicis, qui ex pulmonis morbis tales sunt, seniores potius moriuntur: ex aliis verò suppurationibus, iuniores potius intereunt. progn. 62. 63. & 69. lib. 2.

Τοῖσιν ἐμπύριοσι τὸ πνεύματι καὶ κοιλίῳ πύον ὑποχρῆσειν, θανάσιμον:
 1. Empyicis, à pulmone pus duci per aluum, lethale, Hip. prænotione 429. coacaram. Pus in thorace collectum interdum naturæ quodam miraculo in aluum effunditur, per cæcas & anfractuosas vias quasdam, quas docet Gal. li. 5. & 6. locorum affect. cap. 4. & commentario in aphor. 30. sect. 7. Per θανάσιμον, i. lethale, non semper lethale, sed vt plurimum censuit Hip. quod sit ita, sese explicat Hip. lib. 1. de morbis sect. 5. pag. 9. lib. Fæsi).

Ratio, quia puris acrimonia, aluum vellicat, & facultates naturales prosternt: hac sola ratione, inter lethalia signa, puris eductio per aluum est lethalis.

Sputum in omnibus doloribus, qui sunt circa pulmonem & costas, si cito & facilè reiicitur, signum bonum. Contra si tarde & difficile, non bonum ex Hip. progn. 43. lib. 2. & Gal. lib. 1. de crisiibus. Qui pleuritide laborant, nisi intra dies 14. repurgentur, in empyema fit mali translatio. Aphor. 8. li. 5. Hic numerus est supputandus à die quo æger expuere cœpit. Verum est, si pleuritis fit à causa cal.

Curatio.

Curaturus empyema, considerare debet morbi magnitudinem, vitæ discrimen, ægri vires, causam effectricem & naturæ motum: ne sefellisse videatur, aut mali medici, aut histriionis nomen subeat, tales plerunque rem paruum attollunt, & magnam deprimunt, quo plus præstitisse videantur, vt loquitur Celsus.

Si à causa externa.

Si causa effectrix est externa, qualis ictus, aut casus, & ab initio medicus est accersitus, & æger plethoricus fuerit, supposita glande, aut clysmate iniecto, educatur sanguis ex vena axillari

axillari eiusdem partis affecta, plus minusve pro ægri ætate, viribus, anni tempore. At si æger fuerit cacochymus, expurgandus erit medicamentis benignis, & non scammoniatis aut similibus.

Si sanguis in thorace concretus fuerit, dissoluendus erit, tam sumptis quam iniectis per catheterem decocto hordei, ficuum, eupatorij, myriophylli, absinthij ꝑ. ma. &c. melle rosato, aut lacte, therebinthina lota, & similibus, cataplasmatibus suppurantibus, & detergentibus & fotibus, quibus sunt miscenda *συμπιμα* quæ ab alto trahunt, priusquam pus pulmone communicetur, illumque ulceret, qualia sunt fimus columbinus, hircinorum, aut caprarum, aut emplastrum diachyllum cum gummis, quod pus foras trahit.

Denique vlcus ad cicatricem non perducendum, donec expurgatum pus omnino fuerit, ne recidiuet. At si puris portio à pulmonibus trahitur, expurgandum erit medicamentis arteriacis & pneumonicis capite de tussi enunciatis.

Si à catarrho scaturit, & morbi initium fuerit, curabitur *ut* tussis morbofa, quæ fit à materia viscida de qua memini cap. trigesimoquarto purgando corpus vniuersum cephalicis, & arteriacis medicamentis, *ut* ea materia per sputum educi possit, addendo quæ magis abstergant, & extenuent, nisi quum febris adest: tunc minus calidis & attenuantibus vtendum. De venæ sectione in hac causa dubitari potest, quæ conuenire potest, si vires constant, & ei annexa fuerit inflammatio aut morbi initium, priusquam sanguis mutetur in pus ex Auic. præscripto, loco citato. Alias non celebranda.

*Si causa est
catarrhus.*

Sed præmissis vniuersalibus, recurrendum erit ad bechica & ad cauterium potentiale ceruici admotum, potius quam in thorace.

*De venæ
sectione.*

Curatio si empyema scaturiat à pleuritide aut pulmonia.

Imprimis vniuersalia sunt præmittenda, qualia fuerunt descripta capitibus propriis. Deniq; ad particularia descendendum tam in sumptis, & faciendis, quam educendis & ad-mouendis. Si morbi magnitudinem spectes, extrema præsidia requiruntur ex Hip. aphor. 6. sect. 1. quia imminet vitæ periculum, & phthisis immedicabilis. Quinetiam cõsiderandæ sunt ægri vires in pure expellendo necessariz, & naturæ motus, & locus vbi fuerit abscessus seu vomica. Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis quàm eo cõfecto. Hip. aphor.

42. sect. 2. Si à pleuritide frig. oritur, in 14. dies expurgari nequit vt in fine prognosticorum ex autoritate Hip. annotaui: vt in historia Anaxionis apparuit. Hip. lib. 3. epidimiorum sect. 3. curatione 8.

Motus etiam naturæ est considerandus, quæ quod est illi infensum nititur expellere. Si per sputum, iuuanda est eclegmatis, syrupis bechicis, cap. de tussi morbosa, & de pleuritide descriptis.

Si per aluum, clystere, manna, cassia, catholico, syrupo viol. ex noueni infusionibus si extiterit, aut rosato cum agarico, & similibus benignis, quæ diagridium aut myrobalanos non recipiunt.

Si per renes, iuuanda erit diureticis temperatis: qualia sunt rad. graminis, asparagi, rusci, glycyrrhizæ. v. capill. &c. si acrioribus vtendum, mistione aliorum temperentur, ne noceant.

Si simul per aluum & renes, vtroque modo pus sic est expurgandum.

Venter galli infartus sit diureticis & purgantibus, & ius ægro propinetur mane & vtrunque præstabis.

Si per pulmones, & pus non vacuatur per sputum intra dies 40. vt annotauit. Hip. aphor. 15. sect. 5. ne in tabem fiat translatio, iuuetur natura arteriacis, & pneumonicis cap. 7. partis secundæ nostri Enchiridij descriptis. Si hæc non sufficiunt, veniendum ad vstionem, aut sectionem vt docuit Hip. lib. de morbis internis, & lib. 6. aphor. 27. modo pus sensim, & non affatim educatur, ne moriatur æger.

Si pus nondum est confectum, (cognoscetur ex febre & dolore auctis, autore Hip. aphor. 47. sect. 2.) iuuetur foru, cataplasmatè, aut emplastris maturantibus, & digerentibus, quibus adde parum fermenti veteris, aut fimi columbini, aut galbanum si accelerare cupis: & quo citius rumpetur abscessus, eo melius: qui si ad interna rumpitur, graue erit, ob suffocationis, & phthiseos periculum.

Pure genito, quæ rumpunt abscessum sunt adhibenda. Decubitus in partem affectam, iuuat. Priusquam ad vstionem aut sectionem deueniamus (quæ empyematis est extremum remedium) locus est considerandus, vbi administranda erit, & si ægri vires ferant aut non.

Si materia extra fertur, priusquam pessudent vires, & pulmones vlcerentur, & fiat phthisis, cum tanta puris quantitas

per sputum euacuari non possit, operæpretium erit perforare latus candenti ferro mucronato, vt vulnus extrinsecus sit longè latius quam intrinsecus. Perforatio fiet inter 3. & 4. costam, aut inter 4. & 5. eas numerando inferne sursum, eaque distita à spinali medulla, per tres digitos iuxta partem abscessu affectam, quo loco continetur vomica: quod facillè cognoscetur ex dolore, calore, & pondere graui.

Candens ferrum ad thoracis cauitatem vsque peruenire non debet vbi est pus, ne affatim fluens cum eo anima euolat: sed tantum cutis & muscoli, vt doctè annotauit Celsus & Aëtius lib. 8. ad finem cap. 57.

Si ex pulmonia duxerit originem, & pus in vtraque thoracis parte decubuerit, cum tanta eius copia expui non possit, & immedicabilis sit, sine aliquo presidio, non sunt relinquendi, ne ægri desperent, vt loquitur Celsus. Si dolor ob acrimoniam puris est acerbissimus, vti possumus narcoticis in parua quantitate ex Auic. loco citato.

Pro potu vtendum hydromelle aut ptisana tepidè & non frigidè, aut vino oligophoro si nulla est febris, & deiectiones sunt vires. De victu.

Nutriatur cibus euechymis, & eupeptis liquidis potius quam assis: vt hordeatis, iuribus carniū, colaticis, & similibus. Pro bellariis vtendum nucleis pineis recentibus, aut in aqua maceratis prius, amygdalis dulcibus, vuis corinthiacis, aut damascenis exacinatis, ficibus recentibus, martiopane, pignolato, turronibus, pasta regali, &c. Si pus per aluum mouetur, iuribus carniū coquenda sunt atriplex hortensis, cicla, viola, borrago, summitates maluæ: si ad rones, coquantur rad. asparagi, sem. 4. frig. maiora, &c.

Si aluus non fluit, sollicitanda clysteribus benignis, aut balanis. A motu tum corporis cum animi violento abstinendum erit:

Decubitus sit in latus malè affectum, & somnus sit temperatus.

Acetum, & frigida, piperata, & acria, salsa, & flatulenta, & quæcunque crassum, & fæculentum sanguinem procreare possunt, & pisces cœnosi improbantur: saxatiles verò, qui sunt carne dura & friabili in parua quantitate concedi possunt: veluti & oua sorbilia: & testes gallorum nondum coeuntium, & caro testudinum, probantur.

De Tabes. CAP. XL.

Denomine.

Φ *Θίν*, ab Atheniensibus, *Φθίσις*, à reliquis medicis Græcis, Tabes à Latinis dicitur. Si nominis rationem spectas, extenuatio est, quod *Φθίσις* *ὀπίσθεν* *φθίσις*, dicatur. Propriè loquendo nihil aliud est quam pulmonis exulceratio cum febre lenta, qua sensim corpus vniversum liquefcit. Morbus, & symptoma dici potest.

Morbus, ex solutione continui, per quã læditur actio. Symptoma, ratione magnitudinis imminutæ, dum fit macies in toto corpore.

Distinguitur à cachexia, ab atrophia, & ab hectica febre, vlcere quo carent reliquæ tabis seu emaciationis species, de quibus meminerunt Hip. lib. de locis in homine, & lib. de glandulis, & lib. 1. & 2. de morbis, & lib. de internis affectionibus, & lib. 1. epid. textu 18. Et post eum Celsus lib. 3. cap. 22. Paul. Aërius, & Auic. fen 10. tertij, tract. 4. cap. 18. Aurelianus lib. 2. cap. 14. & plerique alij: quas differentias persequi mei non est instituti, breuitatis ergo.

Qui propensif.

Huic morbo sunt propensi, qui stirpe morbosa sunt sati, & qui sunt angusto pectore, restrictoque, & qui à tergo scapulas alarum modo prominentes habent, vnde etiam *πτερυγιστῆς* i. alatos appellant.

Succrescit, qui sunt hepate, aut ventriculo, aut corde calidiorè, multi vapores calidiores in caput eleuantur, qui pituitæ commixti in pulmonem defluunt per instrumenta respirationis, quos successu temporis vlcérant, & tabem generant. Ut, affiduo illisu, durum cauat vndula saxum. Iuuant thoracis imbecillitas, & capitistobur, quoties hæc duo simul coeunt, ex vasorum angustia facillè rumpuntur. Huius rei testis est Gal. comment. 1. in li. 1. epid. textu 18. Tabes quouis sexu, & quavis ætate accidere potest, frequentius tamen incipit iuuenibus, à 18. anno, ad 35. vsque, vt annotauit Hip. aphor. 29. sect. 3. non ratione annorum, sed ob iuuenum vitæ intemperantiam.

De causis.

Causæ effectrices ad quinque reduci possunt: nẽpe ad euidentè, ad vitiosã pulmonis substantiã, ad hæmaphisim, ad defluxionẽ acrẽ è cerebro in pulmones: deniq; ad venenatã qualitã, qualis animaduertitur in lepore marino, qui nõ solũ esu, verũ etiã contactu pulmones vlcerat. Causæ euidentè sunt cõstitutio aëris austrina, & aquilonia ex Hip. sect. 3. aphor. 19. & 21. 22.

& 29. & post eū Celsus c. 1. li. 2. ictus, casus, saltus, tripudiū, vulnus, ingēs frigus, vociferatio elata, cursus intētus &c. de quibus meminerunt Gal. 5. meth. med. & Auic. loco citato c. 19.

Vitiosa pulmonis substantia mollis, & tenella cum sit, non pendet ex intempērie, sed vitio seminis alterius, aut vtriusque parentis, quo tabescunt omnes, aut saltem maior pars illius stirpis nati, vt doctē delineauit Hip. lib. de genitura, & lib. de natura pueri, & lib. de aēre, aquis & locis, & post eum Auic. loco cit. & Poēta Mantuanus. Qui viret in foliis, venit ab radicibus humor: Sic patrum in natos abeunt cum semine morbi. Sic elephanticus, elephanticum: epilepticus, epilepticum: arthriticus, arthriticum, calculosus, calculosum. Tanta vis in semine sita est, vt rabidum tabidus procreat. Sic qui de morbofo semine sunt nati, eadem labēs in prolem transfertur.

● Ex quauis hæmaptoi, non fit phthisis, sed tantum de qua fit pulmonum exulceratio: siue oriatur ex acri fluxione in pulmones, siue ex mensibus, aut hæmorrhoidibus, in totum suppressis. Si bilis, aut pituita salsa, in pulmonis cavitatibus ex fluxione detineatur, successu temporis excandescit & putrescit, pulmonem exulcerat, inde febris, & pus, vt dixi.

Sanguis mensium, aut hæmorrhoidiarum, omnino suppressus, peccat quantitate, aut qualitate, aut raritate. Quantitate, quum ex vena caua ascendente, regurgitat in venā arteriosā, & à motu pulmonum attrahitur, & corū orificia eius copia aperitūtur: hinc *anaquōris*. Qualitate, quoties sanguis fit acrior, sua acrimonia pulmonum venas erodit, & *anaquōris* parit. Si tantum peccat tenuitate, per venarum raritatem refudat in pulmonum bronchiis, qui non expurgatus, putrescit: sic pulmonēs exulcerantur, & fit phthisis, & febris lenta: si ab initio neglecta fuerit, sæpe degenerat in hecticam.

Si ex capite eadem bilis, & pituita salsa, in pulmonēs fluit, & per aliquod tempus in eorum cavitatibus delituerit, nec per spūm tussiendo omnino screauerit, pariter pulmones qui sua natura sunt molles & humidi, facillē eos vlcerat, & febrem gignit ob cordis viciniam: hinc phthisis consequitur. Alias phymatis, i. tuberculi, anginae, pulmoniaē, aut pleuritis signa præcesserunt, ex quibus materia purulenta non satis expurgata, phthisim immedicabilem procreat.

Qui ab ortu in phthisim sunt propensi, phthisicorum com-

De signis.

mercium fugere debent: quia est morbus contagiosus, quorum anhelitus eos labefactat, non minus quam lepus marinus, qui non solum esu, sed in manu diu gestatus pulmones ulcerat, sic cantharides in manu diu gestatae, vesicam sua venenata qualitate: sic torpedo in rete piscatoris, quamuis longè ab eo sit distita, eius manum torpet: sic ex fascinatione & maleficio multi tabescunt, qui humanis remediis curari nequeunt.

Signa incipientis tabis, sunt tussis molesta, qua aliquando eruentum sine manifesto dolore excreatur. Hoc interdum subsistit, tussique sordidum quoddam editur, deinde purulentum, tum febricula leuis adoritur, cuius nulla fit intermissio, quæ tandem hectica facta, mox à cibo, aut potu irrorata, veluti calx vitæa, frigida aspersa, calor qui veluti sepultus videbatur foras emicat in facie, & maxillis. Ulcere magis serpente fit quod scripsit Hip. aphor. 15. & 16. sect. 7. A sanguinis sputo, puris sputum. Et à puris sputo, phthisis, & fluxio. Hoc si syncerum fuerit, in imum aquæ descendit, & subsidet, & carbonibus iniectum graue olet, ex Hip. aphor. 11. sect. 5. fieri tamen potest ut pituita quæ à capite fluit in pulmones putrescat: ex putredine, foetet, & sua grauitate, in aquam subsidet veluti pus sine febre, & ulcere, & phthisi. Exploratio fit dum sit pus vel pituita. Si hæc baculo agiteretur (quia viscida) suum lentorem omnino non perdit. Contra accidit si pus, quod agitatedum, diffluit, quidem, sed paulo post subsidet. Ad causarum effectricum cognitionem, & curationem quamplurima alia signa sunt necessaria, sumpta à pulmonis substantia: à sanguinis quantitate, & qualitate, sapore, colore, dolore, à motu, à loco, à macie, à symptomatum intentione, & remissione, à pulsu, & ab excretis.

Signa quibus pus à pituita distinguuntur.

Ad tabis cognitionem signa necessaria à quibus iudicanda.

1. Substantia pulmonis, rara, laxa, fungosa, & mollis quum sit, facile à quouis humore acri & mordaci, siue à capite, vel aliunde in pulmones deerrat, alteratur & putrescit, & febrem lentam accersit, & vlcus, ex quo cum tussi carunculae quaedam excernuntur, quæ sunt propria pulmonis substantia: quin etiam vasorum substantia rafa, siue ab ineunte ætate, aut ascititia, iuuat.
2. Sanguinis quantitas acquisita victu Sybaritico, aut à suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus instar vtris nimium pleni, dilatato vasorum officio, sanguis confertim fluit, &

ἀνασφραγιστῶν parit, ex qua si sanguinis portio in pulmonum cauitatibus remanserit, vt dixi putrescit, inde vlcus immedicabile succedit.

Qualitas sanguinis si acrior, aut mordacior fuerit, aut calidior, bronchia pulmonum & eorum substantiam inflamat, & erodit, inde *ἀνασφραγιστῶν* subsequitur: ex hac, tabes. Si verbò sanguis tenuior, & pulmonum vasa sint rara, facillè refudat ac putrescit, & *Ἀγγειόδυστον* generat. Sanguis qui per os reijcitur, est tenuis, floridus, & spumofus; si cum dolore paruo, & molesta tussi reijcitur, inditium est vas pulmonis esse ruptum aut erosum. Si verbò cum dolore satis manifesto sanguis reijcitur, à thorace procedit: quia neruofus, & membranofus: pulmo verbò, quia membranula tenui obtegitur, exigui est sensus & ferè indolens.

His succrescit, sapor est considerandus, qui si amarus, aut falsus fuerit, inditium erit causam oriri à fluxione à capite in pulmones. Color quoque, si tenuis & flauus, ab arteriis pulmonum: si ruber, à venis ipsorum pulmonum: si niger, crassus, & nauseat cum grauitate, & vomitu reijcitur, absque nullo febre, aut vlceratione, sine tussi prægressa, & rhombosus: inditium erit sanguinem manare ex venis mesenterij, aut gastrica inferioris.

Differt tamen ab eo qui ex palato, gingiuis, gutture, & aspera arteria reijcitur. Qui ex palato & gingiuis, est sine tussi: Qui verbò ex gutture, cum modica tussi, & *κρηχῆ*: i. qui ex aspera arteria, cum maiore conatu & stertore fit. Si cum sanguine tunica excernatur: aut ea est tenuis, vlcus erit in vena arteriosa, aut arteria venosa: si crassa, vlcus erit in epiglottide, aut in vicinis partibus. Si bronchia (quia magna) excernuntur, vlcus erit in tracheia arteria.

Pulsus phthysicorum, differt ab hectica febre, mollitie, ratione pulmonis, qui mollis est, hecticorum verbò, durus & non mollis: quia sine vlceratione, humidum primigenium consumitur.

Huius affectus magnitudinem monstrant: pectoris grauitas, angor, cibi fastidium, extremorum vespertina frigiditas, & matutina caliditas: sudor ad pectus vsque, vox raucescit, digiti tenues, & eorum articuli crassi, ventres rugosi, capillorum defluuium, ob inopiam alimenti: vngues curuantur: denique facies ab Hip. descripta lib. i. prognosticorum.

*Alia signa
ex Hippo-
crate.*

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

Signa in quo pulmone vlcus fiat, distinguere oportet sequentibus signis. Si æger facilius in vnâ quam in aliam partem decumbit: & si in affectum locum decumbit, spiratio est difficilior, & tussis crebrior euadit. Contra accidit in pleuritide, aut in inflammationibus hepatis, lienis, renum &c. in quibus decubitus est tolerabilior in partem malè affectam, ex Hip. prognostico 59. lib. 2.

Πρόγνῶσις
σικκ.

Pulmonum vlcera difficilem admittunt curationem, ratione causarum effectricum, & locorum & motus continui pulmonis phthisis, quæ fit ab humore acri, & mordaci substantiam pulmonis aut eorum vasa erodente, est immedicabilis, duplici ratione: vna, quia pus ibi contentum expurgari nequit, nisi tussiendo. At tussiendo pectus cõcutitur, & ex hac concussione, vlcus dilatur: Altera, quia pulmo semper mouetur: at vlcus quietem & non motum requirit, vt consolidetur. Succrescit febris quæ est in habitu corporis, quæ fouetur à materia putri, quæ medicamenta humida requirit: Contra, vlcus siccantia. Gal. 5. meth. med. cap. 2. Aëtius lib. 8. cap. 67. & Auic. fen 10. tertij, tract. 4. cap. 18. Ruptum vas pulmonis ex *ἀραξίωσι*, aut *ἀγρίωσι* ab initio curari potest, licet cum magna difficultate. At vlcera quæ sunt in thorace, aut larynge sunt curatu faciliora, quam ea quæ sunt in cartilaginibus. Gal. 7. de vsu partium.

Diuturna pulmonis vlcera, etiam si aliquando curentur vt docuit Auic. & Matthæus è gradibus comment. suo in lib. 9. Rhasis ad Alm. callosas tamen & fistulosas reliquias post se pulmoni relinquunt, quæ temporis progressu leui occasione faciliè refricantur. Aluus cita ab Hippocrate damnatur, aphorismo 14. sectione 5. & à Celso lib. 3. capite vigesimo secundo, quia per aluum morbificus humor excerni nequit: Et facultatis naturalis imbecillitatem portendit. Adde quia symptoma fit ex mala causa, quod signum, esse malum nemo negat. Qui tabe molestantur, si sputum quod extussunt, carbonibus iniectum graueolet, & capilli defluunt, lethale. Et quibus per tabem capilli defluunt, iis fluxione alui superueniente in propinquo mors est. Hip. aphor. 11. & 12. sect. 5. Autumnus tabidis malus inquit Hip. aphor. 10. sect. 3. ob eius frigiditatem, siccitatem, & inæqualitatem. Febres quæ præter heticam tabem comitantur, deterrimæ censentur: inter quas quintana & quartana primas tenent propter materiæ crassitatem.

tiem. His succedit tertiana, & quotidiana, ex Auic. loco cit. cap. vltimo. Reliqua quæ ad prognosim pertinent expressimus ea. de empyemate.

Curatio pro causarum efficientium diuersitate institui debet. Si à catarrho, aut ab angina, aut asthmate, aut tussi morbo- *θρογγίτις*
sa, aut peripneumonia, aut ab empyemate, aut pleurisi, recur- *si ab ἀνα-*
rendum erit ad ea quæ capitibus propriis annotaui, quia ad *σπυγγίτις.*
vniuersalia attinet.

Sic censendum de hæmoptisi, quæ si recens fuerit, & medicus ab initio accersitus, priusquam pulmo vlceretur, & ægrotus iuuenis, & plethoricus fuerit, siue ad vasa, seu ad vires, præmissio leni clystere, aut balano ad maiorem reuulsionem per vices mittatur sanguis pro virium ratione ex angusto vulnere, & vena basilica dextri cubiti. Si quid eam dissuader, cucurbitæ præcordiis admoueantur, & partium inferiorum frictions, & ligaturæ fiant. Nam semel vlceratus pulmo, non facilè (vt in prognosticis ex veterum sententia) dixi, curatur: sed longa mora, & longo remediorum vsu. His celebratis, præscribenda sunt aliqua præsidia quæ sanguinem concretum dissoluant: quale fuerit oxycratum dilusum, aut potio sequens, quæ sanguinis impetum, & eius acrimoniam compescat.

Potio refrigerans, astringens, & sanguinem concretum dissoluens.

℞. Philonij Persici, ʒ. iii. boli arm. & coaguli leporis, vtriusque ʒ. i. pul. diatragac. frig. ʒ. ii. cum aqua pediculi ros. aut plantag. fiat potio, quæ iteranda erit si necessitas postulat.

℞. Gummi arab. & tragac. boli armenæ, & amylli, singul. ʒ. i. troch. de succino, sem. papau. albi, glycyrrhizæ, & *Eclegma*
pul. diaireos simpl. singul. ʒ. ii. pulmonis vulpis præpar. vt *sang. sistens.*
docui p. 462. ʒ. i. penid. ʒ. iii. cum syrupo myrtino fiat linctus, quo frequenter vtetur cum baculo glycyrrh. sensim deglutiendo, resupinato capite vt dixi.

℞. Conser. rad. symphyti ma. & rosarum, vtriusque ʒ. ii. *Opiata.*
theriacæ probatæ, ʒ. iii. cum syrupo de papauere (si somnus

est conciliānus) fiat opiata de qua ca. hora somni ℥.iii. aut ℥.β.

*Syrupus
ad tussim
& ad re-
spirationē.
Ad idem.*

℥. Syrupi de glycyrrh. & de iuiubis, vtriusque ℥.ii. misce, & vtatur ex cochleari fenſim deglutiendo, & cum decocto hordei mundati, & passulis detractis vinaceis loco vini tam in partu quam extra illos.

℥. Sacch. crystallini, penidiarum, & sacch. rosati, aut conferuæ ros. singul. ℥.i. habeat saepe in ore, aut horum loco vtatur tabellis diatragacanthi frig. aut trochiscis bechicis, qui parantur in officinis.

*Historia de
muliere
sabida.*

Quanta vis sit in conferua rosarum docuit Auic. fen. 10. tertii, tract. 5. cap. 6. narrans historiam cuiusdam mulieris quæ longo vsu conferuæ rosarum conualuit & impinguata diu vixit.

*Confectio
decergens
pulmones.*

℥. Terebinth. laricæ, aut abietis, decocto hordei lotæ, ℥.ii. pulpæ passul. & ficuum recentium in hydromelle coctarum, deinde in mortario pistatarum, & super cribrum inuersum traiectarum, vtriusque ℥.i. nucleorum pini recentium ℥.β. pul. glycyrrh. iridis flo. & boli orient. loti, singul. ℥.i. pul. cancorum fluuiatiliū ℥.ii. misce, cap. ℥.β. aut ℥.vi. quotidie mane per multos dies continuando. Si vis etiam bilem educere, quæ saepe est causa anastomosis dissolue rhab. sub. triti ℥.ii. syrupi rosati sol. ℥.i.β. cum decocto pectorali fiat potio: aut huius loco in eodem decocto dissolue mannæ Cal. & syrupi de succo rosarum pallidarum, vtriusque ℥.i.β. Vel in eodem decocto infunde cassiæ recens à canna extractæ ℥.i. tamarind. ℥.ii. myrobal. citreorum oleo amygd. dul. confricatarum ℥.iiii. expressum detur mane: catapotia quæ aloë recipiunt aduersantur: quia aloë venarum orificia (intus sumpta) aperit, autore Mes. cap. de aloë.

*Potio cho-
lagoga.*

Vnguentū.

℥. Oleorum myrthini, & rosati omphacini, si extiterit, aut lentisci, & amygdal. dulcium, singul. ℥.i. adipis hirci, & ceræ albæ, vtr. ℥.β. pul. thuris, sang. draconis, & masticis, sing. ℥.iiii. croci, ℥.i. fiat linimentum quo pectus vniuersum ante & à tergo tepidè illinetur mane & vesperi panno lineo appposito.

*Curatio
tabis à
sanguinis
malignita-
te.*

Si tabes sit ob sanguinis malignitatem vt loquitur Gal. cōment. in aphor. 15. sect. 7. ingrauescunt febris, tussis, & anhelitus difficultas, inde vlcus, & pus insequitur, quod ab initio detergendum per expectorantia, deinde vlcus glutinandum, tum siccandum. Sed dum hæc fiunt, vires erunt conferuandæ alimentis euchymis, & eupeptis post scribendis.

Si mali causa est *anæsthesia*, recurrendum erit ad ea quæ annotavi cap. de hæmoptisi & de asthma. Vbi morbus iam inueterauit, medicandi ratio sumitur à febre, ab vlcere, & à yiribus. A febre putrida, aut hectica; putrida, curari nequit, quin prius vlcus fuerit sanatum, quod suo retro vapore & maligno eam fouet. Hectica, quia hæc est in habitu, quæ non nisi longo temporis spatio, & remediorum vsu, (& difficilè) curatur.

Tunc neque venæ sectio, neque purgatio locum habebunt ne plus iusto deieiantur vires, quæ sequenti victu conseruabuntur. *De victu.*

Si febrem spectas, refrigerantia & humectantia: si vlcus, siccantia: si emaciationem, nutrientia desiderantur: Inter has difficultates, medium tenendum, ex Gal. 5. meth. med. qui tabidos ad Thabias relegabat. Est monticulus inter Surrētum & Neapolim situs valdè temperatus, quo loco facilius sanabantur. At quibus eundi non datur facultas aër est deligendus temperatus, qui si talis à natura non reperitur: arte quantum fieri poterit comparetur. Huius loco Celsus li. 3. ca. 22. & post eum Aretæus, cap. 8. lib. morb. diutur. curat. nauigationem super mare propter saluginem, quæ vlcera terget, & siccet, & cæli mutationem, si vires ferunt idque circa morbi initia consuluerunt. Si id virium imbecillitas non sunt, aut nauigationem quid prohibeat, lectica saltem corpus mouendum, aut alio modo, scilicet in aëre sicco ex Auic. fen. 10. 10. tract. 5. cap. 6. & Rhafi lib. 4. sui continentis, ratione vlceris à quo potius quam febris est habenda ratio. *De aëre.*

Contra austrinæ, & aquilonæ constitutiones, & temporum inæqualitas, qualis obseruatur in autumno, aduertantur ex Hip. aphor. 10. sect. 3. Simili ratione aër nubilosus, & pluuiosus est noxius. Indulgendum quieti, ne spirituum fiat dissipatio in motu. Huius loco, leuis frictio ante pastum, utilis erit, vt calor sopitus suscitetur, & meatus aperiantur, & fuliginosa excrementa per meatus exiles excutiantur.

Silentium optimum. Somnus meridianus, est noxius, & præcipuè si mali causa est catarrhus. Veruntamen si xger nocte neque mane dormierit, horis tribus à pastu erit concedendus.

Vigiliæ, exercitium, fames, sitis, venus, inanitio & omnia animi pathemata (gaudio excepto) & quæcumque corpus ex-

siccare possunt, sunt vitanda. Contra, instrumenta musica, dideria, cantilenæ delectabiles, ludus, & quæcumque exhilarant, & mulierum confabulationes si his delectatur, erunt ex usu. Aluus si durior fuerit, humectetur clysteribus refrigerantibus, & humectantibus, & nutrientibus, si opus fuerit ex iure carniū cum herbis borrag. & violarum, hordeo, prunis, & sem. 4. frig. maioribus, sacch. rubro, melle violato, cassia & vitellis ouorum quotidie iniectis. Contra, si aluus est libera, non concitanda metu alui fluxus qui tabidis est perniciosus ex Hip. aphor. 14. sect. 5. Cibis liquidus sit potius, quā solidus, quia facilius per vniuersum corpus distribuitur ex Hip. aphor. 11. sect. 2. euchymus: quoniam phthysicorum calor est imbecillus, vt corpus emaciatum instauret, & vias à siccitate contractas, facilius subeat, & penetrat, quique ratione febris non nihil refrigeret, & ratione vlceris detergeat, & ratione solutionis continui glutinet, quas dotes omnes in lacte reperiuntur. Si tantum nutrire cupis, muliebri primas tenet: si glutinare, vaccinum aut ouille, quia caseosius: si detergere asininum, aut caprinum, quia serosius, Gal. lib. 5. simpl. medic. cap. 29. Has dotes potes augere aut minuere idonea victus ratione, pastu herbarum refrigerantium, vt lactuca, portulacæ, cichorii, salicis, vitis pampinorum, fœnic. hyssopi, satureiæ, adianti & hordei, & fol. rubi, lentisici, quercus, oxyacanthæ Diosc. & similibus, sic potentius glutinat, ex eodem autore Gal. 7. meth. med. & lib. 3. de alimentis, & lib. 1. sanitatis tuendæ. Sumendum mane vacuo ventriculo horis 3. vel 4. ante pastum, ad quantitatem ℥. iiii. aut vi. cum saccharo rosato, aut violato puluerisato, eodem calore quo ab vberibus prodit, per multos dies continuando: quod si probè confecerit sequētib. diebus augere potes dosim ad ℔. i. usque. Si detergere in animo est, loco sacch. mellis crudi Gallicæ Narbonensis aut Brachatæ in lib. singulas lactis iniice ℥. ii. Si verò glutinare & æger pauper fuerit sume tantundem mellis cocti, aut parum salis puluerisati ne accescat aut corrumpatur. Si hyems fuerit, vas contineatur in fictili aqua repente & prapatio. semipieno in quo iniectum erit saccharum aut mel. aut sal lintheo cooperitum: sic lactis calor conseruatur & ab ambiente aere non mutatur. Hausto lacte colluendum os, ne dentes nigrescant autore Orib. non dormiendum; (si noctu placidè dormierit.) Contra, si non dormieris, dormiat, vt eius vires con-

De clysteribus.

De cibo.

De lacte.

Lactis vnturatio.

seruentur: corpus non exercendum sumpto lacte, neque vllis frictionibus vtendum, ne crudum in corpus trahatur. Aduersatur capite dolentibus, & febre acuta tentatis, & sitientibus, & quibus hypochondria sunt elata aut murmurantia, auctore Hip. aphor. 64. sect. 5.

Quibus officit & quibus vtile.

Aduersatur quoque quum vrina biliosa apparet, aut fluente catarrho (inquit Perrus Apponensis differentia 194.) aut quum febris putrida, heclicæ est copulata. His exceptis conuenit tabidis emaciatis, & febribus diuturnis. Nonnulli solo lactis potu sunt sanati, vt referunt Auic. & Rhasis, locis superius citatis.

At præstantius foret, si chalybs aut candens ferrum in eo fuerit extinctum, aut parum bullierit, vt eius aquea humiditas absumatur. Si fortè acescit lac in ventriculo ægroti, quotidie mane aut circa medium noctis capiat scutellam vnam hordei mundati cum lacte amygdalino cocti, & saccharo rosato cum sem. frig. ma. sem. papaueris albi, & nucleis pineis recentibus aut præmaceratis in aqua frigida, aut rosacea obrancorem & superdormiat.

Preparatio

Substitutū

Panis sit similagineus probè coctus, fermentatus, sale & semine anisi conditus, si ventriculus flatibus scater. Et si æger fuerit emaciatus, vtatur iuribus, & succis carniū, veruecis, vituli, capi, perdicis, phasianorum, extractis: necnon consummatis, colaticis, & similibus ex iisdem carnibus paratis, quæ multum nutriant, & pauci sunt excrementi: necnon pane eloto, & in eodem iure cocto hordeatum, auenatum, oriza, testes gallorum non coëuntium, oua sorbilia, butyrum, caseus recens, caro testudinum, ostreorum, cancrorum fluuialium, aut astacorum. Hæc animalia tabidis esse vtilia credidit Gal. 3. alimentorum sub finem: necnon neotericorum experientia: quia extincta putrilaginem non admittunt: idem præstat caro ranarum.

De pane.

Quibus alimentis sunt mueriendi tabidi.

Acipenser, perca, & lucius inter pisces saxatiles concedi possunt, necnon puls cum farina hordei, & lacte cocta, aut cum iure pedum animalium vituli, veruecis &c. Cochlex, & caro vulpis, erinacei, hædi, agni, & quæ glutinosa crit, concedi potest. In nostra Gallia non sufficit tabidos bis aut ter in die cibare, (quia cæteris nationibus plus indulgent genio) sed quater, quinque aut sexties etiam ex Hip. instituto aphor. 7. & 18. sect. 2.

Quæ longo tēpore extenuata sunt corpora, sensim reficere oportet (per alimenta superius annotata) quæ verò confertim & celeriter alunt, celeres etiam excretiones esse solent: in eadem quoque sententia fuit Gal. 7. meth. med. qui macilentos parcè & crebrò esse cibandos docet, & valentius alimentum esse illis offerendum vesperi, quam mane: hætenus de victu.

*Pulmonis
vulpis præ-
paratio.*

*Quæ à for-
ma specifi-
ca satis con-
ueniunt.*

*Oleum vi-
trioli.*

*Composita
& simplicia.*

Nunc de medicamentis, quæ huic morbo tam deplorato agendum, qualia sunt pulmo vulpis præparatus hoc modo: Diuidatur in frustula, & lauetur in vino albo, & aqua rosarum: deinde vna aut altera ebullitione coquatur: deinde rursus lauetur in alio vino albo, & siccetur, & siccatus seruetur vsui. Pulmo herinaccus simili modo præparandus: pulmo & cor anseris syluestris: caro plitaci, adeps renum capræ syluestris, & hirci: coagulum leporis, aut hædi, hæc omnia pulmones cōsolidant potius à facultate specifica, quam manifesta, & si quid sanguinis in illis concretum fuerit, dissolunt. Pulmonaria herba quouis modo sumatur: sunt qui pro secreto dant, duas aut tres guttas olei de vitriolo, cum aqua rosarum & modico sacch. rosati, seu conseruæ rosarum ab initio morbi, priusquam ægri vires pessundēt, & vlcus, & macies augeatur.

Inter composita quæ in officinis extant, numerantur eclegma de pulmone vulpis: caro testudinum, & coxæ ranarum in aquis viuentium, cancri fluuiatiles, caro asinæ, & cochleæ, de quibus Quintus Serenus Samonicus in suis versibus sic cecinit,

Si verò phthisis annosa sedet improba morbo,

Inritas vino cochleas hausisse iuuabit.

Proderis & veteris seui pila sumpta suilli

Carne asinæ se uoque capræ medicina salubris.

Nunc de medicamentis quæ à qualitate manifesta opitulatur, ab antiquis & neotericis comprobata, quæ sunt varianda pro 4. morbi temporibus. Imprimis de ἰσχυρίαις, i. quæ sanguinem sistunt nullam mentionem faciam, quoniam satis abundè memini cap. de hæmoptisi.

In omni vlcere fordido, imprimis detergendum medicamentis πικρῶν seu ἐκχρηστικῶν, i. detergentibus: deinde χαλκῶν, id est, glutinantibus: denique ἐπιλωπικῶν, i. cicatricem inducentibus non tantum in externis, verum etiam in internis obseruandum: nisi hæc methodus rigidè obseruatur

*De medica-
mentis de-
tergentibus.*

res non succedent ex animi voto. Ulcera detergūt tam sum-
 pra quā admota, cichorium omne, succus rosarū, glycyrrhiza,
 betonica, agrimonia, farina lini, fœnugr. & hordei: mel crudū
 potentius cocto, sed mordacius. Contra, coctum potentius
 crudo glutinat. Idem præstat saccharum rub. terebinthina,
 thus, myrrha, marrubium, absinthium p. matus, melissa, scor-
 dium, semen vrticæ; radices iridis, cyperi, ari, dracuntii, gentia-
 næ, aristol. vtr. helenii, &c.

*De glutinā-
 ribus &
 expectorā-
 ribus.*

Κολησικον medicamentum crassæ & terrenæ substantiæ esse
 debet & astringens siccum ordine 2. & in calore temperatum:
 vt arnoglossum, synoglossum, miriophyllum, salicis & vlni
 folia, & huius cortex medianus, & succus ex pomis expressus,
 radices & folia symphyti ma. medii, & minoris: cortex thuris,
 scilla, paucratium, polypodium: scabiosa, pimpinella, succisa,
 tussilago, origanum, calamentum, porrum, allium, cepa, abro-
 tanum, tanacetum, hyssopus, satureia, thymus. Semina cartha-
 mi, iuniperi, liseleos, anisi, gossipii, & fœniculi. Fructus, poma
 dulcia, iuiubæ, sebesten; ficus, dactylli, vux Corinthiæ, Da-
 mascenæ exacinatæ, nuclei pinei, pistacia, auellanæ tostæ, &
 amygdala dulcia, crocus, hordeum integrum, & excorticatū,
 quod non minus deterget quam glutinat & expectorat:
 auena, à priore cortice etiam mundata, amyllum, semola, &c.

Composita sunt syrupus violatus, de tussilagine, de gly-
 cyrrh. de prassio, de hyssopo, capil. veneris, de iuiubis, de
 succo end. syrupus symphyti ma. myrtinus, & de papauere,
 ecclegma de caulibus, de pino, de pulmone vulpis, &c. mi-
 thridarium, theriaca, tabellæ diaireos simpl. & diatragacanthi
 frig. pastilli bechici, sacch. rosatum, & crystallinum, penidiæ.
 Epulotica potentius astringunt & siccant, quam colletica, &
 crassioris sunt substantiæ, & frigoris participia, & non ca-
 loris sine morfu: vt terra lemnia, aut armenia, lapis hæmatites,
 malicorium, balauustum, myrrthus, corallus, &c. Suc. glycyrrh.
 tryphera persica, conserua rosarum, troch. de succino. Ex
 superioribus solers medicus omnis generis remedia suo
 Marte componere poterit modo illis aliqua misceat, eo-
 rum quæ à forma specifica agunt, & distinguat pro vlcere
 4. temporibus: neque desperet de ægrotantis salute, li-
 cet morbus difficilis sit curationis, quoniam multi morbi
 curantur contra medici sententiam. Acutorum morborum
 non omnino sunt certæ prænuntiationes salutis aut mortis.

Hip. aphor. 19. sect. 2. In eadem opinione quoque fuit Celsus.

Præter formulas capitibus superioribus enunciatas, quæ huc aptari possent, aliquas dabimus in iuniorum Medicorum fauorem.

Pul. ad varios vsus.

℞. Carnis testudinis in decocto hordei elixatæ, aut in eius penuria (quæ ubique non reperiuntur) cancrorum fluuiatilium, aut astacorû, aut pulpæ capi bene saginati, ℥. ii. amygd. dul. delibratarum, & strobilorum, i. nucleorum pini recentium, ℥. i. β. penidiarum. ℥. i. pul. resumptiui, aut diapenidij sine speciebus, conferuæ viol. (si febris est intensa) aut capilli ven. (si est remissa) vtriusque ℥. β. amylli, ℥. ii. sem. 4. frig. ma. mund. & papaueris albi, & pulmonis vulpis præparati, vt docui, pag. 462. singul. ℥. i. sacch. albi aqua stillatitia scab. aut pulmonariæ soluti, & cocti, ℥. viii. ex arte paratur pasta in morsellis deauratis redacta, de qua capiet inter duos pastus, ℥. i. Ægrum nutrit, vlceris saniem expurgat, & anhelitum faciliorem reddit.

℞. Sem. papaueris albi, ℥. x. sem. 4. frig. ma. mund. & bombacis vice sem. cydoniorum, singul. ℥. vii. sem. maluæ, portulacæ, cineris cancrorum fluuiatilium, succi glycyrrhizæ, coralli, & farinæ orobi, vice amylli, singul. ℥. v. gummium Arabici & tragac. pulmonis vulpis præpar. vt docui singul. ℥. iii. penidiarum omnium par pondus, fiat pul. cap. quotidie mane ℥. ii. aut tres cum syrupo de iuiubis, aut de papauere & ptisana, si increffare cupis, aut somnum conciliare. Autor huius pul. fuit Halyabbas in sua regali dispositione, cap. ii. li. 6. suæ Practicæ, ex quo Valefcus de Taranta foelici successu deploratum monachum sanitati restituisse fatetur: ex hoc puluere parari poterunt tabellæ, eclegmata, aut quoduis aliud remedium pro cuiusque laborantis palato. Vt

Pignolatâ.

℞. Pul. præscripti, & pistaciorum à membranula mund. vtr. ℥. i. nucleorum pini recentium, ℥. ii. sacch. albi aqua scabiosæ soluti & cocti ℥. viii. dissolue pistacia, & strobilos integros & pul. hinc fiat pasta in morsellis deauratis, quibus vtratur pro bellariis in fine singulorum pastuum, loco pastæ regiz.

Aqua stillatitia.

℞. Carnis testudinis, aut cancrorum fluuiatilium, aut astacorû, aut cochlearum lb. ii. sanguinis porci, aut leporis, aut herinacæ, aut vulpis, lb. β. conferuæ rosarum, ℥. iii. omnia distillentur

stillentur in alembico vitreo, & quotidie mane e. §. iii. Si nimis aqua ingrata fuerit, adde sacch. rosati quantum videbitur. Vel huius loco paretur gelatina ex carne vituli, capi, & pedibus veruecis, & saccharo rosato, qua sæpe vteretur.

Si constiterit vlcus esse satis purgatum, agglutinetur sequenti

℞. Looch de pulmone vulpis, §. i. pul. diatragacanthi frig. §. ii. boli arm. terræ sigillatæ, lap. hæmatitis, & pul. rad. symp. ma. singul. §. i. cum syrupo myrrhino, fiat linctus, quo sæpe vteretur longè à pastu sensim deglutiendo, & diu continuando. Simili ratione, alia eclegmata ex præscriptis parari poterunt. Balneum aquæ dulcis, vtile esse potest, initio morbi, modo rabes non sit à catarrho, aut pulmo nullis scateat excrementis, aut quum sanguis fluit, aut fluxurus timetur. Proficuum tamen iudicamus, quum corpus fuerit extenuatū ab vlcere pulmonis: quia siccitatem totius corporis emendat, modo diu in eo non moretur, & calidum non sit, sed tātum tepens, ne moueantur sudores, & æger non sit raro habitu, sed denso. Sunt qui in eo, (vt sit efficacius) coquunt herbas refrigerantes, maluam nēpe, violas, borraginem, folia salicis, & cucurbitæ: alij addūt lac asininum, aut caprinum: modo in eius exitu (vbi corpus siccatum fuerit) tota rachitis, & vniuersum pectus, oleis astringentibus (vt rosato omphacino, myrrino, lentiscino, aut alio eiusdem facultatis) illinetur: ne sudores erumpant, diffidenturque spiritus. In eo ieiunus ingrediatur: deinde horis duabus à balneo cibetur æger: per multos dies sic continuando, si ex eo leuamen percipit Hip. li. 2. de morbis, curatione 42. sub finem agens de balneo consulit, lauare tepida, excepto capite, quod quàm rarissime lauati debet. Vnguentā astringentia vice oleorum vsurpari possunt.

*Linctus
vlcus κοχ-
λινικον.
glutinans
& siccans.*

*De balneo
vsu.*

Si phthisis scaturit à catarrho seto secundum colli longitudinem, aut cauterium potèntiale occipiti inter primam & secundam cervicis vertebram, vel inter coronalem & sagittalem futuram admotum proderit. In aliis vero causis inutile erit. Suffitus, dropaces & sinapismi tempore & loco vsui esse possunt.

Ve curatio ritè instituat, omnia sunt distinguenda, ex cordis temperie, ex victus genere antecedente, & causis efficientibus, & morborum idæis: hinc varia remedium genera sunt instituenda.

*Curatio
vniuersalis.*

Si ab aliqua causa externa prouenerit, seu potu alicuius ueneni, aut morsu, aut ictu alicuius animalis, curabitur alexiteriis tam sumptis quam admotis, uel aqua stillatitia in nostra Paraphrasi gallica in pharmacopeiam descripta pag. 474. appendicis, & victu consentaneo.

Si à causa idiopathica aut sympathica fuerit, à contrario curabitur, habita ratione partis à qua scaturit.

Victus in causa calida, sit mediocriter frigidus: in frigida, mediocriter calidus: boni succi & tenuis. In hac vinum oligophorum pro potu concedi potest: in illa, syrupus violatus, nenupharinus, iulepus Alexandrinus, aut syrupus granatorum, aut limonum, aut omphacii, cum decocto hordei, aut rad. acetosæ conceditur, vinum denegatur.

De victu.

In utraque, vitanda sunt medicamenta astringentia, fames, coïtus, æstus, uigilia, iræ, & immodicū frigus. His addit Auic. loco citato cap. 3. in cordis intemperie frig. aucto: ut licet calidis: in calida autem non ita audacter utendum frigidis: quia à calidis, vis cordis dissoluitur: à frigidioribus, cordis qualitas refrigeratur: Astringentia, vaporis inclusi exhalationem cohibent. In frigida palpitatione, nonnulla calida semper sunt miscenda, ut insitus cordis calor conseruetur, & sint cæteris pro vehiculo. Contra in calidis non semper frigida sunt permiscenda, nisi ea valdè sit intensa.

Si à flatu, discutientia sunt vsurpanda.

Si ab humore concluso in pericardio fuerit, victu tenui, uenæ sectione, & medicamentis extenuantibus, & corroborantibus tam sumptis quam admotis, utendum.

Si à serosis humoribus in uenis contentis scaturit, ne in arterias, & cor profliant: vacuentur medicamentis hydragogis, quibus aliqua cardiaca misceantur.

Si à vermibus sit palpitatione cordis, purgatione, & admotis amaris, utendum, ut Mesue docet, cui consentiunt omnes neoterici.

Si consensu alicuius partis, eius affectus curetur. Ex quibus cardiacis præsidia concinentur: qualia sunt buglossum utrunque, flores ros. viol. nymphææ: semen mali

De cardiacis temperatis simul & frigidis.

citrij, & eius succus: & limonum, aurantij, granatorum, omphacij, cydoniorum, & pomorum, & acetum ipsum, & semen acetosæ.

Inter fructus, sunt cerasa, berberis, pruna acida, pira, mala persica, coriandri semen præparatum: santalum triplex, corallium, succinum, spodium, caphura sumpta, admota, & collo suspensa prodest. Bolus arm. terra lemnia, &c.

Cardiaca à facultate specifica.

Quæ à cæca facultate agunt, sunt folia auri & argenti, vniones, fragmenta v. lap. pretiosorum & bezoard, ebur, os cordis cerui, aut bouis, cornu rhinocerotis, blatta bifantia: cor porci, aut bouis, aut cerui caryophyllis infartum, aut transfixum, in veru assatum, vel super prunas, prius in aqua coctum vt sit tenerius, vel distillatum in balneo mariæ prius maceratum in vino maluarico aut simili, additis nonnullis aromaticis cardiacis temperatis, vel frigidis superius enunciatis si causa palpitationis est calida: vel calidis, si causa est frigida, vt dixi.

Composita cardiaca quæ in officinis frigida extant, sunt syrupi qui ex succis præscriptis præparantur, & conseruæ florum cichorii, viol. rosarum, buglossi, calthæ, pul. diamarg. simpl. & comp. diatria santali, mina cydoniorum simplex, sacch. rosatum, & violatum, trochisci de caphura.

De cardiacis calidis. Simplicibus.

Inter cardiaca calida, tam simplicia quam composita, sunt lignum aloës & rad. helenii, angelicæ, imperatoricæ, galangæ, zedoariæ, dictamni, (& eius folia, & flores) pentaphylli, tormentillæ, tunicis & eius flores. Cortices cinnamomi, macis, citrii, auranciorum. Semina amomi, cardamomi, cubebæ, ocimi, 4. cal. ma. herbæ cardui bened. scabiosæ, melissæ, calaminthes, mentæ, rorism. calthæ, folii, & polii: caryophyllus, nux moschata, castorium, moschus, ambarum, crocus, styrax cal. beniuinum.

De compositis.

Composita, sunt mithridatium vetus, theriaca antiqua, aurea Alexandrina, opiata Salomonis, confectio alchermes, & de hyacintho: pul. diamoschi, diambæ, de gemmis, pleris arcontici, diagalangæ, dianthos, diacinnamomum, aromaticum rosatum, & caryophyllatum: trochisci de Gallia, & alipta mosch. Vinum optimū, maluat. & apianum, aqua stillatit. cinamo. imperialis, clareta: &c. sulphur, & aquæ naturales sulph. nitrosæ, salisæ &c. Ex superioribus varia re-

mediorum generatam in frigida, quam calida causa parari poterunt.

Si cordis palpitatio prodierit à sumpto veneno, aut ab icu, morsuue alicuius virulentæ feræ, sequentia præparentur.

*De curatio-
ne particu-
lari.*

℞. Theriacæ probatæ & veteris, ℥. β. syrupi conseruat. corticis citrii, ℥. i. aquæ stillatitiæ melissæ, aut scorzoneræ in albico vitreo stillatæ q. s. fiat potio illico sumenda, priusquam virus aut venenum sumptum scuiat in cor vitæ principium. Vel

*Ab opoto
veneno aut
iclu viru-
lentis f. r. a.*

℞. Pul. lapidis bezeardici veri & non supposititij ḡ. xii. pul. diamarg. frig. & terræ lemnæ, aut boli arm. vtr. ḡ. ii. mithridatii veteris & probati, vel theriacæ probatæ, ℥. iii. syrupi de succo buglossi, ℥. i. cum decocto tormentillæ, aut pentaphylli, (ambo sunt eiusdem facultatis) fiat potio. Deinde cor muniendum sequentibus.

*Potio alte-
ra.*

℞. Fol. melissæ siccorum, sem. ocimi, & cardui bened. singul. ℥. i. pul. diamarg. frig. & diamoschi, aut diambæræ, aut de gemmis, vtr. ḡ. iii. caryoph. & troch. galliæ moschatæ, ḡ. tinctorum, & croci, singul. ḡ. ii. fiat pul. quo paretur paruus sacculus pyramidali figura, cum serico rub. & gossipio intersutus pro corde.

Sacculus.

℞. Pul. dianthos, & aromat. rosati, ligni aloës, singul. ℥. i. macis, caryophyllorum, granorum tinctorum, rosarum rub. & florum buglossi, singul. ℥. β. ambaris cineritii, & moschi orient. vtriusque ḡ. 4. aquarum stillatitiarum borrag. & melissophylli, vtriusque ℔. β. vini opt. & succi citranguli, vtr. ℥. ii. fiat epithema cordis regioni tepidè admouendum cum panno rubro denso spatío vnus horæ, ter in die continuando: Deinde applicetur sacculus præscriptus. Vel quod sequitur

*Epithema
cardiacum*

℞. Conseruæ anthos, aut cort. citrii conditæ cum melle, aut nucis mosch. conditæ ℥. i. theriacæ veteris & probatæ, ℥. β. fiat emplastrum super pannum coccineum densum figura pyramidali cordi applicandum.

*Empl. ale-
xipharma-
cum.*

Si esu fungi venenati scaturiat, imprimis prouocetur vomitus: deinde propina sequentem potionem.

*Si esu fun-
gorum.*

℞. Chalcanthi vsti & loti (extremis morbis, extrema sunt adhibenda remedia) ℥. i. succi citranguli, aut limonum, ℥. i.

Antidotus

aquæ bugl. aut scab. aut calthæ, ℥. ii. fiat potio post vomitum sumenda. Multi verebuntur vsum calcanthi quia escharoticum: eius maligna qualitas emendatur vstione, & lotione & mitione aliorum. Deinde transeundum ad alia alexiteria tam interna quam externa.

*Curatio à
causa ca-
lida.*

Si ab inflammatione alicuius visceris oritur, siue à sanguinis copia, vt in iuuenibus ob hæmorrhagiam naturalem suppressam, vel mulieribus, quibus menses non respondent: aut iis quibus hæmorrhoides sunt retentæ: aut iis qui nimis indulgent genio: aut ab aqua in pericardio concepta. Imprimis instituta victus ratione refrigerante, humectante, & tenui: & supposito clysmate, si alius est suppressa, sanguis educatur ex basilica dextra si hepar: aut sinistra, si lien afficitur ad ℥. viii. plus minusue pro virium ratione, ætate, anni tempore, & plenitudine, quæ si magna est, etiam venæ poplitis aperiri possunt autore Gal. lib. 5. locorum affect. & Auic. & eius sequaces. Contra si corpus est cacochymum, purgatio erit instituenda: & si apparent obstructions, (quales plerumque apparent in virginibus) sunt referendæ: Si flatu, discutientia sunt vsurpanda: deinde cor roboretur, tam sumptis quam admotis: hoc modo.

*De venę
sectione.*

*Electuariū
solidum.*

℥. Lap. becardici veri, ℥. viii. coralli rub. margaritarum, & lap. v. pretiosorum super marmor sub. tritorum, sing. 3. β. ossis cordis cerui, aut bouis, aut ramenti eboris, vtr. 3. i. conseruæ florum calthæ, ℥. β. sacch. albi aqua stillaritia acetosæ soluti & cocti, ℥. iii. fiant tabellæ pondo 3. ii. cap. vnam quotidie mane vel alternis matutinis horis tribus ante primum pastum, superbibendo parum aquæ scabiosæ, vel calthæ.

*Electuariū
molle.*

℥. Confect. de hyacintho, aut alchermes, 3. β. cornu rhinocerotis si extiterit, aut cerui vsti & loti, 3. i. pul. diamarg. frig. & diatriasantali vtriusque ʒ. iii. conseruæ florum cichorii, rosarum, & cort. citrii sacch. conditæ, singul. 3. i. β. misce pro condito molli cooperto bracteis aureis, de quo cap. 3. β. superbibendo parum aquæ bugl.

*Pul. Car-
diacus.*

℥. Pul. diamarg. frig. ʒ. iii. coralli rub. & frag. v. lap. pretiosorum & spodii, singul. ʒ. i. sacch. rosati cum perlis ℥. ii. fol. auri nu. 6. fiat pul. de quo dissolue cochlear vnum in iure car-nium continuando.

*De exter-
nis reme-
diis.*

℥. Pul. diamarg. frig. 3. ii. sem. acetosæ, & portul. cardui bened. sing. 3. i. troch. de caphura, ʒ. ii. granorum tinctorum,

& rosarum vtriusque ꝑ. i. croci, ꝑ. ꝑ. succi citrij. ꝑ. ii. aquæ rosarum, ꝑ. iii. aquarum buglossi, & scabiosæ vtr. ꝑ. ꝑ. fiat epithema tepidè cordi applicandum. *Epithema.*

℞. Conseruæ florum borrag. vel bugl. ꝑ. i. confect. alcher-
mes ꝑ. iii. misce & extende super pannum lincum densum,
& cordi admoueat. *Emplastrum.*

℞. Trium santalorum, florum rosarum rub. nymph. & viol. *Sacculus.*
sing. ꝑ. i. macis, styracis cal. & troch. galliæ mosch. aut pul. di-
bra, sing. ꝑ. ii. granorum tinctorum, ꝑ. i. fiat pul. quo paretur
sacculus cum serico rub. & gossipio intersutus cordis regioni
admouendus post epithema, vel loco emplatri præscripti.

℞. Cordis porci nu. 2. cordis cerui aut bouis n. 3. in tenues *Stillatitius*
partes incidantur & in duplici vase distillètur: cum fol. bugl. *liquor.*
cardui bened. melissæ, & scabiosæ, calthæ, singul. m. i. florum
rosarum rub. nymph. rorism. & calthæ, singul. m. ꝑ. sem. ocimi
citrati, acetosæ, portul. singul. ꝑ. ꝑ. caryoph. integrorum, ꝑ. ii.
vini maluatici, aut apiani, aut alterius optimi ꝑ. i. in alembico
vitreo distillentur: huius aquæ, cap. ꝑ. iii. mane cum sacch. ro-
sato per multos dies continuando.

Si à vermibus, cap. ꝑ. ꝑ. opiatæ Salomonis instar boli, vel *Curatio si à*
dissolue cum aqua portul. potionis instar. Vel *vermibus.*

℞. Sem. citrii mund. & contra vermes, rhab. selecti, sin- *Potio ver-*
gul. ꝑ. i. opiatæ Salomonis, ꝑ. ii. syrupi florum persicorum, *micida.*
ꝑ. i. cum aqua melissæ, si causa est frig. vel portul. si calida, fiat
potio.

De Leipopsychia & Syncope.

C A P. X L I I.

Λ Ειποθυμία, & λιποψυχία, & σύγκοπη differunt nomine &
magnitudine causæ & non curatione. Si quis nominis
Lipopsychiæ & lipothymiæ etymō spectat, hæc erit defectus
facultatis vitalis, illa verò animi. At hæc differentia parui est
momenti, quia ambo sedem habent in corde: syncope ab aliis
differt sudore perpetuo, multo aut paucio, pro causarū magni-
tudine, qui in Lipopsychia nullus apparet. Syncope est præ-
ceps viriū omnium lapsus. Hæc tria sunt symptomata præter *Quid syn-*
naturam facultatis vitalis, & sensus tactus oris ventriculi, *cope.*

sensus exquisitissimi, actionem lædens, & morbos sequuntur, velut umbra corpus.

*De causis
externis.*

Horum symptomatum causæ evidentes, sumuntur ab aëre calidiore, humidum primigenium & spiritum innatum inaniens & absumens: Aut à frigidiorè, extinguens cordis calorem: aut à pestilenti vapore qualis è barathris, aut ab aquis stagnantibus, & putridis exhalationibus prodit, auræ foetidæ inspiratio. Cibi aut potus nimia repletio, aut inanitio, vt famæ: coitus immoderatus: sudor nimius: balnea naturalia: venenum sumptum: morsus, ictusue virulentarum bestiarum: dolor atrox, & labor, vacuatio immodica: animi pathemata, vt gaudium immoderatum dissoluendo spiritus vitales: timor, aut grauis mœstitia, eisdem extinguens &c.

*De causis
internis.*

Causæ internæ, sunt alui fluxus, vomitus, cholera, morbus, sudores magni, hæmorrhagia narium, mensium, aut hæmorrhoidarum; largior phlebotomia, subita pulmonis eruptio, vomica, ruptio alicuius arteriæ, humor corruptus, vel vapor teter & malignus, ab aliquo viscere profiliens, vt vteri, lienis, hepatis, ventriculi, aut stomachi, cor ipsum feriens, & syncopen, aut lipopsychiam inferens. Quinetiam febres ardentes, colliquantes, & malignæ, & vermes, aut tuberculum: humorum crassities, & copia, qui vias spirituales intercipiunt. Distinctis causis, instituat curatio, vt docuit Gal. 12. meth. med. & lib. 1. ad Glauconem.

*De signis
ex facie.
ex pulsu.
ex sudore.*

De prognosi

Signa per se sunt satis nota ex facie, pulsu, & sudore frontis, facies pallore est suffusa: quia cum spiritu sanguis reuocatur ad cor, hinc extremorum frigiditas. Pulsus est languidus, paruus, & debilis secundum omnes suas dimensiones. Sudor, velut ros emicat in fronte, ob consensum quem cum corde cerebrum habet: sic partes destitutæ proprio calore, nequeunt humiditatem detinere quæ defluit per poros cutis.

Vt lipothymia est via ad syncopen sic hæc ad mortem.

Syncope à causa pestilenti, aut à veneno, aut materia venenata, est lethalis. Si à corpore referto crudis succis generatur, aut à bile os ventriculi infestante, aut ex inflammatione huius partis, vel iecoris, est lethalis autore Gal. 12. meth. med. Contra si sine harum partium inflammatione fuerit, curationem admittit, adhibito sternutamento; si æger non sternutauerit, est perniciosum. Si syncope acciderit, cum virium deiectione, est perniciosum. Trall. lib. 7. cap. 14.

Si à diu-

Si à diuturna cordis palpitatione syncope fit, est pernicioſa.

Si ex ſyncope facies liuet, aut nigricat, eſt ſalutis deplorata.

Si abſque cauſa manifeſta fuerit, & diu perſeuerauerit, actum eſt de ægro. At ſi vires conſtant (vt vult Paulus) curari poteſt.

Si ex cordis potius, quam cerebri intemperie fuerit, erit periculoſior ea quæ fuerit ex intemp. lienis, iecoris, aut alterius viſceris, eodem Paulo autore lib. 2. cap. 38. & Aëtio cap. 98.

Curatio pro cauſarum effectricum ratione, erit inſtituenda. Quæ ſine febre erit, calidis cardiacis cap. ſuperiore enunciatis tam ſumptis quam ad motis vtendum. Quæ verò cum febre, frigidis ibidem deſcriptis ſuccurrendum. *De curat
tione vni-
uerſali.*

Imprimis decumbat æger in magna corporis tranquillitate, & æquabili partium omnium ſtatu: deinde facies frigida aſpergenda.

Si cauſa eſt calida, odoret ſantalum, roſas, acetum, caphuram, aquam roſarum & ſimilia, vt fructus ſuauiſſime fragrantibus, vel panem aſſum aceto imbutum, temporibus & carpis (qua parte micant arteriæ) admoue. Prodeſt extrema valide fricare, fouere, ac vinculis conſtringere. Si ne ſic releuetur æger, pili auellantur, aures vellicentur, nares comprimantur, vomitus excitetur iniectis in os digitis, vel plumis, aut oleo aliquo rancido iniecto. Quandoquidem his, impetus ſtomachi cordiſque tædia diſcutit, & robur ſuſcitatur. Denique nonnunquam ſternutamento inducto, ac glande indita, calor ſopitus erigitur. Et ſi partes extremæ frigent, linteo aſpero perfricentur, donec cutis rubeat. Ad hæc præſtantiffimum eſt, pauimentum (ſi æſtas fuerit) inſternere roſis, violis, nymphæa, malis odoratis, capreolis vitis, fol. ſalicis, cucurbitæ, aceto roſ. aqua roſarum, & ſimilibus, autore Aëtio.

Quibus cardiacis temperatis, frigidis aut calidis ſimplicibus & compositis vtendum ſit, docui capite de cordis palpitatione.

Ex ſuperioribus lipothymia, & eclyſis, i. exolutio curari poteſt, ſyncope verò, eo quod à maiori cauſa fit, ſequentibus vtendum, ſiue ex idiopathia ſiue ex ſympathia fiat, cordi ſemper eſt proſpiciendum, vt eius robur conſeruetur. *De curat
tione par-
ticulari.*

Si ex ic̄tu. Si ex ic̄tu morsue virulentarum bestiarum fiat, semper occurrendum erit, alexipharmatis vniuersalibus, & particularibus, pag. 469. descriptis in curatione palpirationis cordis.

Si à graui equitatione fuerit, quiete curabitur.

Si ex prohibita respiratione, respiratione procuranda erit arteriacis.

Si ex intemperie frigida: lauare faciem vino optimo expedit: & odorata calida, naribus admouere, vt calor sopitus intro reuocetur: vt moscum, ambram & qui ex his parantur pastilli.

Si ex intemp. calida, oportet faciem irrigare frigida, & aceto, & cutis spiracula constringere, & odorare santala, rosas, violas &c.

Si à febre ardente, aut pestilente, aut colliquante, aut ab aliqua visceris inflammatione, recurrendum erit curationibus propriis Tract. 1. Si à phymate, i. tuberculo, aut ab empyemate rupto in ventriculo, vomitione: si in intestina, deiectione curabitur. Hip. aphor. 8. sect. 7. & Gal. in comment. & alibi. Reliqua præsidia erunt petenda ex curatione empyematis cap. 39. huius Operis.

Si à vitiosis, aut malignis humoribus in ventriculo contentis, qui os ipsius (eximij sensus est præditum) vellicent, vomitione sunt vacuandi, si sursum vergit natura, & nauseabundus, & propensus ad vomendum est æger: sin autem deorsum, deiectione, vt consulit Hip. aphor. 21. sect. 1. Deinde ventriculus erit corroborandus tam sumptis, quam admouendis cap. proprio describendis. Aëtius lib. 5. cap. 106.

Si à pituita lenta & putri ibidem collecta, huic Aëtius cap. sequenti addit oxymel ad eius incisionem, piper, & pul. diatrium piperorum, de quo meminit Gal. 4. sanit. tuenda, quo calor obrutus à frigiditate pituitæ suscitatur, & diffunditur. Suscitato ægro, illico dormire non debet, ne calor languidior extingatur, & obruatur (imminutis viribus) spiritus vitalis. Idcirco vigilans, conquiescat, taceat, omnisque absque tum animi tum corporis contentio: mox vires instaurentur partim cardiacis, partim cibus euchymis & eupeptis modicè, & saepe oblatis, vt nutriant & non onerent.

Vini vsus.

In alimentorum genere vinum primas tenet: quia celerissime benignum succum generat, & quoquoersum spirante vapore spiritus facultatesque erigit: proinde non modo resolutis, sed etiam oppressis viribus est conuenientissimum: nisi

visceris cuiusdam inflammatio fuerit, aut maximus capitis dolor, aut febris ardens cum syncope id vetant: cuius loco succum mali punici conuenientius admittant. Veruntamen si illorum vehementia, & immanitate vires iam sunt resolutæ, aut prostratæ, vino penitus non est abstinendum, sed tenui & oligophoro, ac benè diluto, prægressæ imbecillitati occurrendum: alioquin meracum ac generosum detur, dum febris non reclamât, & aromatis, & cui moschi, aut ambaris grana duo vel iii. sint iniecta, si diues fuerit. Adhæc panis albi momentum vino intinctum conferet, asperso puluere Ducis.

Contra si languidæ vires sunt oppressæ, iure carniùm erunt reficiendæ, aut earum succo expresso, & vitellis ouorum recentium sorbilibus, vel testiculis gallinaceorum nondum coëuntium, vt suadet Gal. lib. 1. ad Glauç. necnon destillatis & instaurantibus post dicendis.

Si à sudoribus immoderatis oritur: Imprimis sudores inhibeantur, ad motis refrigerantibus, & astringentibus: vt oleo lentisci, myrtini, cotoneorum, rosati omphacini: vel vnguento Comitissæ, quo maximè vniuersa rachitis frigidè illinetur.

Si ab alui fluxu immoderato, aut vomitu scaturiat, summa curatio erit vtrumque cohibere tum assumptis, tum ad motis suo loco scribendis.

Si à sanguine aut lacte in mammis concreto oritur, imprimis sanguis est dissoluendus potione in hæmaptisi descripta, capite 35. & decocto attenuante origani: illudque crudum, & contusum cataplasmati instar mammis admotum: vel chelidonium maius, aut apium, quæ tria non solum concretum lac dissoluunt, verum etiam concretionem impediunt: puerperis (origanum præcipuè) remedium expectum.

Si ab vteri strangulatu, ne quis decipiatur, videndum num sit conuulsio, aut strangulatus, aut syncope. Horum trium symptomatum sic distinxit Hip. ad finem lib. de morbis acutis. Si duobus digitis dolorem senserit ægra, vteri strangulatio est; si non, conuulsio.

Si pulsus est obscurus, aut nullus apparet cum madore, & calore, syncope est. Quæ syncopen odorata iuuât narib. obiecta; augent strangulatum, nisi valux indita, & naribus foetida.

Crura ligaturis sunt vincienda, & inguinibus cucurbitæ sunt affigendæ. Si à plethora, euacuatio. Si à cacoch. purgatio

eoque in syrupum sacchari albi, ꝑ.iiii. deinde extra ignem iniice pul. sequentem.

℞. Pul. diamarg. frig. & diatriasantali, vtr. ꝑ. i. ꝑ. cornu monocerotis, vel rhinocerotis, vel cordis cerui, vel bouis, (ambo sunt eiusdem facultatis) sem. citrij mund. & acetosæ, portul. spodij Arabum (quod supponitur pro antispodio Græcorum) singul. ꝑ. i. croci, ꝑ. ꝑ. ambaris, ꝑ. 4. fol. auri numero vi. fiat confectio de qua cap. instar nucis iuglandis cum alimento liquido euchymo, vel pauco vini aqua acetosæ diluti, horis tribus ante vtrunque pastum. Sunt qui pulpam capi, aut perdicis in partes dissectam cum conseruis & pul. cardiacis, & aquis cordialibus aut succis herbarum cord. & catenis auteis in balneo maris distillant, quod non probo, ob ingratum saporem & parum frugiferam: expertus loquor.

Opinio nonnullorum reprobatur.

℞. Pulueris lætitix Gal. & diamarg. frig. vtriusque ꝑ. i. ꝑ. ꝑ. tinctorum, & sem. acetosæ, portul. & cardui bened. singul. ꝑ. ꝑ. croci, ꝑ. i. moschi orient. ꝑ. iii. aquarum rosarum, bugl. & endiuix, singul. ꝑ. v. vini albi, ꝑ. ii. fiat epithema cordi tepidè applicandum ter in die cum panno rubro denso vel coccineo spatio vnus horæ.

Epithema.

℞. Conseruæ rosarum mollis, viol. & nymphææ, singul. ꝑ. i. terræ lemniæ, aut boli orient. & coralli rub. vtriusque ꝑ. i. confect. alchermes, ꝑ. ꝑ. misce & super pannum coccineum extende in emplastrum forma pyramidali cordi admouendum post epithema, & renouandum quoties videbitur. Vel huius loco paretur sequens sacculus acu interpunctus.

Emplastrum.

℞. Pul. lætificantis R haffs, aut lætitix Gal. & diamarg. frig. & troch. de caphura, singul. ꝑ. iii. sem. acetosæ, portul. & citrij, ros. rub. singul. ꝑ. ii. ꝑ. tinctorum, florum viol. & nymph. & croci, singul. ꝑ. i. ambaris, & moschi, si diues fuerit vtriusque ꝑ. ꝑ. aut grana 4. fiat pul. quo paretur sacculus cū serico rub. & gossipio interfusus figura pyramidali, cordis regioni applicandum post epithema.

Sacculus.

Interim dum externo apparatu suscitatur æger in causa frig. sequentibus calidis vti licebit, quibus addendum aut subtrahendum erit pro causarum effectricum magnitudine, & diuersitate.

Si a causa frigida curatio.

℞. Pul. diambrex, & diacomeron, vtriusque ꝑ. ꝑ. pul. lætitix, vel exhilarantis, & de gemmis, vtr. ꝑ. i. syrupi confer. rad. bugl.

Potio cardiaca.

℞. i. aquæ scab. aut cardui bened. ℞. ii. fiat potio mox excitato agro à syncope sumenda.

Altera potio. ℞. Confect. alchermes, vel de hyacintho si cita est alius; ℞. iiii. pul. diamoschi, vel arom. rosati, ℞. i. si lipothymia à stomacho ducit originem, syr. conseruat. cort. citrij, ℞. i. aquæ melissæ, ℞. ii. vel acetosæ, vt aliorum caliditas temperetur tantundem, fiat potio.

De lapide cyaneo. Sunt qui improbant confect. alchermes quum alius cita est, ob lapidem lazuli quem recipit: cuius loco vsurpandam censent cōfect. de hyacintho; non animaduertentes Græcorum & Mes. rationes, qui vsitione & lotionem vim purgatricem & vomitoriā exiit, & cardiacam hic expetitā, retinet.

Si à pectoris oppressio eam comitatur, cardiacis parum astringentibus opitulandum, quibus aliqua lenientia, & detergentia sunt permiscenda: (vt pul. diatragac. frig. nuclei pinei) & non accida pectori inimica.

Si à maligna aliqua qualitate (vt pestis) cor obteritur, quædam erunt permiscenda quæ pestis virus possunt extrudere.

Si his vires aliquantulum reuiuiscunt, eas plenius firmare oportet sequentibus remediis.

Puluis. ℞. Pul. diacomeron, ℞. iiii. pul. lætitiæ Gal. ℞. ii. pul. elect. de gemmis, de cinnamomo, & granorum tinctorum, singul. ℞. i. fol. auri nu. vi. sacch. rosati omnium duplex pondus, fiat pul. cuius ℞. β. aut ℞. ii. dissolue in vino rubro optimo, aut iure carniū per horas aliquot ante singulos pastus. Vel

Alter puluis corroborans & calorem sopitum excitans. ℞. Caryoph. macis, cinnamomi, & cort. citrii sicci, singul. ℞. β. scm. cardui bened. fol. melissæ siccorum, & granorum tinctorum, singul. ℞. i. xilaloës, vel ligni rhodij, vel santali citrij, vel calami aro. ℞. β. croci, ḡ. iiii. ambaris, & moschi, vtr. grana ii, fol. auri nu. vi. sacch. omnis duplex pondus, fiat pul. de quo cap. ℞. iiii. pro dosi, vt de superiore dixi.

Electuarium molle. ℞. Pul. diamoschi, aut de gemmis, ℞. ii. pul. de cinnamomo. & pul. lætificantis Rhasis, vtriusque ℞. ii. confect. alchermes, aut de hyacintho, ℞. iiii. nucis mosch. conditæ, aut cort. citrij conditæ, & myrobal. etiam conditæ, vtriusque ℞. β. conseruæ rad. bugl. & rosarum, vt aliorum caliditas temperetur, vtriusque ℞. i. cum syrupo conseruat. cort. citrij, fiat electuarium molle, de quo cap. instar nucis iuglandis horis tribus ante pastum superbibendo parum vini, vel aquæ me;

liffæ, diu continuando.

℞. Santali citrici, sem. ocimi citrati, fol. meliffæ singul. ʒ. i. margarit. præpar. macis, & cinnamo. singul. ʒ. ʒ. pul. diambræ, aut confect. alchermes, ʒ. i. confet. florum rorism. vel calthæ, vel lilij conuallij, & cort. citrij condita, vtr. ʒ. ʒ. sacch. albi aqua borrag. vel buglossi soluti & cocti, ʒ. iii. fiat electuarium in tabellis, pondo ʒ. ii. cap. vnam cum vino, aut iure vel succo carniū, vel contumato, aut alio liquore eiusdem facultatis. Si pulueri addideris folia auri vi. erit efficacius. Sequēs consumatum erit ægrorum palato quauis destillatione iucundius, cui puluis aut electuaria præscripta dissolui possunt, quoties offerretur alimentum.

Elect. solidum Syncope & Melancholia hypochondr. idoneum;

℞. Pulpam perdicis, capi saginati, & vituli detractis pelle, & adipe minutim incisam, singul. lb. i. sine liquore, conseruis, & pulueribus cardiacis, coque in duplici vase obturato, spatio 4. horarum: expressum ius seruetur vsui dicto. Nunc de admouendis.

Consumatum euclymum & eupept. ʒ. Stillarijs proponendum.

℞. Ambaris cineritii, & moschi orientalis, vtr. ʒ. ʒ. iiii. croci, ʒ. ʒ. pul. elect. de gemmis, & lætificantis Rhasis, vtr. ʒ. ʒ. fol. meliffæ siccorum, & granorum tinctorum, vtr. ʒ. ii. caryophyllorum, cort. citrii sicci, zedoaria, & sem. ocimi, singul. ʒ. i. vini maluatici, aut apiani, aut alterius generosi, ʒ. iii. aquarum meliffæ, cardui bened. rosarum, buglossi, & scab. singul. ʒ. v. fiat epithema cordis regioni tepidè ter in die applicandum cum panno rubro denso. Dosis pul. in componendis epithematis in lib. singulas liquoris erit drag. iiii. aut v. ad summū. Post usum epithematis cordi admoveatur emplastrum, aut sacculus cardiacus cap. superiori descripta.

Dosis pul. in lib. singulas aquarum qualis esse debet epithematis componendis.

Si malignæ qualitatis, aut veneni aliqua est suspitio, vsurpantur possunt pul. elect. de bolo, aut becardicus descriptionis nostræ in nostra Paraphrasi gallica in pharmacopæam: theriaca, mithrid. opiata Salomonis, aut aurea Alexandrina; & inter simplicia lap. bezeard. bolus arm. terra lemnia, aut cornu monocerotis aut rhinocerotis si haberi possunt.

℞. Galliamosch. ʒ. iiii. ligni aloës, folij indi macis, caryophyl. cinnamo singul. ʒ. ii. zibetti, moschi orient. & ambaris, singul. ʒ. ʒ. aut ʒ. iiii. si minus diues fuerit; cum oleo nucis moschatæ, fiat pasta excepta serico rubro vel panno tenui, fiat pessus genitalibus indendus si mulier est vidua; si puella, obstetrix his

Si syncope ab vteri strangulatu fuerit, est.

affricet os vteri; vel coxæ prope pudendum alligetur pessus.
 Oæ pars delectatur suaue olentibus. Contra foetidis aduer-
 satur, quæ naribus admota, eam deorsum deturbant.

De Sternutamento.

C A P. XLIII.

*Quid ster-
nutamentū.*

P *Ταριός* Græcis, Sternutatio Latinis, est motus deprava-
 tus facultatis animalis à causa præter naturam, quo per
 nares confertim, aëto spiritu, nititur sibi molesta expel-
 lere.

Strepitus qui inter sternutandum exauditur, fit quoties
 vapor acris & mordax, seu flatus qui excutitur, seu in ventri-
 culo anteriori contineatur, seu è pulmone in cerebro elatus
 per angustam viam confertim transit. Hip. aphor. 51. sect. 7.

De causis.

Causa est duplex: externa nempe, & interna. Externæ
 sunt multiplices ex Gal. comment. in aphor. citatum: quarum
 vna sumitur ab aëre frigidiore, quum quis nares sursum ele-
 uat, frigus meninges sua qualitate ferit: sic cerebrum contra-
 hitur, vt illud frigus naturæ molestum excutiat. Altera, su-
 mitur ab odoribus bonis, vt rosarum recentium: aut malis, vt
 foetidis, & acris medicamentis, vt castorii, ellebori, euphor-
 bii quæ concitant sternutamentum. Sic penna naribus indita
 sternutamentum mouet.

Causæ internæ etiam sunt multiplices, quæ tamen ad ca-
 lorem & humorem referri possunt. Caloris munus, est hu-
 mores crassos incidere, & rarefacere, & in flatus resolvere, qui
 os ethmoides obstruunt, eosque natura (recollectis viribus)
 sibi infensos, per sternutamentum excutit. Humor non qui-
 uis sternutamentum parit (vt in hyeme multis apparet, quibus
 vt plurimum nares stillant, qui tamen non sternutant) sed tan-
 tum qui est mordax, & acris: non aliter quam si aliquid vell-
 cans naribus inderetur, quem natura à proprio calore & mo-
 tu suscitata confertim per nares expellit.

Alia causa pendet ex thorace, pulmone, & tracheia ar-
 teria, quoties aliqua fluxio acris, & mordax in illis partibus
 defluit, ex Hip. progn. 49. lib. 2. Nec mirum videri debet, si in-
 terdum

verum thorax per sternutamentum sese exonerat ob mutuã sympathiam, quam inter se habent: motum cerebri sequitur thorax, ut respirationis necessitas, eodem tempore per utramque partem quod illis est infensum expelleretur: ne altera, alterius munus interturbaret. Succrescit, humores lenti sæpe ad eò trachæiæ arteriæ hærent, ut tussi non eiciantur, quos tamen sternutamentum euellit: quia validius operatur quã tussis. Ad hæc laborantis vires sunt ad eò imbecillæ, ut excrementa in thorace contenta excutere nequeant: sic nares sibi lacessendo, sternutamentum superueniens, esse bonũ scripsit Hip. aphor. 13. sect. 6. Ὑπὸ λυγμῶν ἐχομένη παρμὸι ἐπιγινόμενοι λυσοὶ καὶ λυγμοὶ: 1. Singultu fatigante (si à repletionem, & non ab inanitione fuerit) sternutatio superueniens liberat.

Κορύζας δὲ καὶ πλάρμους ἐπὶ πᾶσι τοῖσι πνεὶ καὶ πλείμοινα ἰσθίμοισι, προ-
γινέσθαι, ἢ ἐπιγινέσθαι χαλόν. Ἀλλὰ τοῖσιν ἀλλοῖσιν ἰσθίμοισι τοῖς θανα-
τωδέτα τοῖσιν, οἱ πλάρμους λυσιτελοῦσι. 1. Grauedines & sternutatio-
nes in omnibus pulmonis morbis tum præire, tum subsequi, malum. Verum in aliis morbis maxime lethalibus, sternutamenta vtilia sunt. Hip. progn. 49. lib. 2. Sternutamenta circa initia morborum damnantur: quia copiam humoris pectoris flatuosi in cerebro contenti, denotant. Contra in declinatione, probantur: quia naturæ robur sese exonerantis ab excrementis ostendunt.

Historiæ perhibent, sternutando multos occubuisse, quibus auxilia humana erant inutilia. Ex Papæ decreto Christianis edictum fuit, post varias publicas supplicationes bene precari sternutantibus, & non moriebantur. Hinc mos inualuit, adhuc hodie sternutantibus bene precari, ut illis sit salutarum.

Sternutationis curatio est nares comprimere & spiritum continere, ut dilatato cerebro vapor illic conclusus per insensibilem transpiratum excutatur, & non per nares. Vel contraria causis efficientibus prosequantur: vel nasalium comparentur ex opio, mandragora naribus indita, vel ægri ea olfaciant aut panem, &c.

Oscitatio & pandiculario licet sint symptomata facultatis animalis motus: quoniam nullum periculum præferunt, illis nulla sunt præscribenda remedia.

De Cholera morbo.

CAP. XLIV.

Quid.

Kolera tam Græcis quam Latinis dicta, est symptoma deprauatum facultatis expultricis oris ventriculi tam superioris, quam inferioris, & intestinorum: ex Celso lib. 4. cap. II. & post cum Galeno lib. 3. de causis symptomatum capite secundo.

Quid sit.

Hoc symptoma vexati à Græcis *cholera*, à Latinis cholericus vocantur. Nihil aliud est quam bilis tum supernè, tum infernè eruptio.

De cholera sicca curatione ex Gal.

In ea vomitur primum liquida, deinde crassa, pallida, flaua, cærulea, prallina, æruginosa, vitellina, & nigra. In hoc capite non ago de cholera sicca de qua meminit Hip. parte 4. de victus ratione in acutis textu 103. quæ fit à flatuoso spiritu, qui exeundo corpora neruosa, & maximè vtrunque os ventriculi, superius scilicet, & inferius mordicans, vomitum, & secessum cum maximo conatu, & dolore parit. De hac multa Gal. comment. in eundem textum, quæ non curatur vomitu, sed clystere pingui, & balneo aquæ dulcis, & potu lactis asinini, potius, quam vini meraci, & somno: sed de humida de qua Hip. ipse meminit 5. epid. textu 10. & vii. epid. textu 90. & Celsus loco cit. & Gal. lib. definitionum qui sic loquitur: Est acutus affectus, cum vomitibus copiosis & biliosis, & alui deiectionibus, in quo suræ contrahuntur. (Galli *Goussegrampe*) & extrema refrigerantur. In his pulsus minores & languidiores fiunt. In eadem opinione fuit Paul. lib. 3. cap. 39. & Trall. lib. 7. cap. 15.

De causis.

Inter causas euidentes, sunt potus aquæ putridæ: vappa, porrum, allium, cepa, brassica, cucurbita, melopepo, caro, fœcula, & intestina sanguine farta (Gallicè *Bodins*) & similia edulia quæ facillè corrumpuntur, qualitate aut quantitate sumpta, cruda aut elixa: nonnulla arborum putridarum excrementa venenata, qualia sunt fungi venenati: necnon medicamenta acris bilem aut pituitam falsam generantia.

Causæ internæ sumuntur ex humorum vitiosorum copia:

quoties bilis, vel pituita, falsa corrumpuntur, vel cumulantur in iecoris, eistide, vel in ipso iecore, aut liene, paucrate, intestinis quæ huc illucque impellitur ac diffluit: ut etiam percussif ægri in ea parte se toxicum bibisse putent. Alias humores vinosi à toto corpore in ventrem defluunt, tanquam debiliorem quibus sursum & deorsum sese exonerat natura. Si Hip. credimus 7. epid. textu 90. accidit ut plurimum in æstate, & febribus semitertianis, lypitiis, & malignis, & acutis.

Maior pars signorum ab ægro, aut à ministris discitur: si ex usu prauorum alimentorum, aut medicamentorum malignorum fuerit, & ex siti, & vomitionis sapore, & excretorum colore, & dolore ventriculi & intestinorum. In his pulsus est celer, frequens ac fortis languidus: interdum animi deliquium succedit & mors. Aërius li. 9. c. 12. addit sudor, & musculorum, manuum, & pedum, & surarum contractio, & tensio. Si ex humorum corruptela accidit, ructus erit nidorosus.

Purgantium medicamentorum usu talia è corpore educenda, qualia quæ spontè etiã prodeuntia, iuuant. Quæ verò ex-
De prognosticis.
untia incommodant, sistenda. Si qualia oportet, purgentur, confert, & facillè ferunt.

Contra verò si fiat grauiter. Hip. aphor. 2. & 3. sect. 4. Quibus biliosæ sunt deiectiones, superueniente surditate cessant: & contra, quibus surditas adest, biliosorum deiectione finitur. Hip. aphor. 28. sect. 4.

Si à bile æruginosafit, est deterior ea quæ fit à flaua. Si esu fungorum venenatorum acciderit: perniciosum ex Gal. lib. de cibis boni & mali succi, c. 4. Quamuis cholera acutissimum sit malum, quod interitum minetur, nõ est prorsus desperandum ex Rhasi, & Trall. loco cit. sed cito occurrendum: nam cunctatio periculum adfert & sæpe tabem committit.

Curaturus choleram morbum, imprimis veniat ad causam
De curatio-
& causæ principium ut monet Hip. fini sect. 4. lib. 2. epid. & *ne vniuer-*
post eum Auic. qua sublata, tollitur eius effectus. Causam re-
sali.
scindes vomitu, & deiectione, ut docuit Hip. lib. de locis in homine.

Ut fluxus, fluxum: sic vomitus, vomitum soluit: tum præser-
Vomitus
tim quum nauseat æger, & vellicantur præcordia, ut artis con-
vomitum
cursu natura conatus euadat perfectior, faciliorque succedat
soluit.
euacuatio.

Ita quippe vomitionem sedat vomitio, quæ humorem

proritantem excutiat, & citam alui deiectionem cohibet, euacuando noxiam materiam eius efficientem. Si cibus non congeritur, vomitorium simplex agro nauseabundo sæpe detur: vt aqua tepida: vel aqua in qua coxerit hordeum cum mulla, vel syrupo acetato, vel digito aut penna oleo rancido illita, & ori indita. Deinde vomitus componatur (si fieri potest) ex ʒ. i. aut duabus succi mali punici relicto motu qui ad intestina vergit: protinus vomitio cohibenda non est, sed ratum quum vires perfundant.

Initio dum viribus confidimus, alui deiectione iuandus est stomachus, quod commodissime fiet clystere detergente, ex decocto hordei parato & sæpius iniecto: sic humor corruptus excernitur, & ventriculus vi reuulsionis subleuatur, intestinorum substantia illæsa. Atque si noxius humor sursum maiori impetu feratur: deorsum verò si languidius, tunc clyster acrior est imperandus: compositus scilicet hordeo, & herbis emollientibus, cum catholico, melle rosato, & saccharo rubro. Quinetiam hic non secus quam in dysenteria purgante medicamento locus est, ex rhabarbaro, myrobal. citreis oleo amygd. dulcium confricatis, cum syrupo rosato lax. aut aliis astringentibus, est purgandus.

*Quibus re-
mediis
purgatio sit
instruenda.*

Si metuitur ne potio infructifera reuometur, ex eadem materia parentur cataportia, quæ non facillè reuomentur.

Sic reuelli auxilio fluxionis imperus, reuelli debet. In hanc rem cucurbitæ inguinibus, natibus, imo ventri, atque hypochondriis affixæ, maximè conuenient: necnon extremas brachiorum, & femorum partes perfricare, & vincire: easdemque calente aqua sæpius fouere, aut balneo relaxare, & vrinas, & sudores mouere. Interim, si secur est male affectum, ei est prospiciendum, & quouis tempore succurrendum medicamento euacuantibus, & illud roborantibus. Postremo fluxionis impetus cohibeatur: tum viis interceptis astringente præsidio, ex refrigerantium ordine: quibus tantillum calidorum sit etiam immixtum: tum sedata humoris ferocitate contrariis qualitatibus, quibus non vtendum antequam ventriculus probe inanis sit. At si, neque his acquiescat vomitus, cohibeatur narcoticis quæ exquisitiorem sensum ventriculi, & humorum acrimoniam retundant.

In hoc symptomate curando, sequendum Hip. consilium

aphor. 21. sect. 1. scribentis. Quo natura viam affectat, eo lege naturæ ducendum, considerando morbi causam, naturæ motum, ægri vires, morbi tempus & symptomata quæ succrescunt.

*Decuratio-
ne particu-
lari.*

Si materia continetur in ventriculo quid agendum.

SI humores putridi, aut alimenta corrupta, aut medicamen-
ta maligna aut venenata qualitate prædita, in ventriculo
contenta, aut ab hepate, liene, mesenterio, aut intestinis sunt
impulsa: ab initio motus naturæ non est cohibendus, ne ma-
ioris mali fiat autor, ut loquitur Aëtius loco citato. Con-
tra, iuuanda est potu largiore aquæ calidæ in copia sumptæ,
semel atque bis, ut suadet Rhases suo 9. continentis cap. 62.
Si in parua quantitate sumatur, materia peccans non vacua-
tur: si in maiore verò quantitate ora ventriculi laxantur, &
acrimonia humoris retunditur: si hoc remedio non minuitur,
& ingrauescit, vomitorium fortius est præscribendum.

*De his vo-
mitorii
qualis esse
debeat.*

Si vero materia à toto corpore produerit.

VT in superiore, sic in hoc nostri senis Hip. consiliu-
m est sequendum, qui ait aphor. 2. sect. 1. In perturbationi-
bus alui, & vomitibus spontaneis, si qualia oportet, purgen-
tur, confert, & facile ferunt: sin minus, contra fit. Si maiore
impetu excretio fit per vomitum, quam per secessum, aut
contra. Si per vomitum, & confertim, deorsum reuellendus
est humor, clystere, aut blando cathartico, & artuum ligatu-
ris inferiorum, & crurum frictionibus. At inclinante malo,
validiora pharmaca præscribi possunt, ut Hip. consulit parte
4. lib. victus acur. textu 64. Contra, si excretio confertim fit
per secessum, non illico, sed sensim vomitione est reuella-
nda etiam si vires prostratæ appareant, aut lipopsychia eam
comitetur: quia huiusmodi excretio est secundum naturæ
leges: Et quæ fit per os contra naturam, sensim reuellit
humor vomitione, frictionibus, & ligaturis artuum par-

tium inferiorum, cucurbitulis siccis ventriculo admotis, vt dixi. Deinde parti vnde mali origo prospiciendum medicamentis astringentibus, epithemate scilicet, sacculis, vnguentis, emplastris &c.

At si hæc excretio est minus violenta, non cohibenda: sed natura est iuuanda cathartico blando, composito ex rhubarb. myrobalanis, catholico, aut diapruno simplici, syrupo rosato sol. manna, thamarindis, cassia & similibus. Interea vires sunt reficiendæ alimento eucymo, & eupepto sæpe oblato, & lipopsychiæ (si acciderit) occurrendum cardiacis in syncope enunciatis. Si ab aliquo medicamento maligno aut venenato acciderit, propriis alexiteriis obfistendum.

Si spasmus acciderit, remediis in conuulsione enunciatis capite II. vtendum, paucis additis aut sublatis pro astantis Medici consilio & morbi temporibus, ægriætate, & victus ratione.

Somnus quamlibet excretionem compescit, exceptis sudoribus. Quies tum corporis tum animi consulenda. Venus improbanda: sitis compescenda non vino, sed succo omphacii, granatorum, citrii, aut syrupis ex horum succis, paratis: aut iulepo Alexandrino &c.

Si cibum non continet, ventriculo admoueat cucurbita sicca in prostratis viribus & inanitione, detur vinum, aut panis assus in eo maceratus, & natibus odorata admoueantur.

In calidis remediis nonnulla astringentia sunt miscenda, ne calor insitus diffuat. Contra in frigidis, calida (vt sæpe dixi ex Gal. præscripto) vt isdem calor conseruetur.

De Bulimo.

CAP. XLV.

Alius Græcis, Fames Latinis dicta, est duplex: vna naturalis, altera, vitiosa de qua agimus. Naturalis fit ex inactione partium totius corporis, quoties à proprio & consueto humore fraudantur. Extremæ partes, à proximis fugunt: hæ ab aliis, sic consecutione ad ventriculum hic inanis, stomachum stimulat & impellit, qui (ob sympathiam quam cum cerebro habet à sexto pari neruorum) facultatem animalem suscitatur, ut illi & cæteris partibus idoneum alimentum ministret ad totius indiuidui conseruationem.

De fame
naturali.

Vitiosa omnino contra naturam est, quæ variis nominibus pro causarum effectricam diuersitate nominatur. Vna *κακώδης όρεξις*, à Latinis caninus appetitus dicitur. Altera *βούλιμος* Græcis, à Latinis magna Fames. Tertia *κίτη & μαλακία* tam Græcis quam Latinis Citta & Malacia dicitur. Nōnulli Cittam à pica aue nomen volunt esse deductum, cuius plumæ vario colore sunt tinctæ: sic grauidæ mulieres varios appetunt cibos circa tertium imprægnationis mensem, quarum ventriculi tunica interior vitiosis humoribus est imbuta: tunc varios ac prauos cibos appetunt: alii verò nomen deriuant ab *ἡδύρα*, i. hederæ, quæ variis plantis se implicare solet: sic grauidæ mulieres, variis cibis ac corruptis se nutrire cupiunt. Malaciæ verò nomen, mollitiem mulierum grauidarum denotat, quæ modo hoc, modo illud appetunt: hæc tria, sunt symptomata facultatis animalis sensus tactus deprauatæ, quæ inter se differunt; quod caninus appetitus sit vniuersalior: Bulimus verò magis particularis, quia vnicam tantum habet causam: frigus nempe, seu externum seu internum fuerit, & interdum degenerat in animi deliquium, & in partium extremarum refrigerationem. Caninus verò appetitus à leuiori frigore, seu externo seu interno oriatur, & sæpe degenerat in bulimū. Hic incipit cum fame, sed eam amplius coniunctam non habet, neque rejicit cibos ut appetitus caninus, sed à calore ignis reuocato eos vorat, & consumit, & alios requirit.

De fame
vitiosa.

De nomine

Causa buli-
mi est fri-
gus.

*De causis
externis
bulimi.*

Causæ huius symptomatis, sunt frigus ingens externum; quale patiuntur qui incedunt per niues, montes altiores: flante borea: potus aquæ gelidæ, aut niuosæ, fructus frigidi: & immaturi, balneum aquæ frigidæ, reuocando calorem intro ab extremis partibus, bulimum parit.

*De causis
canini ap-
petitus.*

Causæ canini appetitus non sunt simplices vt in bulimo dixi, sed multiplices, nempe victus parsimonia, aut nimis diutinæ famis tolerantia, superflua vigilia, nimis veneris, & balneorum aquarum frigidarum aut calidarum assiduus & intempestiuus vsus: aut perennis aliqua vacuatio: colliquans febris, quæ spiritum & calidum innatum ventriculi dissipauerit.

*De causis
internis.*

Causæ internæ, vt plurimum sunt humores frigidi, velut pituita acida, aut humor melancholicus, qui ex liene aut mēsisibus retentis oppleto, per vas breue refunditur in ventriculum, & appetentiam excitat, qui oneratus copia cibi, reijcit per vomitum, & nouam requirit, vnde illi nomen: aliquando cibum reijcit (per alui fluxum) adhuc crudum & parum immutatum. Raro fit ab externo frigore, (vt bulimus.) Alias fit à calidis humoribus, bile nempe, & pituita salsa, quibus inducitur mordicatio oris ventriculi, qui suo calore acri fundunt humores venarum, corpus siccant, & calc faciunt. Hæc fames non sedatur potu vini vt de alia fame (quæ fit à frigore) cecinit Hip. aphor. 21. sect. 2. sed cibis refrigerantibus cum Gal. lib. 4. cap. 7. de sympt. & primo ad Glauconem.

Hanc famem etiam fieri posse à vermibus docuit Trallianus cap. 4. lib. 7. In muliere molestata appetitu canino, quæ vsu hieræ vermem reiecerat, & sic liberata fuit. Pariter hanc famem accidere posse in febrium statu, & declinatione vt annouit Aëtius lib. 9. cap. 6.

*De causis
malacia.*

Causa huius symptomatis est intemperies stomachi, & humores vitiosi seu calidi seu frigidi fuerint, quibus est imbuta interior ventriculi tunica, qui neque vomitu neque deiectione facile excernuntur.

*Vnde ap-
petentia
variorum
ciborum.*

Varia horum humorum mixtio, licet non sit morbosa, est tamen contra naturam: hinc variorum ciborum appetentia: vt salforum, si pituita salsa: dulcium, si pituita dulcis: acidorum & acerborum, si à melancholia naturali: Si ab atra bile, carbonum, eincrum, terræ, ostreorum testæ, panni veteris coriorum,

coriorum & aliorum à natura abhorrentium: Si à bile, amarorum, aut piperis, zingiberis & similibus.

Hæc affectio Galeno & Aëtio autoribus, prægnantibus accidere solet circa 40. diem à conceptu, & durare solet vsque ad 4. mensem: quia primis mensibus fœtus pauco vescitur sanguine: vbi verò accreuit, tunc plurimo eget alimento, atque tunc non omnino quod optimum est è venis allicit, verum etiam, aliquid vitiosi simul attrahit, hinc fit vt vniuersum corpus plenum esse desinat, & minori humorum vitio crucietur circa 4. mensem. Subcrefcit tunc temporis portio eiusdem humoris quæ vomitione expurgata fuit, vel concoquitur: sic minus molestatur mulier. Hæc affectio interdum vires adoritur, sed raro, quum humor vitiosus in os ventriculi est illapsus.

Signorum alia sunt conspicua, alia non: alia ab ægrotorum relatu disci possunt, si æger referat vomitum esse amarum, salsum, acre, dulce, acidum, conspicua sumuntur ab egestionibus crudis, vt in cœliace apparet.

De signis.

Hæc duo symptomata, sæpe degenerant in vomendi consuetudinem, deinde in cœliacem, vel alui fluxum, vel dysenteriam: alias in hydropem, syncopen, in soporem: inde mors subsequitur, nisi ab initio prouideatur: alias in tabem, ac mortuissimam melancholiam.

De præsignis.

Si ab aliqua febre originem ducit, eius tempus est considerandum, si principium, augmentum, status, aut declinatio accessionis, aut eius remissio, aut exacerbatio fuerit, vt medicatio præscribatur.

Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπυρόματα σώματα, καθρῶς ἐπαναίρεται δὲ, τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως. Quæ longò tempore extenuata sunt corpora, sensim reficere oportet, quæ verò breui, breuiter. Hip. aphor. 7. sect. 2. Οὐ πλήροισιν, ἔλιωός, ἢ δ' ἄλλο ἔδδεν ἀγαθόν, ὅτι αὐτὸν μᾶλλον τ' φύσις ἤ. Non satietas, non fames, neque aliud quicquam bonum, quod naturæ modum excedat. Hip. lib. 2. aphor. 4. Οὐκ ἔλιωός, ἢ δὲ ποίειν. i. Vbi fames, laborandum non est, aphor. 16. eiusdem sectionis. Λιμὸν θόρηξιν λύνει. i. famem, vini potio soluit, aphor. 21. eiusdem sect. Verum est si fames fit à causa frigida: At si à causa calida, non: sed cibis refrigerantibus vt dixi ex Gal. decreto locis citatis est curanda.

*De curatio-
ne.*

Cum bulimus fiat à causa frigida, est curandus aëre calidiorre ad siccitatem declinans. Sed in iis qui hyemis tempore per

*Curatio si à
causa frigidæ.*

De victu.

alpes inceserint, cautio est habenda, ne subito fiat mutatio, multum calfaciendo, aut subito nutriendo, ne calor languidior à frigore factus dissoluatur, aut suffocetur.

Victus sit actu & potestate calidus, euchymus, & eupeptus, paucus, & sæpe oblatu: cuiusmodi sunt iura carniū veruecis, gallinarum, caponum, vituli & similibus, consummata dicta, succi carniū, & iura alterata herbis calidis suauolentibus, quales sunt sampsuchus, menta, hyssopus, saturcia, thymus, herpillum, rosmarinus, allium, porrum, cepa &c. Gelatina cum aromaticis parata, aptari potest. Potus sit actu calidus, aut saltem tepidus. Vinum maluaticum, aut apianum, aut quoduis aliud generosum aromatis, & saccharo, aut melle Gallia Narbonensis conditum sumpto cibo concedi potest, ex Hip. aphor. 21. sect. 2. & Gal. in comment. modo non sit astringens & non ieiuno ventriculo in fame naturali, ne tremor aut conuulsio, aut delirium subsequatur. At in fame canina, non est eadem ratio: in qua curanda Aëtius lib. 9. cap. 6. pransis aut ieiunis vsu vini optimi etiam non sitientibus, modo astringens non sit, fuluum & non album in medio cibo concedit. Si vini portione non remittitur, ob materiam coniunctam & rebellem, purgare oportet, & ventriculum roburare, tam sumptis, quam admotis post dicendis.

*De victu
in canino
appetitu.*

Si edulia per se satis pingua non sunt, illis iniice axungiam gallinae, vel capi, vel anseris, vel butyrum recens, aut oleum amygdal. dul. quia talia edulia pingua famem obtundunt.

Abstinendum à cibis acidis, & astringentibus, necnon ab acetariis, & fructibus crudis, & ab aqua cruda, à vigiliis, & ab omni mæsticia & timore. Panis sit benè fermentatus cum semine anisi, & optimè coctus. Pultes ex lacte & butyro, aut oleo dulci, & polenta ex farina hordeacea in clibano siccata, aut semola, concedi possunt: veluti extrema animalium, quæ multum nutriunt, & non faciliè resoluuntur, & oua sorbilia, pisces saliti: & inter bellaria, nuclei pinci, pistacia, ficus, vuz damascenæ, passulæ, vuz corinthiacæ, amygd. dul. pira cocta, aniso crudo aut condito aspersa conceduntur: Necnon cerebella & testes gallorum nondum coeuntium. Non minus utilis somnus atque quies. Liquida solidis sunt anteponenda ex Hip. aphor. 11. sect. *ῥαδι πληροῦσθαι πότερ, ἢ σίτης*: i. facilius est impleri potu quam cibo: quia liquida facilius distribuuntur. Panis assus & mersus in vino & puluere Ducis aspersus, est

vtillis. Si vini potione non remittitur, ob materiam coniunctam, purgare oportet, vt dixi. Si ventriculus cibos in parua quantitate sumptos non continet, cucurbitæ sine scarificatione ei admoveantur, & corroboretur tam sumptis quam admotis post scribendis. Vt horum symptomatum variæ & multiplices sunt causæ effectrices: sic variæ medicandi rationes sunt sumendæ, quæ per contraria curantur. In bulimo curando, peculiare remedium est prouidere ne tremor, syncope, aut conuulsio accidat.

In canino verò appetitu, inhibere oportet, ne vomitus diu perseueret, quia nutritionem impedit. Syncope verò bulimum comitari solet, qui nullum vniuersale remedium purgans requirit, sed tantum alimentum euchymum & pingue. Nunc de remediis internis agendum.

Si à causa acida, veluti ab humore melancholico aut à mensibus retentis, & alius est astricta, supponatur sequens clyster.

De internis in causa frigida. Clyster.

℞. Pulegij, rutæ, mentastri, & parthenij, singul. m. i. centaurei minoris, & florum chamæm. meliloti, singul. m. β. coque in aqua suffi. ad ℥b. i. colaturæ dissolue hieræ Gal. & mellis anthosati, vtr. ℥. i. β. olei anethini, ℥. ii. fiat clyster supponendus, vt dixi. Vel

℞. Polypodij querni contusi, ℥. vi. calamenti, m. i. sennæ mundatæ, ℥. iii. epithymi, ℥. ii. anisi, ℥. i. caryoph. integr. nu. 3. coque in aqua mulsa, ad ℥. iii. colaturæ per noctem super cineres cal. infunde agarici troch. ℥. ii. rhabarb. selecti ℥. iii. cinnamo. ℥. β. catholici & diacarthami vtriusque ℥. iii. expressioni dissolue syr. rosati sol. ℥. i. fiat potio summo mane propinanda. Si pilulis delectatur, parentur sic:

Potio purgans.

℞. Massæ pil. de hiera simpl. & imperialium, vtr. ℥. ii. cum syr. absinthii, fiant pilulæ vi. deauratæ, quas cap. post primum somnum.

Pilule.

℞. Theriacæ veteris & probatæ, ℥. i. confusæ florum saluiæ, ℥. iii. cum saccharo, fiat bolus posttridie deuorandus. Vel

Bolus.

℞. Confect. alchermes, aut de hyacintho, ℥. ii. cort. citrii conditæ, aut nucis moschatæ sacch. conditæ, ℥. iii. cum sacch. fiat bolus horis iii. à potione purgantē deuorandus. Si his non cessauerit affectus materia lenta sequentibus attenuanda & detergenda est.

Alter.

*Apozema calfaciens, incidens, & detergens humoribus
frigidis accommodatum.*

℞. Vinque rad. aperientium mund. & contusarum in vino albo infusarum, singul. ℥. i. herbarum saturcia, origani, calamenti, hyssopi, pulegii, singul. m. i. absinthij pont. ma. & mentæ siccæ, vtr. m. β. passularum mund. pa. x. ficuum recentium, pa. iiii. glycyrrh. ℥. vi. sem. ocimi, gallitrici, & petroselini, singul. ℥. ii. stœchadis, p. ii. florum thymi, rorism. & bugl. singul. p. i. hydromellis lb. 4. bulliant ex arte in fictili vitrato angusti oris operculato, & extra ignem injice vinum infusionis, & macerentur per horam. Expressum clarific. cum syrapi de absinthio, ℥. iiii. & aromat. nuce moschata, pro iiii. aut v. dosibus mane hauriendis. Deinde sic purgabitur.

Pilula.

℞. Massæ pilularum alephanginarum, ℥. i. agarici troch. ℥. i. rhab. ℥. β. cum syrupo mentæ, fiant pilulæ vi. aut vii. quas cap. post primum somnum. Sequenti mane cap. ℥. i. aquæ cinnamomi, aut aquæ imperialis, aut cœlestis, aut claretæ simplicis.

In pharmacopoliis extant quædam composita, & simplicia, quæ ventriculum corroborant: qualia sunt syrupus de absinthio ma. & de menta: aromaticum rosatum: nux moschata condita, & zingiber viride conditum, cortex citrii cond. Vel horum loco,

Tabella.

℞. Pul. diambrae, aut de cinnamomo, & pul. aromat. rosati, vtriusque ℥. i. nucis mosch. conditæ, & zingib. conditi, vtr. ℥. ii. sacch. albi aqua mentæ soluti & cocti, ℥. iii. fiant tabellæ pondo ℥. ii. cap. vnam quotidie mane, superbibendo cochlear vnum aquæ cinnamo. aut imperialis.

*De exter-
nis reme-
diis.*

Fomentū.

℞. Fol. absinthii pont. ma. mentæ siccæ, sampsuchi, & thymi, singul. m. i. corr. citrii siccæ, ℥. i. sem. 4. cal. ma. singul. ℥. ii. florum saluæ, rorismarini, spicæ nostratis, singul. m. β. coquantur in aquis partibus aquæ fabrorum, & vini rubri pro fotu ventriculi cum spongia.

Emplastrū.

℞. Crustam panis assatam, ac vino maceratam, deinde aspersam pul. nucis moschatae, & caryoph. quæ calide ventriculo admoueat post fotum. Vel paretur sequens emplastrum.

Aliud.

℞. Gummi caragnei ℥. ii. extende super alutam ad scuti

figuram sed ei prius malaxa pul. galangæ minoris, nucis mosch. vel macis & mastiches singul. ʒi. vel paretur quod sequitur.

℞. Vnguenti stomachici, ʒ. ii. oleorum nucis moschatæ, & *Vnguentum.*
de mastiche, vtriusque ʒ. ʒ. fiat linimentum quo ventriculus
post focum illinetur: aut huius loco vtere oleo thymi arte ch-
mica extracti: aut oleo nucis mosch. ante vtrunque pastum.
Vtrique symptomati præscripta aptari possunt, & non phle-
botomia, ne plus iusto refrigeretur ventriculus. Balnea natu-
ralia salsa, nitrosa & aluminosa sunt vtilia.

*Curatio si à causa calida, bile scilicet, aut à
pituita salsa est.*

Victus sit refrigerans & humectans, euechymus & cupeptus, *De vitiis.*
liquidus, potius quam solidus, in parua copia & sæpe
oblarus, alteratus cichorio satiuo, oxalide, portulaca & simi-
libus: hordeata cum lacte amygd. dul. præparata, & panis elo-
tus, pruna acida ex aqua & sacch. cocta initio pastus sunt vti-
lia.

Pro potu loco vini, vtendum erit decocto radicis acetosæ
cum syrupo omphacii, vel granatorum: & si alius non fluxe-
rit supponatur balanus, vel clyster refrigerans hoc modo pa-
ratus.

℞. Decocti herbarum 4. emollientium, hordei, ros. rub. *Clyster.*
furfuris macri, florum nymph. 4. ʒ. colaturæ dissolue diaphœ-
nici (bilem & pituitam purgat) ʒ. i. mellis Mercur. & olei ro-
sati, vtriusque ʒ. i. ʒ. fiat clyster: vel huius loco masticebit
rhab. optimi ʒ. ii. Vel

℞. Nardi Indicæ minutim incisæ, ʒ. ʒ. rab. selecti, ʒ. i. ʒ. *Potio pur-
gans.*
myrobal. citrearum & cepul. oleo amygd. dul. confricatarū,
vtriusque ʒ. ii. catholici, ʒ. vi. infundantur omnia simul in de-
cocto communi medicinæ per noctem super cineres cal. Ex-
pressioni dissolue syr. ros. sol. cum agarico ʒ. i. fiat potio si na-
tura deorsum vergit: si verò sursum detur vomitorium se-
quens.

℞. Oximellis simpl. ʒ. i. ʒ. decocti rad. raphani, & sem. *Vomita-
gium.*
eiusdem, & atriplicis, asari, & agarici, ʒ. v. fiat potio vacuo
ventriculo manò tepidè bibenda.

Iulepus.

℞. Oxymellis scillitici, ℥. i. syrupi de succo endiuiz, ℥. ii. decocti cichorii, eupatorii, borrag. capillarium communium, passul. mundat. glycyrrh. hordei, sem. portul. maluz, & papaueris albi, & florum thymi, bugl. & torism. singul. q. s. fiat iulepus clarific. & aromat. santalo citreo pro tribus maturis. Deinde sic purgetur.

Massa pilularum.

℞. Aloës socotorinz succo rosarum rub. lotz, & siccataz ℥. iii. rhabarb. optimi, ℥. i. agarici trochiscati, ℥. ii. mastacis, ℥. i. fiat massa pilularum cum succo solani, cap. pro dosi ℥. iii. semel aut bis in hebdomade.

Conditum ventriculū roborans.

℞. Miuz cydoniorum simpl. ℥. iii. myrobal. sacch. conditaz, & conseruaz rosarum, vtr. ℥. i. pul. coralli rub. & boli orient. lotz aqua rosarum, vtriusque ℥. ii. mastacis, ℥. i. fiat opiata de qua quotidie mane cap. ℥. β. superbibendo parum vini aqua hordei diluti.

De externis, Fomentum.

℞. Rad. symphyti ma. ℥. i. β. cort. citrii siccaz, ℥. vi. spongiæ cynorrhodi, & absinthii p. ma. & rosarum rub. singul. m. i. calycum glandium m. β. coque in aquis partibus vini rubri, & aquæ fabrorum, pro fotu ventriculi cum spongia per horam ante vtrunque pastum.

Emplastrū.

℞. Crustam panis sincomisti assam & in aceto infusam, cui asperge pul. rosarum rub. ℥. β. pul. caryoph. ℥. i. fiat empl. ventriculo admouendum.

Sacculus.

℞. Santali citrei, & xilaloës, aut ligni rhodii, vtriusque ℥. β. ros. rub. & pul. diatri asantali, vtriusque ℥. ii. gallarum quercus, & mirthi, vtr. ℥. i. ambaris, ℥. i. caphuræ grana vi. fiat pul. quo paretur sacculus cum serico rub. & gossipio intersutus ventriculo admouendus, post fotum & cucurbitularum anterioribus & posterioribus stomachi partibus appositionem, vt consulit Aëtius lib. 9. cap. 7.

Si syncope acciderit quid agendum.

Si bulimus degenerat in animi deliquium, autoribus Gal. octauo li. catat. c. 4. consilio Archigenis, & Auicennæ li. 4. fen. i. tract. 2. c. 27. reuocandi sunt ægri odoramentis, moscho, vel floribus & fructibus suauē olentibus: aut pane asso in aceto infuso, &c.

Per huiusmodi odoramenta, vt plurimum ægri reuocantur in pristinum statum. Huic negotio conferunt ligaturæ partium extremarum, vt manuum, & pedum: necnon frictions crurum & spinæ. Reuocatis ab animi deliquio, panem vino dilutum, aut quidpiam aliud, vt oua sorbilia quæ breui tempo-

re vires reficere possunt, propinare oportet: necnon succum carniū, aut ꝑ. i. aquæ imperialis, aut aquæ cœlestis, aut cinnamo. aut theriacalis descriptionis nostræ.

At si animi deliquium in febribus acciderit, autoritatibus Gal. 9. meth. med. & Aëtii. li. 9. c. 7. Pauli Æg. li. 2. ca. 51. considerare oportet, tempus accessionis: si in remissione, aut exacerbatione, aut in declinatione, intrepidè cibi euchymi sunt offerendi. Si verò in principio, aut incremento, aut statu paroxysmi, per odora menta superius enunciata, eos primò reuocare oportet. Quod si ex his nihilo melius se habent, imitandus est Gal. loco citato, qui veritus non est quouis tempore febris, potissimum calidis & siccis corporibus cibum dare, non semel tantum, sed sæpè quum vsus postularet, & maxime quum imbecillus erat stomachus.

*Si Appetitus caninus fit à vermibus
quid agendum.*

℞. PVI. hieræ Gal. 3. i. opiatæ Salomonis, 3. i. ꝑ. syrupi flor. ^{Potio}
rum persicorum ex 9. infusionibus (si extiterit) vel syr-
rupi limonum 3. i. decocti ranaceti si nulla est febris, vel aquæ
portulacæ (si extiterit) q. s. fiat potio ex historia Tralliani loco
citato.

℞ Lactis caprini 3. viii. sacch. rub. 3. i. B. vitellos duos ouo- ^{Clyster}
rum fiat clyster: Dulcibus per podicem vermes trahun-
tur.

℞. Farinæ lupinorum 3. iii. pul. ranaceti, & absinthii ꝑ. ma. ^{Emplastrū}
& aloës, singul. 3. i. cum felle bubulo, & pauco aceti acris fiat
emplastrum.

Malacia Curatio.

CVM Malacia & Pica à variis causis oriri potest, vt ^{Curatio}
in causis diximus, variam quoque requirit medi- ^{malaciæ}
cationem: diætā scilicet, & pharmaciā. Diætā caco-

chymix pituitosæ, aut biliosæ, aut melancholix, aut intem-
perici calidæ, vel frigidæ opponatur. Cunctis causis aptari po-
test sequens diata. Aër sit temperatus ad caliditatem vergens.
Cibus sit boni succi, & panis albus cum pauco sale, & aniso
bene coctus, vinum erit fuluum, minus solito dilutum, car-
nes erunt boni succi. Si cibos auersentur, obsoniorum varie-
tate ac iucunditate illectentur, vt docet Celsus lib. 3. cap. 6.
Cunctis confert ante cibum oliuas albas muria cõditas cū pane
molli exhibere, & v. aut vi. amygdalas amaras: à cibo vvas pas-
sas & mala punica aut pira propinare: abstineant à dulcibus
obsoniis: sed qui terrâ appetunt, nihil vtilius amylo dissoluto
in iure carniū & cocto. Si vinū auersentur, vtatur hydrosac-
charo cinnamomo condito. Iuribus carniū, elixentur hyssop-
pus, salua, sampsuchus: aperientia reicienda tam in victu
quam remediis. Purgatio est duplex: vomitoria & deiectoria.
Si prægnans facillè vomit, iuuetur blando vomitorio & tepido
ad 3. vi. si humor est lentus & crassus, fortiori eget vomito-
rio composito ex incidentibus, & tergentibus medicamen-
tis quale est oxymel simplex, & scillicicum. Contra si difficilè
vomit, aut insueta sit, blanda purgatione vtendum, ex agarico
troch. nempe, (si pituita dominatur): vel rhabarb. & myrob.
citreis (si bilis præpoller) aut senna, epithymo, & myrobal. In-
dis, (si melancholia) aut pilulis assaieret, alephanginis, impe-
rialibus. Validiora purgantia aduersantur ex Hip. apkor. i. sect.
4. Post purgationem, corroborandus est ventriculus tam
sumptis quam admotis. Sumuntur opiatæ paratæ ex mithri-
datio, theriaca, conseruis rosarum anthos, cort. citrii condi-
ta, superbibendo parùm vini optimi, vel aquæ stillatitix cin-
namomo, electuario diarhodi triasant. aromat. rosati: syrupo
de menta, de absinthio: miua cydoniorum & c. acria, & ni-
mis amara non conueniunt, ne acetabula aperiant: admoue-
antur sterno ad umbilicum vsque & vndecimam dorsi verte-
bram vnguenta, emplastra, sacculi, fomenta superius scripta.

Pharmaca.

De Cibi Fastidio.

CAP. XLVI.

A *Nopezia, Anorexia, & Asthenia* differunt nomine & non re, quod idem significant: Latinis cibi fastidium & inappetentia, teste Gal. comment. in aphor. 17. sect. 4. & comment. in aphor. 3. sect. 6. Est symptoma functione sensus tactus oris ventriculi non deprauatus, (vt caninus appetitus aut malacia) sed abolitus aut diminutus.

*Anorexia
quid.*

Causæ externæ huius symptomatis, sunt aër frigidior, aut calidior: potus aquæ glacialis, vel cœnosæ: aut vini meracioris largius sumpti, initio pastus, quia subito nutrit, vt colligere licet ex iis qui ab initio pastus vinum bibunt, ij parum comedunt: ciborum nimia satietas, aut intempestius vsus: edulia calida & pinguia, quæ ventriculum laxant & appetitum dissoluunt, & nauseam pariunt: pariter si vitiosa fuerint, aut largius sumpta post morbos acutos: in principio fastidium cibi, & recidiuam pariunt teste Hip. aphor. 31. & 32. sect. 2. Qui aduersa valetudine, abundè initio si comedunt nec proficiunt, ij ferè tandem omnes in cibi fastidium incidunt. Huius rationem reddit Gal. in comment. Balneum aquæ frigida, anorexiam sæpe parit, quia cutem densat, & suctionem venarum intercipit: exercitium intermissum, & veneris cessatio, vt in viduis apparet: nimia sanguinis missio, & purgatio per maligna pharmaca non probè castigata, aut largius sumpta, vnde alui fluxus immoderatus: suppressio mensium, iuges vigilæ: animi pathemata, vt ira, mœsticia, timor. Hæc omnia multis rationibus Apositiam pariunt.

*De causis
externis.*

Causæ internæ etiam multiplices existunt: vt intemp. calida aut frigida; oris ventriculi simplex, aut composita: humores calidi, aut frigidi in ventriculo generati, aut aliundè impulsæ, qui ventriculum impediunt, quominus venarum suctionem percipiat: hinc cibi fastidium. Calor febrium symptomaticarum alicuius visceris, aut pestilentialium, aut aliarum ma-

*De causis
internis.*

qui à natura sunt voraces qui assiduo egent fomite, & puellæ, & viduæ quibus suppressi sunt menses.

Si in principio aut statu febrium acciderit, nihil mali portendit: quia tunc temporis modico alimento ægri egent. Si verò in earum declinatione, aut in longa diurnitate, aut viribus debilitatis ex immodica euacuatione, periculo non vacat. Aëtius lib. 9. cap. 20.

Præfagia.

Anorexia laboranti, à vitiosis humoribus in ventriculo collectis: si alimentum quamvis euchymum propineretur, augetur: quia corrumpitur, inde mors acceleratur. In morbo diurno cibi fastidium & sinceræ deiectiones, malum, inquit Hip. aphor. 6. sect. 7. Non febricitanti cibi fastidium, cordis dolor, vertigo tenebricosa & oris amaritudo purgatione per superiora opus esse significant: Hip. aphor. 17. sect. 4.

Curatio à causa calida.

Curacionem huius symptomatis distinguam in duo membra. In primo de ea quæ fit à causa calida agam: in postremo de ea quæ fit à frig. Quoties appetentia languet ex nimia alimenti copia, vt in plethoricis, ieiunium est imperandum, vel (vt monet Hip. aphor. iii. sect. 1.) eorum habitum statim solvere expedit, vt noua nutritione in meliorem reducatur. Deinde sanguis educatur, præmissis clystere si alius est dura, vel balano indira, si pauper, vel eccoproxico.

Imprimis aër eligendus erit, qui sit temperatus aut saltem parum refrigerans: pariter potus ex decocto hordei, aut rad. acetosæ & prunis acidis, cum syrupo omphacii, aut granatorum, limonum, aut citrii, aut cydoniorum. Cibus quoque sit refrigerans & humectans cum leni astrictione, euchymus, & cupeptus, atque liquidus potius quam solidus: cui iniectus sit nonnihil omphacii, aut succi aurantiorum, aut citrii, aut alterius succi eiusdem naturæ, vel aceti rosati, in parua quantitate, & sæpe oblatus, licet aduersari videatur, vt consulit Hip. aphor. 38. sect. 2. modo cum voluptate sumatur: vt Gal. in comment. annotauit. Ægro varii sunt offerendi cibi, vt de singulis gustando famè viter. Celsus li. 3. c. 6. ex Asclepiadis sententia. Cibi qui multa masticatione indigent, appetitum euertunt.

De victus ratione in causa calida.

Iura carniū alterari possunt herbis refrigerantibus. Oua forbilia, & testes gallorum nondum coeuntium maximè nutriūt; & panis infusus in posca, saccharo aspersus, vel vino oligophoro, si viros sunt deiectione concedi potest: necnon carnes auium montanarū, &c. Hip. sect. 6. li. 6. Epid. animi pathemata

immoderata, sunt vitanda. Frictiones loco exercitij sunt vitales. Fame dominante, ab omni labore cessandum. Hip. aphor. 16. sect. 2. *ὁκλ' λιμός, & δὴ πόνειν*: i. huius aphor. rationem reddit Galin comment.

*Curatio si
ab intem-
perie cal.*

Si ex intemperie calida oritur, quæ vires dissoluat, veluti si ab aliqua alicuius visceris inflammatione: aut à febre pestilente, aut ab aliqua maligna scaturit: considerare oportet, si bilis aut pituita salsa in ventriculo sit contenta, aut ibi adhaereat, & ei providere.

Si ab intemperie frigida, à contrario est emendanda: si ab inflammatione, remedia erunt petenda è capite febris symptomaticæ, à qua anorexia duxit originem: sic censendum si ab aliqua maligna febre scaturit, recurrendum erit ad ea quæ capitibus propriis, Tractatus prioris annotavi.

Si à bile, aut à pituita salsa in ventriculo contenta, aut tunicæ impacta, ea educenda vomitu, si sursum vergit natura: vel deiectione si deorsum, ex Hip. aphor. 21. sect. 1. & Aërioli 9. c. 20. deinde vires erūt reficiendæ victu instituto: & ventriculus corroborandus venit, tam sumptis quam admotis cap. sequenti scribendis. Si his melius non se habuerit: causa erit referenda ad magnam cacochymiam, quæ epicrasticè per aluum educenda erit medicamentis benignis & non scammoniatis, aut similibus, quæ trahendo purgant, ut loquitur Mes. ut qui in aduersa valetudine abundè initio comedunt, nec proficiunt, ij ferè tandem omnes in cibi fastidium, incidunt. Sic qui ex enunciatis non curantur, cacochymia sensum, & non confertim est educenda. Hip.

*Curatio si à
causa fri-
gida.*

Si Apositia sit à causa frigida: per contraria erit curanda: Victu scilicet calido & sicco cum leni astrictione. Potus erit vini optimi, & veteris, aut hipocratis nuncupati: iura carniū elixatarum, alteranda erunt herbis acris hysopo, & similibus.

Vfus carniū tostatarum erit concedendus, cum condimentis aromatum aut garo. Paulus concedit vsum piscium salforum, cappares & oliuas virides muria conditas, sinapi, porrum, allium, semina 4. cal. ma. pul. diatrium piperrorum, theriacam antiquam.

Si à pituita acida, aut albuginea seu vitrea contenta in cavitate ventriculi, aut infarta in eius tunica interiore quæ in-

hæreat : vomitu, (motu naturæ, vel artis) est educenda. Quæ si vomitu perfectè educta non sit, incidentia, tenuantia & detergentia sunt consulenda : deinde purganda phlegmagogis, siue colocynthide, quæ sua qualitate malefica (quamuis satis castigata videatur) ventriculum lædit, (nisi ægrotans esset agrestis naturæ.) Deinde ventriculus erit roborandus ram sumptis, quam admotis.

℞. Rad. raphani, ℥. i. asari, ℥. iii. sem. atriplicis, ℥. ii. agarici, ℥. i. florum genistæ, p. ii. coquantur in aqua ad ℥. v. oxymellis sciliciti, ℥. i. ℞. fiat potio tepidè mox à prandio haurienda. *Vomitoria*

Sic vna cum cibus pituita inhærens ventriculo facilius educitur. Si ad vomitum æger non est propensus, cap. sequentem potionem.

℞. Agarici troch. in oxymelle simplici macerati cum pauco decoctionis absinthii, & mentæ, ne agricus vratur super cineres calidos. Expressioni dissolue elect. Indi maioris ℥. ℞. syrupi rosati sol. ℥. i. fiat potio summo mane sumenda: tum *Potio benigna.*

℞. Rad. galangæ crassæ, cyperi, & cort. citrii siccæ, singul. ℥. vi. hordei integri, absinthii pont. mentæ siccæ, calamenti, origani, singul. m. i. sem. anisi, ℥. iii. folii Indi, & schœnanthi, vtr. ℥. i. vuarum damasc. ab arillis mund. pa. x. florum rorism. & thymi, vtr. p. i. hydromellis despumati, ℔. iii. singula quo decet ordine coquantur in fictili vitrato, (& cooperto) ad tertias: mellis rosati, & oxymellis simpl. vtr. ℥. i. ℞. fiat apozema clarificatum & aromat. puluere aromat. rosati pro tribus dosibus. Deinde iteretur eadem potio purgans vt supra: vel cap. sequentes pilulas. *Apozema incidens, attenuans & detergentis.*

℞. Agarici troch. ℥. i. pul. hieræ Gal. vel pilularum alexiphanginarum, vel stomachicarum, vtriusque ℥. ii. cum aqua mentæ, fiant pil. 6. 7. aut 8. deauratæ pro laborantis facilitate, quas cap. post primum somnum. *Catapotia.*

℞. Pul. aromat. rosati, & diacydoniten cum speciebus, aut diatrium piperorum, vtriusque ℥. i. theriacæ veteris, aut mithrid. si malignæ qualitatis est suspitio, ℥. ii. vel si nulla inest, cort. citrii sacch. conditæ, vel nucis moschatæ conditæ, vel zingib. viridis conditi, ℥. ℞. sacch. albi aqua mentæ vel absinthii p. ma. soluti & cocti, ℥. iii. fiat elect. in rhombos pondo ℥. ii. cap. vnum quotidie mane superbibendo parum vini rub. optimi horis iii. ante primum pastum. Et post singulos pastus vtatur miua cydoniorum cū arom. composita: Vel huius loco, *Tabellæ.*

*Pul. dige-
stius.*

℞. Pul. diagalangæ, nucis moschatæ, & cinnamo. singul. ʒ. ʒ. ʒ. cort. citrii siccæ, & malabathri, vtriusque ʒ. i. pul. diacydoniten sine speciebus, & sem. anisi, vtriusque ʒ. iii. panis albi assii & puluerizati, ʒ. iii. sacch. albi, ʒ. vi. fiat pul. de quo capiat post singulos pastus cochlear vnum mane, vel vtatur sequentibus.

*Gastrica
varia.*

℞. Syrupi de absinthio ma. & de menta, vtriusque ʒ. ii. interpolatis matutinis cap. cochlearia ii. vel tria ante ientaculum: intermediis verò cap. parum nucis mosch. condita, vel zingibêris viridis, vel myrobal. conditarum, vel cochlearia aliquot aquæ cinnamomi, aut imperialis. Extrinsecus sequentia admota, ventriculum roborabunt, calorem sopitum suscitabunt, & eius coctionem iuuabunt.

*De exter-
nis.**Fomentum*

℞. Fol. absinthii p. ma. mentæ siccæ, sampsuchi, calamenti, & rosarum rub. singul. m. i. rad. cyperi, calami aromat. & sem. ameos, & anisi, singul. ʒ. ʒ. caryoph. contusorum, ʒ. ii. coque in æquis partibus aquæ & vini rubri pro fotu ventriculi ante vtrumque pastum.

Unguentū.

℞. Succii absinthii, ʒ. i. oleorum nardi Indi & de mastiche, vtr. ʒ. i. ʒ. bulliant ad succi fermè consumptionem. Colaturæ liqua ceræ flauæ ʒ. ʒ. & extra ignem dissolue pul. aloës, ʒ. i. ʒ. macis, masticis, caryoph. calami aromat. & mentæ, singul. ʒ. i. galliæ moschatæ, ʒ. i. fiat linimentum quo ventriculus ante vtrumque pastum illinetur. Vel huius loco vtatur V. stomachico Gal. Vel

Olea.

℞. Oleorum nucis moschatæ, & de mastiche, vtriusque partes portiones: his illine ventriculum ante vtrumque pastum panno lineo apposito. Vel

Emplastrū

℞. Gummi caragnei, vel massæ empl. de mastiche, aut pro stomacho, ʒ. ii. extende super alutam scuti figura ventriculo admouendum. Vel

Scutum.

℞. Ligni aloës, galangæ tenuis, cyperi, & calami arom. singul. ʒ. ii. troch. galliæ moschatæ, & pul. aromat. rosati, vtriusque ʒ. i. caryoph. macis, vtriusque ʒ. ii. fiat pul. quo sacculus scutiformis paratur cum serico rub. & gossipio interpunctus.

De Nausea & Vomitu.

CAP. XLVII.

Nausea Græcis, pariter Latinis Nausea dicitur: ὀϊστος Græcis, vomitus Latinis dicitur. Ambo sunt symptomatica motus depravati præter naturam facultatis expultricis ventriculi, quo natura nititur expellere quæ in ventriculo sunt molesta.

• Differunt tamen inter se, quod Nausea sit inanis conatus ad vomendum: ubi ventriculus grauat^{Nausea}ur copia, vel qualitate ^{quid.} mordacis cuiusdam rei, offenditur. Hæc Nausea ferè semper vomitum præcedit, sicut tussim ὀξεπυος. Vomitus verò est ^{Vomitus} eorum quæ in ventriculo continentur, per os excretio. ^{quid.} Differt à diarrhœa, quod vomitio, superioris partis ventriculi malè affecti sit symptoma: diarrhœa autem inferioris.

Vomitio est duplex: vna, naturalis seu spontanea de qua Hip. meminit aphor. 2. sect. 1. Altera est symptomatica & non naturalis, quæ vel critica est, & perfecta, morbumque soluit. Vel indeficiens, tunc natura est iuuanda, tandemque ventriculus est corroborandus, remediis post scribendis, de qua nunc agimus.

Causæ sunt plures: quarum aliæ sunt externæ, aliæ internæ: ^{De causis.} externæ, vt crapula, & reliqua quæ ad vitæ genus pertinent. Internæ, vt intemperies frigida, aut calida: item humores calidi, & acres, aut frigidi & corrupti, contenti in capacitate ventriculi, aut in eius tunica interiore infarti & valdè impressi, aut ibidem generati, aut è cerebro, hepate, liene, mesenterio, aut à toto corpore impulsæ: aut à colliquatione humoris in venis, contenti, aut à febribus malignis, aut pestilentibus facta, & in ventriculum impulsæ. Alias à vermibus os superius ventriculi vellicantibus. Humores vomitionem efficientes calidi, sunt bilis, & pituita salsa: frigidi, sunt melancholia, & pituita acida, insipida, crassa & lenta, qualis est albuginea.

Omnes hi humores ventriculum grauant; aut pondere suo (vt frigidi) aut qualitate mordaci (vt bilis, & pituita salsa.)

Alias fit, quoties viscus aliquod phlegmone tentatur, ex quo tenues ichores in ventriculū fluunt, eiusque os superius vellicant, & tanquam illi molestos natura (vomitione) expellit. Gal. lib. 5. loc. affectorum cap. 4.

De signis. Si vomitus fit à crapula, ex astantium relatu disci potest. Si sine cibis, tensio, siue pondus in ventriculo percipitur, tunc conijcere licet, causam esse copiam humorum contentorum in ventriculi capacitatem, aut in eius tunica interiore, qui non nisi maximo conatu euelli possunt, adeo in ea sunt infarti, & impulsi.

Si à bile. Si causa est bilis: oris amaritudo, sitis, atque ardor simul cum morsu in ore ventriculi percipitur, hinc inappetentia: cibi assumpti in amaram & nidorofam qualitatem vertuntur.

Si à pituita acida. Si pituita est causa, nulla sitis, nullus ardor in ore ventriculi percipitur: sed frigus, fames, ructus acidus, & cibi sumpti facile acefcunt, & tremor maxillæ inferioris. Si pituita salsa, sitis augetur, & appetentia minuitur, hinc cibi fastidium, & in ore faldedo.

Si à pituita salsa. Si à melancholia, faciei color est plumbeus, ad nigredinem vergens, mœror, tristitia, & curæ ægrum comitantur, & leguminum, piscium, & carniū nigrarum longus vsus præcessit.

Si à melancholia. Si à toto corpore, cognoscitur ex colore, & eruptionibus papularum circa cutem, & ex vrina: Aëtius libro 9. capite 10.

Si à toto corpore. Si à capite humor defluit in ventriculū, ex sapore vomitionis cognoscitur insipido, salso, amaro, qui vna cum alimentis reijcitur semicoctis. Si à phlegmone partium vicinarum, tenues ichores in ventriculi cavitatem refudant, ibique collecti, eius orificium vellicant: hinc anorexia, nausea: interdum pauca & biliosa vomitio mouetur, vt euenire solet in phlegmone partis caux hepatis, autore Gal. loco citato.

Si à capite. Necnon ex partis affectæ tumore, dolore, & natura humoris qui per vomitum excernitur, corpore non peccante, & ex eo quod ieiunis magis succrescat, ventriculū impleri à prædictis ichoribus quam saturis.

Quinetiam perpendendum est, an ea pars quæ certo temporis circuitu vexari solita, tunc non vexetur: vel aliqua consueta excretio sit ibi retenta, quæ non excernitur. Quod si nihil apparet, certum est hoc symptoma non fieri consensu illius

illius partis: sed humores vitiosi fuisse in ventriculo generati. Si vomitus statim à nausea absque magno conatu, humorem noxium reijcit, certum est humorem in spatio ventriculi fuisse contentum. Contra si nihil effatu dignum reijcitur, eum inhærere tunicæ ventriculi iudicandum.

Si causa pender à vermibus in ventriculo, aut tenuibus intestinis generatis qui os ventriculi vellicent, generatur; signa sunt, anhelitus foetidus, tussis inanis, & sicca, & cum clamore ægri expurgiscuntur, arctius dormiunt, strident dentibus, morsus, nausea, vomitus, cibi fastidium, & similia quæ tenellis ætatibus accidere solent. *Signa si à vermibus.*

A vomitu, singultus & oculorum rubor, malum inquit Hip. aphor. 3. sect. 7. à phymatis intorsum rupto exolutio, vomitio & animi defectio fit, propter spiritus vitalis excretionem. Hip. aphor. 8. sect. 7. ab ileo vomitus, & singultus, & desipientia, & conuulsio, malum, inquit Hip. aphor. 10. eiusdem sect. quæ sententia vera erit teste Gal. in comment. si in ileis exitiæ acciderit. Nausea quæ crism febris malignæ præcedit, mala. Si conualescentibus multiplicatur, recidivam indicat. *De prognostico.*

Vomitus bile & pituita mixtus, modo nimis crassus aut copiosus fuerit, est utilis. Si bilis aut pituita sincera reijcitur est periculosus. Si verò viridis, liuidus, aut niger, est vitiosus.

Si omnes hi colores affatim in eodem morbo appareant, mortis periculum imminet. Si liuidus, & foetidus, celerrimam mortem portendit: siquidem factores in vomitibus semper sunt mali, ex Hip. lib. 2. progn. 38. 39. 40. 41. & 42. & in coacis prænotionibus prænotione 556. 557. 558. 559. 560. 561. & c. quæ prudens omitto.

Vomitus in hyeme est longè utilior quam in æstate: quia tunc temporis pituita dominatur, & capitis gravitas maior. Hip. lib. de diæta salubri. Inutilis est gracilibus & imbecillum stomachum habentibus. Contra, utilis est plenis, & omnibus biliosis si nimium se repleuerint, vel parum concoxerint. Celsus lib. 1. cap. 3. Veruntamen qui vult valere, & senescere, quotidianum vomitum reijciat, contra vulgi opinionem. *De notatione vomitus in deficientis.*

Vomitus qui fit naturæ conatu, aut via critica, non est coercendus, sed totum negotium naturæ est committendum: Qui *in genere.*

verò aliter quam expedit, est coercendus: non is qui ex viuendi errore nascitur, sed is qui est morbi soboles, curandus. Igitur nausea & vomitio quæ præter naturam fiunt, curantur, si causa efficiens auferatur. Si à fluxione, impetus est reuellendus: deinde ventriculus erit roborandus per gastrica astringentia, sæpe repetita. Si causa efficiens est pituita crassa, & lenta, incidenda, tenuanda, & detergenda, & alui deiectione purganda clysteribus acris, balanis inditis, potionibus ex agarico troch. in melle rosato, infuso elect. Indo maiore, & myrobalanis cepulis &c. cucurbitulis, frictionibus, vinculis, foru, vnguentis, & emplastris. Interdum vomitus vomitum soluit ex Hip. lib. de locis in homine. Alias alui fluxu, reuellendo humorem qui sursum effertur, quo euacuato astringentia conueniunt. Si intemperies humida, est causa, quæ ventriculum dissoluit, cum astringentibus exsiccantia sunt miscenda, tam sumptis quam admotis.

Si ventriculus vitiosis humoribus est refertus, & aluus est suppressa, iniecto clystere, vel balano indita, sunt vacuandi. Deinde vomitus est compescendus per astringentia, additis quæ ventriculi facultatem retentricem roborent.

Forma remediorum est mutanda, & non materia ex Auicenna, ne vni assuefacta natura, eius vim spernat, & contemnat.

At si primum remedium euomat, interposita hora, aliud exhibendum, mutata forma, & quantitate. Si his ventriculus non continet, ac mox omnia respuit, alia sunt experienda, vt faciem aqua aspergere, manus ac pedes in peluim aqua plenam immittere, lintea oxycrato imbuta collo circumponere, naribus suaue olentia offerre, vt vinum, moschum, necnon feta florum odoriferorum, vel fructus, vt aurantium caryophyllis infixum, malum citreum &c. Præstantissimum erit offerre panem assum in vino maceratum & nuce moschata, caryophyllis & menta sicca aspersum si causa est frigida. Vel maceratum in aceto rosato, aspersum puluere santalorum, rosarum rub. nymph. & pauco caphuræ naribus admouere, quæ causa est calida. Mesue theoremate tertio cap. 2. Interim corpus in quiete continendum, dum ventriculus arctius alimentum complectatur. Alimenta & medicamenta aromatum permixtione sint suauioris odoris & saporis, ne ingrato odore & sapore naturam turbans ad vomitum stimulent. Ventriculo

Cucurbitula prodest: diæta in genere sit intemperici, humorique vomendo aduersa, substantiæ mediæ, crassiæ, & viscidæ, non liquidæ, non pinguis, non tepidæ, vt facilius hæreat, & interim concoquatur.

Condimentis seu calidis, seu humidis, seu frigidis, semper gastrica astringentia misceantur. Si consensu alicuius partis sit, imprimis illius est habenda ratio. Potus sit exiguus, aut nullus à pastu.

Omnis vomitus ab initio non est compescendus: qualis est criticus, nephriticus, aut colicus. Sed tantum is qui fit ob debilitatem facultatis retentricis ventriculi, vel copiam humoris vitiosius eius os superius vellicantis, & lacescentis: tunc iuuanda est natura, donec corpus excrementis abundè fuerit repurgatum, vt dixi in curatione generali autoritate Hip. lib. de locis in homine, & lib. de salubri diæta.

Curatio in specie à causa frigida.

Ἐξ ὑνῶς τῆς χειμῶνος ὡς ἐμῶν ἕτος γὰρ ὁ ζέοντος, φλεγματοδύτης τῆς βελῆς, ἡ τὰ νοσήματα, γίνεται, ὡς ἐν τῇ κεφαλῇ ἢ ὡς ἐν τῷ χολῆ τῆς το, τὸ ἴδιον τῆς φρενῶν: i. Sex hybernis mensibus, vomitus est ciendus, quod hoc tempus, æstiuo plus pituitæ gignat, & morbi circum caput, & eam regionem, quæ est supra septum transuersum excitantur.

De vitæ institucendo

Victus sit calidus, & siccus, boni succi & facilis coctionis, liquidus potius quam solidus: quia masticatione vomitus concitatur, in parua quantitate, sed sæpe oblatas. Pro potu vtendum vino rubro & astringente, si nulla est febris: quæ si adest, diluto aqua bullita cinnamomo aromatizata: vel hydrofaccharo solo. Somnus sit longus, quies tum corporis cum animi & inædia conueniunt: contraria fugienda. Alimenta actu frigida vomitum sistunt, calida mouent. Si ea non continet ventriculus, ei admoueat cucurbita, quæ ibi inhæreat donec concocta & distributa fuerint. Venæ sectio locum nõ habet, nisi in maxima plenitudine, & robustus fuerit æger.

In cacochymia, celebranda est, deorsum purgatio, est institucenda pilulis benignis constringendo purgantibus, & non scammonium, aut colocynthidem recipientibus. Si humor est adeò infartus, vt benignis educi non possit, ad validiora erit properandum, modo illis semper misceantur quæ astringendo purgant ratione partis malè affectæ, quæ astringentibus corroboratur, & non aliis astringentibus non purgantibus, quia purgationi officiant.

Ne recedam à doctrina Hip. scribentis lib. de locis in homine vomitum, vomitum sedare : sic in Græco codice *ὄψω ὡς* *ἄλγ. τὸ ἔμεν, ὁ ἔμετος παύθαι.* Vomitorium sic parabitur.

Vomitoriū ℞. Sem. atriplicis, & raphani, vtriusque ℥. β. sem. vrticæ, & asari, vtr. ℥. ii. agarici, ℥. ii. coque in aqua ad ℥. iiii. dissolue mellis rosati, aut oxymellis scillitici (si materia inhæret tunicæ oris ventriculi) ℥. i. β. fiat potio repidè mox à cibo sumenda: vt vna cum cibus, pituita lenta facilius educatur: Deinde per horam semissem deambulandum. Quod si sua sponte non vomit, penna oleo rancido illita, ori & faucibus immitatur. Vbi vomuerit, os vino rubro colluatur, deinde sequenti clysmate vtendum.

Clyster. ℞. Decocti mal. viol. centaurii minoris, maioranz, sem. anisi, scenic. stœchadis, summitatum anethi, & chamæm. & agarici in nodulo positi q. s. colaturæ dissolue hieræ Galeni, mellis anthosati, & olei rutacei, vel chamæmeli, singul. ℥. i. β. fiat clystel, supponendus quoties æger erit stricta aluo. Vel

Balanus. ℞. Pul. hieræ Gal. muscerdæ, & salis gemmei, singul. ℥. i. mellis cocti ℥. i. fiat balanus indenda loco clysteris si pauper. Si æger neque alimenta neque medicamenta retinet, parentur clysteres nutrientes ex iuribus carniū, vitellis ouorum, & saccharo. Si nulla est febris, purgabitur pilulis de hiera cum agarico, bis in hebdomade pondo ℥. i. aut ℥. iiii. spatio horarum 4. ante pastum. Vel

Massa pilularum. ℞. Aloës socotorinæ succo absinthii lotæ ℥. ii. rhab. & agarici troch. vtr. ℥. i. cum syrupo de menta, fiat massa de qua forma pilulas vi. pro dragma cap. tres alternis matutinis etiam horis iiii. vel iiii. ante cibum. Deinde humor crassus sequenti præsidio præparetur.

Apozema. ℞. Galangæ crassæ, & cort. citrii siccæ, vtriusque ℥. i. herb. hyssopi,atureiæ, mentæ siccæ, (quia viridis est flatuosa) pressi albi, & absinthij p. maioris, singul. m. i. sem. anisi, ℥. β. passularum integrarum, pa. x. stœchadis Arab. & florum rotism. vtriusque p. i. coquantur quo decet ordine in hydromelle ad ℥. i. oxymellis simpl. ℥. ii. fiat apozema clarificatum & aromat. pul. aromat. rosati, ℥. ii. pro quatuor matutinis. Deinde purgabitur sequentibus pilulis.

Pilula. ℞. Massæ pil. assaiæret, & alephanginarum, aut imperialium, vtr. ℥. β. agarici troch. ℥. β. cum syrupo rosarum sol. fiat

pilulæ vi. quas cap. finito apozemate summo mane. Vel utatur sequenti potione.

℞. Agarici troch. & rhabarb. selecti, vtriusque ʒ. i. elect. In- *Potio pur-*
 di ma. aut diacarthami, si ager est agrestis, & duræ naturæ, aut *gans.*
 si nobilis, mollis, & delicatæ naturæ, catholici, ʒ. vi. infundan-
 tur omnia simul in parte vna decocti apozematis per noctem
 super cineres cal. expressioni dissolue syrupi rosati sol. ʒ. i. fiat
 potio summo mane propinanda. Initio purgationis, valentio-
 ra purgantia sunt reiicienda, ne humores à toto corpore in
 partem debilem trahantur. Tentatis benignis medicamentis si
 humor non cedit, tunc ad fortiora transeundum, & non prius:
 Deinde ventriculus sic roboretur.

℞. Cort. citrii sacch. conditæ, ʒ. ii. nucis moschatæ, aut my- *Conditum.*
 rob. sacch. conditæ, aut zingib. viridis, & carnis cydoniorum
 condit. singul. ʒ. ʒ. cum syrupo mentæ, aut cum saccharo, fiat
 cõditum, cui adde pul. aromat. rosati, ʒ. ii. fol. auri illustratum:
 cap. ʒ. ʒ. per horam aut alteram ante vtrumque pastum. Vel
 huius loco vtatur miua cydoniorum cum speciebus d. m. Vel
 huius loco c. micletæ ʒ. i. Vel

℞. Caryoph. macis, cinnamo. masticis, vsmez, r. musci ar- *Confectio*
 borum lotæ vino, & siccata, ramenti eboris, & cort. citrii, sin- *solida.*
 gul. ʒ. i. tunicæ interioris ventriculi gallinarum aqua prius ab-
 sinthii. deinde vino generoso lotæ, siccata & puluerizata om-
 niū par pōdus fiat, puluis, qui saccharo cocto exceptus fiat pasta *Si à flatu-*
 in morsellis deauratis reducēda, qua vtetur inter pastus. Si vo- *bus.*
 mitus sit flatuum copia, quæ alimentum subleuet, & vomitio-
 nem cieat, remediis præscriptis sunt permiscenda quæ status
 discutiant: qualia sunt diagalanga, dianisum, diacyminum, dia-
 trium piperorum, &c. & cucurbita vmbilico, qua extracta il-
 linetur ventriculus oleo è semine anisi arte chimica ex-
 tracti.

℞. Rad. cyperi, & cort. citrii sicca, vtriusque ʒ. vi. mentæ *De exter-*
 sicca, & absinthij p. ma. vtr. m. i. nucis cupressi, ʒ. iii. cinnamo. *nis somen-*
 macis, caryoph. & sem. cymiji assi, coriand. præp. nucis mosch. *tum.*
 & rosarum rub. singul. ʒ. i. ʒ. bulliant parum in vino rub, austo-
 ro pro fotu ventriculi cum spongia ante vtrumque pastum.
 Deinde

℞. Massæ emplastri de mastiche, & de ladano, vel pro sto- *Emplastrum*
 macho, vtr. ʒ. i. adde pul. absinthij, & mentæ, vtr. ʒ. iii. nucis
 moschatæ, rosarum rub. & calami arom. singul. ʒ. ii. troch.

gallix moschatz. ℞. i. fiat emplastrum scuti figura super alutam extensum ventriculo admouendum post forum. Vel vratur sequentibus.

Oleag. astring. & pul.

℞. Oleorum nucis moschatz, de absinthio, & de mastiche, singul. ℥. β. misce pro litu ventriculi post forum: deinde aspergatur pul. mentz siccz, galangz tenuis, calami arom. & masticeis, singul. ℥. ii. troch. gallix moschatz, ℥. i. misce vsui dicto: vel paretur sequens.

Scutum.

℞. Ambaris emeritij, & moschi orient. vtr. ℞. i. si diues fuerit, & noluerit parcere sumptibus: vel si minus diues vtr. ḡ. iiii. xilaloës, santali citrini, calami arom. & cort. citrii, singul. ℥. i. styracis cal. beniuini, mentz aquaticz, & absinthij p. mā. galangz tenuioris, calami arom. & masticeis, singul. ℥. ii. troch. gallix moschatz, ℥. i. rosarum rub. ℞. iiii. fiat pul. quo cum serico rub. & gossipio paretur scutum acu interpunctum, ventriculo admouendum.

Curatio si à vermibus.

Si vomitio sit à vermibus, curatur medicamentis amaris, detergentibus, & purgantibus: qualia sunt aloës, fel bouis, tanaacetum, scordium, absinthium, semen contra vermes, corallina, cornu cerui, farina lupinorum, rhabarb. rad. filicis, & dictamni, semina caulium, portulacz, citrii, rasura eboris. Et inter composita, syrupus de absinthio, è floribus persicorum ex 9. infusionibus, & de menta, hiera picra comp. vel logadij, & opiata Salomonis.

Curatio vomitionis à causa calida. De victu.

Curatio vomitionis à causa calida, veluti ab intemperie calida: aut à bile, aut à pituita salsa, sequentibus curari potest. Imprimis victus sit refrigerans, humectans, & incidens, & detergens, si à pituita salsa: euchymus & cupeptus, sæpe oblati, in parua quantitate, liquidus potius quam solidus, ex iuribus carniū veruecis, vituli, gallinz, capi, alteratis oxalide, portulaca, lactucis, borrag. polygono seu centinodia: necnon earum succis, & consummatis, cum pauco omphacij, aut succo auranciorum, citrii, pomorum, & pirorum syluestrium, hordeatis, auenatis, semola, pane loto, cum vitellis ouorum.

Potus sit actu frigidus, (quia calidus vomitum concitat) rã in pastu quam extra illos, cum succo aliquo ex prædictis, vel syrupo astringente, aut iulepo Alexandrino. Si aqua est cœnosa, sequenda cum hordeo integro. Si vires sunt deiectz,

in paltu vtatur vino tortiuo, aut oligophoro: aut hydrofacch. si abstemius.

Somnus longus, inædia, & quies tum corporis tum animi, & veneris abstinencia, vomitum sedant: contraria mouent.

Vt remedia adhibeantur iuxta Hip. sententiam ad finem sect. 4. lib. 2. epid. scribentis ἀλλ' ἐπι τὴ πρόφασιν διελεῖν, ἢ τῆς προφασίς τὴ ἀρχῆ: 1. Ad causam ipsam & causæ occasionem, aut primordia, deueniendum est. Causam excindes vomitu, & deiectione, præsertim quum æger est nauseabundus, & vellicantur præcordia, vt artis concursu, & naturæ conatu perfectior euadat, & facilius succedat euacuatio. Ita quippe vomitionem sedat vomitio, quæ proritantem humorem excutiat, & citamalui deiectionem cohibet, tum clyster, tum purgatio, noxia materiae eius efficiente causa detracta. Clysteres nutrientes in magna quantitate sunt iniiciendi, vt suctione facta per venas alatur corpus. Aquam calidam in potu exhibitam, & vomitione redditam vomitum sedare scripsit Hip. Græcus codex sic habet ἐμέτε δύοις, ἕδωρ ἥρμιον δίδου πίνω, ἢ ἐμεῖται, paulo ante finem v. sect. lib. 2.

Si ex potu aquæ calidæ non vomuerit, ei adde oxymellis simpl. ℥. i. digito vel penna oleo rancido illita & ori indita. Si ex vomitu nihil dignum reicit, detur vomitorium præscriptum: & si ex eo non cessauerit, ad reuulsionem detur sequens clyster.

℥. Hordei integri, foliorum mal. viol. & furfuris maeri, singul. m. i. coque in aqua ad lb. i. colaturæ dissolue catholici, & sacch. rubri, vtr. ℥. i. mellis rosati, & olei rosati, vtr. ℥. i. β. fiat clyster: vel mane masticabit ℥. ii. rhab. optimi. Vel

℥. Nardi Ind. minutim incisæ, ℥. β. rhab. optimi, ℥. i. β. myrob. citrearum oleo amygd. pul. confricatarū, ℥. ii. diaphœnici, ℥. v. infundantur omnia simul in decocto cichorij per noctem. Expressioni dissolue syrupi rosati sol. ℥. i. fiat potio mane bibenda. Si metuitur ne hæc potio reuomat, cap. sequentes pilulas.

℥. Pul. hieræ. Gal. & rhabarb. optimi, vtr. ℥. ii. cū melle rosato forma pilulas vi. quas cap. summo mane horis 4. ante ientaculum. Ad reuulsionem cucurbitæ natibus, inguinibus, & hypochondriis affixæ: necnon frictions, & ligaturæ brachiorum, & femorum, sunt vtilis.

Clyster.

Potio.

Pilula.

Ad reuulsionem.

- Iulepus.* ℞. Syrupi cydoniorum, & de rosīs siccis, vtriusque ℥.ii. aquarum portul. & cichorij, vtr. ℥.vi. fiat iulepus pro tribus dosibus. Vel
- Apozema.* ℞. Succī cydoniorum, & aquæ cichorij, vtr. ℞.β in his coque seriolæ. m.i. mentæ siccæ, & cichorij, & absinthij, p. singul. m.β. passularum integrarum pa.x. sem. sumach ℥.ii. florum rosarum, & nymph. vtr. p.i. coque in aqua sufficienti. Colatura dulcoretur saccharo, & aromat. santalo albo, & rubro pro iii. matutinis: post singulas doses cap. tabellam vnam diatriasantali.
- Ad sitim.* Ad sitim compescendam, vtatur syrupo cydoniorum, vel de granatis acidis, vel de agresta, cum aqua bullita, vel decocto rad. acetosæ.
- Conditum.* ℞. Pul. diatriasantali, & troch. de spodio, vtriusque ℥.i. pul. diacydoniten sine speciebus ℥.ii. conferuæ florum cichorij, rosarum, carnis cydoniorum, & myrob. conditæ, singul. ℥.β. sacchari rosati puluerizati, ℥.ii. foliorum auri, nu. vi. fiat conditum. Cap. quotidie mane cochlear vnum: & etiam sitis tempore cum chalybeata aqua, aut decocto præscripto.
- Opiata.* Vel si vice sacch. substituas syrupū cydoniorū aut myrtinū, cum tantillo succi granatorum, opiatam constitues, de quā ca. instar nucis iuglandis superbibendo parum aquæ portul. aut endiuic, mane, & ante cœnam spatio vnus horæ. Et si æger non dormit, somno nihil vtilius ad vomitum cohibendum) c. sequentem portionem.
- Potio hypnótica.* ℞. Syrupi de papauere, & cydoniorum, vtr. ℥.i. pul. diamarh. frig. ℥.β. coralli sub. triti, ḡ vi. aquarum portul. vel plantag ℥.iiii. fiat potio quam cap. hora somni.
- Fomentum.* ℞. Cymarum rubi tenerimarum, rosarum rub. vtriusque m. i. mentæ siccæ, & absinthii p. ma. vtriusque m.β. spongiæ cynorrhodi, ℥.β. malabathri, schœnanthi, & nard. ind. singul. ℥.iiii. trium santal. singul. ℥.ii. coquantur in fictili cooperto cū aquis partibus vini rub. & aquæ chalybeatæ, aut sabrorum pro fotu ventriculi cum spongiis, per horam ante vtrunque partum, præmissis superioribus sic humor noxius in interiores ventriculi recessus impellatur, & ipsius tunicis pertinacius hæreat. Vel
- Episema.* ℞. Pul. diatriasantali, ℥.ii. diamarg. frig. troch. de caphurâ, & rosarum rub. singul. ℥.ii. troch. galliæ moschatæ, ℥.i. aquarum plantag. solani, & rosarum, singul. ℥. v. succi granatorū, ℥.ii. fiat

℞. ii. fiat epithema regionibus ventriculi, & hepatis tepide applicandum cum panno rubro denso, per horam ante pastum. Deinde,

℞. Olcorum lentisci, vel myrthini, & cydoniorum, vel rosati omphacini, & succi plantag. singul. ℞. i. ℞. bulliant ad succi ferme consumptionem. Deinde adde olei mastiches, ℞. i. ceræ albæ, ℞. ℞. pul. ladani, ℞. ii. masticis, & styracis cal. vtr. ℞. i. nardi ind. rosarum rub. trium santalorum, coralli rub. & abſinthij p. ma. singul. ℞. ℞. caphuræ. ℞. ℞. fiat vnguentum quo ventriculus illinetur frigidè post fotum aut epithema. Vel quod sequitur

℞. Crustæ panis dum nigrescat assæ quantum videbitur, in aceto rosato acri macerata, cui asperge pul. thuris, masticis, sang. draconis, nucum cupressi, balauſtiorum, malicorii, boli armenæ, coralli albi, bac. myrthi, berberis, & sumach, singul. ℞. ii. rosarum rub. & sem. plantag. vtr. ℞. iii. ex arte fiat catapl. ventriculo admouendum: sic mutatur forma & non materia. Vel

℞. Pul. masticis, & ladani, vtriusque ℞. ℞. rosarum rub. & coralli albi, vtr. ℞. ii. balauſtiorum, sumach, acaciæ nostratis, hypocistidis, boli orient. & gallarum singul. ℞. i. excipiantur pulpa coroneorum coctorum in cataplasmatibus consistentiam ventriculo admouendum. Vel

℞. Massæ emplastri de mastiche, & de ladano, aut pro stomacho vtr. ℞. i. ℞. cum castillo olei lentisci, fiat empl. scutiforme, super alutam extensum pro ventriculo roborando. Vel paretur sequens scutum.

℞. Pul. diamarg. frig. & diarhodi Ab. vtriusque ℞. ii. rosarum rub. abſinthij p. ma. & mentæ siccæ, granorum tinctorum, singul. ℞. i. styracis cal. beniuini, & troch. galliæ moschatæ, singul. ℞. ℞. excipiantur sindone rub. & gossipio pro scuto interpuncto pro ventriculo.

De Singultu.

CAP. XLVIII.

Singultus
quid.

Αργε & λυγυες Hip. & Gal. Singultus Latinis, est motus conuulsiuus ventriculi deprauatus, facultatis expultricis à causa præter naturam factus. Proprie loquendo hic motus non est conuulsio: quia hæc est musculorum, ille vero ventriculi: sed sic dicitur, quia ventriculus vt conuulsio contrahitur à copia vitiosæ materiz, & non ab inanitione. In ventriculo sunt alii motus deprauati, vt ructus, nausea, vomitus, à quibus differt, quod illa nihil conuulsioni simile habeant, singultus verò motus, conuulsioni est similis. Quinetiam motus hic, videtur esse eiusdem generis cum vomitu, sed fortior, & vehementior: quia per vomitum natura conatur expellere, quæ in ventriculi spatio continentur. Singultus verò, quæ in ipso ventriculi corpore & stomacho hærent, altiusque & penitius sunt impacta, atque ob id vehementiore motu est opus.

De causis.

Causæ externæ ex ægri, aut domesticorum relatione disci possunt. Internæ, sunt multiplices, vt colligere licet ex diuersis Gal. scriptis, veluti intemperies frigida, calida, humores frigidi, vt pituita acida, aut albuginea: & calidi, vt bilis, flatus, &c.

Vapor teter & venenatus & corruptus: inflammatio cerebri, aut alicuius visceris, vt hepatis, lienis, mesenterii, vterilumbrici, &c. esse possunt causæ singultus.

Alias alimentorum corruptorum, & venenatorum (vt fungi) & acrium vsus, vt piperis, aut pul. diatrium piperorum: Itæ acria medicamenta, quæ humores acriores reddunt, & ventriculum vellicando, singultum mouent. Huic symptomati procliuus sunt pueri, & heluones, in quibus alimenta corrumpuntur: & ex putredine, vellicatur os ventriculi sensu exquisito præditum: sic consequitur singultus.

Has omnes causas ad inanitionem & repletionem refert Hip. aphor. 39. sect. 6. Σπασιμός γίνεται ἢ ὑπὸ πλερώσεως, ἢ κατώσεως ἢ τῶ δειχ

ἀόγμος : 1. Conuulsio à repletionem fit, vel vacuatione, ita verò & singultus : Repletis venis neruisque ab humore maligno contrahuntur, breuioreſq; ſunt à vitioſa qualitate, quem excutere cupiunt; in ſuum principium recurrunt.

Signa ab inanitione ſumuntur ex ſiti, & totius corporis ſiccitate, & emaciatione depeculato humido primigenio, & virium imbecillitate contracta, vel ex febre ſingultuoſa, de qua meminit Hip. & Gal. in textu 62. & 69. partis quartæ in lib. de victu acutorum : aut alia febre maligna, aut peſtilente, aut ardente: aut ex perenni aliqua vacuatione facta, vel per ſudores, alui fluxum, narium hæmorrhagiam, ſedis, vteri: & quum ægri non iuantur vomitu.

*De ſignis
diagnosti-
cis, ex ina-
nitione.*

Signa plenitudinis ad vires, aut ſunt idiopathica, aut ſympathica. Idiopathica, ſumuntur ex cauſis ſuperius enuñciatis, & quæ ab ægro, aut aſſidentibus referuntur, & ſi à vomitu iuantur.

*Signa ſi ex
repletionem.*

Si à cauſa calida, iuantur à frigidis, & læduntur à calidis.

Si à cauſa frigida, contrarium apparet, iuantur à calidis, & læduntur à frigidis. Adhæc in ſtomacho frigiditas percipitur.

Sympathica ſigna, ſumuntur ab humore acri, qui vel à cerebro, vel ab hepate, liene, ileo, meſenterio, renibus, vtero, ventribus, vel à venenata materia in ventriculum impulſa, quæ ventriculo, aut ſtomacho, aut œſophago inhæret, & ad expulſionem (cum magno conatu) concitat. Qualitas humoris morbifici ſeu calidi ſeu frigidi, cognoscitur ex vomitu, & oris ſapore, & mordicatione, anxietate, & calore eorum quæ excernuntur, & dolore partis vnde ſcaturit.

*Signa ſym-
pathica.*

Singultus qui procedit à frigore, calore, cibo, potu, aut ab alia cauſa externa, nihil mali portendit modo non negligatur, & inueteraſcat. At ſi ex euacuatione ſanguinis, vomitu, alui fluxu, ſudore, menſtruo fluore, aut ab aliqua febre ardente, aut maligna, aut ab epoto aliquo medicamento venenoso, eſt malus, autore Hip. aphor. 3. & 4. ſectio 5. peior, ſi vomitum ſequitur: denotat materiam eſſe infartâ in tunica interiore ſtomachi, quæ eſt acris, quamque natura per vomitum ſuperare non potuit. Peſſimus eſt cuius cauſa effectrix eſt peſſima. Singultus qui in die critico accidit, apparentibus

*De prognos-
ticiſ.*

signis coctionis est bonus: quia crism futuram per vomitum denotat. Si acciderit ex cerebro vulnerato, malus. Singultui conuulsio, aut animi deliquium superueniens, est perniciosum. In principio paroxysmorum si acciderit, modo diu non perseverauerit, paucitatem materię denotat. Contra, si perseverat, copiam materię fixę portendit, & est malus.

Ex ilei inflammatione singultus, malus Hip. aphor. 10. sect. 7. & Gal. lib. 3. de facult. natur. ex iccoris inflammatione, singultus, malum. Hip. aphor. 17. eiusdem sectionis.

Senibus supra modum purgatis, singultus, malum. Hip. aphor. 41. sect. eiusdem. Singultu fatigante, sternutatio superueniens, liberat. Hip. aphor. 13. sect. 6. Cur ex sternutatione aut singultu fiat sonus Hip. reddit rationem aphor. 51. sect. 7. quia per angustum ipsi est exitus aëris acris & mordacis: & Gal. in comment. Omnis singultus qui ab inanitione procedit, est mortalis.

Non omnis singultus opem medicam efflagitat, sed qui est præter naturam, & ventriculum, & partes ei assidentes magna vi diuellit. Curatio debetur causę efficienti, qua sublata hoc symptoma confestim desinet ægrum vexare.

*De curatio-
ne inuer-
sali.*

*Curatio si
ab inani-
tione.*

Si ab inanitione fuerit, neque vomitu neque vacuatione aut purgatione curatur, sed medicandus victu euchymo, & cupepto sæpe oblato, refrigerante, & humectante.

Pro potu, vtendum ptisana, cum syrupo violato: & pro cibo vtendum iuribus carniū boni succi, & earum extractis succis prelo, & consummatis, colatitiis & hordeatis, pignolato, pasta regia & gelatina carniū, ova sorbilia concedi possunt. Iura carniū sunt alteranda herbis refrigerantibus, & humectantibus, & non astringentibus, ne materia tunicę interiori impingatur.

Medio tempore ventriculus, & dorsum circa 12. rachitidis vertebram illinendus erit, oleo amygd. dul. mane & vesperi.

Si ex intemperie simplici, aut comp. fit. per ea quę qualitate contraria emendant, facillè conquiescet.

Si bilis vellicans, per ea quę eam expurgant, & ventriculum roborant. Si à pituita crassa, & lenta, per ea quę eam incidant, tenuant, & detergant, & purgant vdmitu, & purgatione, tunc facillè conquiescet. Si ab aliqua inflammatione cuiuscunque fuerit, per ea quę eam extinguunt.

Si à lumbricis, per ea quæ cap. superiori sunt declarata. Si à flatibus, per discurrentia: Si à tetto, & maligno aliquo vapore fuerit, per ea quæ cum reuellant est curandus. Si ab ictu, aut morfu alicuius vitulentæ bestix, theriaca, & mithridatum vetus, sunt vsurpanda. Si à venenata aliqua planta scaturit, amuleto contrario curetur: veluti si à venenato fungo, detur z. i. calcanthi vsti & puluerati cum succo citrij, & decocto, vel aqua cardui bened. vel buglossi, ex Nicandro in suis alexipharmacis & Diosc. & Auicenna. Astringentia locum non habent nisi in declinatione morbi.

Potio aduersus fungum venenatū.

Si singultus est à causa frigida: imprimis auspicanda erit curatio à victus ratione quæ sit calida & parca: ieiunium & quietum corporis tum animi conueniunt: necnon spiritus retentio: non tam calfaciendo, vt indicauit Gal. lib. 2. de causis symptom. cap. 6. quam intendendo septum transuersum, quo distento comprimitur ventriculus: ex hac compressione, materia in eo contenta facilius reijcitur, vel resoluitur si flatuosa.

Curatio singultus si à plenitudine.

Deinde causa efficiens est submouenda vomitu, (si sursum vergit natura) aut purgatione, si deorsum, vt consulit Hip. aphor. 21. sect. 1. vt in febri quotidianæ curatione dictum fuit, & expressius nunc dicendis: deinde roborandus erit ventriculus remediis capite de nausea & vomitione traditis supra.

Expurgato corpore per vomitum, aut secessum, alternatim vtatur corroborantibus sequentibus tam internis, quam externis.

Gastrica calida tam simplicia quam composita.

℞. Aquæ stillatitiæ cinnamomi, aut cœlestis, aut claretæ simplicis, ℥. iiii. cap. alternis diebus mane cochlearia tria, horis iiii. ante ientaculum. Vel ℥. β. cort. citrii sacch. conditæ, aut z. ii. zingiberis viridis, aut nucis moschatæ, aut myrobal. condit. Vel horum loco cap. ℥. i. pul. castorii, cum vino rub. optimo. Vel huius loco (quia castorium multis est infensum suo tetto odore) cap. pul. rad. inulæ camp. z. i. & seminis anethi, ℥. i. cum vino optimo, etiam horis tribus ante primum pastum. Vel

℞. Pul. diatrium piperorum ℥. iiii. pul. diacymini, vel diagalangæ, vel arom. rosati ℥. ii. conseruæ rosarum antiquæ, ℥. β. sacch. albi aqua absinthii soluti & cocti, ℥. iii. fiant tabel-læ pondo z. ii. cap. quotidie mane vnam, superbibendo parum

vini rub. optimi. Vel harum loco cap. cochlearia ii. vel iii. syr-
rupi de ablinthio, vel tantundem vini eiusdem si pauper fue-
rit, etiam horis iii. ante primum pastum. Vel vtatur sequenti
opiata.

Opiata.

℞. Carnis cydoniorum conditæ, & myrob. conditarum,
aut nucis moschatae sacch. conditæ, cort. citrii conditæ mel-
le despumato, singul. ℥. i. pul. diacydonitem, ℥. ii. fiat opiata,
seu confectio mollis, de qua cap. mane instar nucis iugl. su-
perbibendo parum vini rubri. Deinde extrinsecus aptentur
sequentia.

*De exter-
nis fomen-
tis.*

℞. Fol. lauri, ablinthij p. ma. sicci, orig. calam. rutæ siccae,
singul. m. i. sem. cymini, & fœniculi, vtr. ℥. vi. sem. vrticis, ℥. β.
florum chamæm. meliloti, & summitatum anethi, rosarum
rub. singul. m. β. coque in æquis partibus vini rub. & aquæ
pro fotu ventriculi, cum spongia. Deinde cucurbitula umbi-
lico admoueri potest si adsunt flatus.

Vnguentū.

℞. Oleorum castorii, laurini, & liliorum, singul. ℥. i. ceræ fla-
uæ, ℥. β. pul. macis, galangæ, vtriusque ℥. i. troch. galliæ mosch.
℥. β. fiat vnguentum quo ventriculus mox à totu illinetur
ante & à tergo circa 12. rachitidis vertebram: Deinde cucur-
bita post aliquot horas admoueat.

Emplastrū

℞. Massæ emplastri diaphœnici calidi, D. Mesue. vel in eius
penuria de mastiche, vel gummi catagnci, ℥. ii. fiat emplast.
scutiforme super alutam extensum serico rub. coopertum
ventriculo admouendum. Interdum faciem frigida asperge-
re, & extrema perfricare, & arctius vincire expediet, & ster-
nutamentum mouere, pul. piperis, rutæ, struthil, ptar micæ, el-
lebori: aut euphorbio solo vt docuit Hip. aphor. 13. sect. 6.
Si singultus sit à plenitudine & nō ab inanitione, iuuat respi-
rationem cohibere, vt in capite de vomitione diximus, & spi-
ritum detinere. Interdum intenta cogitatio, aut repentinus
timor, aut strepitus, aut aliud vehementius animi pathema na-
turam turbans, singultum reprimat. Omnia denique quorum
vi natiuus calor repentè intro reuocatur ac repellitur con-
uenit. Huic negotio paretur sequens suffitus.

Suffitus.

℞. Castorii, ℥. β. galangæ, calami arom. xilaloës, masticis, &
ladani puri, singul. ℥. ii. styracis cal. & beniuiui, ros. rub. singul.
℥. i. fiat pul. therebinthina excipiendus in massam qua formē-
tur pastilli pondo ℥. ii. quorum vnus fumum excipiet capite
velato & inclinato, hora somni. Hæc si nihil proficiunt (ma-

teria expurgata) phœnigmi, vertebræ 12. quæ stomacho respondent sunt admouendi.

Si singultus ex intemperie cal. originem duxerit: per contrariam est curanda. Si ex bile infarta tunicis stomachi, œsophagi, aut ventriculi, diætâ refrigerante & humectante, & cibis boni succi, & facilis coctionis, qualis instituta fuit in curatione vomitionis biliosæ pa. 500. Vt bilis acrimonia retundatur, vtero hordei cremore, & succo mali punici, & similibus & vomitu, si natura sursum tendit, vel deiectione, si deorsum cholagogis, vt hiera simplici, tamarindis, rhab. syrupo de cich. &c.

*Curatio
singultus &
causa calida.*

Deinde roborandus erit ventriculus tam sumptis quam admotis. Si aluus est pigra sollicitanda erit clystere composito ex diapruno simplici, cassia, melle viol. oleo nymphæ, & similibus, si sursum vergit natura, iuuetur sequenti vomitorio.

℞. Succu nicotianæ depurati, & decocti hordei, vtriusque ℥. ii. s. oxym. ℥. i. quia potentius deterget quàm syr. acet. fiat potio tepidè mox à pastu haurienda. Si æger est angusto pectore, & deorsum tendit natura, detur sequens potio cholagoga.

Vomitivum

℞. Cian. ℥. i. rhab. optimi, ℥. 4. tamarind. ℥. ii. elect. ros. Mes. aut Nicolai, ℥. vi. infundantur omnia simul in succo vel infusione ros. aut decocto cich. per noctem super cineres cal. Expressum detur summo mane. Si febris cōtinua ei copulata fuerit, & æger iuuenis, & plethoricus, aut menses vel hæmorrhoides sunt suppressæ, aut opiparè, & desidiosè viuat, post potionem præscriptam educatur sanguis ex basilica vena ad ℥. vi. aut viii. pro viribus, & anni tempore. Deinde

Potio cholagoga.

℞. Cichorii totius si ver. m. ii. seriolæ, eupatorii, lact. agr. Diosc. borrag. aut bugl. & capill. communiū, sing. m. i. passul. mund. pa. xii. prunorum, pa. 6. sem. portul. acetosæ, & 4. frig. ma. singul. ℥. ii. florum nymph. p. ii. coque in aqua suffi. ad lb. i. oxyfaccharæ simpl. ℥. iii. fiat iulepus clarif. & aromat. santalo citreo pro tribus vel iiii. matutinis. Deinde iteretur eadem potio purgans præscripta, addendo infusioni elect. de citro sol. ℥. ii. nisi ex priore aluus fluxerit ex animi voto, vel dosis elect. purgantis minuatur si plus iusto fluxerit. Veleius loco detur manna calabrinum.

Iulepus

De potione purgante.

℞. Conseruæ flor. cich. & ros. vtriusque ℥. ii. pul. diatriasant. ℥. i. cum saccharo fiat bolus postridie deuorandus horis 3. ante prændiū. ℞. Sem. melonis mund. ℥. ii. pul. diatriasant. ℥. 4. cōseruæ ros. & florum cich. vtriusque ℥. iii. sacch. aqua cich. vel

Bolus

Corroborans ventericulum.

endiuiæ soluti & cocti, ℥.iii. fiant tabellæ pondo ʒ. ii. ea quotidie mane.

*Bolus dter
aut pilula.*

℥. Spodii Arabum, sem. endiuiæ, portul. & xilaloës, singul. ʒ. i. pulpæ tamarind. ʒ. i. rhab. ʒ. ii. cum vino granat. forma pilulas plures pro cuiusque facilitate, aut bolum cum saccharo quem cap. mane. Hoc præsidio contemperatur humoris acrimonia Si his non cessauerit,

Epithema.

℥. Pul. diatriasantali, ʒ. ii. troch. de caphura, & rosarum, vtr. ʒ. i. fol. absinthii p. ma. ʒ. ii. nardi Ind. & schœnanthi, aut malabathri, vtr. ʒ. i. aquarum endiuiæ, & solani, vtr. ℥. ʒ. ʒ. aquæ rosarum, ℥. iii. aceti rosati, ʒ. i. ʒ. fiat epithema ventriculo, & hepatis tepidè applicandum ter in die per horam integram ante vtrumque pastum cum panno rubro denso.

Unguentum

℥. Cerati santalini, & vnguenti rosati, vtriusque ʒ. i. ʒ. olei rosati, ʒ. i. misce & lauentur aqua rosarum, & aceto rosato: Deinde adde caphuræ ʒ. ʒ. aut ʒ. vi. & his illine ventriculum, & hepar, & œsophagum, antè à tergo frigidè post epithema panno lineo tenui apposito. Gordonius particula v. cap. 7. in omni singultu à quavis causa oriatur, suum commédât elect. Contra, multi improbant quod calidioribus medicamentis sit compositum. Aptari tamen potest in causa frigida.

Denarcotico.

Si vigilix ægri vires dissoluunt, hora somni propina pilulam vnam aut alteram paruam pilularum è cynoglossò, aut laudano spagyricorum, aut philonii Romani, ʒ. ii. forma boli, aut syrupi de papauere, ʒ. i. cum paucò pul. diamarg. frig. vt (eius vis narcotica emendetur, & aqua lactucæ aut nymphææ. Si singultus prouenerit ex ventriculi aut hepatis inflammatione, loco pil. præscriptarum

℥. Pul. diatriasantali, & absinthii p. ma. vtr. ʒ. i. cum miua cydoniorum simplici (quam gelatinam nostri pharmacopœi appellant) fiat bolus quem capiet mane horis tribus ante pastum. Si à venenato vapore, aut sumpto veneno, aut ictu mortuæ alicuius animalis,

Vtendum alexipharmacis: qualia sunt theriaca vetus, mithridatium, aurea Alexand. pul. bezeardicus, confect. de hyacintho, & alcherimes, diamoschum, & inter simplicia lap. bezeardicus, margaritæ, corallus, fragmenta lap. pretiosorum bolus armena, terra lemnia, cornu rhinocerotis vel os è corde cerui aut bouis (proprie non sunt ossa, sed tantum cartilagine) rad. bugl. dictamni, inulæ camp. & angelicæ, & scorzonæ,

neræ, cortex citrii &c. formulæ remedium scriptæ cap. de Palpitatione cordis & syncope huc referri possunt, ne toties videar eundem calculum reuoluere.

In confesso est vermes generari à pituita crassa, lenta, & putri: sed quid denotent in omnibus non conueniunt Græci cum Auicenna. In febribus quouis tempore seu viui seu mortui excernantur, semper sunt mali ominis: quia magnam putredinem in corpore subesse denotant. Si in principio morbi viui excernantur malignitatem humoris ostendunt. Contra si mortui, aliquid melius pollicentur. Si in declinatione, mutationem in melius denotant. Si in statu, naturæ robur significant, quæ nititur expellere, quod est illi infensum.

*Curatio
singulus si
à vermibus fiat.*

Dissidentium conciliatio.

Quæ vermes enecant & excludunt in genere amara & acria esse debent, & quæ à proprietate specifica hoc efficiunt: qualia sunt semen contra vermes, citrii, caulium, portul. corallina, muscus maris, rhab. lupinus, tanacetum, absinthium, p. ma. abrotanum, scordium, aloë, fel animalium: & inter composita: hiera Gal. simpl. & comp. hieralogad. opiata Salomonis, syrupus limonum, & citrii, & florum persicorum &c. ex quibus varia componi possunt remedia tam interna quam externa.

Clysteres ex dulcibus & non amaris componi debent: quia dulcia eos alliciunt. Contra amara eos fugant, & enecant, & pituitam crassam eorum matrem detergent. Quoties in morbis acutis, & febribus continuis apparere solent, non illico (morbo relicto) ad eorum internecionem intendere debemus: ne acrium & amarorum calore febris augeatur, quibus etiam astringentia officiant, quod obstructions pariant.

Inter frigida quæ vermibus aduersantur, sunt cichorium, portulaca, endiuiam vulgarem, quæ est lactuca sylvestris Dioscorid. seriola seu parua seris, rad. graminis, & acetosæ, acetum, aqua portul. & acetosæ: syrupus limonum, & omphacii, & de bisantiis &c.

De Ventriculi Cruditate.

CAP. XLIX.

De dissim-
sione.

SVB nomine Cruditatis ventriculi complector τῆ ἀπιψία, Δυσπιψία, & βεγδυπιψία: i. abolitam, difficilem, & tardam ventriculi coctionem. Sunt symptomata facultatis alteratricis. Ἀπιψία, proprie dicitur, quum ventriculus cibum non concoquit: sed crudus qualis sumptus fuit rejicitur. Δυσπιψία verò, est deprauata alimenti concoctio, quæ est duplex: vna κινωρώδης, i. nidorosa: altera ἰξώδης: i. acida: hæc frigidis, illa de causis calidis provenit, βεγδυπιψία. Denique, nihil aliud est quam imbecilla & imperfecta cibi concoctio: quum natura obruitur, vel copia ciborum, vel eorum qualitate, vel à frigore vehemente. Gal. lib. de differentiis sympt. c. 4. & lib. 3. de causis sympt. c. 1.

De causis.

De causis
externis.

Causæ horum symptomatum sunt aut externæ, aut internæ. Externæ sumuntur vel à cibi potusque redūdantia, quum nativus calor eos mitigare nequit: vel ab eorum qualitate, aut eorum intempestivo usu: aut humorum redundantium qualitate, aut ventriculi & aëris intemperie calida, aut frigida. Si cibus est calidus & biliosus, vel excrementum est biliosum, & intemperies ventriculi calida, per putredinem fit ructus nidorosus. Contra si cibus à natura est frigidus, aut pituitosus, & excrementum pituitosum, & intemperies ventriculi frigida, ructus fit acidus. Ex usu quoque ciborum intempestivo, ventriculi fit cruditas, quum cibus aut potus ingeritur, priore nondum confecto. Alias fit à somno, aut à iugibus vigiliis, balneo, aut exercitio violento mox à cibo, quæ eorum descensum (priusquàm planè concocti sint) accelerant. Hæc tria symptomata, magnitudine tantum differunt. Frigus quoque externum, ventriculi nativum calorem extinguit & aepsiam generat.

De causis
internis.

Internæ causæ sunt, aut idiopathicæ, aut sympathicæ. Idiopathicæ, ut insignis aliqua intemperies activarum qualitarum aut longior passivarum. Humores vitiosi in ventriculo accumulati, (qui cius facultatem alteratricem abolent) aut deprau-

vant, aut diminuunt. Alias tumor ipsius ventriculi, veluti phlegmone, erysipelas, œdema, vel scirrhus. Alias ventriculi imbecillitas, & eius caloris natiui, propter quam vel non probè cibum vndique amplectitur, vel non vsque ad consummatam concoctionem perducit: vel quod ambo hæc simul incidunt.

Sympathicæ sumuntur vel à cerebro, quoties humores seu calidi, seu frigidi, seu humidi in ventriculum decurrant, & concoctionem abolent, aut debilitant, aut cibos corrumpunt, ex Auic. fen. 13. tertii, tract. 3. cap. 2. Vel aliunde veniunt, vt ab hepate, liene, mesenterio calidioribus: contactu ventriculus fit imbecillior, depeculato humido primigenio, hinc cruditas: vt melancholicis, aut hypochondriacis sæpe animaduertitur. Scirrhus quoque horum viscerum ob sympathiam quam cum ventriculo habent, eius concoctionem impediunt,

Signa causarum externarum disci possunt ab ægro, aut ab assidentibus: internarum verò aliunde sunt petenda.

Apepsia cognoscitur, si alimenta post longum tempus, qualia fuerunt sumpta, immutata reijciuntur. Bradypepsia verò, si post longum tempus, eadem alimenta parum mutata reijciuntur. Dyspepsia, si alimenta deprauata, & corrupta fœtida, & nidorosa reijciuntur.

Signa diagnostica sumuntur ex ructibus acidis, aut nidorosis: ructus acidi intemperiem frigidam, aut humorem frigidum denotant: nidorosi verò intemp. calidam, aut humorem calidum denotant. Multum refert in curandis morbis nosse morborum causas per signa propria, ne mali, aut ignorantis medici nomen subeamus. Imprimis perpendere oportet, si causa effectrix est nuda intemperies, aut cum materia in ventriculi capacitatem, aut in eius tunica interiore contenta, aut si aliunde prouenerit, & colorem & odorem excretorum, vt docet Gal. lib. 1. de locis affect. ca. 4. & 2. de temper. Si (inquit) panem aut chondrum dederis iis qui cibum in nidorem transformare consueuerunt, & consideraueris ea quæ vomuntur, aut per aluum reijciuntur: num humor aliquis biliosus, aut pituita salsa simul excernatur: iudica intemperiem calidam cum affluxu materię calidæ. Contra, si nihil excernitur, iudica intemperiem calidam sine affluxu humoris. Si bilis porracea euomitur, in ventriculo erat genita & contenta. Si pallida, aut æruginosa, aliunde venit. Contra acidum eructanti si mel dederis, & nihil excernitur, iudica intemp. esse frigidam, sine

De signis.

Signa Apepsie.

Bradypepsie.

Dyspepsie.

Diagnostica.

ca.

Signa intemperiei calidæ cum affluxu materię.

Signa, si sine materia fuerit.

affluxu humoris. Si pituita aut melancholia iudica hunc humorem contentum, & genitum esse in cavitate ventriculi. Si eadem pituita crassa, & spumosa fuerit, à capite venit: si tenuis, à toto corpore, modo spumosa non sit. Si eadem materia in tunica interiore est infarta, cognoscitur ex nausea siue effectu. Si ex nuda intemperie frigida fuerit, in ventriculo (præter ructum acidum) percipitur dolor, & frigiditas cum appetitu, & æger est anxius & potum re-
nuit.

Si fuerit ex intemperie humida, in caput eleuantur vapores, hinc somnolentia, capitis grauitas, cibi & potus fastidium.

Si à flatibus, sequitur ventriculi inflatio, fluctuatio, tensio & rugitus, & dolor cum appetitu inordinato. Si ab intemp. calida excrementa fœtent, ructus est nidorosus & caliditas in ventriculo percipitur: à poru quidem leuatur æger, sed mox deterius se habet, siti premitur, cibum fastidit, oris amaritudo, tensio & dolor.

Nausea, si humor in tunicis hæret: vomitus si in ventriculi capacitate detinetur: inquietudo & acrimonia percipitur, aliquando sudor in fronte emicat, cum dolore capitis: somnus est turbulentus, & breuis. Hæc omnia accidentia potu frigida cessant quidem, sed non symptoma, & sitis perseverat. Si à siccitate, laborantes sunt mœsti, cogitabundi, & deiecti, semper eructant æruginosum, & vstium: sitiunt vt plurimum, potu non leuantur, & crassa alimenta non conficiunt, tenuia protinus corrumpunt, & à quauis minima quantitate grauantur, in ædiam non ferunt, & facile in melancholiam hypochondriacam incidunt.

Si ex sympathia alicuius visceris inflammatione, aut tumore aliquo originem duxerit, ex propriis cuiusque particulæ symptomatis & situ facile à perito medico cognoscetur.

*De prognos.
suis.*

Hæc symptomata neglecta, si diu perseverauerint ægrum in atrophiam, hydropem, & melancholiam hypochondriacam præcipitant: quia vitium primæ coctionis, non emendatur à secunda. Hinc erysipelas, herpes, cancer, morphea, baras, scabies, ex Auic. fen. 13. tertii, tract. 3. cap. 1. maximè si corruptio est nidorosa.

Si à causa externa oriuntur, facile curantur. Contra si à causa interna, difficile. In diuturna lenitate intestinorum

si ructus acidus superuenit, qui prius non erat, bonum. Hip. aphor. 1. sect. 6. Nidiorosa cruditas, in calidis & biliosis naturis, est minus suspecta quam in frigidis ex Hip. aphor. 34. sect. 2. Minus periculosè ægrotant ij, quorum vel naturæ, vel ætati, vel consuetudini, vel tempori familiaris morbus, quam quibus horum nullo affinis cognatusque existit. Pari ratione ructus acidus in morbis & naturis frigidis est lenior, si cum nidiorosa comparetur. Gal. 8. meth. cap. 5. cum *Ἐπιδιμψία* frequētius quam *ἀπιψία*, aut *Δυσπιψία* scaturiat: hæc tria symptomata eadē methodo iisdemq; remediis curantur. Si à causis evidentibus superius enunciatis per contraria curabuntur. Si à cibi quantitate, vomitus, aut ieiunium consulendum.

*Curatio
vniuersalis.*

Si à praua ciborum qualitate, aut à vitiosis humoribus in ventriculo contentis, vomitu aut deiectione curabitur: vomitu, si sursum, deorsum si eò natura vergit: Hip. aphor. 21. sect. 1. vel per eccoproticū purgans. Pari ratione si nuda intemperies fuerit, per contraria occurrendum. Deinde roborandus erit ventriculus, remediis post scribendis. Reliquum curationis in tria membra diuidetur. In primo agam de ea quæ fit à causa calida: in altero, de ea quæ fit à causa frigida: in tertio de ea quæ fit per sympathiam alicuius partis malè affectæ. Nimis enim esset & onerosum singularum causarum curationem persequi.

Victus sit refrigerans & humectans, si bilis præpoller, ut *Ἰσχυρὸς* annotauimus: aut incidens, tenuans, & detergens, & resoluens, si pituita falsa, aut flatus, isque euechymus, & cupeptus in parua quantitate, & sæpe oblatu. Pro potu vtendum erit decocto hordei, aut rad. acetosæ, cum succo aliquo acido astringente, aut aliquo syrupo ex illis composito, aut aqua pura parum bullita cum succo omphacij. Iura carniū, alterentur herbis seriolæ, portulacæ, lactucæ, borrag. cucurbitæ chōdro & similibus affis: liquida alimenta sunt præponenda, ut hordeatum, auenatum, &c. Ordinem cibationis esse obseruandum docent Auic. loco cit. cap. 5. & Aëtius lib. 9. cap. 24. ne alimenta astringentia aut operosa coctionis initio pastus sumpta, aliorum melioris succi distributionem impediunt: & sic corrumpantur in ventriculo: etiam decubitu in læuum latus, primò consulunt: sic iecur melius comprehendit, suoque calore fouet: secundo in latus dextrum vt chylus facilius è ventriculo in intestina descendat.

*Particularis
curatio
si à causa
calida.*

*De ordine
cibationis
& decubitus.*

Vitanda.

Initio pastus, ut licet prunis acidis elixis, deinde iuribus carniū facilis coctionis, & in postrema mensa astringentibus, ut vuis Damascenis integris bene masticatis. Somnus longus & quies tum corporis cum animi, commendantur. Vitandum ne cibus ingeratur priusquam hesternus probè descenderit, nec non edulia pingua, & sale condita, corrupta aut foetida, & fructus dulces, & flatus generantia, & bellaria quæ difficile coquantur, & pisces qui carnem duram habent ac siccati: equitationem, & exercitium violentum mox à cibo, & venerem etiam vitare oportet, & potum liberaliorem, ne concoctio interpelletur: quia fluctuationem in ventriculo parit. Ob id vitandus, & præcipuè si coniuncta est humida intemperies. In summa sunt ingerenda, non quæ appetitus postulat, sed tantum quæ ventriculus coquere potest, satius erit appetitum frænare, quam obtemperare.

Celsus lib. 4. cap. 5. & post eum Gal. lib. 1. de alimentorum facult. In dyspepsia curanda consulunt cibos corruptu difficiles offerre: Ego vero qui sunt facilis coctionis.

Sic instituta victus ratione, veniendum ad præsidia quæ causam excindant, ut artis & naturæ concursu curatio euadat perfectior.

Imprimis naturæ motus est obseruandus. Si humor est biliosus, aut si pituita salsa in ventriculi capacitate continetur, aut in tunica interiore est infartus, iuuanda est natura. Quæ si sursum vergit, iuuetur vomitione, ex aqua tepida cum oxymelle simplici. Vel decocto rad. raphani, & medianæ cort. sambuci, sem. vrticæ & fol. nicotianæ cum oxymelle scillitico si humor hæret tunicæ interiori ventriculi. Contra si deorsum vergit, iuuetur balano si pauper, vel clystere vel sequentibus.

Potio.

℞. Nardi ind. ℥. ss. rhabarb. electi, ℥. iiii. cassiæ recens à canna extractæ, ℥. i. ss. infundantur simul per noctem in succo rosarum rubrarum: expressioni dissolue syrupi rosati sol. cum agarico si pituita, ℥. i. fiat potio.

Pilula.

℞. Pul. hieræ Gal. & rhabarb. vtriusque ℥. ii. agarici troch. ℥. ss. si pituita: vel diadacrydii si bilis ℥. iiii. cum syrupo violato ex 9. infusionibus, fiant pilulæ vi. aut viii. deauratæ quas c. ante primum pastum spatio horarum 6. superdormiendo. Si pituita hæret, (quia non facile euellitur) præter agaricum loco diadacrydij, adde tantumdem trochiscorum alhandaal.

℞. Rad. cichorij erratici, ℥.iii. cort. citrij sicca, ℥. i. herb. cichorij, seriolæ, hepaticæ, portul. acetosæ, lactucæ, & borrag. singul. m. i. absinthij p. maioris, vel minoris pro delicatioribus, m. ß. vuarum Damasc. integrarū, pa. x. sem. endiuicæ, ℥. ß. berberis, & sem. papaueris albi, & melonis, singul. ℥. ii. florum cord. & rosarum siccarum, singul. p. i. coque in aqua suffi. ad t̄b. i. Syrupi malorū punicorū, ℥. iii. fiat apozema clarif. & aromat. santalo albo, & rub. pro tribus matutinis. Deinde purgetur sequēti

Apozema

℞. Nardi ind. (astrictionis est particeps) aut celticæ minutim incisæ ℥. i. agarici troch. si pituita vel si bilis rhabarb. & myrobal. citrearum & cepularum oleo violato confricatar. quia sua asperitate ventriculum lædunt, singul. ℥. i. diaphœnici, (bilē & pituitam purgat) ℥. vi. vel tantundem diaprūni sol. si bilis tantum: infundantur simul in parte vna decocti apozematis per noctem super cineres calidos. Expressum detur summo mane. Sequenti die cap. bolum vt sequitur paratum.

Potio cholagogica & pblegma

℞. Conseruæ rosarū antiquæ, & carnis cydoniorū sacch. conditæ, vtr. ℥. ii. pul. diatriasantali, ℥. ß. masticis, ℥. ß. cum sacch. fiat bolus sumendus mane horis iii. vel iiii. ante ientaculum, & sequentibus mututinis.

Bolus

℞. Pul. diacydonitem sine speciebus ℥. ii. troch. de spodio, & pul. diatriasantali vtr. ℥. i. conseruæ rosarū, ℥. ß. sacch. albi aqua ros. soluti, ℥. iiii. fiat electuarium in tabellis pondo ℥. ii. cap. vnam quotidie mane horis tribus ante primum pastum (superbibendo parum vini tortiui aqua pediculi rosarum diluti) vel alternis diebus.

Tabella

℞. Conseruæ rosarum, ℥. ii. carnis cotoneorum sacch. conditæ, & myrobalanorum etiam sacch. conditarum, vtr. ℥. i. pul. diacydonitē sine speciebus, ℥. iii. pul. cornu cerui, coralli rub. & margaritarum præp. singul. ℥. ii. cum parua quantitate syrupi cotoneorum, fiat conditum molle, bracteis aureis coopertū de quo diebus intermediis c. mane ℥. ß. etiā superbibēdo parū vini tortiui horis iii. ante prandiū. Extrinsecus admoueantur quæ humoris acrimoniam retundunt, & ventriculum roborant, & eius concoctionem iuuant, qualia sunt scutum, & c.

Conditum

De externis in causa calida.

℞. Trium santalorum, rosarum rub. & absinthij p. ma. singul. ℥. ii. masticis, spodij, fol. indi. & schœnanthi, singul. ℥. i. fiat pul. serico rubro & gossipio excipiendus in scutum intersutum ventriculo admouendum, & interdiu ferendum. Vel huius loco admoue pellem vulturis. Noctu verò puer eufar-

Scutum

Vnguentū. cos, calore suo temperato, & insito iungatur crudo ventriculo: vel huius loco catulus suo contactu cruditatem emendar.

Emplastrū. ℞. Cerati santalini, ℥. ii. olei mastichini, & de absinthio, vtriusque ℥. ss. vini, vel aceti rosati, ℥. ii. fiat linimentum, quo ventriculus illinetur, mane & vesperi, & pars postica circa 12. metaphreni vertebram.

Curatio si à siccitate. ℞. Massæ emplastri diaphœnici, refrigerantis D. Mes. vel in eius penuria de mastiche, ℥. ii. olei lentisci, vel de absinthio, parum: fiat empl. scutiforme super alutam pro ventriculo.

Si forte à siccitate scaturiat, quod rarum est, ob defectum humiditatis, largiore potu & alimentis liquidis, multum nutritibus, somno & quiete est vtendum. Reliquum curationis, ex capite de febre hectica erit petendum. Balneum aquæ dulcis & lenes frictions partium externarum, & vsus lactis recens multum cum sacch. ros. commendat Aëtius.

*Curatio ventriculi crudioris à causa frigida,
secundum membrum curationis.*

SI ab intemperie frigida, aut à pituita crassa, lenta, vitrea, seu salbuginea, ventriculi cruditas acciderit: victus ratio sit calida & sicca, incidens, tenuans, & detergens. Si ab humore melancholico, calida quidem, sed ad humiditatem non nihil inclinans, euchyma & eupepta. Pro potu vtendum erit vino rubro optimo sed diluto.

Si æger est iuuenis & æstus fuerit, metu febris, aut inflammationis, vtatur ptisana aromatizata cynamo. vel hydrosaccharo.

Iura carniū boni succi, alterentur menta sicca, maiorana, hyssopo, satureia, thymo, herpillo. Et in humore melancholico, buglossa, borrag. atriplice hortensi, violis, caltha, spinachiis, & similibus.

Ordo cibationis & ciborum quantitas similis esto, qualem superius dixi in primo membro huius capituli pag. 515. Sic censendum de somno, quiete animi, & corporis, & decubitu, & motu naturæ: & si humor noxius continetur in cavitare ventriculi, aut infartus in eius tunica interiore, aut aliunde est impulsus.

impulsus. Si sursum mouetur natura, est iuuanda vomitu: si deorsum, balanis, clysteribus potionibus aut pilulis præscriptis. Vel,

℞. Stercoris musceræ, & salis gemmei, vtriusque ℥. i. *Balanus.*
pul. hieræ Gal. ℥. ii. mellis ℥. i. fi. balanus pro pauperibus. Diuites vtantur sequenti.

℞. Origani, pulegij, calamenti, & centaurij m. singul. m. i. *Enema.*
agarici, ℥. iii. coque in aqua ad ℥. i. dissolue hieræ Gal. mellis anthosati & olei rutacei, singul. ℥. i. β. fiat enema ante cœnam iniiciendum.

℞. Troch. alhandaal grana ij. agarici troch. ℥. β. pul. hieræ simpl. & pil. alephanginar. vtr. ℥. ii. cum vino aut syrupo mentæ, vel absinthii forma pilulas 6. aut. 8. quas cap. post primum somnum leui cœna præcedente.

℞. Polypodii querni contusi, ℥. vi. sem. carthami, & sennæ mundatæ, vtriusque ℥. iii. fol. lupuli, fumaricæ, & chamæd. *Potio*
mentæ siccæ, singul. m. β. sem. anisi, ℥. vi. caryoph. integr. num. *phlegma-*
iii. coque in aqua sufficienti ad ℥. iii. colaturæ infunde nucis *goga &*
moschatæ, ℥. β. agarici troch. ℥. ii. elect. Indi ma. & confect. *melanago-*
hamech, vtriusque ℥. iii. per noctem super cineres cal. ex- *ss.*
pressum detur summo diluculo: huic addere poteris ℥. i. sy-
rupi de pomis saporis aut syrupi de fumarica ma. si extiterit,
aut violati ex 9. infusionibus.

℞. Ligni sassafras minutim incisi, & parum contusi, & corti- *Apozema*
cis citrij siccæ, vtriusque ℥. i. hordei integri, & fol. mentæ sic- *pituitam*
cæ, absinthii p. ma. vel minoris pro delicatis, origani, chamæ- *crassam in-*
dryos, singul. m. i. glycyrrhicæ, ℥. vi. passularum mund. pa. xii. *cidens, te-*
ficuum recentium. pa. iiii. sem. anisi, & rutæ, vtr. ℥. ii. florum *nuans*
saluicæ, roris m. thymi, hyperici, & bugl. singul. p. i. coquantur *deturgens*
ex arte in aqua suffi. ad 4. 5. oxymellis simpl. ℥. iiii. fiat apoze- *et fluita*
ma clarificatum & aromar. galangæ tenuioris ℥. β. pro 4. aut *discutiens,*
quinque vsibus. Eo finito,

Iterentur pilulæ, vel potio purgans vt supra, quam capiet *Iteratio*
post apoze-ma. Dosis purgantium augeri vel minui potest, pro *purgatio-*
prioris successu & laboratis viribus, ætate & regione. Deinde *nis.*

℞. Cort. citrij sacch. conditæ, & zingiberis viridis conditi, *Bolus.*
vtr. ℥. iiii. mithridatii veteris & probati, ℥. ii. cum sacch. fiat bo-
lus postridie deuorandus horis 4. ante primum pastum. Si hu-
mor melancholicus præpoller, loco zingib. substitue tantum-
dem rad. bugl. conditæ.

- Tabella propituita.* ℥. Pul. diagalangæ, aut aromat. rosati, ʒ. i. pul. diatrium piperorum, ʒ. ii. conseruæ cort. citrii sacch. conditæ, & nucis mosch. saccharo conditæ, vtr. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. sacchi. albi aqua mentæ, aut absinthii soluti & cocti, ʒ. iiii. fiat elect. in rhombos pondo ʒ. ii. cap. vnum alternis matutinis, superbibendo parùm vini rub. optimi, aut apiani, aut cretensis seu maluatici horis tribus ante primum pastum diu continuando.
- Conditum molle.* ℥. Conseruæ rad. bugl. & satyrii erythronii, vulgus *Tartofles*, appellat, & cort. citrii conditæ, singul. ʒ. i. pul. diatrium piperorum ʒ. iiii. pul. lætitia Gal. ʒ. ii. masticis, ʒ. i. galangæ tenuioris & cinnamo. vtr. ʒ. ʒ. fiat conditum foliis auri coopertum de quo cap. instar nucis iuglandis diebus intermediis mane etiam horis iii. ante primum pastum: vel huius loco cap. cum ovo sorbili pul. piperis albi si haberi potest ʒ. i. aut tantumdem piperis longi: vel horum loco si est tenuis fortunæ, syrupi mentæ, aut de absinthio, ʒ. i. vel duas: vini absinthites, vel mediam partem nucis iuglandis cum melle conditæ: vel fressi diues, myrobalani, aut nucis moschatæ sacch. condit. quartam partem, vel parùm zingiberis conditi, vel mithridatij probati, & veteris.
- In his symptomatis curandis, mutanda forma & non materia, ut alibi sæpe diximus: ne vni assuefacta natura, illius vires spernat.
- Dexter-nu.* ℥. Rad. galangæ crassæ, & cyperi, cort. citrii siccæ, singul. ʒ. i. herb. mentæ siccæ, absinthii p. maioris, & rosarum rub. singul. m. i. foliorum Indi, schœnanthi, & nardi Ind. singul. ʒ. ii. caryoph. integrorum, ʒ. i. bulliant in æquis partibus vini rub. & aquæ fabrorum pro fotu ventriculi cum spongia ante vtrumque pastum, spatio vnius horæ: deinde admoue cucurbitulam sine scarificatione.
- Linimentum.* ℥. Oleorum de mastiche, ʒ. i. è nuce moschata, ʒ. ʒ. ʒ. misce pro litu ventriculi ante, & à tergo post fotum & cucurbitulam. Vel
- Emplastrum.* ℥. Gummi caragnei, ʒ. ii. fiat emplastrum super alutam extensum panno lineo tenui aut serico rub. appposito, quod ventriculo admoueat. Vel
- Aliud.* ℥. Massæ emplastri de mastiche, & de ladano, aut pro stomacho, vtr. ʒ. i. ʒ. cum pauco olei absinthii, aut mentæ, fiat emplastrum scutiforme ventriculo admouendum. Vel huius loco admoue sequens scutum,

℞. Rad. acori veri, falso calami arom. nuncupati, iridis flo. *Scutum.*
 cyperi, & xilaloës, singul. ʒ. ii. fol. mentæ siccæ, absinthii p.
 ma. styracis calamithes, beniuini, nucis moschatæ, caryoph.
 troch. galliæ mosch. vel pul. diagalangæ, vel aromat. ro-
 sati, singul. ʒ. i. fiat pul. quo paretur scutum intersutum
 cum serico rub. & gossipio pro ventric. Huic negotio com-
 mendat, deuorare grana aliquot piperis albi, (si haberi pos-
 sunt) vel nigri in 4. partes diuisa & non puluerata ieiuno
 ventriculo: necnon diaspoliticum Gal. 4. sanit. tuendæ, & 8.
 meth. Si à flatibus scaturit, præter vniuersalia, & particula-
 ria præscripta, paretur sequens pul. oxyporos à Græcis di-
 ctus, id est, cito penetrans.

*Pul. dige-
 stius oxy-
 poros di-
 ctus.*

℞. Pul. diatrium piperorum simpl. ʒ. iiii. nucis, sem. ani-
 si, fœniculi, bac. lauri, & pul. diagalangæ, singul. ʒ. ii. cort.
 citrii sacch. conditæ ʒ. i. panis albi siccati, & puluerizati, ʒ. ii.
 sacchari albi ʒ. iiii. fiat pul. de quo ante & post singulos pastus
 cap. semicoehlear, aut integrum, & non à pastu, ne quid hu-
 moris crudioris huius impulsu citius descendat & obstru-
 ctionem pariat. Frictiones sunt valde vtilis: balnea inu-
 tilia.

Tertium membrum curationis horum symptomatum est
 eorum quæ sunt ex consensu alicuius partis: veluti si à cat-
 tarho in ventriculum defluens, qui a pepsiam, i. cruditatem
 pepererit: aut si ex inflammatione alicuius visceris, seu à tu-
 more aliquo præter naturam: seu à melancholia hypochon-
 driaca, aut aliunde, recurrendum erit ad causam sine qua
 non: hoc est, ad curationem singulorum affectuum capiti-
 bus propriis designatam tam in sumendis, faciendis, quam
 educendis & admouendis.

De Siti.

C A P. L.

△ *Ita* Græcis, *Sitis* Latinis dicta est symptoma actionis animalis, quæ est triplex: vna naturalis: altera animalis, & tertia vitiosa de qua nunc ago.

1. Quid sit
sitis natu-
ralis.

2. Sitis
animalis
qualiter
fiat.

3. Sitis vi-
tiosa qualis
est, doce-
tur.

Naturalis, est frigidi & humidi apperentia, quæ fit à sola siccitate in toto corpore sparsa. Quot circa cibos symptomata, totidem etiam in siti spectant Gal. lib. 1. de sympt. causis cap. 7. ostendit: altera sitis est animalis, quæ fit quum ventriculus exugi se sentiens potum desiderat sibi idoneum. Vitiosa verò, fit quoties aliquis humor vitiosus, falsus, aut biliosus in ventriculo aut in eius tunica interiore continetur, seu acris seu mordax fuerit: qualis in febribus putridis, aut malignis, aut demorsis à vipera, dipsade, aut qui aquam marinam (defectu aquæ dulcis) biberunt, apparet. Gal. loco citato: pari ratione qui diabete laborant, siti inexplebili cruciantur. Cum variæ sunt causæ, ante discernendæ sunt, quam conuenientia remedia adhibeantur.

Si Sitis ex intemperie partium pectoris fit, potius ex aëre frig. & humido inspirato sedatur, quam potu.

Sitis quæ febres continuas, aut malignas (quarum est symptoma) sequitur, fit quoties tunica interior ventriculi, ardore est arefacta ab aliquo humore calido, aeri, & nitroso, &c.

Igitur considerare oportet, num ex sola intemperie sine materia, aut cum materia: si sine materia, curare oportet, per refrigerantia & humectantia: si cum materia eaque biliosa, aut cum pituita salsa: tunc vacuatione illius humoris sursum, vel deorsum opus est.

Si ex vapore vini, (vt in temulentis accidit) curatur potu aquæ frigidæ.

Si ex iugibus vigiliis, somno, quia humectat. Contra, si ex somno, vigiliis, vt docet Hip. sect. 4. lib. 6. epid. textu 21.

De potu
exhibendo.

At in potu exhibendo, qui sitim extinguat, tempus morbi est

eligendum : Nam si sitim ægri diu perferunt, ardor & siccitas augetur, quæ illis est valdè molesta, nec quoties poscunt, iis offerendus, & maximè initiis accessionum à potu sunt arcendi. Contra in declinatione sunt sollicitandi: at in incremento, sunt fallendi cum foliis portulacæ, aut oxalidis, vel lactucæ in aqua frigida vel rosacea demersis: vel acinis mali granati, vel cerasis conditis, vel saccharo rosato &c.

Sitis non solum sumptis, verum etiam admotis, extinguitur per epithemata cordi, hepati, ventriculo, mammis, pudendis: pariter per vnguenta iisdem partibus admota: necnon lotione tibiarum, pedum, ex herbis refrigerantibus, seminibus & floribus post scribendis. Si aquæ frigidæ potus est suspectus, bulliat: vel in ea coque rad. acetosæ, vel graminis si hepar est malè affectum, aut sunt obstructiones. Aut vtatur ptisana, ex hordeo & glycyrrh. & passulis exacinatis parata, si pectus afficitur. Si ptisana displicet, vtatur hydrosaccharo: si dulcia displicent, vtatur aqua bullita cum omphacio, aut succo granatorum, aut mali citrei: vel in ea panis medulla in ea agitetur, vel maceretur: sic obtemperatur ægrotorum naturis.

Si sitis ex immoderata aliqua vacuatione oritur, pacanda erit aqua cocta, & syrupo cotoneorum, vel derosis siccis, vel iulepo Alexandrino, vel baccis oxyacanthæ, vel ribes conditis, vel saccharo rosato. Et si vigilæ vrgent, cum syrupo violato, aut nymphææ: vel conserua violarum, nymphææ, aut rosarum in eadem aqua agitata. Quinetiam quæcumque linguæ scabritièm emendant sunt vtilia, hoc modo composita, quoties lingua scabra fuerit ex febrium ardentium & malignarum ardore.

℞. Sem. psyllij integri, & cotoneorum, & melonis, singul. ʒ. i. gummi tragacanthi ʒ. β. penidiarum, ʒ. β. fiant noduli oblongi cum panno lineo tenui laxi, qui baculo alligati, & in aqua rosarum aut portul. aut plantag. macerati lingua sæpe infricetur. Vel horum loco si æger est pauper habeat in ore folia portul. si est æstas, vel acetosæ.

℞. Decocti hordei mund. à cortice exteriori lb. i. dissolue sacchari crystallini, vel penidiarum, & syrupi violati, vtriusque ʒ. i. β. fiat gargarismus quo colluat os post vsum nodulorum. Et si ardor est magnus, decocto adde sem. 4. frig. ma. singul. ʒ. iii. & si lentor cum nigredine, absque scabritie fuerit,

Ad scabritiem & linguæ nigredinem. Noduli similes p. 207 describuntur. Gargarismus. Si lentor cum nigredine sine scabritie quid agendum.

loco penidiarum, substitue succum granatorum, aut oxymel simplex pari pondere. Vel

Alter.

℥. Hordei, m. i. glycyrrh. ʒ. vi. passul. mund. & sebesten, vtriusque pa. x. florum nymph. & viol. vtriusque p. i. coque in aqua ad ℥b. i. cui dissolue syr. viol. ʒ. ii. succi granatorum, ʒ. i. fiat gargar. quo saepe vtatur.

De Diarrhœa.

C A P. L I.



Ἰσπρία Græcis, Alui profluuium Latinis dicta, est symptoma de genere excretorum, scaturiens ex imbecillitate instrumentorum coctioni seruientium, citra exulcerationem, aut inflammationem.

*Differentiæ
à quibus
sumuntur.
Ab ali-
mentis.*

Differt ab aliis alui fluxibus materia, loco, & à causa efficiente. Materia, aut est alimentalis, aut excrementitia, quæ peccat aut substantia, aut quantitate, aut qualitate. Alimentalis dicitur, quoties cibus in ventriculo non probè conficitur: aut non distribuitur in hepar, ob venarum meseraicarum obstructionem, vel ob facultatis attractricis ipsius hepatis imbecillitatem: aut quia corrumpitur in ventriculo. Excrementitia, veluti humores biliosi, pituitosi, melancholici, & ichores, qui ab alimentis fiunt, quique peccant substantia, aut quantitate, aut qualitate. Si à substantia, cognoscitur ex crassitie & tenuitate. A quantitate, si excretio non respondet alimentis assumptis. A qualitate, si materia est calida, acris, fetida: frigida, alba, mucosa, opima, flaua aut nigra. Differt à cœliacæ & lienteria, in quibus alimenta parum aut nihil immutata reijciuntur.

*Ab excre-
mentis qua
peccant
substantia,
aut quanti-
tate aut
qualitate.*

*Diarrhœa
& cœliacæ
in quo dif-
ferunt.*

Diarrhœa verò, veluti *δυσεντερίδα* quædam est, in qua cibi difficulter coquantur & distribuuntur. Succrescit, quod diarrhœa tantum sit symptoma ventriculi: cœliacæ vero & lienteria ventriculi & tenuiorum intestinorum. Distat à dysenteria qualitate, & quantitate excretorum: in dysenteria, excrementa ab initio apparent mucosa, pauca, & opima, si febris est colliquans, & cruenta. At in diarrhœa ab initio excrementa sunt multa & liquida: interdum varia, pro causarum varietate.

A loco locali differt, in diarrhœa materia in ventriculo est concepta, vel aliundè translata: criticè, aut symptomaticè, quod cognoscitur ex urinarum coctione, vel à cruditate, & facili aut difficili tolerantia. 2.

A causa effœtrice distat, quæ multiplex esse potest. Externa, aut interna. Externæ sunt eadè quæ capite de aepsia, id est, ventriculi cruditate diximus: vt aër ambiens frigidior, calidior, aut humidior. Potus profusus: cibus corruptus, aut qui facilè corrumpitur, aut præposterè, aut profusè sumitur, & vita desidiosa: Somnus meridianus isque longus: excretio suppressa, immoderatus coitus: equitatio grauis: exercitium violentum mox à cibo. Animi perturbationes graues: interdum etiam fit à vermibus. *De causis.* 3.

Causa interna, aut est idiopathica, aut sympathica. Idiopathica, sunt intemperies ventriculi, vel intestinorum, vel morbi organici, qui coctionem interpellunt, & facultatem retentricem vellicant, & obstructio, & imbecillitas ventriculi. Sympathica causæ scaturiunt vel à cerebro, vel ab ore, vel à lingua, vel ab hepate, à liene, vel à mesenterio, intestinis, vtero, aut à toto corpore in ventriculum sese exonerante sine noxa ventriculi: vel à febre hectica, aut ab alia maligna colliquante syntexi.

Ab intemperie calida si oriatur, comitem habet febrem putridam, (vt plurimum) aut iecoris inflammationem: hinc sitis, & oris amaritudo, ventriculi dolor, & excrementa sunt acria, tenuia, flaua, æruginosa, prassina, crocea &c. *De signis ab intemp. calida.*

Si ab intemp. frigida, cognoscitur ex ructu acido, & ex deiectionibus albis, crassis, lentis, & albugineis, sine ruffi. *Frigida.*

Si ab intemperie humida, aut ex catarrho: deiectiones erunt liquidæ, aquosæ, albæ, & spumosæ, si à cerebro: ex Hip. aphor. 30. sect. 7. exiguæ, nullâ certâ periodû seruantes, nullaq; sitis. *Humida.*

Si ab intemperie sicca, sequitur totius corporis emaciatio, vt in atrophia, & febre hectica, aut colliquante apparet. *Sicca.*

Si ob ventriculi imbecillitatem, adest nausea, vomitus, dolor, & si iuncta est humiditas, fluctuatio infestat. Et si alimentum non distribuitur, deiectiones erunt potius aquosæ, & albæ, quam alterius coloris, & non fœtidæ, & corpus breui tempore tabescit, & si alui fluxus est diurnus, proprium ventriculi affectum esse iudicauit Gal. comment. in aphor. 32. sect. 6. ad finem. *Si vitio ventriculi.*

*Si vitio
hepatis.*

Si ex hepatis imbecillitate, aut venarum meseraicarum obstructione, deiectiones erunt albæ, & chilosæ, & obstructionis aliqua signa elucescent. Si à pituita, deiectiones erunt albæ, lentæ & viscidæ: Si à melancholia aut à liene, ad nigredinem vergent.

Si à capite.

Si à capite, inest grauitas, somni propensio, & deiectiones sunt spumosæ, vt diximus in humida intemperie autoritate Hip.

Si ab ore.

Si ab ore (vt accidit pueris quum caninos edunt dentes) signum est, alimentum non confici in ventriculo ex Hippoc. & Gal. aphor. 25. sect. 3.

Si à lingua

Si vitio linguæ accidit ob nimiam humiditatem musculorum linguæ, quæ totum corpus & ventriculus irrigantur (vt in blæsis) Gal. comment. in aphor. 32. sect. 6. Hip.

*Si à toto
corpore.*

Si à toto corpore, deiectiones erunt exiguæ, & glutinosæ, pingues, & foetidæ, maximè si cum febribus putridis, hecticis aut syntecticis seu colliquantibus ac pestiferis apparent.

*Si sympto-
matica.*

Si diarrhœa est symptomatrica, deiectiones erunt aquosæ, crebræ, & paulatim fiunt, cum stridore & dolore, absque ægri leuamine: quia non fit beneficio naturæ sese expurgantis: sed ab humore acri & maligno eam stimulante, & tunc vrinæ crudæ apparent, ex Gal. comment. in Hip. aphor. 2. sect. 4. Con-

Si critica.

tra, si critica est, in vrinis apparent signa coctionis, & deiectiones fluunt sine dolore aut saltem paucò, & non sunt crebræ, & æger melius se habet, & robustior euadit.

*Si à ver-
mibus.*

Si à vermibus, cognoscitur ex cardiogmo, & syncope stomachica, quum sursum ascendunt, pruritus narium, cum dentium stridore, quum pueri dormiunt, & laborant tussi inani. In medio ventre si constiterint, alui fluxus & tormina consequuntur.

*De prognos-
tici.*

Diarrhœa vnus diei in secunda valetudine, & in aduersa (febre existente) plurium dierum modo 7. die quieuerit est salubris, autore Celso lib. 4. cap. 19. Ophthalmia laborantem alui profluuiò corripit, bonum. Hip. aphor. 17. sect. 6. idem cecinit in coacis prænotionibus ὀφθαλμῶν ἰσχυρῶν ὑπὸ τρυπανῶν γένεσις: i. Lippienti alui profluuium sua sponte prodians, vtile est, prænotione 224. Diarrhœa phthificis superueniens, est lethalis, ex Hip. aphor. 14. sect. 5. & in coacis prænotione 436. quia à mala causa fit, inquit Gal. diarrhœa aquosa initio hydropis (modo vires non exoluat) parū mala:
in statu

in statu verò, pernicioſa, ſi eſt frequens, & ſemper ſui eſt ſimilis colore, liquore, copia, nec vlllo craſſoſcit pepaſmo. Liquida deiectione, eſt ſoboles eximie cruditatis à facultate collapſa coquendi, vitio partium naturalium. Longo alui profluuiio laboranti, ſi vomitus ſponte acciderit, morbum ſoluit. Hip. aphor. 15. ſect. 6. & lib. 1. de morbis. Quibus per diarrhœas ſpumofa ſunt alui excrementa, iis à capite fit deſluxio. Hip. aphor. 30. ſect. 7. Deiectionum bonarum & malarum ſigna & prognostica abundè docuit Hip. lib. 2. progn. ad quem lectorem ablego.

Ex diarrhœa diuturna, venter ſi non detumescit, hydropis immedicabilis ſignum. In profluuiis ventris, excrementorum mutationes iuuant, niſi in praua commutentur: hoc eſt, niſi nigra, aut liuida, aut pingua aut fœtida, glutinoſa appareant. Aphor. 14. ſect. 2. Hip. & in prognosticis fuſiſſimè diſſeruit, lib. 2. Diarrhœæ propenſi ſunt pueri, quum caninos edunt dentes, & trauli, i. balbi ſeu blæſi, & qui ſunt temperamento humido, & qui catarrhis frigidis, & humidis ſunt obnoxii.

Qui propenſi.

Curaturus diarrhœam conſiderare debet, an ſit critica aut ſymptomatica. Si critica, videndum ſi ante debitum tempus acciderit, aut non: ſi ante debitum tempus, non ſidendum: ſi in debito tempore tunc non cohibenda, ne æger in phrenitim, aut lethargum, aut parotidas incidat, cum vitæ diſcrimine, vt doctè annotarunt Trall. lib. 8. cap. 7. & Aëtius lib. 9. ſed totum negotium naturæ committendum autore Hip. aphor. 20. ſect. 1. Alui fluxus etiam ſi non ſit criticus, ſed ſpontineus, modo æger facilè ferat, non eſt ſiſtendus. Si verò eſt immodicus, & diutius perſeuerat, & vires deiecit, tranſacto primo impetu eſt compescendus ex Hip. lib. 6. epid. ſect. 2. textu 21. Ἀρροσῶν, ἃ μὴ ἵ δει πέπει ἃ δὲ ὅτι δει τὸ τεταύει δειρομῶν ὅτις ἐξεῖτα πέπει: i. Reuellenda ea ſunt quæ quo non oportet vergunt, ſi autem quonam conuenit, iis tum viâ ſtruere decet, quamnam in partem ſingula tendunt: hanc doctrinam eſt ſequutus Gal. 12. meth. med. Si forte fortuna contigit, diarrhœam eſſe imperfectam, tunc ſupplere oportet blandis catharticiſ. Gal. 9. meth. & 1. ad Glauconem.

*Decuratio-
tione vni-
uerſali.*

Si ſymptomatica, perpendere oportet, an ſit idiopathica aut ſympathica. Si idiopathica, imprimis cauſa eius effectrix eſt ſubmouenda per contraria, qua ceſſante & eius effectus neceſſario ceſſabit.

Si sympatica alicuius partis, aut febris, ei parti, aut febrim imprimis est prospiciendum, victu & internis & externis præsidis. Symptomata curatur octo modis, scilicet victu idoneo, purgatione, reuulsione, urinis, sudoribus, balneis, venæ sectione, & narcoticis.

De victu

Victus est instituendus pro causarum varietate, calfaciente si causa est frigida, cum astrictione. Contra, refrigerante etiam cum astrictione, si eius causa effectrix est calida: sic de cæteris duabus qualitatibus est censendum. Aër eligatur, qui regioni, anni, ætati, & morbi temporibus respondeat, & causis efficientibus: qui si talis non sit, arte comparetur. Vitandi sunt solis & lunæ radij. Potus actu non sit calidus, sed frigidus in parua quantitate. Vinum interdendum, nisi vires sint prostratæ, tunc austerum concedendum, aqua chalybeata dilutum. Alimenta citra saturitatem sumpta, solida liquidis sunt præferenda. Decubitus agri sit in dextrum latus, modo ab hepate non scaturiat. Somnus diarrhœam sistit à quavis causa. Coitus & omnia pathemata & labor aduersantur.

De purgatione 2.

Purgationem nonnulli probant, improbant alii, variis rationibus: qui conciliari possunt. Si via critica fiat, & materia morbifica à natura omnino non sit expurgata, metu recidivæ, tunc iuuanda est natura cathartica benignis, ex Gal. 9. meth. & 1. ad Glauc. & aphor. 12. lib. 2. Τα ἰγχελαλιμπαίονα ἐὶ τῶν ἐύσοι μετὰ κρίσιν. Ἐποπροφὰς ποίειν εἶδει. 1. Quæ à morbis post crism relinquantur, recidivos morbos facere consueverunt.

Si verò via sympt. fuerit, & natura pigra, tunc iuuanda, ut humor morbificus educatur. Si deniq; causa effectrix proueniat ab humoribus corruptis, à toto corpore, purgare oportet chologogis, si materia est biliosa: phlegmagogis, si pituitosa: aut melanagogis, si melanch. ad reuulsionem. Contra si diarrhœa acciderit ab hæctica, aut colliquante febre, purgantia quavis benigna non conueniunt, sed cohibere oportet, ne plus iusto vires iam collapsæ deiciantur: Hip. in fine aphor. 2. sect. 4. Ut dolor, doloré: & vomitus, vomitum: sic fluxus, fluxum soluit ex Hip. lib. de locis in homine, & 6. epid. sect. 2. & Paulo lib. 2. cap. 57.

Remedia quæ huic negotio aptari debeant, sunt ea quæ astringendo purgant (ut loquitur Mes.) & non trahendo: qualia sunt rhabarb. in tota substantia sumptum, & myrobalani, tamarindi, rosarum succus, syrupus ros. sol. manna, catholicum,

diaprunum simpl. & non quod diadacrydium admittit.

Venæ sectio concedi potest, si adest febris putrida, aut inflammatio in parua quantitate ex vena basilica dextra, si iecur, vel sinistra, si lien afficitur, & anni tempus, ætas, & ægri vires consentiant: aut suppressi sunt menses, aut hæmorrhoides, vt sanguis qui in intestinis ruit sursum retrahatur. At si vires sunt collapsæ, vt eam perferre non possint, tunc cucurbitulæ aptari possunt partibus superioribus veluti thoraci & dorso, si nulla est febris, vel brachio, si extiterit cum scarificatu ad reuulsionem: vel abdomini sine scarificatione, vt annotauit Auic. fen 16. tertii, tract. 1. cap. vltimo.

De venę sectione. 3.

De cucurbitulis.

Idem quoque statuendum de frictionibus & ligaturis, vt materiæ impetus retrahatur. Contra si diarrhœa est critica, & sanguis non peccet quantitate, sed potius qualitate, & vires sunt deiectæ: aut adest febris hectica, aut maligna, & colligans, venæ sectio non conuenit, vt docent Gal. lib. 12. meth. med. & comment. 4. in lib. de victu acutorum textu 116. Ην δὲ αἷμα τινὲ συμπίρειν ἢ φέρειν, σπέρειν πρῶτον ποιεῖν τὴν κοιλίην, ἢ ὕπτας ἄφερειν ἢ λιμοκτορεῖν, ἢ οἷον ἄφερειν αὐτίαν: i. At si cui confert sanguinem detrahete, aluum firmam reddere, atque hoc modo detrahete oportet, & in ædiam impetare, vinumque ei demere. Et comment. in aphor. 2. sect. 4. idem sentit. Ratio, quia sanguis, non solum est bilis frænum, vt voluit Auic. verum etiam quosuis humores cal. & frigidus moderatur.

De frictionibus & ligaturis.

Vomitum reuellendo alui fluxum cohibere docuit Hip. lib. 2. de dixta cap. 10. textu 399. Κοιλίην δὲ σκώσηκνῆσιν, λυεῖ ἐμέτος: ἢ ἀφ' ἁρῶσιν μᾶλλον τῆ κοιλίᾳ ἤσῃσι. ἢ μὲν διουγράτων, ἢ δὲ ἐπερῶτων: i. Aluum autem duram vomitus soluit: & magis quam oportet fluidam sistit: illam quidem humectando, hanc verò siccando. Et lib. 1. de morbis & aphor. 15. sect. 6. sic loquitur. Ὑπὸ ἀφῶροισιν ἐχομένη μαζῆς, ὑπὸ ταυταμάτῃ ἐμέτος ἐπιγνώμενος λυεῖ τὴν ἀφῶρόν: i. Longo alui profluuiio laboranti vomitus sponte superueniens, morbum soluit.

De vomitu 4.

Reuellunt quoque diuretica, & sudorifica, quoties huius symptomatis causa, est obstructio in visceribus & venis mesentericis, calida nempe, (si materia est frigida:) qualia sunt rad. apij, fœniculi, cryngij: Vel frigida, (si materia est calida:) qualia sunt rad. asparagi, graminis, rusci, sem. 4. frig. ma. & cæt. Quamobrem non erit præter rationem cum alterantibus, diuretica miscere, vbi prius ea materia fuerit diminuta, vel na-

De vniuersis & sudoribus. 5.

De balneis
6.

turæ vel artis beneficio. Balnea item naturalia : qualia sunt sulphurea, & nitrosa in causâ frigida : aluminosa in causâ calida, corpore prius repurgato portione humoris morbifici, euocando materiam ab intimis partibus ad extimas commendantur à Rhasi in suo Continente.

In horum balneorum penuria, arte comparentur : vel stuphæ seu vaporaria ex medicamentis idoneis post dicendis sero & mane vacuo ventriculo ad sudorum vsque eruptionem : deinde siccato corpore æger sudabit in lecto per horam aut sesqui alteram, sic per multos dies continuando, si diarrhœa perseverat : hinc alendus erit æger cibus boni succi, cum incrassantibus & viscera roborantibus.

De narcoticis castigandis 7.

Narcoticis (cautione adhibita) vti licet, in parua quantitate, tepidè exhibitis : quoties veneni aliqua est suspitio, aut peruigil est æger ad somnum conciliandum : aut quum dolor adeo vehemens est, vt aliis remediis sedari non potuerit, quibus calfacientia semper sunt miscenda, vt eorum effractionem qualitatem corrigant, eorumque vires deducant, vt monet Gal. 8. carat. Quod ita sit, opium emendat castorium : cicutam gentiana : succum coriandri, viticella & vinum rubrum optimum : succum papaueris nigri, cassia lignea aromatica & piper nigrum : semen hyoscyami, semen nasturtij agrestis &c. In pharmacopoliis variæ extant compositiones, vt pilulæ de cynoglossò, laudanum seu nepente spagyricorum, diacodium, syrupus de papauere, philonium Romanum, theriaca, mithridatium, aurea Alexandrina, omnia recentia, quæ Auic. loco cit. probat : quia materiam tenuem incrassant, vigilias mitigant, & sensum partis obrundunt. Contra, eodem teste Auic. solent debiliu vires calidum innatum extinguere, narrans historiam cuiusdam qui vsu opiatæ extinctus fuit : vt in his vsurpandis cautiores fierent Medici.

De viscera corroborationibus 8.
Canon
Auic. obseruandus.

Non sufficit huius symptomatis causam abigere, sed viscera à quibus originem duxerint roborare, ne recrudescat, aut quid grauius succrescat. In his remediis componendis suadet Auic. loco citato, in causâ calida aliqua refrigerantia cum astrictione esse permiscenda. Contra si causâ est frigida, calfacientia etiam cum astrictione. Hac obseruatione calor partis infusus fouetur & roboratur : qualia fuerint docebimus.

Curatio Diarrhææ in specie.

SI ex imbecillitate instrumentorum intemperies excitatur, quæ ipsam parit, suo contrario erit corrigenda: nempe calida, frigidis: frigida, calidis: humida, siccis: sicca, humidis: deinde partem malè affectam roborantia erunt ex usu: qualia superioribus capitibus fuerunt enunciata. Si cum febre fuerit, & in die critica apparentibus signis coctionis, totum negotium naturæ committendum teste Hip. aphor. 20. sect. 1. quæ si opus suum non absoluerit, ob vires deiectas, tunc iuvanda erit sequenti remedio, ne recidiuet. Hip. achor. 12. sect. 2.

℞. Nardi ind. minutim incisæ, grana vi. myrobal. citrearum (si bilis) vel cepularum, (si pituita (vel indarum (si melancholia) oleo viol. confricatarum ne sua asperitate ventriculum lædant, & rhabarb. optimi, vtriusque ꝑ.iiii. catholici, & diapruni simpl. vrr. 3. iii. infundantur omnia simul per noctem super cineres calidos in decocto cichorij, thamarind. vuarum Damasc. & rosarum rub. in aqua plantaginis. Expressioni dissolue mannæ Cal. aut syrupi rosati sol. cum agarico (si pituita expurganda (vel de pomis regis Sapor (si melancholia) fiat potio summo mane propinanda.

Si excrementa fuerint syntectica, i. colliquantia, qualia sæpe apparent in febre tertiana, hectica, malignis ac pestiferis præmissis prognostico, refrigerantia & humectantia corpus, & victus ratio euechyma, & eupepta sunt præscribenda: qualia Tractatu primo de Febribus tertianis, hecticis, & malignis descripsimus capitibus 11. 14. & 15. ad quem recurrendum erit. Gal. 10. meth. & Auic. fen 16. tertij, tract. 2. cap. 11.

Curatio symptomatica Diarrhææ sine febre à toto corpore proueniens.

IN symptomatica Diarrhæa curanda, duo sunt consideranda, ægri vires, & pars vnde mali origo. Si à toto corpore, vel ab aliqua parte in ventriculum sese exonerante proueniat, cohibere oportet, tam sumptis quam admotis ex Hip. aphor. 2. sect. 4. & Gal. in comment. si vires deijciuntur. Si excrementa sunt foetida, cathartica benigna sunt præscribenda, ex Gal. 9. meth. med. & 1. ad Glauc. Deinde viscera roborare gastricis cum astrictione, vt dixi. Præter foetorem, considerandus est eorum calor: si variegatus, aut biliosus, & acris, aut pituitosus, aut nigricans.

Si variegatus & à toto corpore scaturiat, detur sequens potio.

Potio purgans si à toto corpore.

℞ Polypodij querni contusi, ʒ. vi. absynthii p. ma. m. ʒ. vuarum integratum, num. vi. rosarum rub. p. i. sennæ mund. ʒ. iii. anisi, ʒ. i. caryophyllorum integrorum, num. ii. coque in aqua ad ʒ. ii. dissolue syrupi rosati sol. ʒ. i. ʒ. catholici, ʒ. ʒ. fiat potio mane sumenda, & superdormiat si fieri potest: per somnum sistitur omnis diarrhæa.

Apozema ad idem.

℞ Rad. plantag. & symphyti ma. vtr. ʒ. i. herb. centinodix, cichorii, lupuli, & rosarum rub. singul. m. i. sem. portulacæ, endiuix, & papaueris albi, singul. ʒ. ii. flor. rorism. & bugl. vtr. p. i. coque in aqua suffi. ad ʒ. i. syrupi de rosis siccis, & cydoniorum, vtriusque ʒ. ii. fiat apozema clarificatum, & arom. bac. berberis parum contusarum ʒ. ii. pro 4. dosibus.

Iteratio potitionis.

Iteretur eadem potio purgans vt supra, quam cap. finitis iulepis: vel huius loco cap. sequentes pilulas.

Catapotia.

℞ Massæ pil. imperialium, ʒ. i. pul. rhab. agarici troch. & sennæ mund. singul. ʒ. ʒ. cum succo rosarum forma pil. vi. deauratas quas cap. post primum somnum. Sequenti die mane cap. sequentem bolus.

Bolus.

℞ Conseruæ rosarum, & rad. symphyti ma. vtr. ʒ. ii. troch. de spodio, vel terræ lemnix, ʒ. ʒ. cum saccharo fiat bolus.

Si his non quiescit, reuellatur humor qui à toto prodit vomitu, venæ sectione, sudoribus, diureticis, cucurbitulis, frictionibus, ligaturis, balneis, aluminosis, nitrosis, sulphureis &

viscera roborantibus, si necessitas postulat, ut prædixi.

In victu instituendo, aer sit temperatus, & non calidus, frig. *De victu.*
neque humidus. Pro potu vtatur aqua chalybeata, cum syru-
po cydoniorum. Carnes assæ, elixis sunt præferendæ, quæque
sint boni succi. Initio & in fine pastus vtatur carne cydonio- *Initio.*
rum condita, vel miua simplici (quam nostri gelatinâ vocant)
& passulis non exacinatis optime masticatis: & ouis sobili-
bus. Panis sit albus sale & aniso pinsatus. Fructus, astricti-
onis participes, concedi possunt, quales sunt dactyli, fraga & rubi
idæi, & similes. Exercitij loco, frictions & vincula erunt ex
vsu: excandescencia, humores commouet, & fluxibiles reddit,
vitanda.

Curatio Diarrhææ si à capite oritur.

Imprimis cerebrum epicrasticè purgandum pilulis elephāg.
de mastiche cum agarico trochiscato, vel assaieret. Secūdo
vomitus est concitandus à somno: quia reuellit & expurgat.
Auic. Fen 16. tertij, tractatu 2. cap. 9. vetat decubitu supinum
ne maior quantitas vaporum in cerebrum deferatur, & catar-
rhus augeatur. Tertio cerebro, & ventriculo est prospicien-
dum sumptis & admotis cap. de catarrho enunciatis vel se-
quentibus. Deinde reuellendus erit errhinis, apophlegmatif-
mis, & caustico.

℞. Massæ pilularum de mastiche cum agarico, & alephangi- *Massa pi-*
narum, vtriusque ʒ. ii. myrobal. cepularum, rhabar. *lularum.* electi, &
agarici troch. singul. ʒ. β. macis, ʒ. i. cum syrupo stæchadis,
forma massam de qua quarto quoque die cap. ʒ. i. aut ʒ. iiii.
horis 6. ante prandium. Sequentibus diebus collo & scapulis
admoueantur cucurbitulæ cum scarificatione, & fiant frictio-
nes partium inferiorum deorsum versus cum pannis canna-
binis calidis. Deinde capiti raso, vel tonsis capillis admoueantur
sacculi, emplastrum: denique cauterium ceruici.

℞. Milij, lb. i. salis, lb. β. baccarum lauri & iuniperi, vtrius- *Sacculi.*
que ʒ. i. β. sem. 4. cal. ma. singul. ʒ. i. lini, & fœnugr. vtriusque
ʒ. β. herbarum saluix, sampsuchi, stæchadis, & lauendulæ, vel
spicæ nostratis, singul. m. i. frigentur in sartagine & inclu-
dantur duobus sacculis vicissim capiti admotis, & sæpe reno-
uentur. Vel horum loco.

*Cucufa seu
calantica.*

℥. Ligni aloës, santali citrini, calami arom. rad. cyperi, singul. ʒ. ʒ. ʒ. maioranæ, & lauendulæ, vtr. m. ʒ. styracis cal. & beniuini, granorum tinctorum, singul. ʒ. i. ʒ. caryophyl. & nucis moschata, vtriusque ʒ. ii. pul. diamoschi, & diambra, vtr. ʒ. i. fiat pul. cum serico rub. & gossipio aptandus in calanticam seu cucufam intersutam capiti ad mouendam. Vel huius loco admoueatur sequens emplastrum.

*Empla-
strum.*

℥. Gummi tacamahacæ, in aqua vitæ remollitæ, ʒ. i. ʒ. super alutam extende & para emplastrum capiti admouendum. Balnea naturalia cum stillicidio collo potius quam capiti, (ad humoris exsiccationem qui defluit in ventriculum) erunt ex vsu. Puluis ex cephalicis capiti aspersus, idē præstat.

*Balnea na-
turalia.*

Capite de cibi fastidio varia gastrica dedimus pag. 487. ex quibus pul. oxyporos seu digestiuus, tabellæ, condita, &c. parari poterunt, pro cuiusque arbitrio & indicationibus sumptis à medico curationem suscipienti. Si hæc diarrhœa sæpe recurrit, ceruici inter primam & secundam vertebra ad moueatur cauterium potentiale, vel sero ad humoris morbifici deriuationem. In eandem rem si ætas, & anni tempus consentiunt, decoctum sudorificum per multos dies ex gaiaco, aut rad. chinæ, aut sarza patilla, & ligno sassafras plurimum valet ad exsiccationem humoris, & reuulsionem per sudores factam.

Diarrhœa curatio ex ventriculi cruditate.

SI Diarrhœa fit ex ventriculi cruditate, aut imbecillitate cum humiditate coniuncta, & diuturna fuerit: imprimis ægrotus debet vesci cibis euchymis, & cupeptis in parua quantitate sumptis, & sæpe oblatis, ne oneretur ventriculus. Deinde roborantibus tam sumptis quam admotis cap. de Apepsia pag. 517. 518. & 519. enunciatis recurrendum erit, ne toties eundem calculum reuoluam. Et si quædam inest fluctuatio, pul. diacydonitem sine speciebus commendatur.

Si à vermibus scaturit.

SI à vermibus, & nulla est febris, detur opiata Salomonis, quæ est vermicida, vel aliquod ex commemoratis ad finem curationis cap. de Singultu pag. 511. & pag. 471. Quæ si fuerit, amaris quidem, sed minus calidis quam opiata & purgantibus medicamentis est utendum: quibus miscenda quædam sunt astringentia: deinde viscera erunt corroboranda, vt ex Auicennæ scripto annotaui pag. 532.

Curatio si vitio alimentorum fuerit.

SI alimenta in ventriculum corrumpuntur: qualia sunt in Gallia pepones, cucurbitæ, lac, &c. aut fiat ab acribus edulibus, piperatis, & salis: aut cibus humidioribus: aut ab aëre humidior, vel frigidior: aut à medicamentis malignis non satis castigatis, curabitur vomitu, & leui purgatione, & ventriculum roborantibus cum astrictione: qualia sunt conferua rosarum, & electuaria varia tam solida quam mollia, pul. digestiuus, fomenta, vnguenta & emplastra, &c. paulo post scribenda.

Si à venis mesenteriiis.

SI contigerit fieri ab obstructione venarum mesenterii, & deiectiones sunt chilosæ, imprimis omnia astringentia sunt vitanda. Quorum loco diuretica sunt scribenda. Deinde sequenti pharmaco utendum, vt humor morbificus educatur.

℞. Nardi Ind. minutim incisæ, ℥. ss. rhabarb. optimi, ℥. iiii. catholici, ℥. vi. aut ℥. i. infundantur omnia simul in vino albo si nulla est febris, vel in decocto cichorii, &

ZZz

Potto pur-
gans.

eupatorii si adest, per noctem super cineres cal. expressioni dissolue syrupi rosati solutiui, ℥.i. fiat potio.

Elect. solidum.

℥. Pul. diarhodi Ab. ℥.ii. conseruæ cort. citrii sacch. conditæ, ℥.β. sacch. albi aqua endiuizæ soluti, ℥.iii. fiat elect. in tabellis pondo ℥.ii. cap. vnam quotidie mane horis iii. ante ientaculum, superbibendo parum vini albi aqua graminis diluti.

Si his non curatur, vtendum erit iulepis, vel apoze-
matibus materiam præparantibus, ad futuram purgationem vitatis scammoniatis. Vomitus ante vel post cibum, & frictions ad reuulsionem sunt vtilis.

De vitio.

Vitium sit euchymus: potus sit vinum album aqua parum bullita dilutum in pastu. Pisces saxatiles: oua tremula: panis albus sale pinsatus, lingua animalium gregalium veruecis, &c. conceditur. Hepatis vitium multiplex esse potest: quamobrem videndum num sit obstructum, si calidius, si frigidius: si eius caua pars, aut gibba magis est affecta: quia non iisdem remediis curatur. Si pars sima fuerit obstructa, curabitur, vt dixi de venarum mesenterii obstructione. Si gibba fortiora diueticæ sunt imperanda. Simili ratione si calidius fuerit, vtendum erit diueticis temperatis: quales sunt, radices acetosæ, graminis, rusci, asparagi, cichorii, &c. Si frigidius, diueticis calidioribus. Si causa est frigida, infundantur in vino albo: si calida in aceto: sic censendum de plantarum partibus. In componendis remediis internis potissimum, requiritur magna Medici solertia.

Si vitio splenis.

Si diarrhœa contigerit, ex splenis vitio, curabitur iisdem remediis quibus hepar male affectum, sed validioribus ex Gal. 13. meth. med. & 9. catat. quia lien expurgat hepar à sanguinis fæce, quam melancholiam nuncupamus, ex cuius parte tenuiore elaborata ab arteriis, nutritur. Ex crassiore autem parte non educta per suos ductus sunt scirrhi: quia, sua substantia, est rarior, & mollior quam hepar. Melanagogis vtendum: Deinde roborantibus tam internis quam externis, sæpe repetitis, nisi ex prioribus conuauerit.

Si ab ore & gurgulis.

Si quum dentes erumpunt, acciderit, illico non est cohibenda (quoniam interdum fit à pituita salsa in ventriculum defluente: alias ex lacte per febrem corrupto) ne in-

gravescat, & febrem augeat, præ dolore. Si à pituita falsa oriatur, propina cochlearia aliquot syrupi de cichorio dupl. rhab. vel ei dissolue ꝑ. i. rhab. Deinde illinetur ventriculus V. Comitissæ, vel oleo lentiscino, aut myrthino, aut melino, bis aut ter in die, & asperge pul. rosarum, coralli, masticis, & absinthii p. maioris, &c.

Si à lacte corrupto Comissa catarrhi suppressione, remediis iisdem curari potest, vacuantibus scilicet & astringentibus, non ab initio circa dentitionem, ne cruditas & cacochymia febrem ipsam ingeminent (aucta putredine) aut convulsionem adsciscant, cerebro nervisque affectis.

Interea nutrix aletur cibis astringentibus: Et pueri gingivæ, butyro cum melle mixto perfricentur. Hoc remedium dolorem & erosionem lenit, autoritate Gal. lib. 5. catar. Idem præstat cerebellum leporinum, & acetum cui incocta sit rad. hyoscyami.

Si à bile diarrhœa contigerit, vitellina aut flava, in ventriculo, aut ieiuno intestino retenta, prima fronte non est cohibenda, donec expurgata fuerit cacochymia: contra, ob cruciatus quos parit, iuuanda est natura benigno aliquo cholagogo: Deinde iulepis eius acrimoniam retundantibus uti licet, quibus finitis simili cholagogo expurganda. Medio tempore clysteres lenientes, & detergentes consulentur. Denique stipticis utendum, hinc ad ventriculi, & intestinorum robur properandum. Si his non cedit, neque victu congruo, reuellatur humor vomitu, (si nauseat æger,) & venæ sectione, si est iuuenis & plethoricus, aut suppressi sunt menses, aut hæmorrhoides, aut febricitat, & sitit, ex vena basilica dextra pro virium ratione & sanguinis qualitate, & ea sit symptomatice, & non critica ut dixi: potus sit exiguus ex ptisana, cum iulepo Alexandrino, aut syrupo cydoniorum: vel utatur huius loco saccharo rosato, aut crystallino: aut acinis granatorum, vel baccis oxyacanthæ, aut agrestæ conditis. Si hæc omnia renuit, utatur aqua chalybeata, in qua silices fuerint extincti, cum aliquo syrupo ex præscriptis, vel cum succo aliquo astringente eoque accido.

Si à bile.

De victu.

Famem tolerat, modo viribus non officiat, quæ sunt conseruandæ alimento euchymo, & eupepto, alterato omphacio vel succo oxalidis, aut citrij, aut auranciorum: vel herbis refrigerantibus. Hordeatum, auenatum, oriza, semola,

am yllum, & puls seu pulmentum ex lacte, & farina hordei, & vitellis ouorum paratum, panis clotus, colatitia, consummata, instaurantia & similia in parua quantitate sumpta, & sæpe oblata, & oua cocta in aceto, & indurata, & pisces saxatiles, & butyrum recens, & iura caulium, & lentium (aqua priore reiecta) concedi possunt. Initio & sine singulorum pastuum, vti licet carne cydoniorum condita, aut miua simplici: & æstatis tempore, fructus acidi, & astringentes, (vt rubi idæi, fraga, & reliqui eiusdem naturæ) sunt admittendi: quia non facile corrumpuntur, vt nonnulli autumant, quod acidi & astringentes sint.

Lactis præparatio ne acefcit in ventriculo.

Aëtius & Trallianus locis citatis autoritate Philomenis & quamplurimi neotericorum plurimum laudant lac bubulum, ouile, aut caprinum, & non asininum quia nimis aquosum, ad medias coctum, reiiciendo spumam quam inter coquendum euomit: quia sic coctum non acefcit in ventriculo, vt crudum: neque hoc consilium pugnat doctrinæ Hip. aphor. 64. sect. v. Lac præbere capite dolentibus, & c.

De remedijs bili accommodatis.

℞. Cichorii totius, m. i. β. rad. acetosæ, & plantag. vtriusque ʒ. i. β. herb. seriolæ, borrag. fumaricæ, endiuicæ vulg. seu lactucæ agrestis, Diosc. hepaticæ, lupuli, singul. m. i. absinthii p. minoris, m. β. passul. integrarum, pa. vi. prunorum, pa. iiii. sem. plantag. portulacæ, acetosæ, & endiuicæ, singul. ʒ. ii. rosarum rub. & florum cichorii, vel viol. vtriusque p. i. coquantur singula quo docet ordine in aqua sufficienti ad lb. ii.

Potio cholagoga.

℞. Myrobal. citrearum oleo rosato confricatarum, ʒ. iiii. thamarindorum, ʒ. ii. cassiæ recens à canna extractæ, ʒ. i. aut ʒ. i. β. si æger est aluo duriore: omnia simul infundantur per noctem super cineres cal. in parte vna decocti præscripti, vel succo rosarum: expressum detur summo mane à motu naturæ. Si videtur adde syr. rosati solutiui cum rhab. ʒ. i. vel huius loco, rhab. sub. triti ʒ. i. dissolue.

Apozema.

℞. Decocti præscripti, lb. i. aut 4. v. syrupi cydoniorum, vel omphacii, ʒ. iiii. aut iiii. fiat apozema, aut syrupus, vel iulepus, parùm refert quo nomine appelles, clarif. & arom. santalo albo, aut rub. pro iiii. vel iiii. dosibus mane vel bis, in die sumendis, si æstas fuerit. Et cap. post singulas doses tabelam vnam sacchari rosati aut diatriasantali. Non vtor myrobal. neque rhab. affatis ob empyreuma affatione contractum visceribus infensum.

Iteretur potio præscripta, quam cap. finito apozemate. Vel loco cassiæ, substitue manniæ Cal. tantundem & rhab. puluerati ℥.iiii. & syrupi rosati sol. ex 9. infusionibus ℥.i. *Altera potio.*

℥. Decocti hordei, vel lactis vstulati, ℥. β. dissolue sacch. rub. & mellis rosati, vtriusque ℥. i. β. axungia capræ vel hirci (vitellis duobus ouorum) dissoluta, ℥. i. fiat clyster ex tempore paratus. *Clyster.*

℥. Conser. rad. symphyti ma. & rosarum, vtriusque ℥. ii. cum sacch. fiat bolus postridie à postrema portione sumendus. *Bolus.*

Si prædictis remediis materia quæ multa erat, non satis vacuata videtur, denuo eadem remedia repetantur. Contra, si prorsus vacuata sit, aut maiori ex parte, vttere sequentibus.

℥. Rad. symphyti ma. ℥. ii. herb. polyg. seu centinodix, verbasci, plantag. & rosarum rub. singul. m. i. bursæ pastoris, m. β. passul. integrarum, pa. x. seminum cymini, portul. papaueris albi, & melonis, singul. ℥. ii. florum roris. & calthæ, vtr. p. i. coquantur in aqua chalybeata ad 4. 5. syrupi myrthini, & cotoneorum, vtr. ℥. ii. fiat iulepus clar. & arom. bac. oxyacanthæ ℥. ii. pro quatuor matutinis. *Iulepus diarrhæam compescens.*

℥. Nardi Ind. minutim incisæ, ℥. β. myrob. citrearum, & rhabarb. optimi in frustra dissecti, vtr. ℥.iiii. micletæ, ℥. vi. infundantur omnia simul in parte vna decocti iulepi per noctem super cineres cal. expressum detur ante iulepum præscriptum. Iddem post iuleporum vsum iterandum erit mane. Sequentibus diebus. *Potio astringenda purgans.*

℥. Pul. diacydoniten sine speciebus, ℥.iii. troch. de spodio cum sem. acetosæ, ℥. i. terræ lemnix, & coralli albi, vtriusque ℥. i. miux simpl. vtriusque ℥. iii. fiat elect. molle de quo quotidie mane vel alternis diebus cap. ℥. β. superbibendo parum aquæ centinodix. *Electuariū molle, viscera roborans.*

℥. Gummi Arab. assi & sub. triti, ℥. ii. spodij, coralli rub. & terræ, sigillatæ, singul. ℥. i. troch. ramich. D. Mes. & pul. diacydoniten sine speciebus, vtr. ℥. iii. conser. rad. symphyti ma. & carnis cydoniorum sacch. conditæ, & conseruæ rosarum, singul. ℥. β. sacch. albi aqua plantag. soluti & cocti, ℥. β. fiat elect. in rhombos pondo ℥. ii. aut trium cap. vnum diebus intermediis ante primum pastum superbibendo parum aquæ plantag. vel centinodix, vel harum succi depurati tantundem. *Elect. solidum diarrhæam compescens.*

*Clyster
astringens.*

℥. Equiseti, centinodix, & ros. rub. singul. m. i. nucum cupressi, sumach, malicorii, balaustiorum, & calycum glandium, singul. ℥. β. coquantur in aqua fabrorum: in colaturæ ℥. viii. dissolue adipis hirci vitellis ouorum duobus dissoluti, ℥. ii. philonii Romani, si æger est peruigil, & magnis doloribus cruciatur, ℥. β. aut tantundem philonii Persici (si causa est calida) fiat clyster supponendus quoties necessitas postulabit. Vel

*Clyster
anodynus.*

℥. Cremoris hordei mund. ℥. β. dissolue vitellos duos ouorum, sacch. rub. ℥. i. β. adipis hirci similiter vt supra soluti, ℥. i. fiat clyster humoris acrimoniam demulcens. Si vrgeat dolor, vti

De narcoticiis.

licet narcoticis in parua quantitate ne calor innatus extinguatur.

*Hipnotica
potio.*

℥. Diacodii, aut philonii Romani, ℥. ii. cum aqua plantag. fiat potiuncula, vel huius loco cap. theriacis recentis in eadem aqua solutæ, ℥. i. β. aut pilulam vnam aut alteram cicercis instar pilularum de cynoglossa, vel tantundem laudani spagyricorum. Hæc omnia cruciatus compescunt, & somnum accersunt, quo nihil præstantius: interea vires alimento reficiantur. Cucurbita umbilico apposita sine scarificatione concedi potest.

Linimentū

℥. Oleorum lentisci, vel myrrh. vel cotoneorū, ℥. ii. eo illinetur totus venter post vsum sequētis epithematis, & pulueris: sic

Pul. astringens.

℥. Pul. myrrhillorum, acaciæ nostratis, ros. rub. & mast. sing. ℥. ii. fiat pul. quo aspergetur venter post litum oleorum. Vel

Epithema.

℥. Aquæ plantag. & cuculorum glandium, vel ros. vtriusq; ℔. β. aceti rosati, ℥. ii. pul. troch. de spodio ℥. iii. seminū cymini, & nasturtij asporum super tegulam aut batillum candens, vtr. ℥. i. nardi Ind. & absinthii p. ma. vtr. ℥. β. fiat epithema ventri tepidè admouendum, & non calidè cum panno laneo rub. denso, ter aut sæpius in die spatio vnus horæ, ante vsum linimenti & pulueris. His adhibitis, si aliquæ supersunt reliquæ, balnea aquæ dulcis, (ante per aliquot horas alimento recreatis viribus, & exonerata prius aluo, modo ne aliquod graue symptoma comitetur) concedi possunt: Et si datur facultas, balnea naturalia ferrea, aut aluminosa sunt vtilia. Ad humoris reuulsionem & expurgationem, initio morbi frictions conueniunt.

De balneo.

Astringentia quo morbi tempore vsurpanda.

Sic astringentia (vt dixi) improbantur, quia materiam parti impingunt & rebellem reddunt, & sæpe ægrum in vitæ discrimen præcipitant. Contra; inclinante malo probantur. Ex his colligere licet, quanti refert morborum tempora distinguere,

Si aliquod graue symptoma eam comitetur, ei occurrendum remediis, propriis capitibus superius descriptis.

Diarrhœa pituitosa eandem medendi methodum requirit quæ biliosa, sed remediis contraria qualitate præditis: calidis nempe, & detergentibus auxiliatur. Sic, si nauseat æger,

Curatio fit à pituita.

℞. Rad. raphani per taleolas dissectæ, ℥. i. β. sem. eiusdem, & rad. asari, vtriusque ℥. ii. agarici, ℥. ii. florum genistæ, p. i. coque in aqua suffi. ad ℥. vi. oxymellis simpl. ℥. ii. fiat potio tepide mox sumpto cibo sumenda: hoc remedium facit ad reuulsionem & ad purgationem.

Vomitivum

℞. Syrupi rosari sol. cum agarico, ℥. i. β. elect. Indi ma. ℥. β. cum decocto mentæ siccæ, fiat potio summo mane propinanda, aut

*Potio pblegma-
goga.
Cathartica.*

℞. Pul. hieræ Gal. sine asaro præp. (quia ventriculum subvertit) ℥. i. agar. troch. ℥. i. cum syrupo absinthii, fiant pil. vi. ca. post primum somnum.

℞. Rad. farzæ parillæ minutim incisæ, ℥. ii. cort. citrii siccæ, ℥. vi. herb. mentæ siccæ, absinthii p. ma. calamenti mont. sing. m. i. sem. anisi, & petroselini, vtr. ℥. iii. florum thymi, & rorism. rosarum rub. singul. p. i. hydromellis lib. 4. coquantur ex arte in fictili vitrato operculato ad tertias. Colatura clarif. cum syrupo de menta ma. ℥. iii. & arom. nuce mosch. pro iii. vel iiii. matutinis. Deinde

Apozema

Iteretur eadem potio, aut pil. vt supra: ea. finito apozemate.

Iteratio

℞. Pul. aromat. rosati, ℥. i. cort. citrii, & zingiberis viridis sacch. condit. vtriusque ℥. ii. cum sacch. fiat bolus horis 4. ante pastum deuorandus. Medio tempore iniiciatur sequens clyster detergens.

*purgatio-
nis.
Bolus.*

℞. Iuris extorum pinguium q. s. in eo coque hordei, calamenti, orig. centaurii mi. & furfuris macri, singul. m. i. colaturæ dissolue mellis rosati, aut anthosati, aut mercur. & butyri recentis, vtr. ℥. i. β. hieræ Gal. & bened. Nic. vtriusque ℥. vi. fiat clyster. Si validior requiritur, horum duorum loco, substitute hieram pachij in minore dosi.

*Clyster de-
tergens.*

Si his materia non satis expurgata videtur: iterentur purgationes præscriptæ, quæ si profus aut maiori ex parte vacuata fuerit & supersunt reliquæ, vtatur sequentibus ne æger recidiuer.

℞. Rad. chinæ recentis & non cariôsæ, in taleolas dissectæ, ℥. iii. ligni sassafras minutim incisi, ℥. i. β. aquæ lb. octo: hydrosicm.

*Decoctum
hydrosicm.*

coque in fictili vitrato satis capaci ad tertias. Colatura dulcorretur sacch. & aromat. cinnamo. huius decocti cap. mane & sub horam 2. pomeridianam ꝯ. v. sudabit in lecto aut hypocausto per sesqui horam aut alteram.

Prandebit hora 9. & cœnabit hora 6. sic per multos dies continuando ad reuulsionem. Vel huius loco si datur facultas vtatur balneis naturalibus sulphureis, nitrosis: vel vaporariis: vel artificialibus hoc modo.

Semicupiu. ℞. Rad. helenii, tb. β. cyperi, & cort. citrii sicci, vtriusque ꝯ. iiii. pulegii, calamenti, origani, rutæ, mentæ, absinthij p. ma. lingul. m. ii. sem. 4. cal. ma. & bac. lauri, & iuniperi, singul. ꝯ. i. summitatum rosis. florum saluiz, thymi, & stœch. sing. m. i. coque in aqua pro semicupio, in quo bis die ingrediatur vacuo ventriculo, & aluo exonerata. Deinde contineat se in lecto, in quo sudabit per horam aut alteram, sic per aliquot dies continuando. In hac curanda non conueniunt narcotica, neque venæ sectio: neque astringentia initio curationis ob materiæ crassitiem, lentorem, & frigiditatem, quam visceribus impingerent, & contumaciorem redderent. At inclinante malo, ad viscerum corroboracionem admitti possunt.

Tabella. ℞. Pul. diacydoniten cum speciebus, ꝯ. ii. myrobal. & nucis mosch. sacch. condit. vtriusque ꝯ. iii. sacch. albi aqua absinthii soluti & cocti, ꝯ. iiii. fiat elect. in tabellis pondo ꝯ. ii. ca. vnam mane horis iii. vel iiii. ante primum pastum. Et semel aut bis in hebdomade cap. theriacæ veteris & probatæ, ꝯ. ii. aut syrupi de absinthio, & de menta maiore cochlearia duo magna initio singulorum pastuum: vel vtatur miua cydoniorû cum aromatis D. Mes. & in fine pastus vtatur sequenti puluere.

Pul. digestus oxyporos distus. ℞. Ligni aloës, & masticis, vtr. ꝯ. i. pul. diacymini Nic. ꝯ. iiii. coriand. præparati, ꝯ. ii. cort. citrii conditæ, ꝯ. β. panis albi assi & puluerati, ꝯ. ii. sacch. albi, ꝯ. iiii. fiat pul. cuius cap. cochlear vnum post singulos pastus.

De externis Linimentu ℞. Oleorum masticis, absinthii, & nardini, singul. ꝯ. i. ceræ flauæ, ꝯ. β. pul. mentæ, cardamomi, absinthii, caryophyl. rosarum, singul. ꝯ. ii. fiat linimentum quo epigastrium tepidè illinetur per horam ante vtrumque pastum. Vel vtete V. stomachico D. M. Vel

Emplastru ℞. Massæ emplastri de mastiche, aut emplastri diaphœnici calidi D. M. ꝯ. ii. aut vtriusque ꝯ. i. extende super alutam scuti figura ventriculo admouendum: aut pro delicatioribus partibus sequens.

℞. Xilaloës, aut ligni rhodij, cyperi, & calami arom. singul. *Scutum.*
 ʒ. ii. mentæ, absinthij p. ma. caryoph. macis, pul. aromatici ro-
 faci & iridis flo. singul. ʒ. i. fiat pul. aptandus in scutum inter-
 futum cum serico rub. & gossipio pro ventriculo, diu feren-
 dum.

Si ex resoluta pituita, inflatur ventriculus, aut intestina,
 vt ere fotu discutiente flatus: deinde admoue cucurbitulam
 sine scarificatione ventriculo aut vmbilico.

Victus ratio in curandis morbis non est parui momenti. *De victu*
 & præcipue in internis: ob id aer eligatur calidus & sic- *in causa*
 eus, aut saltem temperatus, & luminosus: quia talis aer *frigida.*
 attrahit materiam ad exteriora: ob id fenestraz cubiculi ape-
 riantur, aut multæ candelæ accendantur, nisi ægrotus ab
 his offendatur. Contra, pluuiosus, caliginosus, opacus, &
 frigidus officit.

Esculenta sint boni succi: vitando omnia quæ crassum, fec-
 culentum & humidum succum procreant: qualia sunt, legu-
 mina, pisces falsi, & glutinosi, brassica, carnes viscidæ, vt pe-
 des, & animalium exta pingua. Carnes boni succi assæ, elixis
 sunt præferendæ, vt veruecis, vituli, hœdi, & auium in dume-
 tis, & non in aquis viuentium, perdicis, phasiani, pipionis, ca-
 pi, & gallinæ sunt ex vsu: necnon oua sorbilia, & pisces saxa-
 tiles in parua quantitate: butyrum recens, ficus recentes, vuz
 damascenæ, passulæ & corinthiæ, nuclei pinei recentes, nu-
 ces ponticæ assæ, pira, mespilla, cotonea cocta, aut condita,
 nuces iuglandes melle aut sacch. conditæ, aut myrobalani,
 aut nux moschata condita, aut zingiber viride conditum.
 Cortex citrii conditus, & semina coriandri, aut anisi sacch. in-
 crustata: stillatitius liquor cinnamomi &c.

Pro posu vtendum aqua chalybeata cum syrupo coroneo-
 rum. Vel viño austero eadem aqua diluto in pastu, si virès sunt
 deiectæ, aut ætas senilis, aut hyems fuerit: parcè comedat, &
 bibat. Motus corporis & animi violentus improbatur: Con-
 tra, quies & somnus probantur: quia hic insignem vacuatio-
 nem compescit, exceptis sudoribus. Panis erit albus aut bis-
 coctus cum semine anisi, & pauco fermenti: frictiones dorsi &
 partium superiorum vsui esse possunt.

Si ab humore melâcholico in vëtriculo & intestinis redun- *Curatio si*
 dante diarrhœa prouenerit, illico non est compescēda, nē hu- *ab humore*
 mor deterius symptoma concitet. Contra, talis humor (præ- *melancho-*
lico.

missa præparatione melanagogis) est expurgandus: qualia sint, in curatione febris quartanæ docuimus: humore sic imminuto, aperiri potest vena saluatella, vel basilica sinistra lato vulnere diducto, nisi quid dissuadeat, tunc cucurbitulas admouere oportet. His administratis, humor reuelli potest medicamento vrinas, & sudores mouentibus, balneo, aut encathismate aquæ dul. in quo bullerint malactica, & diaphoretica. Deinde veniendum ad astringentia, & ad viscera roborantia, ad frictiones, vincula, & exercitium.

*Curatio si à
colliqua-
tione.*

Si totum corpus per diarrhœam resoluitur, initio à stypticis est abstinendum: quoniam plerumque ab humore exurento, & colliquante partis substantiam fit: vt in febribus hæcticis, causone, tertianis continuis, leipyriis, syncopali, pestilenti, typhode, elode & affode de quibus meminerunt Hip. sect. 3. lib. 3. epid. Gal. 10. meth. med. & lib. aduersus Lycum. Paulus, Aëtius, & Trallianus.

Remedia præcipua sunt petenda ex capitibus propriis Tractatus primi. Deinde vtendum erit medicamentis mediocriter stypticis, quæ licet fluxum, prorsus non sistunt, magnam substantiæ innatæ dissipationem impediunt: quæ medicamenta exterius non sunt adhibenda, ne caloris præter naturam effluxus præpediatur, sed intus: vt partes firment, & roborent, ne facillè erodenti causæ cedant. Si diarrhœa oritur ab assumpto veneno, illud que sit notum: imprimis proprium detur alexipharmacum: veluti si diarrhœa oritur esu fungorum venenatorum, detur illico ʒ. i. calcanthi vsti & loti, (potius quam chalcitidis) puluerizati, cum syrupo acetosiratis citrii, & stillaritis liquoze cardui benedicti, vel bugh ex Nicandro in suis alexipharmacis, Diosc. & Auic.

*Curatio si à
veneno
assumpto.*

Contra, si illud ab ægro ignotum est, confugiendum erit ad vniuersalia antidota: qualia sunt theriaca, mithridatium, aurea Alex. Athanasia, pul. becardicus, & similia.

Extrinsecus cordis regioni admouè epithemata cardiaca ex de pestis curatione descripta. Auic. huic negotio propinat grana 7. lap. smaragdi puluerizati cum liquoze idoneo 8. horis ante cibum: vel succum diætami cum vini pari quantitate propinabis mane.

*Si vitio
vteri cu-
ralio.*

Diarrhœa interdum fit vitio vteri, quoties humores qui per eum expurgari deberent, ad ventriculum aut ad intestina mandat. Curatur aperiensibus (si obstructæ sunt viæ) per quas

Et excrementa excernit. Deinde iuuetur natura cathartico benigno superius descripto ad reuulsionem: tum styptica sunt vsurpanda ad robur ventriculi, intestinorum, & vteri ne similes excipiant superfluitates, fomentis, cucurbitulis, vnguentis pul. elect. &c.

De Cœliacæ & Lienteria.

C A P. L I I.

KΟΙΛΙΑΚΟΣ, Græcis, Ventricularis Latinis dici potest: ΛΕΙΩΤΗΣ ΚΕΙΑ Græcis, Læuitas intestinorum, sic dicta, quasi ΛΕΙΩΤΗΣ τῆς ἐστέρας. Hæc duo sunt symptomata de genere excretorum, quæ inter se tantum differunt secundum magis & minus: quia ambo fiunt ex ventriculi & intestinorum tenuium imbecillitate facultatis retentricis & coctricis.

De nomine

Differunt tamen in excretis: quia lienteria solum excernit alimenta non mutata, eo quod intestinorum facultas retentrix est abolita: in cœliacæ verò concoctrix facultas est tantum diminuta. Hinc colligere licet cœliacem fieri vitio ventriculi, & lienteriam tenuium intestinorum & à maiori cruditate, vnde ciborum velox transitus. In cœliacæ frigiditas dominatur: in lienteria verò humiditas: illa ventriculi calorem innatum minuit, & facultatem retentricem imbecilliolem reddit, hinc fit vt alimenta vndiquaque non complectatur, & elabi finit ante debitum tempus coctionis, & liquida excernuntur. Humiditas verò exuperans, lubricam reddit viam, hinc continendi cibi impotentia consequitur.

Differētia.
In cœliacæ frigiditas dominatur: in lienteria humiditas.

Causæ externæ, sunt aër frigidior, humidior, austrina constitutio. Hip. lib. 3. aphor. & lib. de aère, aquis, & locis, & in epid. Potus largissimus aquæ frigidæ: Cibus pinguis, flatuosus, aut prauus, aut præposterè sumptus: medicamentum lubricum, aut nimis acre, aut aliquod venenum sumptum, vt fungus venenatus.

De causis
vriusque
Symptomatis.

Causæ internæ, sunt intemperies frigida, aut humida ventriculi, aut tenuium intestinorum, aut humores frigidi, aut humidi ibidē geniti, aut aliunde acciti, veluti è cerebro: qualis est pituita læta & acida, quæ sua frigiditate coctionē ventriculi impedit, & sua humiditate redūdante, retentricē facultatē labefactat, vt cibū cōtinere nō possit. Si verò humores fuerint acres, & mordaces, has partes cōuellunt, & solutionē continui su-

nica interioris afferunt, vnde sæpe fit dysenteria: alias ex resolutione nervorum sextæ cõiugationis fieri potest, sed raro.

De signis
cæliacæ.

Hæc symptomata dum fiunt à causa euidente signa disci possunt ex ægrotorum relatu. Si aliunde prouenerint veluti ab humore frigido è cerebro in ventriculum decurrante, inest somnus profundus, & longus, per quam augetur fluxus. Si ex alia parte, percipitur ex dolore partis vnde mali scaturigo. Alimentum quoties cõctionis perfectionem non acquirit, in prauum commutatur colore, odore & consistentiã. Excreta sunt alba, olida, lutulenta & substantia liquida. Hac de causa venter est flatuosus, ructus assidui, & tetri odoris. Quod si deorsum penetrent, strident intestina, flatus erumpunt asperi, humidi, argillofi. Dolor ventriculi est grauis, punctiones referens: homo emaciatur (quia non alitur) & fit gracilis, pallidus, iners ad subeundum consueta munia, quum ambulat, membra labascunt, tempora sunt concaua, & venæ sunt exertæ & conspicuæ.

Signa lienteria.

Signa lienteria præcipua, sunt si mox sumpto cibo, talis deijcitur, qualis assumptus fuit, non mutatus. Si mutatus, cæliacæ est, & non lienteria, vt doctè annotauit Hip. lib. de affectionibus 14. curatione. *Λευτερίαν τὰ πάντα ἀγχοπέου ἀσπίδια, ὕγεια ἰδυὴ δὲ ὕλη ἐστὶ: λεπυρίσται δὲ, καὶ τὸ σωμα:* i. Intestinorum læuitas cibos demittit minimè putrefactos, liquidos, dolor non adest, corpus autem extenuatur. Si ex ventriculi intemperie frigida oritur, fiunt ructus acidi. Si à paralyfi, sumpto cibo in ventriculo, aut intestinis, percipitur dolor. Si ab humore acri superficie tenus exulcerante tunicas interiores ventriculi, aut tenuium intestinorum, percipitur calor, ardor cum mordicatione & siti. Si quis plura desiderat, euoluat comment. Gal. in aphor. 1. sect. 6. & aphor. 9. & 12. sect. 4. & aphor. 22. sect. 3. & Celsi lib. 4. cap. 16. & Aretæi lib. 2. de causis & signis morborum diutur. cap. 7. & Aëtij lib. 9. cap. 35. & 37. Pauli lib. 3. cap. 40. Auic. fen. 16. tertij tract. 1. & Rhasis, lib. 9. ad Almanforem & 8. continentis, & neotericos. Lienteria quæ dysenteriam, aut morbos acutos sequitur, est immedicabilis, quia arguit naturam esse superatam.

Prognostica.

In diuturna intestinorum læuitate, si ructus acidus superueniat, qui prius non extiterit, signum bonum. Hip. aphor. 1. sect. 6. verù, si causa efficiens est calida, & non frigida autore Gal. in cõment. indicat naturã cibũ aliquandiu retinere, donec

principium mutationis acceperit. Et in coacis prænotione 469. sic loquitur Hip. cap. 21. λευκίαι μετὰ δυσκοίτης. ἢ πλεῦρα τῆ κήσει. ἢ φθίσι ἀποπλιυτᾶ : 1. Intestinorum læuitates, cum spirandi difficultate, & lateris morfū, ad tabem tendunt. Indicat cachexiam esse confirmatam; & succorum corruptionē ab acri distillatione in thoracem. Lienteria ab humore acri orta, si tenuiorum intestinorum aut, ventriculi fit exulceratio superficialis, non dissimilis ei quæ aphthæ, i. oris vlcera pueris accidit, est pernitiōsa, propter virtutis reſentricis imbecillitatem autore Gal. comment. in aphor. 22. sect. 3. & aphor. 12. sect. 4. & Aretz loco citato, & Aëtio.

Quibus propter læuitatem, ventres cibi sunt incontinentes, hyeme supra purgare, malum, & maximè si fundum ventriculi, aut intestinum duodenum occupat, & illic impacta fuerit pituita.

Contra, si in ventriculo fluctuat, supra purgare, bonum, autore Gal. Sic censendum de humore melancholico, qui deorsum est purgandus. Hip. aphor. 9. eiusdem sect. & Gal. in comment.

Longis intestinorum læuitatibus, vna cum sæuissimis vlceribus, intestinorum cruciatu, & dolore, iis solutis intumescunt: his insuper exortus rigor, malo est, inquit Hip. in coacis, prænotione 468. Læuitas intestinorum, quam cacochymia, atrophia, aut cachexia sequitur, hydropen minatur, ex Aëtio loco citato.

Cœliace, si in autumno incipit, & ad hyemem vsque se extendit, difficile curatur, ex eodem Aëtio: quæ si diutius perseverat, in atrophiam ægrum præcipitat propter imminutam in corpus alimentorum coctionem. Ab initio curari potest, inueterata difficile.

Hæc duo symptomata in vnum caput redegi, quia simili methodo, & ferè iisdem remediis curantur, vt apparebit.

Si à nuda intemperie fiunt, solis alterantibus, per contraria curantur. Si à cibo corrupto, aut præposterè sumpto, etiam per contraria corrigatur. In his curandis venæ sectio locum non habet: quia per eam corpus non alitur, contra emaciatur.

Lienteria conualescenti si euenerit, medicamentis roborantibus & modicè astringentibus post dicendis vtendum.

*Decoratio
ne à pueri
ta.*

Si præter intemperiem, ventriculus pituitosus humore est refertus, qui ventriculi facult. retertricem labefactet, aut eius tunicis adhærens ipsum lubricum reddat, & æger sit nau-seabundus, imprimis vomitus est ciendus sequenti præsidio.

Vomitorii

℞. Rad. peponis siccatæ & puluerizatæ, ʒ. i. hydromellis, ʒ. vi. fiat potio sumpto cibo propinanda, si ad vomendum æger est difficilis: vel vacuo ventriculo, si facilis. Vel huius loco accipe tantundem iulorum seu catulorum iuglandis arboris siccatorem & puluerizatorum cum vino albo, aut cum decocto leniente. Si fortius requiris,

Aliud.

℞. Oxymellis scillitici, ʒ. i. β. decocti rad. raphani, & eius seminis, rad. asari, agarici, & florum genistæ, vel huius decocti loco, succi nicotianæ depurati, ʒ. vi. fiat potio tepide sumenda, & inclinante capite, & ventriculo manu compresso vomat. Sic pituita frigida, & lenta facile educitur. Si post vomitionem aliquid restat, recreato ventriculo cibo boni succi in parua quantitate sumpto, idem vomitorium repete.

Si hac via educi non potest, dentur sequentes pilulæ.

Pilulæ.

℞. Agarici troch. ʒ. i. pul. hieræ Gal. sine asaro, pil. aliphanginarum, vel de aromatibus, vtriusque ʒ. β. cum vino absinthites vel syrupo de menta, fiant pilulæ sex quas cap. summo mane. Vel

Potio phlegmagoga.

℞. Nardi ind. minutim incisæ, grana vi. myrobal. cepularû, vel bellericarum, & rhab. optimi, singul. ʒ. i. catholici, vel elect. indi ma. ʒ. vi. infundantur omnia simul per noctem super cineres calidos. Expressum detur summo mane. Si hoc remediû renuit, æger, masticabit mane ʒ. ii. rhabarb. optimi, aut tres, quod pituitam bilemque purgabit, & ventriculum sua leni astrictione corroborabit: his remediis huius humoris euacuata portione, quod reliquum erit, præparetur apozemate incidente tenuante & detergente cap. de ventriculi cruditate pag. 512. descripto, vt consulit Hip. aphor. 9. sect. 2. corpora quum quis repurgare volet, ea fluxilia faciat, oportet. Deinde repurgare præscriptis remediis.

Vacuata pituita, modicè astringentibus vtendum, quia per validiora astringentia (si febris est suspitio) venæ obstruuntur, & humor sua natura lentus & crassus, tenacius hæret. His præmissis ad alia præsidia tam interna quam externa recurrendum eodem cap. de cruditate ventriculi scripta pag. 512.

Quoniam ægri non continent cibum, eo sumpto ventriculo admoûeatur eucurbita sine scarificatione. Quod si ex his remediis nihil proficimus, dropace, aut sinapismo vtendum erit ex Aëtio lib. 9. cap. 37. & Tralliano lib. 8. cap. 5. & Pauloli. 3. cap. 40.

Inter medicamenta specifica ab Arabibus & eorum sequacibus probata, sunt coagula leporis, & hædi siccata, & puluerizata, ʒ. i. pondo, cum liquore idoneo vel lacte chalybeato. soluta & potui data mane. Idem præstat stercus canis per aliquot dies ossibus nutriti siccatum & puluerizatum pari pondere propinatum, & caseus antiquus aquis pluribus coctus, siccat, & puluerizatus pari pondere potui datus lienteriam sanat. Eadem vi pollet interior tunica ventriculi gallinæ, capri, aut struthiocameli, vino lota & puluerata. *Empirica.*

Victus sit parcus, in ædiam quantum fieri poterit ferat, sit tamen eueptus, & eupeptus ex mica panis, semola, iure capi, veruecis, cum carne bubula, (potius quam vituli, agni,) ob eorum humiditatem, qua lubricus redditur ventriculus. *De victu.*

Carnes assæ elixis sunt præferendæ: oua dura, & somnus longus probantur. Pro potu vtendum vino rubro tortiuo, diluto aqua chalybeata si nulla est febris: quæ si adfuerit, vtatur hydrosaccharo aut syrupo de cydoniis, aut iulepo rosato.

Pro bellariis vtatur mîua cotoneorum cum aromatis, aut frustum nucis moschata, aut zingiberis viridis conditi, aut corticis citrij condita. Narcotica aduersantur, & iura pingua. Balnea aquarum aluminosarum, fomenta, vincula, & frictiones probantur ad reuulsionem.

Si ab humore acri oritur, (vt arguit ventriculi morsus & dolor) ob corruptum humorem ibi contentum, aut aliunde transfussum, considerare oportet locum & naturam motum. Locum an in ventriculo, an in intestinis, an pars exulcerata fuerit, an non. Si exulcerata fuerint intestina, recurrédū erit ad caput sequens de dyssenteria. Si tunica interior ventriculi est ulcerata, nõ vtentur medicamentis purgantibus quauis benignis, ne humore euocato exacerbetur, neq; iuribus pinguibus ne sordidius fiat, sed primo abstergere, mox exsiccare, ac nonnunquam abstringere, vt sensim agglutinetur, ac etiam vt causa efficiens, si quæ superest aut influat, compescatur, fræneturque. *Curatio si ab acri & mordaci humore.*
Curatio si ab ulcere ventriculi.

De victu.

Pro potu, si vratur lacte vaccino chalybeato, hæc omnia præstabit: aut hydromelle cum iulepo Alexandrino, aut syrupo cotoneorum, vel omphacii, vel granatorum, loco vini. Nutriatur cibus euchymis, & eupeptis in parua quantitate, sed sæpe oblati, ad virium conseruationem, liquidis potius quam solidis, quia facilius distribuuntur & excernuntur ex Hip. aphor. 11. & 18. sect. 2. Facilius est impleri potu quam cibus: & eorum quæ confertim & celeriter alunt, celeres etiam excretiones esse solent: qualia sunt hordeatum, auenatum, consummata, iura; pedes veruecis, vituli, hædi, agni, ad agglutinandum vlcus concedi possunt. Denique ad vlceris exsiccationem vttere trochiscis de terra sigillata, bolo armena, & similibus sequenti cap. scribendis.

Extrinsecus adnoueantur fomenta, vnguenta, emplastra, scuta, ex medicamentis astringentibus, frigidis (& non calidis) composita.

Contra, si ventriculus non fuerit vlceratus, considerandus est naturæ motus, vt docuit Hip. aphor. 21. sect. 1. si sursum aut deorsum vergit & talem motum sequi. Si sursum, naturæ conatus est iuandus vomitione semel atque iterum repetita, pag. 548. si facillè æger vomit. Si deorsum, purgatione sequenti.

Potio cholagoga.

℞. Succis rosarum rub. ℥. ii. in eo infunde myrob. citreatū, ʒ. i. rhab. optimi. ʒ. ii. thamarind. ʒ. β. expressioni dissolue syr. violati ex 9. infusionibus (si extiterit) vel manne Cal. ʒ. i. β. fiat potio.

Iulepus:

℞. Rad. acetosæ, & cichorii, vtriusque ʒ. ii. herb. seriola, fumarie, endiuie syluestris, hepaticæ, lupuli, borrag. singul. m. i. rosarum rub. m. β. sem. portul. papaueris albi, & plantag. singul. ʒ. ii. passularum integrarum, pa. x. florum nymph. & bugl. vtr. p. i. coque in aqua chalybeata ad ℥. i. syrupi omphacii, vel granatorum acidorum. ʒ. ii. fiat iulepus clar. & arom. santalo albo pro tribus matutinis cap. tabellam i. sacch. rosati, aut diatriasantali post singulas doses. Deinde

Iteretur eadem potio præscripta: vel huius loco cap. pil. sequentes.

Catapotia.

℞. Aloës socotorinæ succo rosarum lotæ, ʒ. i. rhab. ʒ. i. cum syr. rosato sol. fiant pilulæ vi. aut viii. deauratæ quas cap. mane hora 4.

Bolus.

℞. Coralli rub. & pul. diatriasantali, vtr. ʒ. i. confer. rosarum

rum, ʒ. ʒ. cum sacch. fiat bolus postridie denorandus horis 4. ante prandium. *Bolus.*
A purgatione, ventriculi facultas retentrix & coctrix sic roboretur.

℞. Tunica interioris ventriculi struthiocameli, vel capi *Tabella.*
aqua rosarum lotæ, siccatæ & puluerizatæ, terra lemnix ʒ. i.
ʒ. i. pul. diacydoniten sine speciebus, ʒ. ii. conferuæ rosarum
siccatæ, ʒ. vi. sacch. albi aqua pediculi rosarum aut calycum glan-
dium soluti, ʒ. iiii. fiat elect. in rhombos pondo ʒ. ii. cap. vnum
quotidie mane horis iii. ante primum pastum. Vel

℞. Conferuæ rad. symphyti ma. ʒ. ii. confer. rosarum & mi- *Conditum.*
uæ cydoniorum simpl. vtriusque ʒ. i. troch. de spodio, & pul.
diacydoniten sine speciebus, vtr. ʒ. ii. coralli rub. & boli arme-
næ lotæ, vtriusque ʒ. i. fiat conditum de quo alternis matutinis
cap. ʒ. ʒ. superbibendo cochlearia aliquot aquæ stillatitiæ ab-
sinthij p. tenui folio: aliis autem diebus,

℞. Terræ sigillatæ, & boli arm. coralli rub. & ros. rub. sin- *Pulsis.*
gul. ʒ. i. troch. de spodio, & pul. diacydoniten sine speciebus,
vtriusque ʒ. ii. fiat pul. cuius diebus intermediis mane cap. ʒ. i.
cum ouo sorbili. His vt sequentibus vis ventriculi coctrix &
retentrix roborabitur.

℞. Pul. trium santalorum, rosarum rub. cenanthe, baccarum *De exte-*
myrthi & coriand. præp. singul ʒ. i. absinthij p. ma. ʒ. i. tinctorū, *nis,*
pul. diamarg. frig. & schœnanthi, singul. ʒ. ʒ. fiat pul. in scutum *Scutum.*
aptandus cum serico rub. & gossipio ventriculo ad mouen-
dum.

℞. Troch. de berberis, pul. diatriasantali, & rosarum rub. sin- *Epithema.*
gul. ʒ. i. troch. de caphura, sem. acetosæ, & ramenti eboris, sin-
gul. ʒ. ʒ. aquarum cichorij, & solani, vtr. ʒ. ʒ. vini rub. austeri,
ʒ. iii. fiat epithema ventriculo ad mouendum cum panno rub.
denso per horam ante vtrumque pastum: deinde admoue scu-
tum præscriptum. Vel

℞. Massæ emplastrij diaphœnici frigidi D. M. (distinctione ii.) *Emplastrum.*
ʒ. ii. extende super alutam scuti figura, ventriculo ad mouen-
dum. Vel

℞. Oleorum myrthini, & lentisci, vel rosati omphacini, vtr. *Vnguentum.*
ʒ. i. ʒ. ʒ. ceræ albæ, ʒ. ʒ. pul. rosarum rub. coriand. præp. masticis
& coralli rub. singul. ʒ. i. acaciæ nostratis, sang. draconis, & boli
armenæ, singul. ʒ. ʒ. absinthij p. ma. ʒ. i. fiat vnguentum quo
ventriculus tepidè illinetur post epithema præscriptum, sic
mutatur forma remediorum & non materia. Vel huius loco

illinetur vnguento Comitissæ.

Sub finem curationis si quid superesse videtur potiones sudorificæ impetari possunt, paratæ ex decocto rad. chinæ, simlacis asperæ vel zarsæ parillæ cum ligno sassafras, vt à centro ad circumferentiam educatur materia morbifica.

*Curatio si
fit ex paraly-
si.*

Lienteriam posse fieri ex resolutione neruorum sextæ conjugationis, nemo eorum qui tempore hyemis per Alpes ambulat, negabit ex frigore contracto: quæ si contingat, recurrendum erit ad ea quæ c. de paralyfi annotauimus. Peculiari dote (à Guarinetio & Fontanono) conserua rad. acori & pilulæ assæ foetidæ commendantur.

*Si à sum-
pto veneno.*

Si forte originem ducit ab aliquo veneno sumpto, recurrendum erit ad ea quæ annotaui prope finem c. de diarrhœa pag. 522. peculiari dote valet succus dictamni cum syr. acetositis citrij.

*Si ab infla-
matione.*

Si à phlegmone oritur, curanda erit victu refrigerante, venæ sectione, purgatione blanda, nonnullis astringentibus additis, & iulepis refrigerantibus, conditis, & ventriculum roborantibus, tam internis quam externis præscriptis.

*Si ex vena-
rum mesen-
traicarum
obstructione.*

Si ex venarum meseraicarum obstructione fit: fluxus est chilosus, ab imbecillitate facultatis attractricis hepatis. Imprimis prima regio est expurganda pilulis de hiera. Deinde vix obstructæ, sunt reserandæ radicibus temperatis, granis, rusci, asparagi & acetosæ, herbis hepaticis, & syrupo de bisantiis. Deinde inungere oportet ventriculum, & vmbilicum, vnguentis quibus nonnulla astringentia (sed pauca) sunt permiscenda, ne insigni astrictione morbus augeatur. Pari ratione, calidiora aperientia, ventrem laxarent, & dulcia ac detergentia alui fluxum augerent: ob id sunt vitanda.

Dentur alimenta boni succi & tenuium partium, vt ad iccur peruenire possint. Contra alimenta crassa & lenta sunt vitanda. Extrinsecus admoueri possunt cucurbitæ hepatis sine scarificatu, vt eò pertingant alimenta: plura sequenti cap. auspice Deo Op. Max.

De Dysenteria.

C A P. L I I I.

Δ *Τουπνεία* Græcorum, Tormina, & Intestinorum difficultatem Latini appellant. Quæ nihil aliud est, quam intestinorum exulceratio cruenta cum torminibus. Ex eodem genere est *τιμωμῆς*, seu *τινωμῆς*; parum refert scribas per π aut per μ , ut videre est in aphor. 27. sect. 7. Nomen deductum videtur esse ab ἀπὸ τῆς *τιμωμῆς*, i. contentione: quia qui hoc symptomate laborant, coartata & implacabili desidendi cupiditate tenentur, quam nihil præter quam pauca, cruenta vel mucosa, egeritur: Aëtius lib. 9. cap. 44. & Paulus lib. 3. cap. 41. post Hip. & Gal. in lib. 1. & 3. epidemiorum. Latinis, (deficiente proprio nomine) tenesmus & tinesmus dicitur. Ob ἀνάλογίαν quam hæc duo symptomata (de genere excrementorum scilicet) inter se habent, in vnum contraxi caput. Conveniunt quidem inter se in dispositione, causis, & symptomatis: differunt tamē sede: quia dysenteria fieri potest in omnibus intestinis, recto excepto. Tinesmus verò tantum in recto intestino fit, & vehementius vrget desidendi cupiditas, autore Gal. 3. de sympt. causis & 6. locorum affect.

Distat ab aliis alui fluxibus sanguineis, (ut colligere licet ex Gal. com. 4. in li. Hip. de artic. aphor. 40.) quantitate, qualitate, & situ. Quantitate, ut in suppressis mēstribus, hæmorrhoidibus, & mutilatis, in quibus quidē fluit sanguis qui intestina nō ulcerat, & est sine dolore. Cōtra dysenteria est cū dolore, & exulceratione. A qualitate, sanguis biliosus, aut melancholicus interdū per intestina fluit, & dysēteriæ nomē nō meretur: quia ea nō ulcerat & tormina nō parit. A situ, quoties hepar imbecillius redditur, sanguis crudus, & aquosus ab eo defluit ad intestina, qui loturæ carnis recēns mactatæ est similis, & à multis dysenteria hepatica nuncupatur, quæ, vera dysenteria esse non potest: quia per eam intestina non ulcerantur. A diarrhœa, cœliacæ & lienteria quoque distat, quod in hac tenuia intestina ulcerari quidē possunt, sed sanguis qui fluit, est paucus, & sine abrasionibus & torminibus, quæ duo, sunt

Descriptio.

De differentiis sūptis, A quantitate.

Qualitate.

Et situ.

quandoque febres malignæ oriuntur. Atque ita affecti decolores sunt, & ad animi usque deliquium exudant: vires ægrorum cito deficiunt, nec procul ab interitu absunt & longiori intervallo egeruntur egestiones quam in crassis.

Si intestinum ileum obsidet, dolores circa umbilicum consistunt, bilis & porri egestiones colorem præ se ferunt, atque variegatæ, & stercori sunt mixtæ, & cum dolore excernuntur, labore & torminibus, mordacitate, & exolutione cum fæci, & febre, & animi deliquio. Si dysenteria fuerit in crassis intestinis ab initio intestinorum abrasiones sine sanguine apparent, si mox quidpiam pingue simul cum ipsis deijciatur, secundus erit gradus. Vbi verò cruor apparet, tunc vera erit dysenteria: Si innatat excrementis & sanies se prodit, vniuersus cruor, vniuersis excrementis est mixtus, in superioribus intestinis est dysenteria: hæc consideratio est magni momenti in curatione. Gal. 6. loc. affectorum & 3. de sympt. causis & alibi.

Signa si in crassis intestinis fuerit.

Signa tinesmi diagnostica, sunt inanis egerendi cupiditas, cum maximo conatu, pauca mucosâ egeruntur, quibus interdum insident stercori guttæ aliquot sanguinis, reseratis vasorum osculis ab acrimateria, vel à superstitite vlcere, aut ab ascariidibus, quæ omnia sphincterem perpetuo vellicant: hinc deijciendi libido.

Signa tinesmi.

Ut aepsia semper sit vitio ventriculi: sic dysenteria hepatica semper sit vitio facultatis retentricis & alteratricis hepatis.

Signa hepatica dysenteria.

Signa eliciuntur ex causis effectricibus, seu externis seu internis fuerint. Si ab externis, ab ægro disci possunt. Distinguitur à vera dysenteria superius descripta, in eo quod hepatica, est sine dolore & intestinorum abrasione, & sanguis qui egeritur, est aquosus, & loturæ carnis recens maceratae ut dixi non dissimilis: fluxus hepaticus nocte magis excitatur, & longiori intervallo ex Gal. 6. locorum affectorum cap. 2.

Si à causa calida, nosces ex graue colentia sanguinis deiecti, & siti, & ex febre ardente quæ præcessit: ex pulsu celeriori, ex oculorum cavitare, & totius corporis calore, & vigiliis. Vrina est flava, & appetentia est deiecta. Si causa est frigida: qualis est potus frigidissimus, aut affectus aliquis frigidus, & diuturnus: pulsus est parvus, & tardus, quia à frigiditate obruitur. Vrina est cruda, & sæpe crassa, ratione frigiditatis, & fla-

Signa si à causa calida.

Si à causa frigida.

*Si ab ob-
structione.*

*Si à causa
colliquante*

*Prognosti-
ca huius
symptoma.
111.*

tus: sine febre est æger, & eius facies pallefcit, & excrementa tardius, sed copiosius nocte excernuntur quam die & maximè in hyeme. Si ab obstructione hepatis aut venarum meseraicarum (quod frequens accidit) adest febris lenta, æger sinit, sed potu facillè sedatur, frequenter excernit, & deterius se habet: excrementa sunt chiloſa, cruda, licet cruenta. Si à causa colliquante, vt in febribus pestilentibus contingit, videtur icterus in cruentas sanies abire, à quo veluti particulæ quædam excernuntur fœtidissimæ. Lingua est scabra, & corporis macies: deiectiones sunt frequentes, cum anxietate, & animi deliquio, & magna virium exolutione. Deiectiones sunt copiosæ, tardæ, parum aut nihil fœtidæ, & nigro sanguini similes, veluti limus quidam sanguinis crassi, qui prope ad melancholiàm accidat. Item prauis, & varii colores, plerumque in hac excretionem apparent. Plura Gal. loco citato & 8. catatop. Paulus lib. 3. cap. 46.

In dysenteria sunt tres gradus: vnus quum opima quædam & adiposa corpora excernuntur, tunc curatu est facilis, natura vel arte. Alter, quum intestinorum ramenta quædam deraſa scilicet interiore membrana satis densa, difficillimè curatur. Tertius quum intestinorum veluti carunculæ magnæ produnt, quæ sunt de eorum substantia, mortiferum: quia in tali exulceratione cicatrix obduci nequit, vt voluit Hipoc. aphor. 26. sect. 4. & Gal. in comment. Dysenteria recens, difficillè sanatur, inueterata, difficillimè. In senibus, nunquam. Saepè degenerat in tabem, febrem hecticam, cachexiam, & hydropem, ob alimenti defectum & colliquationem, hinc mors consequitur. Οἷον ἡπατικῶσι πολὺ πύλον αἷμα πᾶδες ἔτε ὑπόστασιν, ἔτε χολῶδης ἀκριτοὶ ὀλέριον εὐθείας: i. Quibus hepaticis, copia est cruenti sputi, eiusque vel nonnihil mali odoris, vel biliosi meti, cito mortiferum. Hip. in coacis cap. 18. prænotione 446. ratio est, quia denegatur excretio proluuicæ nigrae, hinc fit hæmorrhoidis.

Ἐν τῆσι μακροῖσι δυσεντερίαισι αἱ δυσουρίαι, καὶ οὖρον τιμὸν ἔχειν: i. In longis intestinorum difficultatibus, cibi fastidium, matum: & cum febre, peius. Hip. aphor. 3. sect. 6. quia ex longa dysenteria, in consensum contrahitur ventriculus, vnde δυσουρία & febris, arguit inflammationem & vlceris putredinem ex Gal. idem astruit lib. 2. τῶν περὶ κριῶν & Celsus lib. 4. cap. 15. esse morbum grauem, & periculosum docuit

Hip. lib. 3. de dicta. Dysenteria quæ rectum intestinum aut colum obsidet, facillè curatur, quæ vero tenuia difficilè, & maximè si ieiunum. Aëtius lib. 9. ca. 43. Pessima est in qua egestiones sunt coloris porri, aut nigri, variegati, & graueolètes. Hip. lib. 2. progn. Mulieres quàm viri, senes & pueri, quam iuvenes & in ætatis vigore consistentes, difficilius curantur, ex eodem Aëtio loco, cit. *Δυσεντεία, ἢ ἀπὸ χολῆς μαλαίτης ἀρξήναι, θανάσιμος*: i. Dysenteria si ab atra bile incipiat, exitiosa, inquit Hip. aphor. 24. sect. 4. Vera erit Hip. sententia, si sua sponte nullo præcedente morbo febrili, neque bona concoctione apparente excernatur, ex ea aborta, est immedicabilis, nihilque differt à cæcro exulcerato: Gal. & Aëtius: at si oritur à bile, aut ab acris cibis, curari potest, licet difficilè. *Νοσημαίων οὐκ ὄσον ἀρχοιδίων χόλη ἢ μέλαινα ἢ αἷα ἢ χολῆ ἐπιέλθῃ θανάσιμος*: i. Morbis quibusvis incipientibus, si atra bilis supra infrae exierit, perniciosum. Hip. aphor. 22. sect. 4. quia talis excretio non fit vi naturæ, sed morbi, quæ ægri vires deiecit, & morbum non minuit, materia cruda existente. Hanc opinionem firmat Gal. lib. de atra bile, & sua experientia in pestilentia orta ætate, in qua qui puram exactamque atram bilem deieciabant, omnes perire. At quoties materia cōcocta erat, & atra bilis egeratur, via critica salubris fuerat. *Πεπύσμοι ταχὺτῆρα κρίσιως ἔ ἀσφαλῆως ὑγιᾶσι σημαίνουσι. ὁμᾶ δὲ ἔ ἀπειρα, ἔ ἐς χεκάς ῥηταίσιαι πεπιμένα ἀκρίσιαι, ἢ πόνυσι, ἢ χροίσι, ἢ θανάσι, ἢ τῷ αἵτινι ὑποτροφαί*: i. Cōcoctiones, indicationem breui fore, & certam salubritatem portendunt. Cruda verò & incocta quæque in maloz abscessus vergunt, aut indicationis cessationem, aut dolorem, aut diurnitatem, aut mortem, aut eorundem reuersiones significat. Hip. lib. 1. eptid. sect. 2. *Τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντεία ἐπιγνομένη, ἀγαθὸν*: lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum. Hip. aphor. 48. sect. 6. Verum est, quando humores crassi & melancholici qui in liene infatti erant excernuntur, bonum. Contra malum si non egeruntur & perseverat dysenteria: & in proacis, prænotione 466. sic vaticinatur Hip. *Δυσεντεία σπληνώδεσι μὴ μακρὴ γησίμων: μακρὴ δὲ, ποικίλῃ ληγύσις γὰρ, εἰ ὑδρωπισ, ἢ λειυτεία γινώσθαι θανάσιμος*. i. Dysenteria lienosis, non longa quidem, utilis: longa verò, pestifera. Nam quiescente illa, si vel hydropes veniant, vel etiam henteria mortiferum. *Γυνάκη εἰ γὰρ ἐχθρὸν τενασμός ἐπιγνοίματος, ἐκίρᾶσαι ποίει*: i. Si prægnati tenasmus superuenerit, est causa abortus. Hip. aphor. 27. sect. 7. ob symp. quæ uterus habet eū recto intestino. Gal.

in cōment. Dysent. à pituita salsa orta, est deterior ea quæ fit à bile, ex Gal. cōment. in aphor. 12. sect. 3. Quia bilis quidē trās- cundo, ægrum diuexat: At pituita suo lentore diutius intesti- nis hæret, & cunctatione amplius ea exulcerat, & semper ali- quid deterit, ob id est exitialis. At si scaturuerit ab atrabi- le, semper est perniciofa vt ex autoritate Hip. diximus locis citatis.

Δυσεντεροισιν έμετος χολώδης εἰ ἀρχῆ κακόν: i. Dysentericis vomitio biliola initio, est graue malum. Hip. in coacis præ- notione 463. quia ex ea nullum leuamen ægri percipiunt. Contra grauiorum malorum est accessio: & nuncia prauæ af- fectionis, intus conclusa.

Dysenteria ex diæresi facta, est periculosior ea quæ fit ex anastomosi, & hæc, est periculosior ea quæ fit ex diapedesi. Dysenterico si post aurem sinistram papula in modum oro- bi innata fuerint cum siti frequenti 20. die moritur æger si Aureliano ex autoritate Sorani credimus. Nunc de curatio- ne est agendum.

De Curatione Dysenterie Hepatica.

*Curatio
dysenterie
hepatica.*

Rarum est constansque inter Medicos Dysenteriam He- paticam fieri ex imbecillitate facultatis sanguificationis hepatis, vt cœliace ventriculi. Causa huius imbecillitatis, est intemp. calida aut frigida, qua iecur à proprio munere aber- rat, & sanguinem rudiorem quem à venis mesenterii accepit, non conficit, & per easdem reijcit in inteltina, qui carnis re- cens macerata lotura est similis. Hoc in loco non ago de pseu- dodysenteria hepatica, quæ fit ex intemperie corruptente hepatis substantiam, vt in febribus malignis, quæ omnem eius vim concoctricem labefactat.

Si ab aliqua intemperie originem duxerit, per contraria cu- retur. Si ab aliqua obstructione, per aperientia temperatae qualitatis cum nonnullis astringentibus, & hepar corrobora- rantibus est medicanda. Si à maligna aut colliquante febre fit, recurrendum erit ad ea quæ annotauimus. Tractatu priore huius Operis in curatione harum febrium. De singulis tra- ctare, nunc mei non est instituti: sed tantum de ea quæ fit ex imbecillitate

imbecillitate facultatis alteratricis hepatis. Huius præcipue causæ, sunt vel immoderatus calor dissoluens ipsius calorem insitum: vel frigiditas à qua frustratur hæmatosis seu sanguificatio.

Præcipuus curationis cardo, versabitur in victu, venæ sectione, purgatione, & hepar roborantibus, tam sumptis quam extrinsecus admotis.

In causa calida, vtendum hydrosaccharo condito santalo citreo, aut aqua cocta cum syrupo granatorum, aut omphacij; & si vires pessundant, vti poterit vino tortiuo cum aqua chalybeata. Contra si causa est frigida, pro potu vtatur vino hypocratico, aut alio simili in parua quantitate: aut vtatur decocto ligni sassafras cum saccharo, & cinnamomo condito in pastu, & extra illos. Alimentum sit medicamento- sum vt consulit Auic. quodque agat à forma specifica quantum fieri poterit: quale est hepar testudinis, capi, & testès pullorum nondum coëuntium, anatis, anseris, gallinæ, lupi, initio pastus sunt offerenda: deinde ea quibus delectantur, modo crassæ & duræ non sint substantiæ: quia expertita, longè facilius coquuntur quam quæ non oblectant ex Hippoc. aphor. 38. sect. 2. Parum deteriorum potus &c.

In causa calida victu.

Venæ sectio locum habet, si æger est iuuenis, deses, plethoricus, opiparè viuens: si illi mutilatum est aliquod membrum, si sanguinis fluxus est suppressus, veluti narium, mensium, hæmorrhoidarum quum vires constant & initio morbi. Secus nullo modo conuenit, ne plus iusto refrigeretur hepar, & ad hæmatosim imbecillius reddatur.

De venæ sectione.

Sic censendum de purgatione, nisi mali fomes, sit cacochymia, quæ expurganda venit medicamentis astringendo purgantibus: qualia sunt succus rosarum rub. rhabarb. myrobalani citreæ, in causa calida, & biliosa, aut cepulæ, bellericæ, & emblicæ, si pituita præpoller: aut nigræ seu Indæ, polypodium, senna, epithymus, syrupus de epithymo, de fumarina. de pomis Saporis D. M. si melancholia dominatur.

De purgatione.

In medicamentis componendis sedulo obseruandum seu calida seu frigida fuerint: quoniam moderatione indigent, ne plus officiant quam profint.

Si calidis vtendum, mixtione frigidorum contemperentur. Contra si frig. mixtione calidorum, etiamsi ab his scauriant. Sed omni arte iecur reficere & roborare oportet, &

eius innatum calorem augere præfidiis in imbecillitate hepatis suo loco describendis, vel sequentibus.

*Tabella in
causaca-
lida.*

℞. Hepatis anseris sicci & puluerizati, pul. diatriasantali, & pul. diacydoniten sine speciebus, singul. ℥.iiii. conferuæ rosarum, & florum cichorii, cuiusque ʒ. vi. sacch. albi aqua rosarum soluti & cocti, ʒ.iiii. fiat elect. in tabellis pondo ʒ. iii. cap. quotidie mane vnam aut alternis matutinis horis iii. ante pastum superbibendo parum aquæ stillatitiæ endiuix vt facilius, & citius eius facultas deducatur ad hepar.

Conditum.

℞. Hepatis lupi præpar. ℥.iiii. rhapsontici, potius quam rhabbari quia potentius iecur quam rhab. sua astrictione roborat, ʒ.ii. conferuæ rosarum, & rad. symphyti ma. vel carnis cydoniorum vtriusque ʒ.ii. fiat conditum molle, de quo cap. ʒ. ʒ. ʒ. aut ʒ. vi. mane interpolatis diebus, etiam superbibendo parum eiusdem aquæ endiuix: vel cum saccharo rosato fiat conditum: cui adde folia auri numero 4. aut 6. vtatur eodem modo.

Epithema.

℞. Pul. trium santalorum, singul. ʒ. i. rosarum rub. scœnanthi, nardi Ind. & troch. de caphura, singul. ʒ. ʒ. absinthii p. ma. ℥. i. aquarum solani, & cichorii, cuiusque ʒ. ʒ. aceti rosati, ʒ. ii. fiat epithema pro hepate.

Vnguentū.

℞. Cerati santalini aqua pediculi rosarum loti, ʒ. ii. olei nardini, ʒ. vi. caphuræ, ℥. ʒ. fiat linimentum quo iecur post epithema illinetur tepidè si hyems, vel frigidè si æstas, ter in die panno lineo superposito.

Aqua stillatitia.

℞. Hepatis lupi recentis præparati, vt de pulmone vulpis dixi (quia ingrati est saporis) minutim incisi ʒ. iii. vuarum corinthiacarum ʒ. iii. sanguinis testudinis, ʒ. ii. eupatorii, m. ii. rosarum rub. ramenti eboris, & spodii, cuiusque ʒ. ʒ. nardi Ind. scœnanthi, cinnamonomi, & cornu cerui, singul. ʒ. ii. vini albi & aquæ cichorii, vel eupatorii, cuiusque lib. 2. fiat sublimatio in balneo mariæ. Hæc aqua est magnarum virium de qua vti poterit post tabellas & conditum: alias ex cochleari solo vel in iusculis. Si quis veretur hepar lupi, huius loco cap. hepar anatis, vel anseris, aut gallinæ aut pulli indici aut struthiocameli pari pondere. Si hoc malum consequitur febres ardentes, pestilentes, aut colliquantes, recurrendum erit ad curationem harum febrium vt dixi.

Curatio Dysenteria Hepatica à causa frigida.

℞. PVI. aromatici rosati, ʒ. ii. troch. de absinthio, & hepatis lupi præparati, cuiusque ʒ. ʒ. cort. citrii conditæ, aut nucis moschatæ etiam conditæ, aut zingib. viridis conditi, ʒ. ʒ. sacch. albi aqua absinthii, aut mentæ soluti & cocti, ʒ. ʒ. 4. fiat elect. in rhombos pond. ʒ. iii. cap. vnum alternis matutinis, superbibendo parum vini rub. optimi, vel cochlearia duo aquæ cinnamomi, aut præscriptæ: horis tribus ante primum pastum, per multos dies continuando.

Tabella.

℞. Vuarum damasc. ab acinis mund. lb. ʒ. coquantur in vino veteri, & generoso ad pulpæ consistentiam: deinde pistentur in mortario marmoreo, & super cribrum inuersum cernantur, tum dissolue conseruæ rosarum, anthos, & cort. citrii cum melle conditæ, singul. ʒ. ii. pul. aromat. rosati, ʒ. ii. sem. nasturti assati, & cinnamo. cuiusque ʒ. i. nardi Ind. ʒ. ʒ. fiat elect. molle quod supplebit vicem elect. de vino quod cyphoides ab Andromacho nuncupatur teste Gal. 8. catat. cap. ʒ. ʒ. intermediis diebus mane etiam horis iii. ante pastum superbibendo parum vini rub. optimi. Vel

Elect. molle.

℞. Syrupi de absinthio, & de menta, cuiusque ʒ. ii. cap. mane diebus intermediis cochlearia duo satis magna si pauper est xger, vice præscripti electuarii.

Syrupus.

℞. Coriandri præparati, & sem. anisi, sacch. incrustati, cuiusque ʒ. ii. cort. citrii conditæ, & conser. rosarum, siccarum, & tabellarum aromat. rosati minutim incisarum, singul. ʒ. i. cinnamomi minutim incisi ʒ. ʒ. pul. diatrium piperorum simpl. D. Gal. ʒ. ii. macis, ʒ. i. fiat tragema de quo ante & post singulos pastus cap. cochlear vnum nihil superbibendo.

Tragema.

℞. Pul. diagalangæ, & aromat. rosati, vtriusque ʒ. ii. absinthii p. ma. & ros. rub. cuiusque ʒ. i. aquarum rosism. & eupatorii, cuiusque lb. ʒ. vini rubri optimi, ʒ. ii. fiat epithema iecinori tepide applicandum cum panno lanco denso ante pastum:

Epithema.

℞. Oleorum nardini, & de mastiche, cuiusque ʒ. i. ceræ, ʒ. ʒ. aut ʒ. iii. pul. cyperi, calami arom. schœnanthi, & absinthii p. ma. sing. ʒ. i. nucis cupressi, & ros. rub. vtriusque ʒ. ʒ. fiat vng. quo iecur post epithema tepide illinetur. Vel huius loco vtendum vng. stomachico quod in officinis præparatur. Simili modo doctus & exercitatus medicus tempore & loco suo Marte quæ plurima alia remedia componere potest. Hastenus de dysent. hepatica.

Vnguentum.

Curatio vera Dysenterie in genere.

- C**uraturus veram Dysenteriam tria considerare debet: nempe humorem, locum, & morbi tempus dum accersitur. Humores 4. peccant, quantitate, aut qualitate. Si sanguis peccat quantitate, est minuendus per venæ sectionem, aut per cucurbitulas si quid eam dissuadet. Si reliqui humores qualitate peccant, sunt purgandi cholagogis benignis, si bilis: vel phlegmagogis si pituita lenta, aut salsa: vel melanagogis, si melancholia fuit causa effectoria, ne usu astringentium humor retentus & impactus ingrauescat & fiat contumacior. Si qualitate peccat, alterantibus per contraria occurrendum: Deinde astringentia erunt ex usu, ut viscera corroborantia. Locus pariter est considerandus: videlicet, si tenuia intestina occupat, potionibus post scribendis erit succurrendum. Si verò crassa, clysteribus. Si tenuia simul & crassa sunt ulcerata, potionibus & clysteribus utendum erit. Deniq; morbi tempus est considerandum: quod ita sit, circa morbi initia astringentia non sunt præscribenda, ob rationes enūciatas: sed humor morbificus est educendus. Purgationem ab initio veretur Avicenna: contra, eã Hip. suadet, modo eius causa effectoria, ab aliqua causa maligna, aut ab atra bile non scaturiat: quippe hæc ab initio per contraria moderari debet: demum vacuanda, si morbus dat inducias, & ægri vires, ætas, & anni tempus ferant. Præstantius igitur cum Hip. erit copiam humoris ab initio minuere, quam ægrum iugulare à maiori exulceratione sensim facta, in eum qui sequitur modum.

Potio cholagoga.

℞. Nardi Ind. minutim incisa, ꝑ. vi. rhab. selectæ & myrob. citreorum, cuiusque ꝑ. ii. cassiæ recens à canna extracta, ꝑ. i. infundantur simul in succo aut infusione receti ros. rub. vel pallidarum per noctem super cineres cal. Expressioni dissolue syr. violati ex ꝑ. infusionibus, ꝑ. i. fiat potio, myrob. & rhabarb. assari non debent, licet multi id suadeant: quia per assationem acrimoniam acquirunt, intestinis inimicam. Electuaria mollia & solida quæ scammoniū aut colocynthidē recipiunt improbantur. ℞. Agar. troch. autore Diosc. in melle ros. macerati per noctē ꝑ. ii. vuā myrob. cepul. & embl. & sem. carth. sing. ꝑ. ii. simul intundantur per noctē in succo ros. Expressionibus dissolue pul. rhab. ꝑ. ii. carth. ꝑ. i. fiat potio sūmo mane propināda.

Potio phlegmagoga.

℞. Polypodij querni contusi, ʒ. vi. sennæ mund. ʒ. iii. epithymi, ʒ. ii. anisi, ʒ. i. caryoph. integrorum nu. ii. coque in sero lactis ad ʒ. iii. colaturæ infunde myrobal. indarum per noctem super cineres cal. ʒ. iii. catholici, ʒ. vi. expressi. dissolue pul. sennæ mund ʒ. i. pul. sem. anisi, ʒ. vi. syrupi de pomis Saporis, aut syrupi fumariz maioris, ʒ. i. fiat potio.

Potio melancholica.

℞. Syrupi cydoniorum, aut omphacij, aut iulepi Alexandri- ni, ʒ. iii. utatur cum decocto rad. acetosæ, vel aqua chalybeata loco vini, à quo abstinebit nisi deiectæ sint vires: tunc uti poterit vino tortiuo, diluto ex eadem aqua.

Syrupus ad sitim.

Si obstructionis aliqua inest suspitio: myrobalani sunt oleo violato aut amygd. dul. confricandæ: contra non, si viscera simul sunt corroboranda, ut in hoc symptomate. Expurgata sic corporis prima regione, utere sequenti.

℞. Rad. graminis, rusci, asparagi acetosæ, & plantag. singul. ʒ. i. herb. cichorii, eupatorij, & v. capill. communium, singul. m. i. sem. acetosæ, portul. & endiuiz, singul. ʒ. ii. prunorum, pa. viii. passul. integrarum, iuiubarum, & sebesten: singul. pa. x. (bilis acrimoniam domant & incassant) florum bugl. nymph. & rosarum, singul. ʒ. i. coque in aqua suffi. ad ʒ. i. syrupi de granatis, aut de omphacio, aut cydoniorum, aut de rosis siccis, ʒ. iii. fiat apozema clarif. & aromar. pul. diatriasantali; ʒ. ii. pro tribus maturinis.

Apozema bilem equans, domans, & obstructions referas.

℞. Rad. helenij, foeniculi, apij, & petroselini, singul. ʒ. i. corr. citrij sicca, ʒ. ʒ. infundantur in hydromelle vel melle rosato, vel vini albi parua quantitate. Coquantur in fictili vitrato angusti oris operculato cum aquæ & oxymellis simpl. ʒ. 4. ad tertias & herb. verbasci, rorisim. lapati acuti, mercurialis; fumariz, eupatorij, calamenti orig. & capill. communium singul. m. i. sem. plantag. ʒ. ʒ. melissæ, absinthij. p. ma. & rosarum rub. singul. m. ʒ. sem. gallitrici, ameos, & seseli, singul. ʒ. ii. passul. integrarum pa. x. cicerum rub. p. ii. florum thymi, bugl. & rorisim. singul. p. i. Diuretica pituitam attenuant, & per vrinas reuellunt, & obstructions liberant, fiat apozema.

Apozema pituita accommodata.

℞. Rad. buglosi, ʒ. ii. lapati acuti, ʒ. i. cort. capparorum, camaricis, fraxini, ericæ, & medianæ sambuci, singul. ʒ. ʒ. herb. eupatorij, chamædrios, lupuli, fumariz, cichorii, endiuiz, borrag. & ros. rub. singul. m. i. absinthij p. m. ʒ. fructuum sebesten, iuiub. & passul. integr. singul. pa. 8. glycyrrh. ʒ. vi. sem. 4. frig. ma. si ex assatione bilis fuerit, & portul. papaueris albi, & endi-

Apozema melancholica accommodata.

ad vrinā reuellit, nec refluit in partes superiores ac mobiles: Clysteres primum leniant, deinde detergeant, & abluant: postea carnem regenerent, & consolident, in quibus olea non conueniunt, quia vlcera sordidiora reddunt: cuius loco corroborantia intestina sic sunt miscenda.

Clyster lenians, leniens & detergens. ℞. Hordei integri, m. i. rosarum rub. & furfuris macri, vtriusque m. s. coquantur in lacte recens multo. Colaturæ dissolue mellis rosati, sacch. rub. & vnguenti rosati, singul. ℥. i. β. vitellos duos ouorum, fiat clyster supponendus, & sæpè iterandus ante & post corporis vacationem. Ulcere satis deterfo (quod ex saniei paucitate cognoscitur) paretur sequens.

Clyster detergens & astringens. ℞. Decocti præscripti clysteris, ℔. i. dissolue succi plantag. depurati, ℥. ii. sacch. rub. mellis rosati, & buryri recentis, singul. ℥. i. β. vitellos duos ouorum, fiat clyster, vel paretur sequens.

Ad idē simul & roborans. ℞. Hordei integri, bursæ pastoris, hippuris, rosarum rub. florum chamæmeli, meliloti, & furfuris macri, singul. m. i. coque in aqua vel in hydromelle, ad ℔. i. dissolue mellis rosati, & sacch. rub. vtriusque ℥. i. β. terebinthinæ lotæ vitellis ii. ouorum solutæ, ℥. vi. fiat clyster virgente necessitate iniiciendus.

Alter humoris acrimoniam compescens. ℞. Cremoris hordei, ℔. i. mucag. sem. psyllii aqua pediculari ros. extractæ, ℥. iii. sacch. rub. & mellis rosati, vtr. ℥. i. β. vitellum vnum oui, fiat clyster, cum decocto præscripto, vel cum lacte, & erit magis anodynus. Vt in inflammationibus curandis ex Galeni præscripto, circa initia solis repellentibus vtimur, & in augmento aliqua digerentia miscemus: & in statu repellentium & digerentium portionem æqualem: & in declinatione solis digerentibus vtimur. Sic in intestinorum vlceribus curandis progredendum erit, dum clysteres præscribemus. Nam astringentia sola ante detersionem plus nocent quam prodesse possint.

Clyster astringens & agglutinans. ℞. Iuris extorum, q. s. in co coque rad. symphyti ma. & bistortæ, vtriusque ℥. i. gallorum, nucis cupressi, rosarum rub. hyperici, singul. ℥. s. colaturæ dissolue succi centinodix depurati, aut equiseti, aut plantag. ℥. ii. adipis hirci aut capri liquati, cui extra ignem affunde vitellos duos ouorum, sic non coalescit ℥. ii. fiat clyster. Inclinate malo paretur sequens.

Clyster siccas & citricem inducens. ℞. Duocorum plantag. & polygoni, vtriusque ℔. i. incoque taxi barbari, equiseti, cymarum cynorrhodi, & rosarum rub. singul.

singul. m. i. sem. portul. & sumach, cuiusque ꝑ. i. colaturæ dissolue amylli ꝑ. ꝑ. pul. gummi Arab. assi, & terræ lemnæ, & boli armenæ, singul. ꝑ. ii. Pulueres subtiles esse debent, ne in vlcere remaneant, illudque exasperent, & dolorem inferant. Vel colaturæ pul. infundantur, demum per linteum rarum vel stamineum fortiter exprimentur: Deinde dissolue adipis capræ, vel hirci ꝑ. ii. cum vitellis ij ouorum (vt in superiori clystere dixi) dissoluti fiat clyster: hoc clystere non vtendum priusquam vlcus optime detersum fuerit, neque fortioribus vtendum, quibus antiquitus utebatur, nisi in vlceribus putridis & serpentibus, in quibus dissoluebantur aliqua caustica, idque raro, & in deplorata Dysenteria. Conueniunt thermæ aluminosæ cum stillicidio super ventrem spatio multorum dierum: quales sunt Aquisgrani Allobrogû. Interea optimum erit hypogastrio admouere epithema & vnguentum præscriptum, & fouere podicem ex decocto astringentium & suffire ex iisdem medicamentis quorum vapor per tubum infundibuli dirigatur intus.

℞. Rad. bistortæ, pentaphylli ma. singul. ꝑ. i. rhois, malico- *Fomentum.*
rij, balaustiorum, nucum cupressi, calycum glandium, & myr-
thillorum, singul. ꝑ. ꝑ. fol. absinthii ꝑ. ma. polygami, ros. rub.
bursæ pastoris, lysimachis, aut equiseti, singul. m. i. coque in
æquis partibus vini rub. & aquæ fabrorum pro fotu podicis
cum spongia ter in die: sedente ægro in cathedra deiectoria
vapor intro dirigatur per tubum infundibuli: vel paretur se-
quens.

℞. Cort. thuris, masticis, ladani puri, rosarum rub. & bac. myr- *Suffens.*
thi, singul. ꝑ. vi. succini, ꝑ. iii. styracis cal. & caryoph. vtr. ꝑ. ii.
fiat pul. crassus pro suffitu intestinorum dirigendo vaporem
per tubum infundibuli, exonerata prius aluo, sedente in ca-
thedra deiectoria bis aut ter in die. Vel pul. excipiatur terebin-
thina & parentur pastilli satis crassi vsui dicto, Cucurbita um-
bilico sæpe admota sine scarificatu prodest.

in cōment. Dysent. à pituita salsa orta, est deterior ea quæ fit à bile, ex Gal. cōment. in aphor. 12. sect. 3. Quia bilis quidē trās- cundo, ægrum diuexat: At pituita suo lentore diutius intesti- nis hæret, & eundatione amplius ea exulcerat, & semper ali- quid deterit, ob id est exitialis. At si scaturuerit ab atrabi- le, semper est perniciofa vt ex autoritate Hip. diximus locis citatis.

Δυσεντεροϊσιν ἔμετος χολώδης ἐὶ ἀρχῇ κακός: i. Dysentericis vomitio biliosa initio, est graue malum. Hip. in coacis præ- notione 463. quia ex ea nullum leuamen ægri percipiunt. Contra grauiorum malorum est accessio: & nuncia prauæ af- fectionis, intus conclusâ.

Dysenteria ex diuresi facta, est periculosior ea quæ fit ex anastomosi, & hæc, est periculosior ea quæ fit ex diapedesi. Dysenterico si post aurem sinistram papula in modum oro- bi innata fuerint cum siti frequenti 20. die moritur æger si Aureliano ex autoritate Sorani credimus. Nunc de curatio- ne est agendum.

De Curatione Dysenterię Hepaticæ.

*Curatio
dysenterię
hepaticæ.*

Ratum est constansque inter Medicos Dysenteriam He- paticam fieri ex imbecillitate facultatis sanguificationis hepatis, vt coeliace ventriculi. Causa huius imbecillitatis, est intemp. calida aut frigida, qua iecur à proprio munere aber- rat, & sanguinem rudiorem quem à venis mesenterii accepit, non conficit, & per easdem reijcit in intestina, qui carnis re- cens maçtatae loturæ est similis. Hoc in loco non ago de pseu- dodysenteria hepatica, quæ fit ex intemperie corrumpente hepatis substantiam, vt in febris malignis, quæ omnem eius vim concoctricem labefactat.

Si ab aliqua intemperie originem duxerit, per contraria cu- retur. Si ab aliqua obstructione, per aperientia temperatae qualitatis cum nonnullis astringentibus, & hepar corrobora- rantibus est medicanda. Si à maligna aut colliquante febre fit, recurrendum erit ad ea quæ annotauimus. Tractatu priore huius Operis in curatione harum febris. De singulis tra- ctare, nunc mei non est instituti: sed tantum de ea quæ fit ex imbecillitate

imbecillitate facultatis alteratricis hepatis. Huius præcipuæ causæ, sunt vel immoderatus calor dissoluens ipsius calorem insitum: vel frigiditas à qua frustratur hæmatosis seu sanguificatio.

Præcipuus curationis cardo, versabitur in victu, venæ sectione, purgatione, & hepar roborantibus, tam sumptis quam extrinsecus admotis.

In causa calida, utendum hydrosaccharo condito santalo *In causa cal. victu.* citreo, aut aqua cocta cum syrupo granatorum, aut omphacij; & si vires pessundant, uti poterit vino tortiuo cum aqua chalybeata. Contra si causa est frigida, pro potu utatur vino hypocratico, aut alio simili in parua quantitate: aut utatur decocto ligni sassafras cum saccharo, & cinnamomo condito in pastu, & extra illos. Alimentum sit medicamento- sum ut consulit Auic. quodque agat à forma specifica quantum fieri poterit: quale est hepar testudinis, capi, & testès pullorum nondum coëuntium, anatis, anseris, gallinæ, lupi, initio pastus sunt offerenda: deinde ea quibus delectantur, modo crassæ & duræ non sùnt substantiæ: quia experita, longè facilius coquuntur quam quæ non oblectant ex Hippoc. aphor. 38. sect. 2. Parum deteriorum potus &c.

Venæ sectio locum habet, si æger est iuuenis, deses, plethoricus, opiparè viuens: si illi mutilatum est aliquod membrum, si sanguinis fluxus est suppressus, veluti narium, mensium, hæmorrhoidarum quum vires constant & initio morbi. Secus nullo modo conuenit, ne plus iusto refrigeretur hepar, & ad hæmatosin imbecillius reddatur. *De venæ sectione.*

Sic censendum de purgatione, nisi mali fomes, sit cacoehymia, quæ expurganda venit medicamentis astringendo purgantibus: qualia sunt succus rosarum rub. rhabarb. myrobalani citreæ, in causa calida, & biliosa, aut cepulæ, bellericæ, & emblicæ, si pituita præpoller: aut nigre seu Indæ, polypodium, senna, epithymus, syrupus de epithymo, de fumaria ma. de pomis Saporis D. M. si melancholia dominatur. *De purgatione.*

In medicamentis componendis sedulo obseruandum seu calida seu frigida fuerint: quoniam moderatione indigent, ne plus officiant quam prosint.

Si calidis utendum, mixtione frigidorum contemperentur. Contra si frig. mixtione calidorum, etiamsi ab his sca- turiant. Sed omni arte iecur reficere & roborare oportet, &c.

eius innatum calorem augere præfidiis in imbecillitate hepatis suo loco describendis, vel sequentibus.

*Tabella in
causaca-
lida.*

℞. Hepatis anseris sicci & puluerizati, pul. diatriasantali, & pul. diacydoniten sine speciebus, singul. ℥.iiii. confertur rosarum, & florum cichorii, cuiusque ʒ. vi. sacch. albi aqua rosarum soluti & cocti, ʒ.iiii. fiat elect. in tabellis pondo ʒ. iii. cap. quotidie mane vnam aut alternis matutinis horis iii. ante pastum superbibendo parum aquæ stillatitiæ endiuix vt facilius, & citius eius facultas deducatur ad hepar.

Conditum.

℞. Hepatis lupi præpar. ℥.iiii. rhapontici, potius quam rhabbari quia potentius iecur quam rhab. sua astrictione roborat, ʒ. ii. confertur rosarum, & rad. symphyti ma. vel carnis cydoniorum vtriusque ʒ. ii. fiat conditum molle, de quo cap. ʒ. ʒ. s. aut ʒ. vi. mane interpolatis diebus, etiam superbibendo parum eiusdem aquæ endiuix: vel cum saccharo rosato fiat conditum: cui adde folia auri numero 4. aut 6. vtatur eodem modo.

Epithema.

℞. Pul. trium santalorum, singul. ʒ. i. rosarum rub. scœnanthi, nardi Ind. & troch. de caphura, singul. ʒ. ʒ. absinthii p. ma. ℥. i. aquarum solani, & cichorii, cuiusque ℥. ʒ. acet. rosati, ʒ. ii. fiat epithema pro hepate.

Unguentum.

℞. Cerati santalini aqua pediculi rosarum loti, ʒ. ii. olei nardini, ʒ. vi. caphuræ, ℥. ʒ. fiat linimentum quo iecur post epithema illinetur tepidè si hyems, vel frigidè si æstas, ter in die panno lineo superposito.

*Aqua bil-
laryia.*

℞. Hepatis lupi recentis præparati, vt de pulmone vulpis dixi (quia ingrati est saporis) minutim incisi ʒ. iii. vuarum corinthiacarum ʒ. iii. sanguinis testudinis, ʒ. ii. eupatorii, m. ii. rosarum rub. ramenti eboris, & spodii, cuiusque ʒ. ʒ. nardi Ind. scœnanthi, cinnamomi, & cornu cerui, singul. ʒ. ii. vini albi & aquæ cichorii, vel eupatorii, cuiusque lib. 2. fiat sublimatio in balneo mariæ. Hæc aqua est magnarum virium de qua vti poterit post tabellas & conditum: alias ex cochleari solo vel in iusculis. Si quis veretur hepar lupi, huius loco cap. hepar anatis, vel anseris, aut gallinæ aut pulli indici aut struthiocameli pari pondere. Si hoc malum consequitur febres ardentes, pestilentes, aut colliquantes, recurrendum erit ad curationem harum febrium vt dixi.

Curatio Dysenteria Hepatica à causa frigida.

℞. PVI. aromatici rosati, z. ii. troch. de absinthio, & hepatis lupi præparati, cuiusque z. β. cort. citrii conditæ, aut nucis moschatæ etiam conditæ, aut zingib. viridis conditi, z. β. sacch. albi aqua absinthii, aut mentæ soluti & cocti, z. 4. fiat elect. in rhombos pond. z. iii. cap. vnum alternis matutinis, superbibendo parum vini rub. optimi, vel cochlearia duo aquæ cinnamomi, aut præscriptæ: horis tribus ante primum pastum, per multos dies continuando.

Tabella.

℞. Vuarum damasc. ab acinis mund. lb. β. coquantur in vino veteri, & generoso ad pultis consistentiam: deinde pistentur in mortario marmoreo, & super cribrum inuersum cornantur, tum dissolue conferæ rosatum, anthos, & cort. citrii cum melle conditæ, singul. z. ii. pul. aromat. rosati, z. ii. sem. nasturtii assati, & cinnamo. cuiusque z. i. nar. di Ind. z. β. fiat elect. molle quod supplebit vicem elect. de vino quod cyphoides ab Andromacho nuncupatur teste Gal. 8. catat. cap. z. β. intermediis diebus mane etiam horis iii. ante pastum superbibendo parum vini rub. optimi. Vel

Elect. molle.

℞. Syrupi de absinthio, & de menta, cuiusque z. ii. cap. mane diebus intermediis cochlearia duo satis magna si pauper est æger, vice præscripti electuarii.

Syrupus.

℞. Coriandri præparati, & sem. anisi, sacch. incrustati, cuiusque z. ii. cort. citrii conditæ, & confer. rosarum, siccarum, & tabellarum, aromat. rosati minutim incisarum, singul. z. i. cinnamomi minutim incisi z. β. pul. diatrium piperorum simpl. D. Gal. z. ii. macis, z. i. fiat tragema de quo ante & post singulos pastus cap. cochlear vnum nihil superbibendo.

Tragema.

℞. Pul. diagalangæ, & aromat. rosati, vtriusque z. ii. absinthii p. ma. & ros. rub. cuiusque z. i. aquarum rosism. & eupatorii, cuiusque lb. β. vini rubri optimi, z. ii. fiat epithema iecinori tepide applicandum cum panno laneo denso ante pastum:

Epithema.

℞. Oleorum nardini, & de mastiche, cuiusque z. i. ceræ, z. β. aut z. iii. pul. cyperi, calami arom. schœnanthi, & absinthii p. ma. sing. z. i. nucis cupressi, & ros. rub. vtriusque z. β. fiat vng. quo iecur post epithema tepide illinetur. Vel huius loco vtridum vng. stomachico quod in officinis præparatur. Simili modo doctus & exercitatus medicus tempore & loco suo Marte quæ plurima alia remedia componere potest. Hastenus de dysent. hepatica.

Vnguentum.

Curatio vera Dysenteriae in genere.

Curaturus veram Dysenteriam tria considerare debet: **1.** nempe humorem, locum, & morbi tempus dum accersitur. Humores 4. peccant, quantitate, aut qualitate. Si sanguis peccat quantitate, est minuendus per venæ sectionem, aut per cucurbitulas si quid eam dissuadet. Si reliqui humores qualitate peccant, sunt purgandi cholagogis benignis, si bilis: vel phlegmagogis si pituita lenta, aut salsa: vel melanagogis, si melancholia fuit causa effectrix, ne usu alstringentium humor retentus & impactus ingrauescat & fiat contumacior. Si qualitate peccat, alterantibus per contraria occurrendum: Deinde astringentia erunt ex usu, ut viscera corroborantia. **2.** Locus pariter est considerandus: videlicet, si tenuia intestina occupat, potionibus post scribendis erit succurrendum. Si verò crassa, clysteribus. Si tenuia simul & crassa sunt **3.** ulcerata, potionibus & clysteribus utendum erit. Deniq; morbi tempus est considerandum: quod ita sit, circa morbi initia astringentia non sunt præscribenda, ob rationes enúciatas: sed humor morbificus est educendus. Purgationem ab initio veretur Avicenna: contra, eã Hip. suadet, modo eius causa effectrix, ab aliqua causa maligna, aut ab atra bile non scaturiat: quippe hæc ab initio per contraria moderari debet: demum vacuanda, si morbus dat inducias, & ægri vires, ætas, & anni tempus ferant. Præstantius igitur cum Hip. erit copiam humoris ab initio minuere, quam ægrum iugulare à maiori exulceratione sensim facta, in eum qui sequitur modum.

Potio cholagoga.

℥. Nardi Ind. minutim incisa, ḡ. vi. rhab. selectæ & myrob. citrearum, cuiusque z. ii. cassiæ recens à canna extractæ, ꝑ. i. infundantur simul in succo aut infusione recēti ros. rub. vel pallidarum per noctem super cineres cal. Expressioni dissolue syr. violati ex 9. infusionibus, ꝑ. i. fiat potio, myrob. & rhabarb. assari non debent, licet multi id suadeant: quia per assationem acrimoniam acquirunt, intestinis inimicam. Electuaria mollia & solida quæ scammoniū aut colocynthidē recipiunt improbātur. ℥. Agar. troch. autore Diosc. in melle ros. macerati per noctē z. ii. vuā myrob. cepul. & embl. & sem. carth. sing. z. ii. simul infundantur per noctē in succo ros. Expressioribus dissolue pul. rhab. ꝑ. ii. carth. ꝑ. β. fiat potio sūmo mane propināda.

Potio phlegmagoga.

℥. Polypodij querni contusi, ʒ. vi. sennæ mund. ʒ. iii. epithymi, ʒ. ii. anisi, ʒ. i. caryoph. integrorum nu. ii. coque in sero lactis ad ʒ. iii. colaturæ infunde myrobal. indarum per noctem super cineres cal. ʒ. iii. catholici, ʒ. vi. express. dissolue pul. sennæ mund ʒ. i. pul. sem. anisi. ʒ. vi. syrupi de pomis Saporis, aut syrupi fumariz maioris, ʒ. i. fiat potio.

Potio melancholica.

℥. Syrupi cydoniorum, aut omphacij, aut iulepi Alexandri- ni, ʒ. iii. vtatur cum decocto rad. acetosæ, vel aqua chalybeata loco vini, à quo abstinere nisi deiecit sint vires: tunc vti poterit vino cortiuo, diluto ex eadem aqua.

Syrupus ad sicum.

Si obstructionis aliqua inest suspitio: myrobalani sunt oleo violato aut amygd. dul. confricandæ: contra non, si viscera simul sunt corroboranda, vt in hoc symptomate. Expurgata sic corporis prima regione, vt ere sequenti.

℥. Rad. graminis, rusci, asparagi acetosæ, & plantag. singul. ʒ. i. herb. cichorii, eupatorij, & v. capill. communium, singul. m. i. sem. acetosæ, portul. & endiuiz, singul. ʒ. ii. prunorum, pa. viii. passul. integrarum, iuiubarum, & sebesten: singul. pa. x. (bilis acrimoniam domant & incassant) florum bugl. nymph. & rosarum, singul. ʒ. i. coque in aqua suffi. ad ʒ. i. syrupi de granatis, aut de omphacio, aut cydoniorum, aut de rosis siccis, ʒ. iii. fiat apozema clarif. & aromat. pul. diatriasantali; ʒ. ii. pro tribus matutinis.

Apozema bilem equans, domans, & obstructions reserans.

℥. Rad. helenij, foeniculi, apij, & petroselini, singul. ʒ. i. cort. citrij sicca, ʒ. ʒ. infundantur in hydromelle vel melle rosato, vel vini albi parua quantitate. Coquantur in fictili vitrato angusti oris operculato cum aquæ & oxymellis simpl. ʒ. 4. ad tertias & herb. verbasci, rorisim. lapati acuti, mercurialis; fumariz, eupatorij, calamenti orig. & capill. communium singul. m. i. sem. plantag. ʒ. ʒ. melissæ, absinthij. p. ma. & rosarum rub. singul. m. ʒ. sem. gallitrici, ameos, & seseli, singul. ʒ. ii. passul. integrarum pa. x. cicerum rub. p. ii. florum thymi, bugl. & rorisim. singul. p. i. Diuretica pituitam attenuant, & per vrinas reuelunt, & obstructions liberant, fiat apozema.

Apozema pituita accommodatum.

℥. Rad. buglossi, ʒ. ii. lapati acuti, ʒ. i. cort. capparorum, tamaricis, fraxini, ericæ, & medianæ sambuci, singul. ʒ. ʒ. herb. eupatorij, chamædrios, lupuli, fumariz, cichorii, endiuiz, borrag. & ros. rub. singul. m. i. absinthij p. m. ʒ. fructuum sebesten, iuiub. & passul. integr. singul. pa. 8. glycyrrh. ʒ. vi. sem. 4. frig. ma. si ex assatione bilis fuerit, & portul. papaueris albi, & endi-

Apozema melancholia accommodatum.

uia, singul. ʒ. ii. florum cord. p. ii. coque in aqua suffi. ad lb. i. sy-
rupi de succo fumarix, ʒ. iii. fiat apozema clarif. & aromat. cin-
namo. pro tribus dosibus.

*Iteratio
portionis.*

Iteretur potio purgans humori destinato vt supra, quam
cap. finito apozemate. His peractis si cacochymix adhuc su-
perest quædam portio, secundo & tertio iteranda est purgatio,
vel paretur sequens syrupus magistralis.

*Syrupus
magistra-
lis.*

℞. Polypodii querni contusi, ʒ. iii. sem. carthami, & sennæ
mund. vtr. ʒ. ii. epithymi, ʒ. i. rad. ellebori nigri, & sem. anisi,
vtr. ʒ. ʒ. turbith, ʒ. ii. caryoph: integrorum, ʒ. ʒ. coquantur quo
debet ordine in succo ros. rub. ad lb. i. ʒ. In parte vna colaturæ
infunde per noctem super cineres cal. rhab. optimi, ʒ. ii. myro-
bal. citrearum, & cepularum oleo violato confricatarū, vtrius-
que ʒ. i. agarici troch. ʒ. ʒ. cinnamo. ʒ. iii. in altera verò parte
colaturæ bis aut ter super colum medicum traictæ pro om-
ni clarificatione, coque in syrupum mannæ Cal. & syrupi vio-
lati ex 9. infusionibus, cuiusque ʒ. viii. deinde affunde expres-
sum infusionis & recoque lentis prunis vt seruari possit. Do-
sis erit ʒ. i. ʒ. aut duarum cum liquore idoneo: cap. semel aut
bis in hebdomade mane tantum.

De lacte.

Sic expurgatis vitiosis humoribus qui morbum fouent &
augent, vlcus detergentia, agglutinantia, & siccantia, & hepar,
& intestina corroborantia præscribere oportet. Omnes has
dotes lac vaccinum habet: ad medias si coquatur hoc modo
humoris acrimoniæ lenit, vlcus terget, agglutinatur, & siccatur.
Vel vtendum sequentibus.

*Decoctum
leniter ape-
riens, de-
terges, glu-
tinans, sic-
cans & ro-
borans.*

℞. Rad. symphytima. ʒ. ii. glycyrrh. gramtnis, asparagi, sin-
gul. ʒ. i. hofdei à cort. exteriori mund. hippuris, polygoni, cy-
marum rubi tenerimarum, taxi, & rosarum rub. singul. m. i. ab-
sinthii p. maioris, m. ʒ. cytini, & rosarum rub. calycum glandiū,
singul. p. i. sem. portul. plantag. & rhois, singul. ʒ. ii. passul.
mund. iuiubarum, & sebesten, singul. pa. viii. ficuum, pa. iii.
florum torism. p. i. coquantur in aqua chalybeata ad lb. ii. sy-
rupi myrthini, aut de rosis siccis, & coronæorum, vtr. ʒ. iii. fiat
apozema pro vi. dosibus clarif. & aromat. santalo albo, bis in
die sumendis.

*Electuariū
astringens.*

℞. Cornu cerui vsti, & loti aqua rosarum, coralli rub. spodii
Arabum, & gummi Arab. super batillum candens leniter assi,
singul. ʒ. ii. terræ lemnix, & boli orient. lotæ aqua pediculi ro-
sarum, hepatis lupi præpar. vt de pulmone vulpis. vt dixi,

& coaguli hœmi, vel leporis, singul. ℥. iiii. micletæ ℥. β. sacchari albi aqua rosarum soluti ℥. viii. fiat elect. in rhombos pōdo ℥. ii. aut triū: c. vnū ante vsū decocti præscripti. Vel loco sacch. pul. excipiatur syrupo myrthino, aut cotoncorū, & fiat elect. molle addendo carnis cydoniorū sacch. cōditæ, & conferuæ rosarū, vtriusq; ℥. ii. c. ℥. β. post singulas doses eiusdē decocti, & tantundē ante alimenti sumptionem. Vel huius pul. quotidie mane, c. ℥. i. cum ouo forbili. Simili ratione solers Medicus alia præsidia excogitare poterit. Huic negotio cōueniunt troch. de spodio, de succino, de terra sigillata, troch. ramic. & c. Et ad somnū conciliandū valent pil. de cynoglossō aut laudanum spagyricorū in parua quantitate sumptū, aut diacodium, aut syrupus de papauere, aut philonium Rom. aut theriaca recens.

℥. Troch. de spodio, & de succino, vtriusque ℥. iiii. rosarum *Epithema.*
rub. ℥. ii. nardi ind. schœnanthi, & sem. portul. & absinthii p.
ma. singul. ℥. i. fiat pul. dissoluendus aquarum plantag. & pe-
diculi ros cuiusque ℥. β. & aceti rosati, ℥. ii. fiat epithema he-
pati & intestinis admoendum.

℥. Vnguenti Comitissæ, vel styptici, D. Fernelii, ℥. ii. olei len- *Vnguentū.*
tisci, (si extiterit) vel myrthini, ℥. i. fiat linimentum quo hepar
cum umbilico illinetur post epithema ter in die panno can-
nabino appposito.

Curatio Dysenteria vera quum crassa intestina obsider.

HÆc Dysenteria à superiore nō distat in methodo neque *De clysterū*
in vniuersalibus, & topicis descriptis: sed in clysteribus *usu.*
describendis. Quoniam initio morbi astringentes nullo mo-
do conueniunt: quia febrem & inflammationem augēt, & vi-
tiosam materiam prohibent ne effluat, eaque prohibita, regur-
gitat in partes superiores, hinc grauior febris fit, hinc fiunt sæ-
pe epilepsia & conuulsiones, aliaque eiusmodi mala enascun-
tur. Adhæc astringentia, intestinorum vlcera exasperant. His
tamen vtendum in fine, vel inclinante malo, quum magna ex
parte vitiosa materia est euacuata.

Quæ leuius id præstāt, ab initio sūt meliora: deinde ad fortio-
ra progredi licet. Videndum est, vt astringentibus partim le-
nientia misceamus, partim etiam si per os sumantur ea quæ
per vrinas ducunt: sic nullo periculo materia prohibita,

ad vrinas reuellit, nec refluit in partes superiores ac mobiles: Clysteres primum leniant, deinde detergeant, & abluant: postea carnem regenerent, & consolident, in quibus olea non conueniunt, quia vlcera sordidiora reddunt: cuius loco corroborantia intestina sic sunt miscenda.

Clyster lenians, leniens & detergens.

℞. Hordei integri, m. i. rosarum rub. & furfuris macri, vtriusque m. s. coquantur in lacte recens multo. Colaturæ dissolue mellis rosati, sacch. rub. & vnguenti rosati, singul. ℥. i. β. vitellos duos ouorum, fiat clyster supponendus, & sæpè iterandus ante & post corporis vacuationem. Ulcere satis deteriso (quod ex saniet paucitate cognoscitur) paretur sequens.

Clyster detergens & astringens.

℞. Decocti præscripti clysteris, ℥. i. dissolue succi plantag. depurati, ℥. ii. sacch. rub. mellis rosati, & butyri recentis, singul. ℥. i. β. vitellos duos ouorum, fiat clyster, vel paretur sequens.

Ad idē simul & roborans.

℞. Hordei integri, bursa pastoris, hippuris, rosarum rub. florum chamæmeli, melilori, & furfuris macri, singul. m. i. coque in aqua vel in hydromelle, ad ℥. i. dissolue mellis rosati, & sacch. rub. vtriusque ℥. i. β. terebinthinæ lotæ vitellis ii. ouorum solutæ, ʒ. vi. fiat clyster urgente necessitate iniiciendus.

Alter humoris acrimoniam compefices.

℞. Cremoris hordei, ℥. i. muccag. sem. psyllii aqua pediculi ros. extractæ, ℥. iii. sacch. rub. & mellis rosati, vtr. ℥. i. β. vitellum vnum oui, fiat clyster, cum decocto præscripto, vel cum lacte, & erit magis anodynus. Vt in inflammationibus curandis ex Galeni præscripto, circa initia solis repellentibus vtimur, & in augmento aliqua digerentia miscemus: & in statu repellentium & digerentium portionem æqualem: & in declinatione solis digredientibus vtimur. Sic in intestinorum vlceribus curandis progrediendum erit, dum clysteres præscribemus. Nam astringentia sola ante deterisionem plus nocent quam prodesse possint.

Clyster astringens & agglutinans.

℞. Iuris extorum, q. s. in eo coque rad. symphyti ma. & bistortæ, vtriusque ℥. i. gallorum, nucis cupressi, rosarum rub. hyperici, singul. ℥. s. colaturæ dissolue succi centinodiæ depurati, aut equiseti, aut plantag. ℥. ii. adipis hirci aut capri liquati, cui extra ignem affunde vitellos duos ouorum, sic non coalescit ℥. ii. fiat clyster. Inclinate malo paretur sequens.

Clyster siccanans & cicatricem inducens.

℞. Suocorum plantag. & polygони, vtriusque ℥. i. incoque taxi barbati, equiseti, cymarum cynorthodi, & rosarum rub. singul.

singul. m. i. sem. portul. & sumach, cuiusque ꝑ. i. colaturæ dissolue amylli ꝑ. ꝑ. pul. gummi Arab. assi, & terræ lemniz, & boli armenæ, singul. ꝑ. ii. Pulueres subtiles esse debent, ne in vlcere remaneant, illudque exasperent, & dolorem inferant. Vel colaturæ pul. infundantur, demum per linteum rarum vel stamineum fortiter exprimentur: Deinde dissolue adipis capræ, vel hirci ꝑ. ii. cum vitellis ij ouorum (vt in superiori clystere dixi) dissoluti fiat clyster: hoc clystere non vtendum priusquam vlcus optime detersum fuerit, neque fortioribus vtendum, quibus antiquitus utebatur, nisi in vlceribus putridis & serpentibus, in quibus dissoluebantur aliqua caustica, idque raro, & in deplorata Dysenteria. Conueniunt thermæ aluminosæ cum stillicidio super ventrem spatio multorum dierum: quales sunt Aquisgrani Allobrogû. Interea optimum erit hypogastrio admouere epithema & vnguentum præscriptum, & fouere podicem ex decocto astringentium & suffire ex iisdem medicamentis quorum vapor per tubum infundibuli dirigatur intus.

℞. Rad. bistortæ, pentaphylli ma. singul. ꝑ. i. rhois, malico- *Formicæ.*
rij, balaustiorum, nucum cupressi, calycum glandium, & myr-
thillorum, singul. ꝑ. ꝑ. fol. absinthii ꝑ. ma. polygami, ros. rub.
bursæ pastoriz, lysimachiz, aut equiseti, singul. m. i. coque in
æquis partibus vini rub. & aquæ fabrorum pro fotu podicis
cum spongiâ ter in die: sedente ægro in cathedra deiectoria
vapor intro dirigatur per tubum infundibuli: vel paretur se-
quens.

℞. Cort. thuris, masticis, ladani puri, rosarum rub. & bac. myr- *Sassapar.*
thi, singul. ꝑ. vi. succini, ꝑ. iii. styracis cal. & caryoph. vtr. ꝑ. ii.
fiat pul. crassus pro suffitu intestinorum dirigendo vaporem
per tubum infundibuli, exonerata prius aluo, sedente in ca-
thedra deiectoria bis aut ter in die. Vel pul. excipiatur terebin-
thina & parentur pastilli satis crassi vsui dicto, Cucurbita um-
bilico sæpe admota sine scarificatu prodest.

schœnanthum, xilaloë, menta, cortex thuris, cyperus, dictamnus, mastiche, aloë, myrrha, viscum, iris, gentiana, aristolochia, inula, pæonia, rosmarinus, salvia, origanum, calamentum, anisum, cuminum, nasturtium, coagula hædi, & leporis, caseus inueteratus in aqua coctus, siccatus, & in puluerem redactus.

Inter frigida censentur folia vitis viniferæ, & capreoli, rosarubra, dipsacus, rubi fructus, germina, flores & fructus & spongia cynorrhodi, quam vulgus pharmacopœorum bedegar appellat. Dactylli, fol. & fructus myrthi, plantago tota, balauistiû, cytrinus, malicorium, corna, sorba, mespilla immatura, pira & pruna syluestria, galla, rhus, oxyacantha, acacia vera & nostras, hypocistis, licium, salix, lysimachia, hipuris, nux cupressi, quercus membrana, & eius glans, cotonea mala, bolus armena, & terra lemnia, lapis hæmatites, corallus uterque, sanguis draconis, coriandrum in aceto castigatum, succinum, caphura, vniones, santalum triplex, cornu cerui, vnicornis, rhinocerotis, spongia marina ex aceto imbuta pice, expressa & cremata, crystallus, smaragdus. *Composita calida, Composita frigida.* Composita calida, syrupus absinthij, & mentæ, miua comp. cum aromate. Composita frigida, syrupus cotoneorum, granatorum, omphacij, rosarum siccarum, iulepus Alexandrinus, syr. conseruationis myrobal. Stercus canis ossibus nutriti: pul. diacydoniten sine speciebus, troch. de spodio, de succino, de terra sigillata è ramich. oleum rosarum, omphacinum, cotoneorum, lentisci, myrthillorum. Vnguenta Comitissæ stypticum descrip. Ferne-lij: ceratum santalinum, empl. palmeum, contra rupturam, ceratum pro fracturis & dislocatione ossium. Repellentis natura, est cohibere, & repellere, veluti frigus ipsum, quod in crassa, terrenaque substantia consistat. Adstrictionem iuuat, substantiæ tenuitas: secus in altum corpus penetrare non posset, & partes inflammatas minus iuarent: quia densata cute, viam sibi præcluderent. Ex his varias remediorum formas solers & parum exercitatus Medicus componere poterit pro 4. morborum temporibus, cuiusque ægri ætate, sexu, parte affecta, &c.

De Tenefmi Curatione à causa frigida.

Tenefmus à causa externa si extiterit, qualis accidit iis qui tempore hyemis per niues ambulauerint : aut lapidi frigidus diu infederint : imprimis describatur leniens & detergens clyster qualis est descriptus initio curationis Dysenteriz in crassis intestinis. Deinde eo reiecto iniiciatur sequens calfaciens.

*Clyster
calfaciens
rectum in-
testinum.*

℞. Origani, pulegii, rutæ, & anethi, singul. m. i. florum chamæmeli, m. β. bac. lauri, ꝑ. β. coquantur in vino, & in t̄b. β. colat. dissolue bened. lax. & diaphœnici, vtr. ꝑ. vi. mellis anthosati, & olei rutæ, vtr. ꝑ. i. β. fiat clyster. Quantitas clysteris minor esse debet, quam in dysenteria : quia rectum intestinum (quod est abluendum) est breue: sed clysteres sunt sæpe iterandi. Clystere reiecto, ægro sedente in cathedra deiectoria, foueatur imus venter, & anus, ex reliquo decocti cum spongia: vel eius vapor per aliquem tubum dirigatur in rectum vt superius annotaui. Vel paretur sequens encathisma.

Iniectus

℞. Calamenti, mentastri, melissæ, hyssopi, saluiz, lauendulæ, thymi, maioranzæ, & fol. lauri, singul. m. ii. bac. lauri, ꝑ. ii. sem. 4. calid. ma. singul. ꝑ. i. florum chamæm. meliloti & centaurii mi. singul. m. i. coque in aqua suffi. pro semicupio, cui affunde vini rub. optimi t̄b. viii. in quo sedeat per horam exonerata prius aluo. Deinde

Linimentū

℞. Oleorum laurini, & petrolæi, vtriusque ꝑ. i. ceræ albæ, ꝑ. ii. pul. castorii, & bituminis, vtriusque ꝑ. i. β. fiat linimentum quo perinzum, & imus venter tepidè post fotum aut iniectum illinetur.

*Suffumi-
gium.*

℞. Ladani, ꝑ. i. thuris, & myrrhæ, vtr. ꝑ. β. styracis cal. & beniuini, caryoph. & troch. galliæ mosch. si diues est æger, aut sumptibus parcere nolit: vel huius loco ligni aloës, aut calami aromat. singul. ꝑ. iiii. cum terebinthina pulueres excipiantur & fiant orbiculi satis crassi in suffitum : cuius fumus dirigatur in intestinum per tubum infundibuli vt bis dixi. Vel huius loco, si est pauper fiat suffitus ex anguilla in frustra diuisa super carbones accensos.

*Curatio Ti-
nesmi si est
à causa in-
terna, nem-
pe à pituita*

Vt plurimum cum Tinesmus sit à pituita crassa, & vi-

scida, quæ per putredinem, acrimoniam acquirat, & podicem exulcerat. Hinc deijciendi cupiditas, quæ contumacius podici inhærens, non nisi cum magno conatu excerni potest. Prima fronte supponendus erit sequens clyster emolliens & detergens.

℞. Rad. althææ, ℥. i. lini, & fœnugr. vtr. ℥. β. herb. maluæ, violarum, mercur. & brançæ vrsinæ, singul. m. i. florum chamæm. & meliloti, vtr. m. β. coque in aqua suffi. & in colatura ℥. β. dissolue cassiæ cum sacch. ℥. i. hieræ Gal. ℥. β. mellis mercurialis, & olei violati, vtr. ℥. i. β. fiat clyster: aliis diebus vtatur sequenti.

Clyster emolliens & detergens.

℞. Seri lactis, q. s. in eo coque hordei, m. i. centaurii minoris, florum chamæm. & meliloti, singul. m. β. agarici, ℥. ii. in ℥. β. colatura dissolue sacch. rub. & mellis rosati, vtriusque ℥. i. β. vitellos duos ouorum fiat clyster sæpe iterandus.

Alter clyster magis detergens.

Deinde præscribi poterit clyster calfaciens, incidens, tenuans, & flatus discutiens iam descriptus. His peractis ad pituitæ resolutionem infessus, suffumigium, fofus, & vnguentum erunt ex vsu, vt supra. Si à toto corpore tinesmus prodierit, per podicem sese expurgante, vomitus, frictions, & vincula ad reuulsionem, & humoris euacuationem concedi possunt deterfa materia, & sedato dolore, astringentibus nonnullis vtendum, ad partis corroborationem, & non prius.

Si à toto corpore.

Si causa effectrix est bilis quæ à toto corpore se expurgauerit; in sphincterem retenta, consequitur vlcus, & dolor: cholangogis, & aliis remediis in biliosa dysenteria supra enunciatis vtendum erit. Quod si præ nimio dolore perseuerante, vigilæ vrgent, & prædictis remediis non cedit, paretur glans, sic

Si à bile.

℞. Thuris, licii, & gummi Arab. singul. ℥. i. opii, ℥. i. β. castorii, ℥. β. cum melle rosato, malaxentur puluerata in massam, ex qua parentur glandes teretes cum serico, aut panno lineo tenui & raro, ano indendæ filo alligatæ coxæ, ne idem contingat vt Philippo Mediolanensi D. M. qui glandem post aliquot dies euomuit, cum ægri vitæ discrimine, vt refert Gnaynerius in sua Praxi cap. 2. curationis tinesmi. Vel huius loco para glandem ex philonio Romano, aut theriaca recenti. Si æger profundè dormit, balanus per filum sensim trahatur.

Glans nartotica R. b. si 9. Alman.

Historia.

Si à parastatum inflammatione scaturit, exonerata aluo, sanguis erit mittendus, pro virium ratione, ætate, vitæ genere,

Curatio si ab inflammatione.

sexu, & anni tempore, ex vena basilica dextra: dein vtendum erit purgatione blanda, & alterantibus: tum clysteribus lenientibus, & refrigerantibus: denique epithematis, fomentis, & vnguentis præscriptis. Victus erit refrigerans & humectans cum leni astrictione.

*Si ab vl-
cere.*

Si ab vlcere ducit originem: primò vtendum clysteribus lenitiuis, detergentibus, & intestinum roborantibus. Deinde vlcus via generali curabitur, & ad cicatricem perducetur, vnguentis, fomentis & suffitibus in curatione veræ dysenterix enunciatis pag. 568. Multi neotericorum ab Aëtio edocti lib. 9. cap. 44. laterem veterem in fumo denigratum, in frusta comminutum, & aceto feruenti immersum fœlici successu sedi applicant.

*Si à ver-
mibus.*

Si ab ascaridibus in ano generatis fit, curabitur balanis compositis ex medicamentis amaris hoc modo paratis.

*Balanus
vermicida.*

℞. Aloës, myrrhæ, vtriusque ʒ. ii. absinthii p. ma. tanacetii & sem. contra vermes, singul. ʒ. i. cum felle bubulo fiat pasta, de qua formentur balani teretes cum serico rub. tenui, aut panno lineo, quæ filo suspensæ, & coxæ alligatæ, ano indentur, & sæpe iterentur.

*Si à mali-
gnis medi-
camentis.*

Si forte fortuna contigerit ab aliqua febre colliquante, (raro tamen) erit recurrendum ad cap. 15. prioris Tractatus. Si à malignis medicamentis in maiore dosi quam par est, sumptis, aut male castigatis: tunc recurrendum erit ad amuleta, & ad encathismata ex aqua dulci parata cum taxo barbato, chamæmelo, meliloto, absinthio, anetho, rosis. roremarino & cat. Vel ex aqua chalybeata, & vino rub. comparata, vel ad fomenta ex eadem materia composita, & ad linimenta ex cremore lactis cum vitellis ouorum, cum tantillo croci, vt eorum acrimonia & qualitas maligna corrigatur.

Si ab hæmorrhoidibus, aperiantur, ab hirudinibus aqua prius repurgatis.

Si à prægrandi calculo, manu periti lithotomi educatur.

Si ex vehementi desidenti conatu anus procidit (quod plerumque accidit) imprimis laua anum vino rubro calido, & repone, reposito suffi suffitu, vel fotu ex medicamentis astringentibus descriptis pag. 558. in catalogo medic. astringentium cum vino rub. decoctis, vel recurre ad caput 54. in quo egimus de ani procidencia.

De Colico & Ileo Dolor.

CAP. LIV.

Kολικός Ἀγδθεις: i. Colicus affectus, seu Dolor, nomen sumpsit, à colo intestino, quod obsidet: veluti Ἐίλεος *De nomine* i. Græcis atque Latinis Ileos dicitur Voluulus, pariter nomen sumpsit ab Ileo intestino quod obsidet. Nonnulli Græcorum, inter quos fuit Diocles & Caristius, vt refert Celsus lib. 4. ca. 13. χερδαίσιον appellarunt, nomen deductum à verbo Græco χερδευω: id est, in chordo, seu implico, seu inuoluo. Vulgus affinitate verborum deceptus Miserece nuncupat, à verbo Græco ἐλίσσῃ, i. misereor, pro ἐλίτῃ: i. cōuoluo. Hi duo affectus sunt sympt. noxæ functionū naturaliū facultatis expultricis intestinorū. Horū duorū sympt. affinitas in causis, & signis magnæ autoritatis medicos decepit, inter quos fuit Gal. ipse, vt fatetur li. 2. c. 1. loc. affect. Quibus signis ab inuicem distingui *Differentiæ* poterunt, ex eodem Gal. Tralliano, Paulo, & Auic. ostendam, ne quis in curando errorem committat. Imprimis Ileos, à Colico distinguitur dolore, loco, excretis, & symptomatis. Dolor Ilei quam Colici est maior. Locus, dolor, Ilei semper est fixus, & supremam vmbilici partem occupat. Colicus verò non fixus, quia interdum dextrum, alias læuum latus occupat: alias vtrumque & sæpe vagus, & maximè quum sit à materia flatulenta. Ab excretis, in Ileo vomitus, quam in Colico est frequentior, quia est vetriculi propinquior. His succrescit, Ileos non iuuatur balanis, neque clysteribus acrioribus: contra, Colicus iuuatur. Adhæc, ex Ileo grauiora consequuntur symptomata, quam ex Colico dolore. Per anum nihil effatu dignum excernitur, autore Gal. comment. in aphor. 44. sect. 6. quia in eo intestinorum facultas expultrix est abolita.

Colicus dolor à nephritide distat spatio, loco, motu, ab excretis, & à causis præcedentibus. Spatio, quia vterque sunt parui & angusti, si conferantur cum colo intestino. A loco, dolor nephriticus incipit à renibus, ad vesicæ corpus secundum longitudinem vterum extenditur. Colicus verò dolor ad plures partes mouetur, & paulo in altiori loco continetur. A motu, dolor colicus est vagus: nephriticus verò, est fixus & non mouetur. Ab excretis, in nephriticis arenulæ quædam per vrinas excernuntur, & non in colico, in quo fæces

In quo distat colicus dolor, à nephritide:

retinentur. A causis præcedentibus: in colico dolore deijci-
tur appetitus, nausea, & vomitus sunt grauiores, quam in ne-
phritico dolore. Gal. lib. 6. loc. affectorum & Trallianus.

*In quo dif-
fert dolor
colicus ab
vteri dolo-
re & strã-
gularu.*

Colicus denique ab vteri dolore distinguitur, quod huius
dolor, non solum ad pubem extenditur, verum etiam ad co-
xas: illius verò ad superiora tendit, & si leniens clyster iniicia-
tur, ac fæces educantur, mitescit dolor & non hystericus in
quo mulier strangulari videtur, à vapore nempe corrupto sur-
sum sublato, quum menses sunt recenti, quod non accidit co-
lico laborantibus.

De causis.

Causæ horum symptomatum sunt externæ, aut internæ. Ex-
ternæ sunt potus aquæ frigidæ, alimenta pinguis, aut crassum
succum lentumque generantia: qualia sunt legumina, caseus
antiquus, castaneatum & brassicarum esus, pisces glutinosi,
carnes viscidæ, vt pedes & extra animalium & reliquæ quæ
prauum succum aut malignum generant, necnon vsus medi-
camentorum malignorum & venenatorum esus, vt fungi,
ostreorum. His succrescit nimius fructuum astringentium
vsus, coitus intemptius, equitatio succufans, tempore hye-
mis peregrinatio per Alpes, & exercitium violentum mox à
cibo. Causæ internæ sunt idiopathiæ, aut sympathiæ; idio-
pathiæ, sunt intemp. frigida, cal. sicca, & non humida. Ob-
structio, aut solutio continui. Intemperies frigida, excremen-
torum viam præcludit, & intestinorum facultatem expultri-
cem imbecilliolem reddit. Intemperies calida, fæces indurat,
& nimis humores contentos calfacit. Sicca verò materiz
portionem tenuiorem resoluit, reliquam immedicabilem aut
difficiliter solubilem reddit.

Ad obstructionem referuntur inflammatio, tumor, absces-
sus, scirrhus, cruditas, enteroccele, pituita crassa, lenta, & pi-
uita vitrea, flatus, & humor acris. Ad solutionem continui,
referuntur ruptio, erosio, contusio, incisio, fractio, tensio,
humor acris, & vermes. Ad sympathiam referuntur, corpus
vniuersum, aut viscera sese exonerantia in intestina: & febres
tertianæ & c. quoties è venis reliquias propellunt in intestina,
inde colici dolores. Si quis plura desiderat legat Auic. fen
16. tertii tract. 3. cap. 6. qui longiori oratione causas persequi-
tur.

Horum duorum symptomatum affinitate impulsus, in cau-
sis, signis, prognosticis, ac curatione, in vnum caput redege-
re, breuitatis

breuitatis ergo. Voluulus pueris quidem est familiaris, beneficio tamen humiditatis curatur. Senes vero, rarius, sed grauius afficiuntur & ferè nunquam conualescunt. Æstas magis quam ver, huius mali est referta: autumnus, quam hyems: æstas vtrumque superat. Aretæus & Aërius.

Qui præpensesiores.

Signorum alia sunt Διαγνώσιμα, i. Demonstratiua, alia sunt παθογνωστικά: Demonstratiuorum, alia sunt παθογνωστικά: i. essentialia, seu propria: alia sunt ἑπιγνωστικά: i. assidentia seu equiuoca. Horum memini versa pagina, docens in quibus differant hæc duo symptomata. Essentialia verò distinguntur dolore, tumore & excretis. Colicus dolor est terebelli perforantis instar, & vagus si à flatu fuerit: si verò à pituita vitrea, crassa, & lenta, non est vagus, sed dolor percipitur in parte obfessa, seu dextrâ, seu læuâ occupauerit. Et si resoluitur, tunc est vagus. Ileus vero dolor, semper est fixus, & iuxta vmbilicum. Quinetiam in abdomine apparet tumor qui manu tangenti chordæ instar percipitur qui in colico dolore non apparet. In excretis consentiunt in nausea, & vomitu: hic copiosior est in colico, sed minus frequens quàm in ileo, in quo quæ excernuntur, sunt foetida, ac si stercus esset. Non tamen propriè est stercus, vt multi opinantur, quod stercoris formam non habeant: nec verisimile est stercus à crassis intestinis ad ventriculum remeare: sed potius cibus in superioribus intestinis congestus ac corruptus, qui euomitur priusquam in cæca intestina & in colum & rectum descendat, qui ob graueolentiam stercus esse videtur. Distant quoque deiectione per podicem, quæ nulla est in Ileo, autore Gal. comment. in aphor. 44. sect. 6. & comment. in aphor. 10. sect. 7. quia facultas expultrix intestinorum est abolita, neque iuuantur ægri balanis, aut clysteribus fortioribus iniectis. Contra in colico dolore iuuatur: & quæ egeruntur, stercoris bubuli consistentiam æmulantur. Hactenus de signis pathognomonicis differentibus vtriusque sympt.

De signis essentialibus Ilei & Colici doloris.

Signa Colici doloris.

Signa Ilei doloris.

Si colicus dolor ab acri & erodente humore, aut etiam ab inflammatione fuerit ortus, dolor est etiam fixus, sed cum febricula, ardore, siti, & vigiliis: irritatur ab esculentis potulentisque calidioribus: contra iuuatur à frigidioribus.

De signis specialibus.

Si à crassa lentaque, præsertim pituita vitrea fuerit, quæ intestino adhæret, ipsumque corradit, atque dilacerat, id plerumque more terebelli perforantis se infigit. Hic dolor fixus est & altè excruciat, nauſeam, & vomitionem ciet: neque ru-

atibus, neque flatibus emissis demulcetur, quamuis habuerit originem à crapula & otio, quæ cruditatem crassumque humorem genuerit.

Si à flatuoso spiritu oritur, rugitus, & murmur obauditur à copioso congestus in intestino, qui propter obstructionem à duris fæcibus aliisque de causis erumpere nequit, intestinum vi distendit atque conuellit, magno certè & immani cruciatu, magnoque sensu doloris. Quum flatulentus dolor, ventrem distendit, vagus est, & instabilis, in variasque ventris sedes se contorquet, qui neque ab ore, nec ab alio erumpit, hunc causæ effectrices flatus, præcesserunt. Ex enterocæle signa sunt conspicua.

De prognosticis.

Hæc duo symptomata non sunt despicienda, ratione doloris qui vires deiecit: si inuicem conferantur, voluulus, colicus est periculosior duplici ratione: vna est sensus exquisitus partis obsessæ: altera, est vicinitas ventriculi & aliorum viscerum, quæ in consensum trahit. Colicus dolor, interdum degenerat in iliacum, & contra iliacus, in colicum. Quibus ex stillicidio vrinæ, ileos superuenit, in 7. diebus pereunt, nisi febre superueniente, vrina copiosa à calore febrili concocta (quæ prius cruda erat) fluxerit. Hip. aphor. 44. sect. 6. Ab ileo, vomitus, singultus, desipientia, & conuulsio, malum inquit Hip. aphor. 10. sect. 7. hæc 4. symptomata mala censentur ab Hip. ob sympathiam quam cum stomacho seu ore ventriculi habent: eaque ægri perniciem denotant. Colicus tamen non vacat periculo, ob eius exquisitum sensum: quod ita sit: multos videmus qui animi deliquio obeant, quique manus violentas sibi inferunt.

Signa lethalia ilei, ab inflammatione, aut ab acris humoribus sunt, quoties æger non iuuatur à remediis technicè descriptis, & si quæ egeruntur sunt foetida, tam sursum quam deorsum, si ructus, crepitus, flatus qui per pædicem erumpit, foetent: hæc omnia vitium insigne secundum substantiam indicant, frigiditas extremitatum, vomitus, & singultus frequens, & anhelitus foetidus, anorexia, delirium, vigilia, conuulsio, potus reiectio, vrinæ paucitas, cum ventris torminibus, & sudore frigido, & syncope. Hæc omnia sunt exitialia, vt accidit mulieri quæ apud Tisamenum decumbebat, Hip. li. 3. epid. sect. 2. ægrotatione 9. Contraria his sunt salubria. Aui-cenna his addit fen 16. 3. tract. 3. capite nono. Si pustula ni-

gra instar fabæ supra ventrem acciderit, sequenti die morietur. Vomitus biliosus mali odoris, varius, aut niger, est mortiferus.

Hæc duo symptomata autoritate Auic. fen 16. tertii, tract. 4. cap. 31. eadem methodo & iisdem remediis curantur, eo tantum discrimine, quod ileus validiora requirit medicamina.

Ambo curantur victu idoneo, venæ sectione, cucurbitulis, vinculis, & frictionibus (si causa efficiens est inflammatio) ad evacuationem, reuulsionem, & derivationem: plus minusve pro viribus &c. purgatione: quæ fiet balanis, clysteribus, portionibus phlegmagogis, (si materia est pituitosa) vel chologogis, (si materia est biliosa.) Si balanis est utendum, longæ esse debent, & filo suspensæ, ut penitus vim suam immitant. Si clysteribus, ab initio mitēs esse debent, deinde acriores, ut à mitioribus ad validiores progrediamur. Et si dolor his non cedit, & acerbissimus videtur, illis narcotica in parua quantitate dissoluantur, veluti philonium Romanum &c. At si ileus fuerit, remediis extrinsecis narcotica misceantur. In causa frigida, narcotica nullo modo vsurpentur, ne humor morbificus crassior euadat, & ad expulsionem fiat contumacior, & malum grauius euadat, siue pituita, siue flatus fuerit. Si intro recipiantur, optimè sunt castiganda, mixtione castorii, æquali portione. Si ileus fuerit, ea narcotica per os vsurpentur: si colicus, per sedem, ex Aëtio, & Auicenna. Dubitatur si narcotica purgantibus sunt miscenda in vehemēti dolore, respondeo: Si decreuimus humorem morbificum purgare, narcotica non sunt miscenda: quia purgationem interpellant, etiam Gal. autore lib. 12. meth. & lib. de theriaca ad Pisonem. Contra, si decreuimus purgare, & dolorem simul compescere, narcotica in parua quantitate misceri possunt, ex Rhasis consilio qui narcoticis scammonium miscuit 9. ad Alm. cap. 71. Nunc de particulari curatione mihi est agendū.

Si ileus dolor scaturit ab inflammatione, aut ab acri & mordaci humore, curatio auspiciari debet à victu refrigerante, & humectante, qualem superioribus capitibus indicauimus: Deinde si alius est astricta, vel balanis (si est pauper) vel clystere sequenti est emollienda.

℞. Rad. althææ, ꝑ. i. fol. cucurbitæ, viol. malux, & lact. vel portul. singul. m. i. prunorum, pa. vi. sem. 4. frig. ma. singul. ꝑ. ii. florum nymph. p. ii. coquantur in iure extorum ad

*Decoratio-
ne vniuersi-
sali.*

*De vsu
narcotico-
rum in ca-
lida causa.*

*De cura-
tione par-
ticulari, se-
cundum causa ca-
lida.
Clyster.*

℞. i. colaturæ dissolue cassiæ cum sacch. & diapruni simpl. vtriusque ʒ. vi. mellis violati, & olei violati, cuiusque ʒ. i. β. fiat clyster mox injiciendus.

*Vena se-
ctio.*

Eo reiecto educatur sanguis ex vena basilica dextra, ad ʒ. vi. aut viii. pro ægri viribus, ætate, regione, temperie, & sanguinis impuritate.

Cucurbita.

Si quid eam dissuadet, partiatur, vel aperiantur saphenæ vtriusque pedis: Vel pectini admoucantur cucurbitæ cum leni scarificatione: vel umbilico sine scarificatione, ad humoris morbifici euacuationem, & reuulsionem.

Si ab humore bilioso fuerit, sequentibus vtendum, post venæ sectionem: quæ in minori quantitate celebrari debet, quam in inflammatione.

*Potiocho-
lagoga.*

℞. Cinnamo. ʒ. i. rhab. selecti, ʒ. 4. thamarind. ʒ. ii. cassiæ recens à canna extractæ, ʒ. i. β. infundantur omnia simul in decocto communi Medicinæ per noctem super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi violati ex nouem infusionibus (si extiterit) vel de cich. dupl. rhab. ʒ. i. fiat potio diluculo sumenda. In aliis causis, cassia inefficax, quia flatulenta: simili ratione, myrob. quia astringunt, & senna, & manna, pruna & reliqua dulcia, auctore Mes. quæ sunt flatulenta, & minimè efficacia. Subducta humoris morbifici portione, sequentibus præsiidiis digeratur, ex Galeni decreto lib. 12. methodi med.

*Apozema
bilis acri-
monia do-
mans &
abstract.
referans.*

℞. Rad. graminis; rusei, aspar. & acet. sing. ʒ. i. glycyrrh. ʒ. vi. herb. cich. seriolæ, hepar. portul. bugl. vel borrag. capitl. cõmuniũ. & eupatorii, sing. m. i. sem. acetosæ, & 4. frig. ma. sing. ʒ. ii. passul. mund. p. x. prunorum pa. vi. florũ nymph. & viol. vtriusque p. i. coquantur in aqua suffi. ad 4. v. syrupi endiuiz comp. & de granatis acidis, vtriusque ʒ. ii. clar. & aromar. santalo albo, pro 4. matutinis. Si venenatæ materiæ est suspitio, vice syrupi end. comp. substitue syrupum de limonibus, vel de acetositate citrii, vel de omphacio, vel de succo acetosæ. Digesta materia, purganda erit simili cathartico præscripto: cui si videretur adde elect. rosati Mes. vel diapruni sol. ʒ. ii. Procedente malo vttere sequentibus.

*Forus &
balneum.*

℞. Fol. vitis, cucurbitæ, viol. & pariet. borra. sing. m. i. sem. 4. frig. ma. sing. ʒ. β. florũ nymph. chamæm. & meliloti, sing. p. ii. coque in aqua suffi. qua foue umbilicũ si ileus; vel pubem, si colicus, cum spongiis sæpe repetitis. Vel aucta ingredientium dosi, pareretur infessus, in quo bis die ingrediatur. Si his

(à vehementissimo cruciatu) non cedit ad narcotica confugiendum, obseruata Aëtij & Auic. doctrina. Si ileus, per os, si colicus, per sedem vt dixi vsurpentur. Tunc temporis si aluus est durior, iniiciatur clyster in lacte præparato, & sacch. rub. quod omnem dolorem demulcet. Victus ratio sit tenuis, & boni succi, qualis ferè est febricitantium, donec inflammatio soluatur. ex Aëtio li. 9. c. 28. & 29. Frictiones, reliquias humoris morbifici deriuant, & resoluunt. Si his non cedit vttere narcoticis, quo dixi modo: quia humores tenues, crassiores reddunt, & calorem immodicum extinguunt.

A crassis, lentis, pituitaque vitrea si contigerit ileus, aut colicus dolor, curabitur victu, & remediis tam internis quam externis deinceps scribendis.

Curatio si à crassis, lentis & pituita vitrea contigeris. De victu.

Victus ratio sit cal. & sicca: aër à natura si talis non fuerit, arte comparetur. Ab initio inædia prodest, autore Celso loco citato: quia tunc temporis quo ægri cruciantur esculenta ac potulenta non conficiuntur. Deinceps offerantur quæ sint boni succi, & facilis coctionis. Satietaem & cruditatem dānat Paulus, quibus miscenda sunt quæ vim habeant tenuādi, incidēdi & tergendī pituitam crassam lētamque. Panis sit sincomistus, bene coctus, vt ait Aëtius. Carnes sint gallinæ, capī, perdicum, turturum, phasiani, &c. Inter pisces saxatiles laudantur anadromi, lucius, perca, cancri, locustæ, astaci & reliqui, qui sunt carne friabili præditi. Inter olera, probantur, fœniculus, petroselinum, sampsuchus, satireia, hyssopus, thymus, herpillum, origanum, (præsertim quum nulla est febris) decocta in iure veruecis, vituli cum præscriptis herbis. Legumina, caseus, castanæ, & reliqua statulenta, quæque pituitam vitream generant improbantur: porrum, allium, cepæ aptari possunt, ex Gal. 12. meth. med. Potus sit actu tepidus & non frig. & parcus ex vino dilutus decocto rad. sarzæ parillæ.

Phlebotomia minus conuenit quam in superiori, ratione humoris frigidi qui per eam frigidior euadit. At ratione obstructionis, celebrari potest, sed in minori quantitate, præsertim, quum æger est iuuenis, plethoricus, aut suppressi sunt menses, aut hæmorrhoides, ex vena basilica, partis eiusdem dolentis, ex angusto foramine, nisi (præter cruciatum) febris adsit, tunc liberius sanguis educatur, ex Hip. parte 4. lib. victus acutorum, textu 19. qui sic loquitur: In acutis affectibus sanguinem detrahes, si vehemens morbus videatur, & infirmus

etate floreat, viresque ei adsint: præmissis clystere anodyno.

*Clyster
anodynus.*

℞. Iuris omasorum q. s. in eo coque sem. foenug. lini, & bac. lauri, singul. ℥. β. centaurij m. i. chamæm. meliloti, singul. m. i. agarici, ℥. ii. colaturæ dissolue hieræ Gal. ℥. i. mellis mercur. & olei anethini, vtriusque ℥. i. β. fiat clyster ante omnia supponendus, adde vitellos ii. ouorum.

Alter.

℞. Rad. althææ, ℥. i. sem. lini, & foenugr. cuiusque. ℥. β. fol. mal. violarum, mercur. rutæ, & orig. singul. m. i. centaurij m. i. summitatum anethi, & chamæm. singul. m. β. sem. 4. cal. ma. & bac. lauri, singul. ℥. ii. coque in aqua suffi. ad lb. i. dissolue vini rub. optimi, ℥. ii. hieræ pachii, ℥. vi. mellis anthosati, & axungie

*Fomētum.
Inseffus.*

anseris, vel gallinæ, cuiusque ℥. i. β. fiat clyster, qui emollit fæces induratas, pituitam attenuat, & flatus discutit. Ex reliquo colaturæ foue abdomen cum spongia. Vel triplica simplicium medicamentorum dosim, & paretur inseffus, in quo moretur æger per horam aut sesquialteram, nisi ex prædictis melius se habuerit, in cuius exitu illinetur sequenti, si est diues.

*Linimentū
pro diuini-
bus.*

℞. Zibetthi. & moschi orient. vtr. grana vi. aut viii. olei caryophyl. & de castorio, vtr. ℥. β. aquæ naphthæ (quæ fit ex flore auranciorum) ℥. ii. misce pro litu epigastrij vt dixi. Et si pauper, vtatur sequenti.

*Aliud pro
pauperibus.*

℞. Succi rutæ, & gummi caragnei, vtr. ℥. vi. dissolutis, dissolue pul. castorij, ℥. iiii. fiat linimentum vsui dicto: quod si fortius requiris adde olei petrolæi, ℥. β. & aquæ vitæ, ℥. ii. Si morbus dat inducias,

Casapota.

℞. Agarici troch. ℥. i. pul. hieræ Gal. & pilularum de aromatibus, cuiusque ℥. β. pul. castorij, grana vi. cum vino rubro forma pil. 4. aut sex quas cap. hora commodiore. Vel huius loco cap. bolum sequentem.

Bolus.

℞. Diaphœnici, & elect. diacarthami, vtriusque ℥. ii. agarici troch. ℥. i. pul. castorij, ℥. β. cum sacch. fiat bolus horis 4. ante cibum sumendus: solida purgantia difficiliter vomuntur quam liquida.

Apozema.

℞. Rad. helenii, ℥. i. β. cort. citrij siccæ, ℥. vi. herb. orig. pulegij, calamenti mont. & rutæ, singul. m. i. absinthii p. minoris potius quam ma. quia minus astringit, & sampsuchi, vtr. m. β. passularum mund. pa. x. ficuum pa. vi. sem. rutæ, ℥. β. sem. 4. cal. ma. singul. ℥. ii. florum roris. thymi, & buglossi, stæch. singul. p. i. coquantur ex arte in aquæ lb. iiii. & oxymellis simpl. lb. β.

ad tertias. Colatura clarificetur & aromar. pul. arom. rosati in quatuor doses.

℞. Agarici troch. macerati in oxymelle simplici cum tantulo decocti apozematis (ne calore ignis eius vis purgatrix euanescat) ℥. iiii. elect. indi ma. & diaphœnici, vtr. ʒ. iiii. etiam infusi in eodem decocto super cineres cal. vel in infusione rosarum pallidarum, expressum detur summo mane ex artis instituto.

*Potio ple-
magoga.*

Si his affectus non cedit, ob humoris tenacitatem, & doloris vehementiam colicus dolor fuerit, iniiciatur sequens clyster.

℞. Decoctionis rutæ, orig. pulegij, scordii, bac. lauri, & florum anethi, & chamæmeli q. s. dissolue benedictæ lax. Nic. ʒ. i. philonii Rom. aut asyncriti ʒ. β. fiat clyster cui adde olei nucum ʒ. ii. castorij ℥. i.

*Clyster in
colico nar-
cot.*

℞. Pilulam vnam aut alteram è cynoglossò, aut nepenthes seu laudani spagyricorum tantundem, aut dissolue ℥. i. asyncriti actuari, aut theriaces recens præparatæ, dum vis opij præpollet, ʒ. i. in aqua portul. fiat potio breuis diluculo sumenda. Vel extrinsecus admoue sequens.

In ileo.

℞. Muccag. sem. psyllii aqua portul. extractæ, ʒ. ii. philonii Rom. ʒ. β. opii, ℥. ii. castorii, ℥. i. fiat catapl. vmbilico admouendum. In colico, inueterata narcotica, priusquam vis opii retusa fuerit, sunt vsurpanda: contrà in ileo, recentia, quia plus refrigerandum.

*Cataplaf-
ma anody-
num.*

℞. Pul. hieræ Gal. ℥. iiii. opii, & croci, vtr. ʒ. 4. vel loco opii philonii ℥. ii. cum vino forma pil. 6. cap. sæuiente dolore. Vel

℞. Therebinthinæ, ʒ. β. aut ʒ. i. cap. cum nebulis potenter deterget. Narcoticorum vsu pacato dolore, denuo purgetur vt supra dictum fuit.

℞. Pul. arom. rosati, ʒ. ii. opii in vino optimo dissoluti & pul. castorii, vtr. ʒ. β. piperis, croci myrrhæ, singul. ℥. β. euphorbii ʒ. iiii. fiat massa. Ex ʒ. i. forma pilulas vi. molles, & non duras vt citius in ventriculo dissoluantur, & citius dolorem demulceant. Rondeletius li. 3. meth.

*Massa pi-
lularum.*

Si forte dolor colicus aut ileus oboritur ex sæcibus induratis: imprimis emolliantur sequenti enemate.

*Curatio si d
sæcibus in-
duratis.*

℞. Decoctionis rad. althææ, mercur. mal. viol. ficuum, clyster.

Clyster.

hordei, florum chamæz. meliloti, & sem. 4. frig. ma. q. s. dissolue in colaturæ tb. i. olei amygd. dul. aut liliorum, aut axungia gallinæ, aut butyri recentis. ꝑ. ii. cassiæ cum sacch. ꝑ. i. fiat clyster mox supponendus. Quo reiecto nisi melius se habuerit & dolor est vehemens, dissolue philonij Rom. aut asyncriti actuarij ꝑ. β. eo reiecto si dolor perseverat, fove epigastrium ex eodem decocto cum spongia: Deinde illine sequenti linimento.

Linimentū.

℥. Muccag. rad. althææ fœnugræci, & lini, ex aqua extractæ singul. ꝑ. β. axungia gallinæ, butyri recentis, & olei liliorū comp. singul. ꝑ. i. bulliant ad mucag. fermè consumpt. colaturæ dissolue g. bdellij, ammoniaci vino solutorum, & ad mellis crassitudinem coctorum, æsopi humidæ, singul. ꝑ. iii. fiat linimentum quo abdomen illinetur repidè post forum. Si his non remittitur dolor, vtere sequenti.

*Purgans
benignum.*

℥. Sem. anisi, ꝑ. i. cassiæ recens à canna extractæ ꝑ. i. aut ꝑ. i. β. infunde in decocto pectorali, vel in infusione ros. pallidarum per noctem super cineres cal. Expressum detur summo mane: vel ex eadem materia paretur bolus pro laborantis facilitate.

*Curatio si à
cruditate.*

Si voluulus ex ciborum corruptione, aut cruditate fuerit obortus, imprimis vomitus prouocetur. Si nihil ciborum crudorum in ventriculo continetur, iniiciatur clyster flatus discutiens ex Aëtio. Deinde corpus purgandum hiera Gal. per os sumpta cum diaphœnico, aut diacarthamo, cum decocto idoneo. Pauperes vtantur glandibus.

*Curatio si à
flatibus.
Clyster.*

Si dolor colicus à flatibus ducit originem, imprimis clyster discutiens præscribatur hoc modo paratus.

Fomentum.

℥. Maluæ mercur. calamenti, summitatum anethi, & chamæz. singul. m. i. sem. 4. cal. ma. & bac. lauri, & sem. rutæ, singul. ꝑ. ii. coque in aqua suffi. ad tb. i. dissolue bened. lax. elect. de baccis lauri, & diaphœnici, singul. ꝑ. β. mellis anthosati, & olei rutæ, vtriusque ꝑ. ii. fiat clyster mox supponendus. Ex reliquo decocti, fove abdomen cum spongia spatio vnus horæ: Deinde vmbilico admoue cucurbitulam cum magna flamma siue scarificatione. Vel fomenti loco vtere sequenti (reiecto clystere.)

*Cucurbitu-
la.*

Sacculus.

℥. Milij, tb. β. salis communis, 4. i. bac. lauri, & iuniperi, sem. cymini, & fœniculi, rutæ, singul. ꝑ. β. fol. maioranæ, m. i. florum lauendulæ, & spicæ nostratis, vtr. p. ii. frigentur in sartagine, & inclusa

inclusa facculo ex panno cannabino in id parato abdomini admoueatur.

Si voluulus ab epoto venenoso aliquo medicamento, tibi ignoto scaturuerit, vt ere amuletis vniuersalibus, nempe theriaca, aut mithridatio probato & veteri, cum liquore conuenienti. Vt

Curatio si ab epoto medicamento venenoso.

℞. Theriacæ probatæ & veteris, ℥. β. syrupi conseruat. rad. bugl. vel corticis citrii, ℥. i. aquæ cardui bened. ℥. ii. fiat potio statim bibenda. Si venenatum medicamentum tibi est comperitum veluti fungus,

Potio amuleta.

℞. Calcanthi vsti, & sub. triti, ℥. i. syrupi limonum, aut acetositatis citrii, vel granatorum, ℥. i. cum aqua scab. aut succisa fiat potio. Si in primo insultu fueris accersitus, propina vomitorium ante præscriptum, neque semel hoc fecisse sufficiet, sed interposito die vno, eadem repete.

Altera aduersus fungum venenatum.

Si ilei hernia in causa fuerit, imprimis tentandum est, vt decubitu sursum versus vergente adornato, clunibus elevatis delapsum intestinum sensim suo loco reducatur. Quod si commodè reduci non potest, foueatur fotu malactico, vel encathismate sequenti.

Curatio si ex enterocele.

℞. Rad. althææ, & liliorum vtr. ℥. i. β. sem. lini, & fœnugræci, vtr. ℥. i. fol. maluæ, viol. parietariæ, brançæ vrsinæ, singul. m. i. florum sambuci, chamæmeli, & meliloti, singul. m. β. bulliât in aqua suffi. pro fotu scroti, cum spongiis sæpe mutatis, spatio vnus horæ: deinde reducatur intestinum vt dixi. Vt aucta simplicium dosi pareretur in seffus in quo madeat æger ad vmbilicum vsque, in quo sedente reducatur si fieri potest: Eo reducto, exsiccato corpore admoue subligaculum cum sequenti emplastro vt intestinum retineatur.

Fomentum malacticū.

℞. Massæ emplastri contra rup. & de mastiche, vtr. ℥. i. olei lentisci, ℥. β. pul. herniariæ, & lap. magnetis vel limaturæ chalybis, vtr. ℥. ii. fiat massa ex qua parentur emplastra inguini admouenda, rasus pilis, si qui fuerint, & renouanda quoties opus erit. Quotidie mane comedat ℥. β. conseruæ rad. symphyti ma. vel tantundem conser. rosarum, vel corticis citrii conditæ. Colicus dolor si à vermibus contingat, curabitur vt dixi c. 42. vel vt capite sequenti ostendam. Veruntamen priusquã vltra progrediar, operæpretium duxi describere remedia tam simpl. quam comp. atque amuleta, vt quisque suo Marte sua componat remedia, nisi malit vti nostris iunior medicus in arte

Curatio si à vermibus. Catalogus simpl. & comp. medic. quæ colico & ileo dolori conueniunt.

nódum exercitatus. Inter simplicia quæ à qualitate manifesta agunt, sunt rad. helenii, præoniæ zedoariæ, galågæ, althææ, asparagi, asari, & panacis: herbæ, organû, menta: mentâ improbat Auic. quia flatulenta, fen 16. 3. tr. 4. cap. 28. contra probat Aëtius li. 9. quia eius humiditas coctione euanescit. Sampfucus, pulegium, hyssopus, satureia, prassium albû, absinthium, scordium, ruta, rosamarinus, mercurialis, verbenaca, panax, gladiolus, satureia, thymus, beta, mal. viola. Semina anisi, fœniculi, dauci, siseleos, anethi, carui, ammi, lini & fœnugræci & vrticæ; sal, sulphur: ficus siccæ, carthamus, baccæ lauri, & iuniperi. Flores chamæmeli, meliloti, centaurii minoris. Castoriû crocus, opium, vinum absinthites optimum: & inter cõposita sunt oleum chamæmeli, liliorum, amygdalarum dulcium, butyrû recens, axungia gallinæ, anatis, anseris: oleû de castorio, de piperibus, petroleum, terebinthina, oleum nucû, rutaceum, anethinum, pul. aromat. rosatum, diatrium piperorû, elect. de baccis lauri, pul. elect. Ducis, gallia moschata, moschus, ambra, ciucta, philon. romanum, asyncritum, diacodion, syrupus de papauere, de nymphæa, mithridatium, & theriaca, mel anthosatum, ius galli antiqui, hiera simplex Galeni, & pacchii, gummi galbanum, serapinum, &c.

Empirica. Inter amuleta, sunt sterces lupinum, autore Gal. li. 10. simp. med. atque intestinum lupi siccatum, tritum, datum pondere ʒ. i. aut ʒ. iiii. cû vino albo tenui, quæ à tota substãtia cõueniunt. Si in vino coxeris flores chamæmeli vel anethi erit efficacius. Eadem ratione cæterorû animalium intestina valere iudicamus. Pelle lupi variè vtuntur empirici nonnulli, cubiliû stragulas, cõtra hoc malum cõparant. Alii cingulum gestant, aut partem pellicis ventri admouent: alii sterces nucula perforata includunt, de collo suspèdunt, vt ad ventrè perueniat: alii vtuntur ligula e corio ceruino, aut filo lanæ ouillæ, quæ à lupo interfecta sit, vel quæ à lupo euaserit. Nonnulli laudant sanguinẽ anguillæ. Aëtius li. 9. c. 31. laudat alaude genus cristatum (quod galerita dicitur) vstum, aut elixû cum iure galli. Alii laudant sterces gallinæ sicciore pabulo nutritæ, ex oxycrato propinatû. Tunicæ interiores ventriculi erinacei, masculi quidem in viris: fœminæ in mulieribus, adiecta tertia parte eorum quæ incidunt, detergent, & alioqui colicæ conueniunt. Hæc probantur Græcis & Arabibus. Sunt qui pro secreto habent, si ossium mespillo-

Oss. mespillo-

rum, z. i. cum sem. anisi. & vino sumatur, non minus colicum dolorem sedare quàm calculum frangere.

De Vermibus.

C A P. L V.



LUMBRICORVM tres sunt differentia, una (de qua nunc agimus) à Græcis Ελμίνθες *ερόγγυλοι*, à Latinis Lumbrici teretes, i. longi & rotundi dicuntur. Alterà Græci appellant *ελμινθας πλαθεαι*, alii verò Medici Græci *κίειας*: i. institas, à similitudine quam ad institas habent. Vocatur etiam *ταινια*, quod instar fasciarum sint lati ac longi. Tæniarum seu latorum longitudo est incredibilis teste Plinio li. 9. c. 33. ut tricenum aliquando pedum sunt visæ, aliquando etiam plurium. Rara est huius vermis generatio, qui sæpe per omnia extenditur intestina. Tertiæ meminit Hip. aphor. 26. sect. 3. quam *ασκαριδας* appellat, à verbo Græco *ασκω* seu *ασκεζω*: i. moueo: quia suo motu pruritus in sphinctere generant & ad egerendum concitant. Sunt lûbrici tenues & breues qui in inferiore parte recti intestini generantur. Interdum in auribus, vesica, & sordidis vlceribus generantur vermes valde exigui, à superioribus diuersi qui *σιάλικες*, & non *ελμίνθες* à Græcis appellantur.

De vermium differentijs.

Descriptio.

Est affectus præter naturam in numero auctus: quia in hoc morbo est generatio substantiæ quæ antea non erat. Gal. lib. de differ. morborum cap. 8. & cap. ultimo lib. 14. meth. med. Lumbrici rotundi frequentius generantur in superioribus intestinis, hinc in ventriculum subeunt. Frequentius grandioribus quam in tenellis pueris generantur. Contra ascariides in tenellis pueris frequentius, quia eorum cibus facile corrumpitur in ventre inferiore accedente calore. viuificante. Gal. comment. in aphor. 26. sect. 3.

De causis.

Omnium vermium causa, est materia crassa, cruda, & pituitosa, putredini idonea, & non reliqui humores. Nam biliosus humor suo amore, & acrimonia eos perimit: neque bilis atra, quia frigida est & sicca: quia ad vermium generationem requiritur calor: neque sãguis, quãuis calidus & humidus, quia

in venis continetur ad partium totius corporis nutritionem, qui si à propriis vasis effunditur, concrefcit in grumos & suppuratur, auctore Hip. & Gal. in aphor. 20. fect. 6. Non ex semine generantur, sed ex putredine, vt docuit Gal. comment. in aphor. 26. fect. 3. sola putredo non satis est hisce generandis, sed multo etiam calore eget. Pueris, cibis plerumque corrumpitur in ventre inferiore. At in valde tenellis, caliditas nondum materiam idoneam obtinet, & ipsi dominatur. In grandioribus verò materiam obtinet idoneam, ad eiusmodi animalium generationem, & præter eam insuper calorem acquisuerunt. Hæc Galenus loco citato.

Signa lumbricorum secretam ex Paulo.

Signa lumbricorum sunt, intestinorum vellicatio & ventris: tusses non magnæ, aridæ, irritantes, quibusdam etiam singultus, & somni cum tremore, & irrationalibus, stultisque verbis ex somno excitatis. Nonnullos verò cum vociferatione exurgere, & prosilire, sed rursus deiici, & in soporem prosterni. Pulsus autem esse inordinatos, & febres augere nullo ordine pererrantes, cum magno articulorum algore quæ per tertiam, vel quartam diei noctisue partem hominem temere inuadant. Puerulis verò, & grandioribus natu cum prominente lingua exhausta, stridorem fieri dentium, oculos conuere, silentium amare, & excitantibus indignari, stomachari, oculosque apparere, & malas suffundi rubore, atque rursus mutato colore liuescere. Breui verò hæc, & ex interuallis fieri, quorundam verò stomachum petentes nausearum, & vellicationum autores esse, cibum adhæc laborantes auersari: coactos verò nauseantes vix deglutire, oblatumque ac sumptum cibum euomere. Non paucis etiam ventrem deiici, cum esculentorum corruptione, eundemque instar tympani inflari. Reliquum autem corpus propter rationem liqueferi, & tabescere: neque vlla fame præscripta, aut euacuatione immoderata admissa. Cæterum non omnibus hæc signa sunt necessaria, sed tantummodo ea quæ principatum obtinent: aliquando plurima. Alias cum febris ardore vapores ad cerebrum deferuntur: alias sine febre, singularim sunt inquirenda, vt certa methodo instituat curatio.

Tæniæ seu latocorum signa ex Seno & Paulo sumpta lib. 9. c. 40. l. 4. ca. 37.

Tæniæ signum pathognomonicum est, si cum stercorebus quædam semini cucurbitæ similia excernuntur. Epigenomena, sunt oculorum color pallidus, vel croceus: ventris dolor & erosio, præcipue sub famis tempore: quia hoc

animal nutrimentum rapit, & assumptum consumit, ita ut cō-
festim altero opus habeat: narium perēnis frictio; aqua ab ore
progreditur, præcipuè quum labor aut febris ardua laboran-
tem infestat: oculorum cavitās, anhelitus fœtidus, stomachi
vellicatio, appetitus deiectus, & si quis alimentum sumere su-
perfedeat, lancinant intestina, corpus emaciatur, & in dies sic
debilius. Hic vermis fit vel à chilo viscoso, vel à pituita lenta,
quæ secundum intestinorum longitudinem extenditur, vel
circumplicatur, ea sic extensa, animatur; & fit vermis per pu-
tredinem cum calore partis innato. Quæ cum stercore ege-
runtur, semini cucurbitæ similia quæ non sunt fœtus lati ver-
mis, neque eius frustra, quia sunt animata, nulla pars à toto se-
creta est animata. Quid igitur? sunt vermes cucurbitui qui
excernuntur, & simili materia generati, quæ prius in cæco in-
testino continebatur, & sunt signa eius qui secundum intesti-
norum longitudinem extenditur, quique tam sæuis sympto-
matis hominem diuexat, de quo Plinius & reliqui tum Ara-
bes cum Græci & neoterici meminerunt.

Signa ascaridum, sunt pruritus & tinesmus, ut initio versæ
pag. diximus qui generantur ex alimentis vitiosis & corru-
ptis, ac frigiditate. Paulus vermes si circa febrium principia
prouenerint, substantiam ex subiecto discrimine obtinere,
scripsit Paulus loco citato. Circa verò vigorem, & malitioso
putridoque morbo: Circa autem morbi declinationem, me-
lius est, autore Hip. lib. 2. prognost. 18. Expedi (inquit) lum-
bricos teretes cum deiectione exire, morbo ad indicationem
eunte: quia per hanc viam solet natura excernere quod est illi
infensum potius quàm per os, destinatum à natura ad alimenti
receptionem. Neoterici paulo aliter sentiunt. Si circa febriū
exordia vermes viuos aut mortuos excernuntur: illi sunt ma-
li indicii: arguunt magnam corruptionem, ut in peste: hi ve-
rò denotant naturæ robur & materiæ mundificationem. Cir-
ca verò morbi statum, ambos malum quoddam portendere:
Iuxta verò finem febrium, viuos adhuc boni quidpiam repræ-
sentare, videlicet mundificationis argumentum. Mortuos au-
tem mali nuncios esse: quia proueniunt ex materia malitiosa.
Auic. & Rhafis, vermium exitum damnāt cum sanguinis pro-
fluuiō, quia erosionem à vermibus illatam indicant. Matth. è
gradib. azaranii autoritate impulsus in 9. ad Almanforē scri-
puit, qui sunt ascaridibus sæpe tentari, esse breuioris vitæ.

*Ascaridū
signa.*

*De prognos-
ticiis.*

Addit Aëtius lib. 9. cap. 39. Peiores ex ipsis sunt maiores, minoribus: paucis, multi & albis rubri: viuentes mortuis deteriores.

*Curatio
lumbricorū
prophyla-
tica diata*

Vermium curatio in duas partes diuidi potest, nempe in prophylacticen, & therapeuticen: prophylactice vero, diuiditur in dietam & pharmaciam. Dieta sit potius calida & sicca quam humida expers pinguedinis. Dulcia in præcautione nõ rejicienda, quia materiam vermium detergent: in curatione per os sumpta, vermes nutriunt. Somno vtendum nocturno potius quam diurno. Aluus lenis esse debet. Exercitium moderatum confert. Desidiosa vita nocet. Cibi sint boni succi & facilis distributionis: pro potu vtendum vino oligophoro. Si puer lactens, præscriptam dietam obseruabit nutritrix.

Pharmacia

Remedia quibus vtendum venit, sunt aut calida, si hyems fuerit, amara & acria: aut frigida, si æstas, idque circa interlunium mane & in læti ingressu cum sapa aut alio liquore dulci. Vt

*Puluis ad
præcautio-
nem & ad
curationem
vermium.*

℞. Sem. contra vermes, acetosæ, portul. & caulium, cornu cerui vsti, corallinæ, rasuræ eboris, & rhab. selecti, singul. ʒ. β. rad. filicis, & dictamni, sem. citrii mund. & lupinorum amarorum, singul. ʒ. ii. fiat pul. subtilis, cuius cap. plus minusue pro ætate & facilitate cum sapa, vel cum vino, aut alio liquore idoneo. Contra, si puer est valdè difficilis, est cogendus, immisso in ore cornu argenteo, vt liquor infundatur: & extrinsecus admoueantur emplastra in sequentibus descripta.

*De thera-
pœutica cu-
ratione.*

Curaturus vermes multa sunt consideranda, nempe ætatem, ætæpus, regionem, & sedem. Deinde si adest febris, aut alui fluxus, aut non. Omnia vermium genera eadem methodo curantur, hoc tantum discrimine: Tænia fortiora exposcit remedia, quam teretes siue rotundi, lûbrici dicti, siue per os sumantur: siue foris adhibeantur vmbilico: quia firmiter intestinis hæret. Ascariides verò podici adhibitis remediis curantur: Teretes mitiora requirunt præsidia, siue per os sumantur, siue foris adhibeantur, liquida forma, potius quam solida mane vacuo vetriculo, circa interluniū, spatio duorum, aut trium dierum.

Si nulla est febris curantur amaris, & detergentibus, mixtis aliquot dulcibus, quibus illecti, ab amaris facilius moriuntur. Si febris adest, amara, acria, & siccantia illis aduersantur, quia febrem augent, quorum loco vtendum erit refrigerantibus post scribendis: neque astringentia si obstructionis aliqua

fuerit suspitio, at si alui fluxus aut vomitus fuerit, tunc concedi possunt. Quibus remediis vtendum sit, inter simplicia calida, sunt rad. helenii, aristol. gentianæ, filicis, agaricus, rhab. zedoaria, allium, ciclamini, raphanus, cortex rad. mori arboris, lignum guaiaci &c. Herbx, absinthium pont. maius, abrotanum, tanacetum, scordium, calaminthe, origanum, hyssopus, ruta, agrimonia, scabiosa, prassium album, polium montanum, persicaria vtraque, persicæ arboris folia, mentaltrum, chelidonium maius &c. Semina contra vermes, nigellæ, caulium, crucæ, nasturtii, apii, cymini, iecuridacæ, seu hedy sarum Diosc. cardamomi, seriphii, piperis, myrrha, aloë, muscus marinus corallina dicta, lupinus amarus, fel animalium. Inter composita censentur theriaca antiqua, & mithridatium, opiata Salomonis, confectio de hyacintho: syrupus absinthii, de menta, de prassio, & de pluribus infusionibus florum persicorum, elect. contra vermes. Frigida simplicia sunt rad. graminis, acetosæ, lapati acuti, & cichorii, semina citrii, limonum, auranciorum, acetosæ, portulacæ, & plantaginis, lactucæ agrestis (quam endiuia pharmacopei appellant.) Harum plantarum aquæ stillatitæ, & succi, omphacium, acetum, succi citrii, limonum, & qui ex his componuntur syrupi, & de granatis acidis, oxy saccharum simpl. oxymel simp. & scilliticum: syrupus de cichorio, de succo fumaricæ: inter fructus mixaria. Inter deleteria sunt cornu cerui vstum, & rhinocerotis, astragalus bouis, lumbrici terreni, & humani vsti, corallium, medulla cerui, perinæo, lumbis, & ventri inuncta. Ex his medicamentis simplicibus variæ remedium formulæ componi possunt tum internorum, vt apozematum, iuleporum, puluerum, electuariorum, tum externorum, vt linimentorum, vnguentorum, cataplasmatum & emplastrorum. Quantitas remedium iudicatur à vermium magnitudine: & ab vsu, & eorum situ, necnon ab ætate puerili, aut senili, ab anni tempore, si hyems, aut æstas fuerit, & à symptomatis, qualia sunt syncope, cardialgia, vomitus, lienteria & cæt. superius enunciata.

Calida & frig. simpl. & composita quæ vermes enecant.

Nec sufficit enecasse, sed etiam sunt expellendi, ne putridis vaporibus febres, epilepsiam, aut præscripta symptomata excitent: vt si in ileo intestino fuerint, sequenti clystere deorsum (dulcedine allesti) trahantur, vt tandem alio enecante, vna cum stercoribus educantur.

*Clyster
deorsum
alliciens
vermes.*

℞. Lactis capræ recentis, ℥. 4. si infans, aut ℥. viii si est ætate prouectiore, sacch. rubri ℥. i. vitellum i. oui fiat clyster mox supponendus. Vel

*Clyster ad
idem.*

℞. Decocti hordei, passul. mund. sebesten, iuiubarum & ficuum, q. s. dissolue sacch. rubri, ℥. ii. vitellos duos ouorum sine oleis fiat clyster. Si apparet vermes in colo intestino detineri, paretur sequens.

*Clyster
vermes
enecans &
educens si
sunt in colo
intestino.*

℞. Rad. aristol. & filicis maris, vtr. ℥. i. herb. absinthii p. ma. pulegii, & abrotani, singul. m. i. centaurii mi. & scordii, vtr. m. β. coquantur in sero lactis: vel iure capi, ad ℥b. i. aut ℥b. β. dissolue succi persicarie depurati, & olei amygd. amar. vtr. ℥. ii. fiat clyster. Vel si non patet eos descendisse, vttere sequentibus.

℞. Opiatæ Salomonis ℥. ii. cap. quotidie mane ℥. ii. boli instar vel potionis, cum aqua stillatitia mentæ horis iii. ante ientaculum.

*Potis enecans &
educens
lumbricos.*

℞. Pul. in præcautione descripti, & agarici, trochisc. vtr. ℥. β. pul. hieræ Gal. ℥. i. elect. diacarthami, & diaphœnici, vtr. ℥. 4. syrupi florum persicorum ex multis infusionibus, & aquæ stillatitiæ scabiosæ, vtr. ℥. i. fiat potiuncula quam summo mane capiat & superdormiat. Vel

*Pilula ad
idem pro
adultis.*

℞. Massæ pilul. ruffi, ℥. i. agarici troch. alhandaal granum vnum cum syrupo vel vino absinthites, forma pilulas 4. aut vi. quas cap. cum sapa aut cum pane missali aut obæliis aut syrupo mentæ: ne lumbrici in ventriculum subeant vmbilico admoueantur sequentia

Vnguentū.

℞. Olei lumbricorum ℥. i. vnguenti arthanitæ ℥. ii. adde pul. absinth. & mentæ, cornu cerui vsti, fellis tauri aut alterius, & aceti acris, singul. ℥. i. fiat vnguentum quo vmbilicus ter in die illinetur. Vel

Cataplasma.

℞. Succorum persicariæ, vel scordii, vel absinthii, & aizoi minoris acris scil. ex aceto extractorum, vtr. ℥. i. β. terebinthinæ laricæ, ℥. i. fatinæ lupinorum amarorum, & fellis porci, aut alterius, vtriusque ℥. β. pul. tanaceti, myrrhæ, aloës, & bituminis, singul. ℥. ii. incorporentur simul sine coctura in cataplasma vmbilico admouendum. Vel horum loco illinentur lumborum regio, venter, & perinæum medulla cerui si extiterit.

Si adest

Si adest febris cum lumbricis, utere sequentibus.

PRæmisso sequenti clystere educatur sanguis si æger est *πελευκός* ad ℥. vi. aut viii. ex vena axillari non ratione vermium sed febris, à qua vitæ discrimen immineret, modo vires constant.

℥. Fol. viol. cucurbitæ (siccæ) vel portul. lactuæ, Borrag. cichorii, singul. m. i. prunorum, pa. vi. sem. 4. frig. ma. & citrii singul. ℥. ii. florum nymphææ & viol. vtr. p. i. coque in aqua ad ℔. i. colaturæ dissolue diapruni simpl. mellis violati, *Clyster s. febris cum vermibus fueris.* & olei nymph. singul. ℥. i. β. fiat clyster, cui adde vitellum vnum oui. Vel loco aquæ simpl. coquantur in sero lactis.

℥. Sem. acetosæ, & limonum, vel citrii, vtr. ℥. β. cinnamomi, ʒ. 4. tamarind. ʒ. ii. cassiæ recens à canna extractæ, ʒ. i. infundantur omnia simul in decocto hordei, prunorum, vuarum damasc. mundat. & sebesten, & florum cord. per noctem super cineres cal. Expressioni dissolue syr. florû persicorum ex 9. infusionibus, ʒ. i. fiat potio. Si quis veretur cassiam, utatur manna Cal. pari pondere.

℥. Rad. acetosæ, & lapari acuti, vtr. ʒ. i. herb. cichorii, scabiosæ, portul. singul. m. i. prunorum, pa. vi. sebesten, pa. xii. sem. portul. endiuæ, & citrii, acetosæ, melonis, sing. ʒ. ii. florum nymphææ, & borrag. vtr. p. i. coque in aqua ad ℔. i. syr. de granatis acidis, ʒ. iii. fiat iulepus clarific. & aromat. santalo citreo, in plures doses. *Apozema ad idem.*

Iteretur potio purgans præscripta, substituendo elect. diaprunum lax. vice cassiæ ad ℥. β. aut ʒ. vi. & syrapi de cichorio dupl. rhab. vice syrapi de floribus persicorum, quam cap. finito apozemate ex artis instituto.

℥. Cornu cerui vsti, vel rhinocerotis si haberi potest, vel huius loco astragali bouis, & lumbricorum terrestrium, vel humanorum lotorum, siccatorum, & vstorum, singul. ʒ. ii. corallinæ, & sem. citrii, vel limonum mund. vtr. ʒ. i. fiat pulvis. *Pulvis.*

℥. Pul. præscripti. ʒ. ii. confer. florum cichorii, & corr. citrii, sacch. conditi, vtr. ʒ. iii. sacch. albi aqua portul. soluti & cocti, ʒ. iii. fiant tabellæ pondo ʒ. ii. cap. vnam post singulas do- *Tabellæ.*

ses apozematis & reliquas purgato corpore mane horis tribus ante primum pastum, sic per multos dies continuando.

*De inspul-
ueris.*

Si infans adhuc in cunis fuerit, nutrix huius pulueris dissoluat ℞. i. in parua quantitate pultis ab initio, deinde propinabit reliquum pultis in qua nullus puluis fuerit, sic (sine negotio vsus erit facilis.) Maioribus natu, dissolue ℞. ii. aut ℥. i. cum decocto sebesten, vel cum vino albo, si nulla febris, vel tantundem pul. scripti ad præcautionem.

Si alui fluxus fuerit à vermibus, astringentia ventriculura corroborantia, tam interna quam externa quæ scripta fuerunt cap. de diarrhœa præscribi poterunt, eis miscendo aliquid pul. præscripti. Et in externis non nihil aceti velocioris penetrationis, (modo nulla sit obstructio) addendum.

*Ascaridum
curatio.*

Ascarides curantur balanis, ex lardo indito podici filo oblongo suspensis, vt facilius extrahantur, & saepe reperantur. Hoc remedio vermes delectantur, & sequuntur. Sic gossipii lanugo, melle lacteque imbuta & immissa ascarides secum deducit. Aëtius cap. 41. loci citati. podicem fouet fumo lapidum ignitorum in decocto amarorum medicamentorum & extinctorum, ac etiam balanis ex melle, stercore murium, & hieræ paratis. Si expurgandum est corpus, validiora purgantia sunt præscribenda, quia podex longius distat à ventriculo quam tenuia intestina quibus dulcia non sunt miscenda, vt in teretibus curandus diximus, sed amarissima, & acerrima tantum sunt aptanda, vt in Tania.

*Taniarum
curatio.*

Tania exposcit cathartica, scammonium & colocinthidem recipientia, & non eccoproctica. Clysteres etiam acres sunt præscribendi, vel ex sola muria: vel ex decocto prassij, absinthij p. ma. tanaceti, centaurii mi. rad. gentianæ, aristol. in lixiuio parati cum hiera comp. aut pachii. Excluis vermibus, corroboranda erunt intestina per medicamenta astringentia tam sumpta quam admota, ex calidis simplicibus & compositis præscriptis selecta. Formulæ à perito Medico concinnari poterunt, quas de industria prætermitto.

De Hamorrhoidibus.

CAP. LVI.

A *ἡμορροΐς*, Latinis Sanguinis fluxus dicitur, qui fit per sedis venas dilatatas autore Gal. lib. de atra bile. Differentiæ sumuntur à situ, à colore, ab asperitate, & à symptomatibus. *De differentiis.* A situ, aliæ sunt internæ aliæ externæ. Internæ scaturiunt ex venis mesenterii quæ in extremo intestini recti desinunt, & sanguis qui ab iis profilit est serosus & tenuis. Externæ vero, ex venis hypogastrii, quæ in sphincterem desinunt, & sanguis qui defluit, est magis saturatus, quia à vena caua descendente provenit. A colore & asperitate: quoniam aliæ læues, & vis similes & vuales nominantur: aliæ sunt rugosæ, aliæ verrucalæ, & aliæ morales, à mororum similitudine dicuntur. A symptomate, quoniam aliæ inflammationem comitem habent, aliæ non. Aliæ dicuntur cæcæ, quia ex his nihil effatu dignum excernitur, & dolorem acerbissimum inferunt: Aliæ sanguinem effundunt & generis nomen obtinent. Sanguis effluit, aut per diapedesin, aut per anastomosin, aut per diurosin. Si per resudationem, sanguis est paucus, & aquosus. Si per anastomosin, sanguis est crassior & guttatim defluit, idque in maiori quantitate, & præcipuè quum redduntur excrementa alui. Si ab etosione, præcessit vlcus circa sedem, & sanguis fluit etiam in magna quantitate, sine compressione. Nunc non ago de hæmorrhoidibus quæ in mulierum utero & alibi nascuntur, quoniam singula suo loco sunt tractanda.

Causæ efficientes sunt externæ aut internæ: externæ sumuntur ab esculentis, potulentisque sanguinem crassum, ac fæculentum generantibus fusissimè à Gal. 3. loc. affect. cap. de melanch. descriptis, à moerore, & tristitia: necnò à medicamentis acribus; qualia sunt aloë supra teste Mesueo, quæ venas sua acrimonia aperit, & admota eas sistit, quia emplastica: colocinthis, scâmonium, elaterium & similia. Causæ internæ, sunt mensû suppressio: aut sanguinis melanch. copia, quæ iecur ad sedis venas reponit. Signa ex superioribus sunt satis nota & perspicua. *Signa & præfagia.* Hæmorrhoides si moderatè fluxerint hominem à pleuritide, à præfagia.

peripneumonia, à phagædenis, furunculis, tuberculis, lepris & vitiliginibus liberant, teste Hip. lib. de humoribus parte 3. textu 26. & lib. 6. epid. sect. 3. textu 37. Contra, si immoderate fluant inde consequitur cachexia, hydrops (refrigerato hepate) & mors.

Melancholicis, & nephriticis hæmorrhoides succedentes, bonum inquit Hip. aphor. 11. sect. 6. Insanias, si varices vel hæmorrhoides superuenerint, insaniz solutio, aphor. 21. eiusdem sect. quia per eas humor melancholicus (qui est insaniz causa effectrix) reuellit, & euacuatur. Verrucæ cæteris sunt deteriores inquit Auic. fen 17. tertii tr. 1. cap. 2.

*Curatio
cacarum.*

Hæmorrhoides cæcæ triplici remedium genere curantur: victu, anodynis, & aperientibus tam sumptis quam admotis.

De victu

Victus ratio refrigerans & humectans esse debet, (& præcipue si ad sit inflammatio) & solito parcius, boni tamen succi, fugiendo acetum, aromata, acria, legumina, caseum veterem, brassicam, orizam, milium, panicum & quæcumque alia quæ crassum, & sæculentum sanguinem procreare possunt, veluti caro apri, cerui, lepore, bouis, & volucrum aquaticarum: nec non pisces cœnosi: contra marini & saxatiles qui carne dura sunt præditi, veluti anadromi, seu acipenseris, lucius, perca, locusta, astaci &c. in parua quantitate concedi possunt. Elixæ, aliis sunt præferenda: iura carniū vituli, veruecis, agni, hœdi, alterata herbis refrigerantibus, portulacæ, oxalide, cichorio satiuo, borragine, buglosso, violis, cucurbitis erunt ex vsu. Alius libera esse debet, quæ si talis non fuerit, sollicitanda erit priore decocto brassicæ, vel mercurialis in iure pulli insulso, aut vituli, vel prunis nostris solutiuis in nostra Paraphrasi gallica in pharmacopœia descriptis: vel syrupo violato ex 9. infusionibus, vel cassia vel manna potius quam clysteribus, aut balanis, nisi urgente necessitate.

Pro potu vtendū prisana, aut hydrofaccharo, si fieri potest, sin minus vino albo potius quam nigro aut astringente, diluto aqua bullita in pastu tantum ad virium robur. Panis secalis utilis. Exercitium, & equitatio grauis, est valdè molesta. Omnia animi pathemata, (excepto gaudio) sunt vitanda: pariter & coitus superfluis. Exonerata alio aliquo eccoprotico ex præscriptis aut clystere emolliente ac refrigerante in parua quantitate: Et si corpus plethoricū videatur, aut suppressi sunt menses, aperiatur saphenæ vtriusque malleoli, vt monet Gal.

Dephlebentia.

lib. de sanguinis missione per venæ sectionem, cap. II. Contra, si cacochimum, purgabitur melanagogis. Verum si neque plethoricum neque cacochimum fuerit, sanguisugæ in aqua *De sanguisugis.* prius repurgatæ & famelicæ, illis partibus admoucantur, quæ si recusauerint, (vt sis voti compos) in arundine inclusæ, podici (loto,) admoue hæmorrhoidi sanguinem alicuius animalis calentem, vt eam ad se alliciat.

Quæ ubi sanguine plena apparebit, sale vel cinere aspergatur, vel oleo calente, & cadet, deinde æger in cathedra deiectionis sedeat, & anus foueatur vapore alicuius decocti emollientis, disco aliquo supposito, satis sanguinis quantitas in eo defluet: sic iuuabitur æger. Si hæmorrhoidum tumor nondum planè subsederit, rursus hirudines admoucantur. Quæ si in loco cui adhæserunt, dolorem aliquem relinquunt, illine linimento parato ex oui vitello, & oleo rosato cum opii tantillo. Si verò hæmorrhoides intus lateant, vt neque fricari, neque ipsis hirudines admoueri possunt, fingantur balani acres, ex parte vna myrrhæ & duabus partibus pul. hieræ Gal. iustæ longitudinis. Vel componantur ex sapone gallico, cum succo rad. ciclamini & pul. colocynthidis. Vel hoc modo:

℞. Rad. cyclamini, ellebori albi, calamenti, & euphorbii, singul. ʒ. β. pul. colocynthidis, ʒ. β. succi cepæ vel fellis & saponis genueusis vtr. ʒ. β. fiant balani. Si his præ duritie dolor non remittitur, neque aperiantur, sequentibus vtete.

℞. Rad. althææ, ʒ. iii. liliorum, & bryoniz. vtr. ʒ. i. β. lini, & foenugræci, vtr. ʒ. i. fol. bismal. maluz, viol. mercurialis, & parietariæ, singul. m. i. florum sambuci, chamæm. & meliloti, tapsi, hyoscyami, nymph. centaurij. m. i. singul. m. β. coque in aqua pro fotu cum spongia. Et si extrinsecus non appareant, dirigatur vapor per tubum infundibuli in anum ægro sedente in cathedra deiectionis. Si neque hoc remedio dolor conquiescit, aucta simplicium dosi paretur encathisma in quo residueat per horam bis in die.

℞. Pul. scillæ, serpentariæ, & salis gemmei, singul. ʒ. i. succi eicutæ, & mercur, vtriusque ʒ. iii. mellis, ʒ. vi. coque & para duas balanos ano indendæ post semicentium. Vel alia ex præscriptis supponetur. Si neque his aperiantur, adhibe scalpulum quamuis dolorificum.

℞. Philonii Rom. vel asincriti, ʒ. β. cum serico rubro raro

G G g iij

De Ani Procidencia.

CAP. LVII.

H Πρόπρωσις ἄρχου Græcis, Prolapsus seu Procidētia Ani: Latinis dicta: qui 4. musculis constructus, sphinctere nēpe ab astrictiois officio sic nominato & tribus aliis illi ancillatibus, Anus quasi vetula, à rugarum senilium similitudine dicitur. Anus procedit modo sponte, modo egerendi conatu, apparetque sphincter interdum totus, inuersus atque prouolutus. Causa est musculi resolutio seu laxitas ex multi humoris perfusione: qua ratione pueris & infantibus quā adultis id vitii familiarius obseruatur. Interdum fit ex natatione in frigida: alias ex longa sessione super saxum frigidum. Alias ex violenta diarrhœa: alias ex paralyfi. Simili ratione fit vteri prolapsus.

Curatio.

Imprimis Anus sensim comprimendo manibus reponatur. At si pars externa rugosa aut inquinata fuerit, lauetur vino tortiuo in quo coxerint aliqua astringentia, deinde reponatur. Si ex longa in aëre mora extumuerit prius ex eodem decocto foueatur pars cum spongia, deinde reponatur.

Quod si propter inflammationem Anus in tumorem elatus impelli nequeat, & plenitudo fuerit, educatur sanguis, & prouocetur vomitus. Si verò nulla adsit plenitudo, æger vtatur fotu aut in sessione ex decocto malux, althææ, lini, scœnugr. chamæmeli, meliloti, & similibus concinnata. Aut in aquam calidam conscendat, & illic ad tempus immoretur. Parte reposita ne iterum procidat vtendum erit sequentibus præfidiis.

*Fomentum
vel enca-
stisma.*

℞. Gallarum, nucum cupressi, & balaustiorum, rad. bistortæ, singul. ꝯ. i. fol. saluix, taphi barbari, absinthii, rosarum rub. hippuris, vel lentisci, vel myrthi, singul. m. i. vsnæ, & herniariæ, vel rotism. vtr. m. β. coque in aqua fabrorum & vino rub. tortiuo pro fotu podicis cum spongia. Vel ex eadem materia aucta dosi, parctur in sessus in quo resideat per aliquot horas. Vel

℞. Ladani

petenda. Si cordi, è capite de hectica febre: si ventriculi, è cap. de imbecillitate ventriculi: si hepatis, è capite eiusdem partis intemperiei sicca. In summa iis partibus vnde mali fomes est prospiciendum: secus omnia irrita fient. Quamobrem hallucinantur ij, qui nulla causarum animaduersione, etiam ab initio atrophia laborantes cibis euchymis refarcire conantur. Impura enim corpora, aut intemperata, aut quibus obstructionum aliqua suspicio in hepate sit, quanto plus nutriueris, eo magis læseris. Hippoc. aphor. 10. sectione secunda.

Quamuis enim corpus extenuatum celeri multaue refectio-
 ne indigeat, ad hanc tamen paulatim veniendum suadet virium imbecillitas, ne si corpus infuctum subita multitudine oneretur & concoctionem impediat. Nam quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere oportet, quæ verò breui, breuiter. Hip aphor. 7. sectione 2. Et post Hip. Celsus lib. 3. cap. 22. inquit, Si quis plus iusto assumere est solitus, vno die abstinere debet, deinde ab exiguo cibo incipere, & quotidie adijcere, donec ad iustum modum perueniat. Per omne igitur tempus fouendum aëre temperato, eoque aut naturali, aut arte præparato, vt Gal. 9. & 10. lib. methodi med. docet. Æger in lecto & conclauo ampliore decumbat, somno indulgeat locis quam minimè frigidis ambulare conuenit, sole vitato, & quæcumque distillationes concitant: necnon animi pathemata (gaudio excepto) & omnibus quæ hilaritatem adducunt. Si non licet per manus exerceri, & infirmior fuerit, gestari per loca amœna, & perfricari optimum erit, & vngi oleo ante & post cibum. Cibis opus est paucis, & sæpius oblati, boni succi, quibus insit facultas humectandi & mediocriter refrigerandi, quique etiam minus facilè corrumpantur, ac etiam dissipentur: sed pertinaci, & constanti materia, voracique exedenti calori obstant: qualia sunt extrema animalium, oriza, amyllum, cremor hordei, polenta, simola cum lacte amygd. cocta, aut iure capi, vituli, agni &c. Testudo terrestris, cancri fluuiatiles & quæ ex his aqua stillaritia elicitor. Ranarum coxa, limaces, omnisque caro glutinosa concedi potest: pisces recentes, & saxatiles. Iura carniū alterentur portulaca, lactuca, seride cucurbita, oxalide, violis, atriplice, caltha, borragine, buglossa &c. Testes gallorum nondum coëntium, oua

*Clyster
deorsum
allucens
vermes.*

℞. Lactis capræ recentis, ℥. 4. si infans, aut ℥. viii si est ætate prouectiore, sacch. rubri ℥. i. vitellum i. oui fiat clyster mox supponendus. Vel

*Clyster ad
idem.*

℞. Decocti hordei, passul. mund. sebesten, iuiubarum & ficum, q. s. dissolue sacch. rubri, ℥. ii. vitellos duos ouorum sine oleis fiat clyster. Si apparet vermes in colo intestino detineri, paretur sequens.

*Clyster
vermes
enecans &
educens si
sunt in colo
intestino.*

℞. Rad. aristol. & filicis maris, vtr. ℥. i. herb. absinthii p. ma. pulegii, & abrotani, singul. m. i. centaurii mi. & scordii, vtr. m. s. coquantur in sero lactis: vel iure capi, ad ℔. i. aut ℔. s. dissolue succi perlicariæ depurati, & olei amygd. amar. vtr. ℥. ii. fiat clyster. Vel si non patet eos descendisse, vtere sequentibus.

℞. Opiatæ Salomonis ℥. ii. cap. quotidie mane ℥. ii. boli instat vel potionis, cum aqua stillatitia mentæ horis iii. ante ientaculum.

*Potio enecans &
educens
lumbricos.*

℞. Pul. in præcautione descripti, & agarici, trochisc. vtr. ℥. s. pul. hieræ Gal. ℥. i. elect. diacarthami, & diaphœnici, vtr. ℥. 4. syrupi florum persicorum ex multis infusionibus, & aquæ stillatitiæ scabiosæ, vtr. ℥. i. fiat potiuncula quam summo mane capiat & superdormiat. Vel

*Pilule ad
idem pro
adultis.*

℞. Massæ pilul. ruffi, ℥. i. agarici troch. alhandaal granum vnum cum syrupo vel vino absinthites, forma pilulas 4. aut vi. quas cap. cum sapa aut cum pane missali aut obæliis aut syrupo mentæ: ne lumbri in ventriculum subeant vmbilico admoueantur sequentia

Vnguentū.

℞. Olei lumbricorum ℥. i. vnguenti arthanitæ ℥. ii. adde pul. absinth. & mentæ, cornu cerui vsti, fellis tauri aut alterius, & aceti acris, singul. ℥. i. fiat vnguentum quo vmbilicus ter in die illinetur. Vel

Cataplasm.

℞. Succorum persicariæ, vel scordii, vel absinthii, & aizoi minoris acris scil. ex aceto extractorum, vtr. ℥. i. s. terebinthinæ laricæ, ℥. i. fatinæ lupinorum amarorum, & fellis porci, aut alterius, vtriusque ℥. s. pul. tanaceti, myrrhæ, aloës, & bituminis, singul. ℥. ii. incorporentur simul sine coctura in cataplasma vmbilico admouendum. Vel horum loco illinentur lumborum regio, venter, & perinæum medulla cerui si extiterit.

Si adest

Si adest febris cum lumbricis, vtere sequentibus.

PRæmisso sequenti clystere educatur sanguis si æger est *per uasibus* ad ℥. vi. aut viii. ex vena axillari non ratione vermium sed febris, à qua vitæ discrimen immineret, modo vires constant.

℥. Fol. viol. eucurbitæ (si æstas) vel portul. lactuæ, Borrag. cichorii, singul. m. i. prunorum, pa. vi. sem. 4. frig. ma. & citrii singul. ℥. ii. florum nymphææ & viol. vtr. p. i. coque in aqua ad lb. i. colaturæ dissolue diaprui simpl. mellis violati, & olei nymph. singul. ℥. i. β. fiat clyster, cui adde vitellum vnum oui. Vel loco aquæ simpl. coquantur in sero lactis.

Clyster si febris cum verminibus fuerit.

℥. Sem. acetosæ, & limonum, vel citrii, vtr. ℥. β. cinnamomi, ℥. 4. tamarind. ℥. ii. cassiæ recens à canna extracta, ℥. i. infundantur omnia simul in decocto hordei, prunorum, vuarum damasc. mundat. & sebesten, & florum cord. per noctem super cineres cal. Expressioni dissolue syr. florū persicorum ex 9. infusionibus, ℥. i. fiat potio. Si quis veretur cassiam, vtaur manna Cal. pari pondere.

Eccopropticum medicamentum ad idem.

℥. Rad. acetosæ, & lapati acuti, vtr. ℥. i. herb. cichorii, scabiosæ. portul. singul. m. i. prunorum, pa. vi. sebesten, pa. xii. sem. portul. endiuicæ, & citrii, acetosæ, melonis, sing. ℥. ii. florum nymphææ, & borrag. vtr. p. i. coque in aqua ad lb. i. syr. de granatis acidis, ℥. iii. fiat iulepus clarific. & aromat. santalo citreo, in plures doses.

Apozema ad idem.

Iteretur potio purgans præscripta, substituendo elect. diapruium lax. vice cassiæ ad ℥. β. aut ℥. vi. & syrui de cichorio dupl. rhab. vice syrui de floribus persicorum, quam cap. finito apozemate ex artis instituto.

℥. Cornu cerui vsti, vel rhinocerotis si haberi potest, vel huius loco astragali bouis, & lumbricorum terrestrium, vel humanorum lotorum, siccatorum, & vstorum, singul. ℥. ii. corallinæ, & sem. citrii, vel limonum mund. vtr. ℥. i. fiat puluis.

Pulvis.

℥. Pul. præscripti ℥. ii. confer. florum cichorii, & corr. citrii, sacch. conditi, vtr. ℥. iii. sacch. albi aqua portul. soluti & cocti, ℥. iii. fiant tabellæ pondo ℥. ii. cap. vnam post singulas do-

Tabella.

ses apozematis & reliquas purgato corpore mane horis tribus ante primum pastum, sic per multos dies continuando.

*Aspul-
ueris.*

Si infans adhuc in cunis fuerit, nutrix huius pulueris dissoluat ℞.i. in parua quantitate pultis ab initio, deinde propinabit reliquum pultis in qua nullus puluis fuerit, sic (sine negotio vsus erit facilis.) Maioribus natu, dissolue ℞.ii. aut ℞.i. cum decocto sebesten, vel cum vino albo, si nulla febris, vel tantundem pul. scripti ad præcautionem.

Sjalui fluxus fuerit à vermibus, astringentia ventriculorum corroborantia, tam interna quam externa quæ scripta fuerunt cap. de diarrhœa præscribi poterunt, eis miscendo aliquid pul. præscripti. Et in externis non nihil aceti velociori penetrationis, (modo nulla sit obstructio) addendum.

*Ascaridæ
curatio.*

Ascarides curantur balanis, ex lardo indito podici filo oblongo suspensis, vt facilius extrahantur, & sæpe reperantur. Hoc remedio vermes delectantur, & sequuntur. Sic gossipii lanugo, melle lacteque imbuta & immissa ascarides secum deducit. Acèius cap. 41. loci citati. podicem fouet fumo lapidum ignitorum in decocto amarorum medicamentorum & extinctorum, ac etiam balanis ex melle, stercore murium, & hieræ paratis. Si expurgandum est corpus, validiora purgantia sunt præscribenda, quia podex longius distat à ventriculo quam tenuia intestina quibus dulcia non sunt miscenda, vt in teretibus curandus diximus, sed amarissima, & acerrima tantum sunt aptanda, vt in Tania.

*Teniarum
curatio.*

Tania exposcit cathartica, scammonium & colocinthidem recipientia, & non eccoprotica. Clysteres etiam acres sunt præscribendi, vel ex sola muria: vel ex decocto prassij, absinthij p. ma. tanacetii, centaurii mi. rad. gentianæ, aristol. In lixiuio parati cum hiera comp. aut pachii. Exclusis vermibus, corroboranda erunt intestina per medicamenta astringentia tam sumpta quam admota, ex calidis simplicibus & compositis præscriptis selecta. Formulæ à perito Medico concinnari poterunt, quas de industria prætermitto.

De Hemorrhoidibus.

CAP. LVI.

A *ἡμorrhόις*, Latinis Sanguinis fluxus dicitur, qui fit per sedis venas dilatatas autore Gal. lib. de atra bile. Differentiæ sumuntur à situ, à colore, ab asperitate, & à symptomatibus. De differentiis. A situ, aliæ sunt internæ aliæ externæ. Internæ scaturiunt ex venis mesenterii quæ in extremo intestini recti desinunt, & sanguis qui ab iis profilit est serosus & tenuis. Externæ vero, ex venis hypogastrii, quæ in sphincterem desinunt, & sanguis qui defluit, est magis saturatus, quia à vena caua descendente provenit. A colore & asperitate: quoniam aliæ læues, & vis similes & vales nominantur: aliæ sunt rugosæ, aliæ verrucalæ, & aliæ morales, à mororum similitudine dicuntur. A symptomate, quoniam aliæ inflammationem comitem habent, aliæ non. Aliæ dicuntur cæcæ, quia ex his nihil effatu dignum excernitur, & dolorem acerbissimum inferunt: Aliæ sanguinem effundunt & generis nomen obtinent. Sanguis effluit, aut per diapedesin, aut per anastomosin, aut per diaurosin. Si per resudationem, sanguis est paucus, & aquosus. Si per anastomosin, sanguis est crassior & guttatim defluit, idque in maiori quantitate, & præcipuè quum redduntur excrementa alui. Si ab etosione, præcessit vlcus circa sedem, & sanguis fluit etiam in magna quantitate, sine compressione. Nunc non ago de hæmorrhoidibus quæ in mulierum utero & alibi nascuntur, quoniam singula suo loco sunt tractanda.

Causæ efficientes sunt externæ aut internæ: externæ sumuntur ab esculentis, potulentisque sanguinem crassum, ac fæculentum generantibus fusissimè à Gal. 3. loc. affect. cap. de melanch. descriptis, à mœrore, & tristitia: necnò à medicamentis acerbis; qualia sunt aloë supra teste Mesueo, quæ venas sua acrimonia aperit, & admota eas sistit, quia emplastica: colocinthis, scamonium, elaterium & similia. Causæ internæ, sunt mēsiū suppressio: aut sanguinis melanch. copia, quæ iecur ad sedis venas reponit. Signa ex superiorib. sunt satis nota & perspicua. Signa & præfugia. Hæmorrhoides si moderatè fluxerint hominem à pleuritide, à præfugia.

peripneumonia, à phagædenis, furunculis, tuberculis, lepris & vitiliginibus liberant, teste Hip. lib. de humoribus parte 3. textu 26. & lib. 6. epid. sect. 3. textu 37. Contra, si immoderate fluant inde consequitur cachexia, hydrops (refrigerato hepate) & mors.

Melancholicis, & nephriticis hæmorrhoides succedentes, bonum inquit Hip. aphor. 11. sect. 6. Infantis, si varices vel hæmorrhoides superuenerint, insanix solutio, aphor. 21. eiusdem sect. quia per eas humor melancholicus (qui est insanix causa effectrix) reuellitur, & euacuatur. Verrucæ cæteris sunt deteriores inquit Auic. fen 17. tertii tr. 1. cap. 2.

Curatio
cæcum.

Hæmorrhoides cæcæ triplici remedium genere curantur: victu, anodynis, & aperientibus tam sumptis quam admotis.

De victu

Victus ratio refrigerans & humectans esse debet, (& præcipuè si adsit inflammatio) & solito parcior, boni tamen succi, fugiendo acetum, aromata, acria, legumina, caseura veterem, brassicam, orizam, milium, panicum & quæcumque alia quæ crassum, & sæculentum sanguinem procreare possunt, veluti caro apri, cerui, leporis, bouis, & volucrum aquaticarum: necnon pisces cœnosi: contra marini & saxariles qui carne dura sunt præditi, veluti anadromi, seu acipenseris, lucius, perca, locustæ, astaci &c. in parua quantitate concedi possunt. Elixæ, allis sunt præferenda: iura carniū vituli, veruecis, agni, hœdi, alterata herbis refrigerantibus, portulacæ, oxalide, cichorio satiuo, borragine, buglosso, violis, cucurbitis erunt ex vsu. Alius libera esse debet, quæ si talis non fuerit, sollicitanda erit priore decocto brassicæ, vel mercurialis in iure pulli insulso, aut vituli, vel prunis nostris solutiuis in nostra Paraphrasi gallica in pharmacopœia descriptis: vel syrupo violato ex 9. infusionibus, vel cassia vel manna potius quam clysteribus, aut balanis, nisi urgente necessitate.

De pleb-
tomia.

Pro potu vtendū prisana, aut hydrosaccharo, si fieri potest, sin minus vino albo potius quam nigro aut astringente, diluto aqua bullita in pastu tantum ad virium robur. Panis secalis utilis. Exercitium, & equitatio grauis, est valdè molesta. Omnia animi pathemata (excepto gaudio) sunt vitanda: pariter & coitus superfluus. Exonerata alio aliquo eccoprotico ex præscriptis aut clystere emolliente ac refrigerante in parua quantitate: Et si corpus plethoricū videatur, aut suppressi sunt menses, aperiatur saphenz vtriusque malleoli, vt monet Gal.

lib. de sanguinis missione per venæ sectionem, cap. 11. Contra, si cacochimum, purgabitur melanagogis. Verum si neque plethoricum neque cacochimum fuerit, sanguisugæ in aqua *De sanguisugis.* prius repurgatæ & famelicæ, illis partibus admouentur, quæ si recusauerint, (vt sis voti compos) in arundine inclusæ, podici (loto,) admoue hæmorrhoidi sanguinem alicuius animalis calentem, vt eam ad se alliciat.

Quæ vbi sanguine plena apparebit, sale vel cinere aspergatur, vel oleo calente, & cadet, deinde æger in cathedra deiectionaria sedeat, & anus foueatur vapore alicuius decocti emollientis, disco aliquo supposito, satis sanguinis quantitas in eo defluet: sic iuuabitur æger. Si hæmorrhoidum tumor nondum planè subsederit, rursus hirudines admouentur. Quæ si in loco cui adhæserunt, dolorem aliquem relinquunt, illinc linimento parato ex oui vitello, & oleo rosato cum opii tantillo. Si verò hæmorrhoides intus lateant, vt neque fricari, neque ipsis hirudines admoueri possunt, fingantur balani acres, ex parte vna myrrhæ & duabus partibus pul. hieræ Gal. iustæ longitudinis: Vel componantur ex sapone gallico, cum succo rad. ciclamini & pul. colocynthidis. Vel hoc modo:

℞. Rad. cyclamini, ellebori albi, calamenti, & euphorbii, singul. z. β. pul. colocynthidis, ℥. β. succi cepæ vel fellis & saponis genuensis vtr. ℥. β. fiant balani. Si his præ duritie dolor non remittitur, neque aperiantur, sequentibus vtete.

℞. Rad. althææ, ℥. iii. liliorum, & bryonix vtr. ℥. i. β. lini, & fœnugræci, vtr. ℥. i. fol. bismal. malux, viol. mercurialis, & parietariæ, singul. m. i. florum sambuci, chamæm. & meliloti, tapisi, hyoscyami, nymph. centaurij mi. singul. m. β. coque in aqua pro fotu cum spongia. Et si extrinsecus non appareant, dirigatur vapor per tubum infundibuli in anum ægro sedente in cathedra deiectionaria. Si neque hoc remedio dolor conquiescit, aucta simplicium dosi paretur encathisma in quo resideat per horam bis in die.

℞. Pul. scillæ, serpentariæ, & salis gemmei, singul. z. i. succi cicuræ, & mercur. vtriusque z. iii. mellis, z. vi. coque & para duas balanos ano indendæ post semicupium. Vel alia ex præscriptis supponetur. Si neque his aperiantur, adhibe scalpulum quamuis dolorificum.

℞. Philonii Rom. vel asincriti, ℥. β. cum serico rubro raro *Balanus narcotico.*

excipe & para balanum suspensam filo vt extrahi possit a libitum. Vel

Linimentū

℞. Vnguēti populei, ℥. i. vitellum 1. oui, opii pul. ℥. i. croci ℥. i. fiat linimentum quo in dolore acerbissimo illinetur sepe anus.

*Cūatio
immodera-
ti fluxus
hæmor-
rhoidum.*

Hæmorrhoides apertæ, si moderatè fluunt, nō sunt sistendæ: contra, si immoderatè, & vires conuellunt, sunt cōpescendæ.

Si ex diapedesi fluit sanguis, medicamenta cōdensantia sunt præscribenda qualia fuerunt indicata cap. de hæmorrhagia.

Si ex Anastomosi, astringentia terrenæ substantiæ erunt ex vsu. Si ex diurossi anacolleomatis, id est, glutinantibus erit vitendum: qualia sint indicaui eodem loco.

*De vena
sectiōe,
vinculis
& frictio-
nibus.*

Si æger plethoricus appareat, educatur sanguis ex vena basilica dextra in parua quantitatè: sin minus auersioni per cucurbitulas hypochondriis, & iecinori affixas studendum. In què vsu manibus & brachiis etiam vincula iniicere, & frictiones asperas adhibere conuenit. Contra, si videtur potius cacochymus, quod ex sanguinis colore deprehendes, benignè purgabis per medicamenta quæ astringendo purgant: qualia sunt rhab. agnoicus, cassia ægyptia, tamarindi, myrob. quinque, syr. ros. sol. ex 9. infusionibus. His præmissis extrinsecus admo- ueantur sequentia.

*Fomentum
& semicu-
pium.*

℞. Rad. symphyti ma. ℥. ii. nucum cuprēssi ℥. i. malicorii, balust. rhois, equiseti, tapli, seu phlomos Diosc. & rosarum rub. singul. m. i. spongiæ cynorrhodi, m. s. aquæ fabrorū, & vini rub. astringentis, cuiusq; ℔. ii. coque & cum spongia foue hæmorrhoides ter aut quater in die. Vel triplicata ingrediētium dosi, paretur encathisma in quo bis die resideat per horam, & cap. sequentem potionem.

*Potio a-
stringens.*

℞. Troch. de succino, & de terra sigillata, vtr. ℥. i. boli orientalis, loræ aqua pediculi rosarum, & coralli rub. vtr. ℥. i. syrupi de symphyto, & cotoneorum, vtr. ℥. vi. aquæ, vel succi centinodiz, q. s. fiat potio egro propinanda adhuc sedente in semicupio, vt eius deferatur vis in podicem.

Linimentū.

℞. Vnguēti comitissæ, ℥. ii. olei lentisei, ℥. i. vel alterius astringentis, tantundem, fiat linimentum, cui adde masticis, sang. draconis, & lap. hæmarites, singul. ℥. i. vel paretur huius loco sequens cataplasma.

*Cataplas-
ma.*

℞. Succorum tapli seu verbasci, & centinodiz, vtr. ℥. ii. albumen vnius oui, farinæ fabarum vel volatilis & aceti rosati, vtr. ℥. i. pul. rosarum rub. boli orient. masticis, sang. draconis, & scoria ferri sub. trita, singul. ℥. s. sine coctura misceantur, addēdo

aloës tantundem, & pilorum leporis minutim incisorum ʒ. ii. fiat cataplasma quod parti admotum tepidè, satis inspissabitur.

Medio tempore si longo vsu astringentium aluus fit durior, emolliatur leniente aliquo clystere: quia fæces duræ dolorè in transitu auerènt. Dolor leniri potest cremore lactis vaccæ, aut capræ, cū vitello oui, & croci, ʒ. β. Si his fluxus non cessat, veniendum ad chirurgiam, vt docuerunt Hip. apho. 12. sect. 6. & Paulo ante finem li. vi. c. 59: & maior pars neotericorū. Aliter tamè sentit Aëtius li. 14. c. 5. qui Hip. aphor. interpretatur. Ad iuturnis sanato (inquit) hæmorrhoidibus, si vna (supple dicta, & nō vna hæmorrhoidis) nō seruetur periculū est aquā intercutē, aut tabē succedere: quia sanatio, est morbi sublatio: si vna hæmorrhoidis seruetur, nō erit omnimoda sanatio. Hæc Aëtij interpretatio stabiliri potest, autoritate eiusdē Hip. qui libello de hæmorrhoidibus inscripto (si hic liber est germanus & magni Hip.) qui vult omnes hæmorrhoidas esse vtrédas, nullāq; hæmorrh. sine vstione relinquédā. Priori opinioni lubētius subscriberē, quā posteriori. Quippe vtrūq; aliquis post integrā sanationē proba victus ratione vsus fuerit, tamen fieri nō potest quin subinde quotidie superuacua aliqua in corpore coaceruētur, quæ nisi per hanc vna saltē relicta venæ expurgētur, progressu tēporis in iccore, duritiā, aliaq; mala (quæ aquā intercutē accersant) procreabūt. Sūt inter neotericos nōnulli, qui tētatis omnibus, cauterio potēntiali, aut actuali, sanāt, quia Pauli meth. descripta li. 6. c. 79. est nimis laboriosa: tutius meo iudicio foret venarum hæmorrh. deligatio, dextra manu chirurgi in arte periti, Rhasis 9. ad Almās. c. 80. iurib. carnium euchymis, astringētia coquit vt sit in cibo medicina. Nōnulli vero ea improbāt, ne ab his astricta aluo in egerēdo conatus maior fiat, qui fluxū maiore excitat: horū locovtere portul. caltha, seriola, &c. hordeatis, auenatis, & pedibus animal. & similibus amacolleomatis, præcipuè si causa fluxus est amaurosis. Vitanda sūt vina vinosā admodū tenuia, & quæcūq; alimēta quæ sâguine inflāmant: illius vice vti licet vino oligophoro ad virtū cō-
*De vitis
instruēdo.*
 seruationē. Parcè viuendum, ne vires iā imminutæ nimio cibo premātur, neue sanguis supra modū increseat. Vitanda exercitatio vehemēs, & coitus, ira, & mæror, & quæcūque sanguinē inflāmant, & spiritus exagitāt. Aluus semper libera esse debet.

petenda. Si cordi, è capite de hectica febre: si ventriculi, è cap. de imbecillitate ventriculi: si hepatis, è capite eiusdem partis intemperiei siccæ. In summa iis partibus vnde mali fomes est prospiciendum: secus omnia irrita fient. Quamobrem hallucinantur ij, qui nulla causarum animaduersione, etiam ab initio atrophia laborantes cibis euchymis refarcire conantur. Impura enim corpora, aut intemperata, aut quibus obstructionum aliqua suspicio in hepate sit, quanto plus nutriueris, eo magis læseris. Hippoc. aphor. 10. sectione secunda.

Quamuis enim corpus extenuatum celeri multaque refectio-
 ne indigeat, ad hanc tamen paulatim veniendum suadet virium imbecillitas, ne si corpus insuetum subita multitudine oneretur & concoctionem impediat. Nam quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere oportet, quæ verò breui, breuiter. Hip aphor. 7. sectione 2. Et post Hip. Celsus lib. 3. cap. 22. inquit, Si quis plus iusto assumere est solitus, vno die abstinere debet, deinde ab exiguo cibo incipere, & quotidie adijcere, donec ad iustum modum perueniat. Per omne igitur tempus fouendum aëre temperato, coque aut naturali, aut arte præparato, vt Gal. 9. & 10. lib. methodi med. docet. Eger in lecto & conclauo ampliore decumbat, somno indulgeat locis quam minimè frigidis ambulare conuenit, sole vitato, & quæcumque distillationes concitant: necnon animi pathemata (gaudio excepto) & omnibus quæ hilaritatem adducunt. Si non licet per manus exerceri, & infirmior fuerit, gestari per loca amœna, & perfricari optimum erit, & vngi oleo ante & post cibum. Cibis opus est paucis, & sæpius oblati, boni succi, quibus insit facultas humectandi & mediocriter refrigerandi, quique etiam minus facillè corrumpantur, ac etiam dissipentur: sed pertinaci, & constanti materia, voracique exedenti calori obsistant: qualia sunt extrema animalium, oriza, amyllum, cremor hordei, polenta, simola cum lacte amygd. cocta, aut iure capi, vituli, agni &c. Testudo terrestris, cancri fluuiatiles & quæ ex his aqua stillaritia elicitur. Ranarum coxæ, limaces, omnisque caro glutinosa concedi potest: pisces recentes, & saxatiles. Iura carniū alterentur portulaca, lactuca, seride cucurbita, oxalide, violis, atriplice, caltha, borragine, buglossa &c. Testes gallorum nondum coeuntium, oua

Vitæ.

sorbilia, farina quoque tritici, vel hordei, cū lacte ouillo, aut caprino cocta, insperfo saccharo, & sub finem pauca rosacea affusa. Panis quoque lotus cum lacte recenti subactus: colatitia, iura, consummata, & carniū succi, gelatina, & martiopianes imperentur: iusculis vini optimi tantillum miscetur velocioris penetrationis. Potus sit aquæ frigidæ puræ, saporis expers, non cœnosæ, aut seruata, si laborans valeat ventriculo: sin autem coctæ, aut ptisanæ cum syrupo violato, aut nymphææ, aut succo malorum granatorum dulci. Et si ægri vires sunt imbecillæ, aut senex fuerit, vtatur vino subaustero, aut oligophoro, quia nullum vinum album calidum reperitur, si cum Falerno conferatur. Gal. 12. method. Inter lactis genera, muliebre primas tenet: quia naturæ est cognatum & familiare: Deinde ouille, aut caprinum: postremo vaccinum detracto butyro, quod faciliè inflammatur nisi cum saccharo rosato sumatur, aut parum coquatur, ne acescat in ventriculo: lac alinum quia cæteris est serosius, omnibus siccitatibus maximè commendatur à Gal. 7. meth. At si nutriendum, inutile. Puls subacta cum farina tritici, saccharo, & vitellis ouorum, si his delectatur, & lacte recens multo, & tantillo aquæ rosarum concedi potest. Si per os quicquam assumere nequit, paretur sequens clyster, qui nutrit, ob id sæpe iterandus.

Clyster nutritius.

℞. Iuris pulli, perdicis, gallinæ, aut capi, & non galli veteris, quia aluum mouet, autore Mes. ℥. viii. aut x. dissolue vini rub. & veteris, & aromatici, sacch. albi vtriusque ℥. ii. vitellos duos ouorum, fiat clyster quauis hora iniiciendus & superdormiat: quippe quum natura alimenti penuria laborat, venæ meseraicæ per intestina disseminatæ sugunt alimentum familiare, & ab his, hepar: sicque instaurantur spiritus & per consequens ægri vires. Sunt qui plurimum laudant destillatum cōparatum ex conferuis confect. alchermes aut de hyacintho pul. diamargariti, aut de gemmis, bracteis auri cum pulpa & coxis capi, perdicum, atagenarum, semotis adipe & cute: remedium quidem optimum, sed valde ingratum: cuius loco, vtor sequenti

Pul. catarticus.

℞. Conferuæ rad. bugl. ℥. i. confect. alchermes, aut de hyacintho, ℥. ii. pul. diatriasant. & diamarg. frig. vtr. ℥. i. fol. auri n. 8. sacch. rosati cum vnionibus q. s. fiat puluis, cuius portio dissoluetur in parua quantitate iuris carniū, consummati, aut

cum alio liquore idoneo initio pastus, reliquum alimenti propinabitur in quo nullus erit pul. Sic nutritur æger, & eius vires conseruantur, & hæc forma minus fastidit quam si simul in diplomate distillarentur.

℥. Carnis testudinis nemoralis, aut aquatici preparati, vt monui, & carnis cæcorum fluuiatilium, vtriusque ℥. ii. amygd. dul. & nucleorum pini recentium, aut prius in aqua per noctem maceratarum ob rancorem, vtriusque ℥. i. pistaciorum recentium si extiterint, & pul. resumptiui vtr. ℥. β. confer. rad. buglossi. & capilli ven. vtr. ℥. iii. pul. diatragacanthi frig. si mali fomes sit in pulmonibus, aut sine his cum saccharo in aqua cichorii dissoluto fiat confectio instar pignolati, quæ bracteis auri cooperiatur: deinde vtatur sæpe inter duos pastus: sic mutatur forma & non materia: Vel huius loco,

℥. Pulpæ perdicis, aut phasiani, ℥. ii. amygd. dul. depilatorum, & nucleorum pini in aqua hordei infusorum, vtr. ℥. i. medullæ sem. melonum, & cucurbitæ, & pul. resumptiui singul. ℥. iii. pul. diacydoniten sine speciebus, ℥. ii. diamarg. frig. ℥. i. sacch. aqua cichorii soluti & cocti, ℥. viii. fiat pasta in morsellis bracteis auri maculata, de qua in sine pastus & inter duos pastus vtatur. Alienum haud erit iecinoris ardorem temperare vnguento rosato, aut cerato santalino cum oleo rosato, & succo intybi cum tantillo caphuræ: nec non cordis æstum, epithematis cardiacis, aliisque remediis cap. de febre ardente & syncope recensitis. Balneum quoque aquæ dul. aut in quo coxerint herbæ refrigerantes & humectantes ad calorem temperandum & humectandum, & vt strigosior corporis habitus emendetur.

A balneo (deterso corpore) inungenda erit vniuersa rachitis oleo rosato, aut melino, aut myrthino, aut lentiscino, ne erumpant sudores. Quinetiam æger in lecto multa veste non operiatur, sed manus leni frictione totum corpus perfricandum erit, vt sic allecto sanguine reficiantur exterioris corporis partes.

De Obstructione Hepatis:

CAP. LX.

E^{μπεξίς} i. Obstructio, est morbus organicus actionem iecoris lædens: causæ sunt multiplices, euidentes scilicet, antecedentes, & continentes.

De causis. Euidentes, vt aëris frigiditas, & peregrinatio per Alpes hyemis tempore, aquilonia constitutio. Potus aquæ cœnosæ, ac frigida, aut glacialis: aut vini austeri. Vsus ciborum dutorum, crassorum, ac viscidorum: quales sunt caro suilla, aprina, ceruina, leporina &c. animalium exa, & pedes, cochleæ, fungi, pisces cœnosi, legumina, caseus, lactinia, panis azimus, castaneæ, fructus astringentes, &c. Casus, ictus, coitus, & exercitium violentum, aut grauis equitatio mox à cibo, balnea aluminosa, mensium aut hæmorrhoidarum suppressio, aut alicuius membri amputatio, vsus medicamentorum aperientium pleno ventriculo.

Causæ antecedentes sumuntur vel ab ipso hepate, cystide, liene, cerebro, &c. quum è cerebro humor procumbit in ventriculum, qui deinde præterfluens, sensim in tenues iecoris venas portas cum alimento penetrat easque obstruit. Nōnunquam bilis flaua in iecore præter naturam diutius coërcita, nec tempestiue expurgata crassescit, grauesque obstructions inducit meatuum angustia. Causæ continentes sunt humor crassus, lentusque atque flatus qui in venas portas præter naturam contentus, anadosim impedit; hinc grauissimi morbi suboriuntur, vt icterus, cachexia, hydrops &c. de quibus suo loco agemus.

De signis. Signa causarum euidentium disci possunt ex ægrotantis relatione. Signa verò causarum antecedentium cognoscuntur ex parte obsessa, vnde scaturiunt. Continentium verò, ex Gal. scriptis, ex faciei colore, ex vrinis, pulsu, anhemitu difficultate, & situ. Color faciei, modo est albus, alias palidus, aut flauus, ob interceptam *αἰματώδη* & prauorum humorum *παχυνσίαν*. Vrina interdum alba & crassa si à pituita: alias flaua, si à bile incrassata, pulsus inæqualis & frequens motu &

dilatatione arteriæ. Spiratio difficilis, compressione diaphragmatis, aut sympathia tunicæ costas succingentis. Excrementa variant, vt plurimum sunt liquida ex feri copia & præclusa anadosi. Ex situ, in dextro hypochondrio insidet dolor obrusus, grauitas & distensio, ex multitudine humoris pituitosi, crassissimi & lenti in venis vteri, vel mesenterii capillaribus contenti, vel vaporis crassi distendentis, qui exitum non habet: hinc fœdus color tum præcipuè quum quis montem aut gradus ascendit, aut mox à cibo exercitationem subit. Multa Gal. lib. 5. locorum affect. cap. 6. & alibi. Obstructio inueterata non tantum in hepate, sed in omni membro putrefactionem operatur, febremque accendit autore Aëtio lib. 10. cap. 2.

De prognosticis.

Quibus ad hypochondrium dolor est sine inflammatione, iis febris superueniens, dolorem soluit. Hip. aphor. 40. sect. 6. quia febris humores lentos & crassos obstructionem efficientes incidit, attenuat, & flatus discutit. Quibus iecur vehementer dolet (à flatuoso nempe spiritu) iis febris superueniens soluit dolorem ob rationes præscriptas. Hip. aphor. 52. sect. 7. Obstructionem grauissimorum morborum iecoris esse opificem rectè scripsit Auic. fen 14. tertij tract. 2. cap. 4.

Cum opilatio ægros alimento defraudat, & anadosim incipit, si eius causa effectrix, est flatus, (præmissis vniuersalibus paulo post scribendis, & victu) ad topica flatus discutientia mixtis nonnullis hepar roborantibus erit veniendum, equalia fuerunt descripta ca. 49. huius Tractatus, & scribentur in curatione Tympanitis. Cucurbitulæ sine scarificatione dextro hypochondrio affixæ erunt idoneæ: necnon fomenta, thermasmata, i. stuphæ, sacculi, linimenta, & emplastra flatus discutientia.

Curatio si à flatibus fit.

Curaturus hepatis obstructionem (vt de cæteris morbis) morborum tempora, & causas effectrices considerare debet: & num cum febre aut sine ea fuerit, vt victum est, & medicamenta tam interna quam externa præscribere possit: secus inutilia, aut fortuito erunt. Exempli gratia:

Curatio si ab humore crasso.

Si obstructio scaturit à copia alimentorum, victus ratio est minuenda.

Si ab alimentis crassis & viscidis, incidentia, attenuantia & detergentia sunt vsurpanda: si à vaporoso spiritu discutientia. Si ventriculus est refertus copia humoris crassissimi & lenti, vomitus imperetur, & non diuretica, ne hi humores in venæ portæ

propagines deducantur & stipationem augeant : quæ in aliis
causis & morbi temporibus summopere commendantur, &
maximè si in hepatis connexa parte obstructio constiterit.

Hac ratione impulsus Gal. 4. sanit. tuendæ damnat vsum
diospolitici & diatrium piperorum initio curationis, quæ in-
clinante malo & exonerato ventriculo aliquo eccoprotico
summopere commendat: astringentia quoque initio curatio-
nis sunt inutilia, nisi in parua quantitate (mixtis aliis) sumantur
ad iecoris robur. Si adest febris, aliis remediis vtendum vt do-
cebimus. Et vt paucis expediam, vitanda sunt omnia quæ sti-
pationem procreare possunt, & alia quæ in causis effectricibus
reecensui. Nunc ad propositum redeo. Imprimis aer sit tenuis,
purus, serenus, nulla alia re inquinatus.

De victu.

Esculenta sint euchyma & eupepta, in parua quantitate, &
sæpe oblata commendantur, quæque ventriculum, atque in-
testina à crassis lentisque humoribus eluant, & flatus discutiât.
Nulla ciborum varietate sunt sollicitandi ægri, ne plus assu-
mant quam eorum ventriculus coquere possit. At si vires sunt
deiectæ & deiecta appetentia, varij cibi sunt offerendi, vt de
singulis gustando famem vitent: teste Celso lib. 3. cap. 6.

Initio curationis iuribus carniû rad. aperientes (aut aliquid
simile) non sunt coquendæ priusquam aliquo clystere, aut ec-
coprotico pharmaco ventriculus à crassis humoribus fuerit
exoneratus.

Pro potu vtendum vino albo, aut flauo si est expers febris:
sin autem decocto graminis cum saccharo, aut syrupo grana-
torum, aut acetato, aut adiantino si adest tussis. Si alius spon-
te non fluit, sollicitetur balanis, aut clystere paulo post descri-
bendis. Labor, somnus, vigilia, coitus omnia mediocria. Ani-
mi pathemata (excepto gaudio) sunt vitanda.

*De phlebo-
tonia.*

Alterû genus curationis versatur in euacuatione (per phle-
botomiam) & purgatione per cathartica benigna, vitatis my-
robalanis ob earum astrictionem. Venæ sectio ex basilica dex-
tra non solum inueteratæ obstructioni confert (vt prisca me-
dici voluerunt) verum etiam incipienti ad reuulsionem hu-
moris pituitosi, præcipuè si ab eo scaturiat, nisi quid eam dis-
suadeat.

Si causa effectrix est mensû aut hæmorrhoid. suppressio, san-
guis educatur ex poplitibus aut saphenis pro cuiusque ætate,
anni tēpore, & viribus autore Auerroë li. 7. collectaneorû, c. 3.

Purgatur corpus vomitu, deiectione & diureticis. Vomitus *De purgatione.*
 spontaneus si non fuerit, arte erit ciendus si æger est nauscabundus, & facile vomit, secus absurdum esset cogere eum qui non facile vomuerit, teste Gal. & Aëtio, quia euacuat & reuellit humorem noxium obstructionis opificem.

℞. Mellis cocti, ℥. i. pul. hieræ Gal. & stercoris muris, vtriusque ℥. ii. salis gemmei ℥. i. fiat balanus supponenda initio curationis si pauper. Vel *Balanus.*

℞. Fol. maluæ, mercur. calamenti, origani, & furfuris macri in panno lino ligati, singul. m. i. sem. fœniculi, & petroselini, vtr. ℥. β. florum chamæm. meliloti, & centaurij m. singul. m. β. agarici albi ℥. ii. coque in aqua ad ℥. i. dissolue hieræ Gal. & diaphœnici, vtr. ℥. vi. mellis scillitici & olei anethi, vtr. ℥. i. β. fiat clyster ante phlebotomiam iniiciendus. Vel *Clyster.*

℞. Elect. indi, & diaphœnici, vtr. ℥. iii. agarici troch. ℥. ii. cum sacch. fiat bolus mane deuorandus. Vel infundantur simul in decocto eupatorij per noctem: expressum diluculo sumendum, hoc blande purgabit. Vel *Bolus catharticus.*

℞. Pul. hieræ Gal. ℥. i. agarici troch. ℥. i. cum syrupo debilitantiis, fiant pilulæ 6. aut 7. deauratæ quas cap. mane in exitu lecti. Purgato sic ventriculo & celebrata venæ sectione, diureticis sic erit vtendum. *Catapota.*

℞. Oxyfacc. comp. aut syrupo debilitantiis ℥. iii. cum decoctione hordei, eupatorij, lupuli, fumariz, fructuum & florum cord. fiat iulepus clar. & aromat. pul. diarhodi Ab. pro tribus matutinis. Vel huius loco paretur sequens. *Iulepus.*

℞. V. rad. aperient. mund. & contusarum, & filicis maris, singul. ℥. i. simul infundantur in oxymelle simpl. diluto super cineres cal. sequenti die coquantur in fictili vitrato cum aquæ ℥. 4. & medianæ cort. fraxini & sambuci, vtr. ℥. β. herb. chamædr. chamæpit. eupatorij, calamenti, origani, cichorii, singul. m. i. capill. commun. & absinthii p. minoris, singul. m. β. passul. mund. pa. xii. ficuum pa. 4. sem. securidacæ quod est hedyсарum Diosc. ℥. β. sem. 4. cal. ma. singul. ℥. ii. cicerum rub. pij. i. florum genistæ & bugl. vtr. colatura clar. & arom. pul. diatriasantali pro quatuor dosibus bis in die sumendis horis tribus ante pastum. *Apozema.*

℞. Agarici troch. in oxymelle scillitico macerati (cum pauco decoct. præscripti, ne calore ignis cõburatur) & expressi ℥. iii. *Potio purgans.*

Expressioni dissolue elect. indi ma. ℥. β. syr. rosati sol. cū rhab. ℥. i. fiat potio quam capiet diluculo ex artis præscripto. Si cum obstructione inest febris, diureticis minus calidis vtendum. Si in connexa hepatis, fortioribus vtendum. Si hepatis simam obrepserit apozemati præscripto, purgantia sunt miscenda.

Tertiū curationis genus versari debet circa particularia quæ viscera corroborent, & reliquias humoris morbifici per idoneos ductus educant. Vt

Opiata. ℥. Conseruæ rad. apii, & florum eichorii, pistaciõrũ in mortario marmoreo tritorum affusis guttis aliquot aquæ graminis singul. ℥. i. hepatis lupi præparati, & sem. securidacæ, vtr. ʒ. ii. pul. rad. ialap & diatriafantali, vtr. ʒ. i. troch. de eupatorio, & de absinthio, vtr. ʒ. β. cum syrupo adiantino fiat opiata de qua alternis matutinis ca. ℥. β. superbibendo parum vini albi diluti aqua vel decocto graminis horis tribus ante primum pastum.

Tabellæ. ℥. Pul. diarhodi Ab. & troch. de eupatorio, & pul. ialap. singul. ʒ. i. pul. sem. securidacæ ʒ. ii. conseruæ rad. apii, & cort. citrii conditæ, vtr. ʒ. iii. sacch. albi aqua absinthii soluti & cocti, ʒ. iii. fiât tabellæ pondo ʒ. ii. aut trium, cap. vnam diebus intermediis mane etiam horis iii. ante pastũ superbibẽdo cochlearia aliquot eiusdem vini diluti per multos dies continuando.

Puluis digestivus. ℥. Pul. diarhodi Ab. & troch. de eupatorio, vtr. ʒ. i. sem. securidacæ, ʒ. ii. pistaciõrum minutim incisõrum ℥. β. cort. citrii conditæ, ʒ. vi. panis albi assi, ʒ. ii. sacch. albi, ʒ. iii. fiat puluis de quo cap. ante & post singulos pastus cochlear vnum, præmissa purgatione & non prius, nihil superbibendo. His obstructio liberatur, si quid supersit; calor temperatur; viscera roborantur; & putrida eluuiæ excluditur.

Vnguentũ. ℥. Oleorum nardini, & amygd. amarorum, vtr. ʒ. i. β. succi apii, ʒ. i. coquantur ad succi fermè consumptionem ceræ flauæ, ʒ. β. pul. nardi celticæ, schœnãthi, & asari, singul. ʒ. iii. rad. cyperi, & sem. apii, absinthii, p. ma. singul. ʒ. ii. fiat vnguentum quo mane & vesperi iecur illinetur per horæ quadrantem, addendo inunctionis tempore aceti capparorum guttas aliquot velocioris penetrationis.

℞. Ladani puri, ℥. β. hypocistidis, acaciæ nostratis, cort. thuris, mastice, singul. ℥. ii. caryoph. nucis mosch. cyperi, & styracis cal. singul. ℥. i. fiat puluis crassus terebinthina excipiendus in pastillos lupinares pro suffitu prodicis sedente ægro in sella deiectoria per multos dies continuandor. Deinde,

Suffitus.

℞. Massæ emplastri contra rupturam, de mastiche, & pro matrice, singul. ℥. i. β. pul. rad. bistortæ, spögiæ cynorrhodi vulgo bedegaris dictæ, herniariæ & vsnæ, singul. ℥. ii. cum paucis terebinth. fiat magdaleon quo paretur empl. super alutam iustæ magnitudinis extensum ossi sacro & coccigi applicandum.

Emplastrum

℞. Stercoris lacerti, ℥. β. stercoris columb. & hirundinum utr. ℥. i. stercoris capræ ℥. ii. puluerata excipiantur terebinth. in empl. eidem parti admouendum. Medio tempore si alius est dura, leniente aliquo clystere emolliatur: Vel detur aliquod eccoproticum præsidium, vel mastice rhab. optimi, ℥. ii. aut tres mane ne duritiæ faccum rursum procidat.

Clind.

Victus, sit attenuans & siccans, ut humor superfluus (qui laxitatis est causa) exsicceetur: dormiat eleuatis clunibus, & vitet omnem motum tum corporis cum animi. Nunc ad iecinoris affectus est transeundum.

De Iecinoris Imbecillitate.

CAP. LVIII.

H *Παλινοί* à posterioribus Græcis ac Latinis vocantur, qui hepatis imbecillitate laborant. Hæc affectio non solum ad intemperiem, sed ad Iecinoris substantiam pertinet. Hæc imbecillitas à quavis intemperie insigni fit, calida nimirum, frig. humida, & sicca. *Ætius lib. 10. cap. 1.*

Signa sumuntur à duobus, nempe ab intemperie cal. frig. humida & sicca: & à facultatibus attractrice, retentrice, alteratrice, & expultrice.

De signis calida & sicca in temperie.

Si iecur est calidius quam par sit, sequitur cibi & maxime carnis fastidium, inædia tamen plurimum incommodat, sitis quoque vehemens, corpus vniuersum, & maxime palmæ manuum, & pedum plantæ calent: humores primū colliquantur: deinde ipsius visceris carnes: bilis quæ per aluum excernitur est

Expressioni dissolue elect. indi ma. ℥. β. syr. rosati fol. cū rhab. ℥. i. fiat potio quam capiet diluculo ex artis præscripto. Si cum obstructione inest febris, diureticis minus calidis vtendum. Si in connexa hepatis, fortioribus vtendum. Si hepatis simam obrepserit apozemati præscripto, purgantia sunt miscenda.

Tertiū curationis genus versari debet circa particularia quæ viscera corroborent, & reliquias humoris morbifici per idoneos ductus educant. Vt

Opiata.

℥. Conferuæ rad. apii, & florum eichorii, pistaciorū in mortario marmoreo tritorum affusis guttis aliquot aquæ graminis singul. ℥. i. hepatis lupi præparati, & sem. securidacæ, vtr. ℥. ii. pul. rad. ialap & diatriasantali, vtr. ℥. i. troch. de eupatorio, & de absinthio, vtr. ℥. β. cum syrupo adiantino fiat opiata de qua alternis matutinis ca. ℥. β. superbibendo parum vini albi diluti aqua vel decocto graminis horis tribus ante primum pastum.

Tabellæ.

℥. Pul. diarhodi Ab. & troch. de eupatorio, & pul. ialap. singul. ℥. i. pul. sem. securidacæ ℥. ii. conferuæ rad. apii, & cort. citrii conditæ, vtr. ℥. iii. sacch. albi aqua absinthii soluti & cocti, ℥. iii. fiât tabellæ pondo ℥. ii. aut trium, cap. vnam diebus intermediis mane etiam horis iii. ante pastū superbibendo cochlearia aliquot eiusdem vini diluti per multos dies continuando.

Puluis digestivus.

℥. Pul. diarhodi Ab. & troch. de eupatorio, vtr. ℥. i. sem. securidacæ, ℥. ii. pistaciorum minutim incisorum ℥. β. cort. citrii conditæ, ℥. vi. panis albi assi, ℥. ii. sacch. albi, ℥. iii. fiat puluis de quo cap. ante & post singulos pastus cochlear vnum, præmissa purgatione & non prius, nihil superbibendo. His obstructio liberatur, si quid supersit; calor temperatur; viscera roborantur; & putrida eluies excluditur.

Vnguentū.

℥. Oleorum nardini, & amygd. amarorum, vtr. ℥. i. β. succi apii, ℥. i. coquantur ad succi ferme consumptionem ceræ flauæ, ℥. β. pul. nardi celticæ, schœnãthi, & asari, singul. ℥. iii. rad. cyperi, & sem. apii, absinthii, p. ma. singul. ℥. ii. fiat vnguentum quo mane & vesperi iecur illinetur per horæ quadrantem, addendo inunctionis tempore aceti capparorum guttas aliquot velocioris penetrationis.

℞. Ladani puri, ℥. β. hypocistidis, acaciz nostratis, cort. thuris, masticis, singul. ℥. ii. caryoph. nucis mosch. cyperi, & styracis cal. singul. ℥. i. fiat puluis crassus terebinthina excipiendus in pastillos lupinares pro suffitu prodicis sedente xgro in sella deiectoria per multos dies continuando. Deinde,

Suffitui.

℞. Massæ emplastri contra rupturam, de mastiche, & pro matrice, singul. ℥. i. β. pul. rad. bistortæ, spōgiz cynorrhodi vulgo bedegaris dictæ, herniariz & vsnez, singul. ℥. ii. cum pauco terebinth. fiat magdaleon quo paretur empl. super aluram iustæ magnitudinis extensum ossi sacro & coecigi applicandum.

Emplastrū

℞. Stercoris lacerti, ℥. β. stercoris columb. & hirundinum utr. ℥. i. stercoris capræ ℥. ii. puluerata excipiantur terebinth. in empl. eidem parti admoendum. Medio tempore si alius est dura, leniente aliquo clystere emolliatur: Vel detur aliquod eccoproticum præsidium, vel mastice rhab. optimi, ℥. ii. aut tres mane ne duritiæ fæcum rursum procidat.

Clind.

Victus, sit attenuans & siccans, ut humor superfluous (qui laxitatis est causa) exsicceetur: dormiat eleuatis clunibus, & vitet omnem motum tum corporis cum animi. Nunc ad iecinoris affectus est transeundum.

De Iecinoris Imbecillitate.

CAP. LVIII.

Hπασιμοι à posterioribus Græcis ac Latinis vocantur, qui hepatis imbecillitate laborant. Hæc affectio non solum ad intemperiem, sed ad Iecinoris substantiam pertinet. Hæc imbecillitas à quavis intemperie insigni fit, calida nimirum, frig. humida, & sicca. Aëtius lib. 10. cap. 1.

Signa sumuntur à duobus, nempe ab intēperie cal. frig. humida & sicca: & à facultatibus attractrice, retentrice, alteratrice, & expultrice.

De signis calida & sicca intemperiei.

Si iecur est calidius quam par sit, sequitur cibi & maximè carnis fastidium, inædia tamen plurimum incommodat, sitis quoque vehemens, corpus vniuersum, & maximè palma manuum, & pedū plantæ calent: humores primū colliquantur: deinde ipsius visceris carnes: bilis quæ per aluum excernitur est

cillimè aut ferè nunquam curatur. In huius affectus curatione, hoc Actii consiliù accuratè obseruandù, vt quum intèperie corrigentibus addatur aliqua aperientia, quod ferè cù illa intemperie adsit obstructio, à cõgregatis in ipso per imbecillã sanguificationè excrementis. Pariter astringètia sunt miscenda, vt huius visceris robur conseruetur, & sint tenuiũ partium, vt tergant, & leniant, & vacuent excrementa. Hoc consiliũ perpetuo obseruandum tam in sumèdis quã admouèdis. Qui technicè hanc affectionè est curaturus considerare debet, an nuda sit intemperies necnè: si nuda à cõtrario medicari debet, calida, refrigerantibus: frigida, calfaciètib; sic de ceteris duabus qualitatibus censendum. Si aliquo humori est admixta, alterantibus, & humorè purgantibus vtendum, idq; 4. auxiliõ generibus: victu nèpe refrigeratè & humectatè, qualis descriptus in tertianæ cõtinuæ curatione cap. 11. fuit, ne toties eundè reuoluã lapidem. Secundò alteratibus, & causam morbificã vacuantibus medic. clementioribus mox describèdis. Tertio, hepar corroborantibus, etiam post scribèdis. Quarto symptomata corrigentibus: formulas paucas dabo; sed quisque ex sequentibus omnis generis suo Marte componat.

Medicamèta simplicia & cõposita, quæ huic affectui tuto aptari possunt, quæq; agūt tã à qualitate manifesta, quã occulta: inter radices sunt, rad. acetosæ, lapati acuti, graminis, rusci, asparagi, plãtaginis, cichorii, & filicis: herbæ sunt intubus, cichorii omne genus, hepatica, lens palustris, adiantũ omne, portul. lactuca, viola, sonchus, & solanũ. Semina, oxyacanthæ, 4. sem. frig. maiora & minora, plãtag. acetosæ, papaueris albi, & securidacæ seu hedyarũ Diosc. triplex sãtalũ, corallus vterq; ebur, cornu rhinocerotis, & cerui, caphura, hepar lupi præparatum, quouis modo vsurpetur podo 3. i. cù stillatio liquore cichorii: caro cochlearũ & limacum à suo lentore abluta multis lotionibus in lixiuio calido, vel aqua calida sali & arenis mixta, & nõ frigida, ne earũ caro durescat, atq; earũ liquor distillatus. Cõposita: syr. viol. simpl. & ex 9. infusionibus syr. nymphææ, de succo endiuicæ simplex, & comp. de cichorio simplex, & comp. de granatis acidis, oxysacch. simpl. & cõp. de acetositate citrii, de limonibus, aceratus simpl. syr. cydoniorum, zulapum rosatum, & violatum, syr. rosatus solutiuus: conseruæ viol. nymph. rosarum, florum cichorii, adianti albi, & c.

Pulpa cucurbitæ cõditæ, cauliculi lactucæ, & c. saccharũ rosatũ, violatũ. saccharũ crystallinum, diatrãgacãthũ frig. elect.

*Præsigia.**Curatio.
à causa calida.**Materia
simpl. med.
& cõpositorum à
causa calida.**Caro cochlearum,
& limacũ
preparatio*

diamarg. frigidum diatriasantali, diarhodum Ab. detractis speciebus & manus Christi perlata, inter purgantia simplicia, censentur rhabarb. agaricus, tamarindi, cassia, myrobalani citrea, ius galli decrepiti, & manna Calab. diaprunū simpl. & comp. elect. de psyllio, de fusco rosarum Nic. & Mesue. troch. oxyacanthæ, de spodio, & de caphura. Extrinsecus aptari possunt V. album gal. rosatum Mesi, ceratum santalinum. Olea rosatū. violatum, nenupharinum, cydoniorum. Ut symptomatis occurrendum sit, paucis verbis docuit Auic. loco citato ca. 3. Si (inquit) facultas attractrix est imbecilla, calidis & siccis, sed magis calidis. Si retentrix, frigidis & siccis, at magis siccis: si alteratrix, calidis & humidis, licet magis calidis: si expultrix, calidis & humidis, sed magis humidis firmare oportet. Præmissis vniuersalibus parentur sequentia.

Electuariū ℞ Sem. acetosæ, melonis mund. & endiuiz, singul. ℥. ii. pul. diatriasant. ℥. iii. confer. florū cichorij, ℥. β. hepatis lupi præp. ℥. i. sacch. aqua cichorij soluti, ℥. 4. fiant tabellæ pondo 3. i. β. aut duarum c. vnam horis 2. ante pastum. Idem præstabit manus Christi cum perlis pro delicatioribus. Interea hepatis incendium sequenti epithemate demulcendum.

Epithema. ℞. Aquarum endiuiz, & cichorij, vtriusque ℔. β. aquæ absinthij, ℥. ii. aceti vini albi, ℥. i. dissolue pul. sem. endiuiz, & acetosæ, vtriusque ℥. iii. santali albi, & rub. & coralli albi, singul. ℥. ii. troch. de spodio, 3. β. rad. ind. ℥. i. fiat epithema tepidè & non calidè hepati applicandum. Vel

Sacculus intersusus. ℞. Sem. melonum, cucurbitæ, & endiuiz, singul. 3. iii. omnium santalorum, florū nymph. viol. & rosarum rub. singul. 3. ii. corallirub. ℥. iii. troch. oxyacanthæ, & de caphura, vtr. ℥. ii. cassiæ lignæ, nardi ind. schœnathi, singul. ℥. i. tuis omnibus excipiatur serico rub. & gossipio paucis carpto, fiat sacculus interpunctus instar mediz lunæ, qui suscepto vapore aquæ rosarum, vel endiuiz iecinori admoueat: deinde illinetur sequenti vnguento.

Linimentū ℞. Vnguenti rosati, 3. iii. oleorū viol. vel nymph. 3. i. pul. absinthij p. ma. 3. i. spicæ celticæ, cyperi & schœnathi, singul. ℥. i. fiat linimentū quo iecur frigidè (si est æstas) aut tepidè (si hyems) illinetur post epithema, addendo inunctionis tempore, v. (pro vehiculo) aceti rosati guttulas aliquot. Vel ℞. Cerati santalini, 3. ii. extende super panū cāabinū densum ad formam mediz lunæ, & post epithema hepati admoueat: adde caphuræ, 3. 4.

Curatio imbecillitatis Hepatis ab intemperie frigida.

HÆc intemp. simili methodo curatur: nempe victu calfaciente & siccante: secundo alterantibus: tertio hepat corroborantibus: 4. symptomata corrigentibus. *Victus.* Æger fruatur aëre æstiuo & sicco, tenui & perspirabili. Et si hyems fuerit, aut aëris constitutio pluuiosa, aut caliginosa, calida & sicca reddatur per ignem luculentum, ac suffitu aromatum, ut cortice auranciorum, limonum, citrii, granorum iuniperi, thuris, styracis cal. beniuini. Vliginosam & aquis statariis proximam habitationem tanquam acutum scopulum vitabit. Panis sit similagineus, optimè fermentatus cum aniso, & sale, aut aromatis vel saccharo paratus. Carnes animalium boni succi non excrementosorum, sed in dumetis, vinetis, collibus, nemoribus degentium assæ, sinapi aut aromatis cõditæ: aut apio, dauco, fœniculo, petroselino, cacuminibus asparagi, pulegio, eruca, cepis, porris &c. Carnes veruecis, vituli, agni, heedi, pulloꝝ gallinac. gallinarũ, caponum, anatis, & limacum aqua triplici calente lotarum, ut omnem colluuiem deponant ex ea quadam facultate, autoritate veterum valent. Pisces saxatiles qui sunt carne friabili præditi, & marini recentes & non falsi in vino cocti & aromatis conditi, quum carnes fastidiunt, cõcedi possunt: Vuz damascenæ exacinatæ, strobili, pistacia, ficus, nuces iuglandes recentes, & amygdala dulcia excorticata, & nuces ponticæ dum sunt recentes & non antiquæ, quia oleosa sua substantia ventriculum infestant, caput vaporibus replent, & sua terrena qualitate iecur obstruunt ex Gal. 2. alimentorum. Legumina omnia (cicerum rub. decoctum, excipe) caseus, & quæcumque ex lacte parantur obsonia, officiu. *Victus* sit tenuis & parcus, & inædia salutaris. Pro potu vtendum vino rubro optimo, diluto tamen decocto sarzæ parillæ. Labor, cibum præcedat ex Poëtæ sententia: Colles manè petas, sub noctem fluminis vndas. Exercitii loco, si æger est debilis, extremarum partium frictiones validæ imperentur. Somnus sit nocturnus & non diurnus & solito breuior. Animi pathemata (excepto gaudio) sunt fugienda. Nunc de medic. simpl. & compositis, in causa frigida. Inter radices sunt, he-

*Materia
remediorū
in causa
frigida.*

lenium, cyperus, galanga, aristolochia, eringium, daucus, asarum, apium, petroselinum, fœnitulum, pincerdanum, nardus Indica, costus, acorus verus, iris, & glycyrrhiza. Cortices citrii, aurantiorum, vlni, fraxini, sambuci, capparorum, tamaricis, calami aromatici, scillæ: ligna, agallochum, saffra, & zarza parilla. Herba eupatorium, betonica, fumaria, lupulus, chamædris, chamæpitis, prassium album, absinthium, origanum, calamentum, pulegium, abrotanum. Semina hordeum integrum, 4. calida maiora, & minora, cuscutz, viticis, paliuri

*Securidaca
est Diosc.
hedyfarum
seu pelecium.*

& securidaca seu hedyfarum Diosc. alio nomine pelecium est à similitudine paræ securis dicitur: fructus sunt vuz dama-scenæ, corinthiæ, passulæ, ficus, strobili, amygdala dulcia & amara. Flores iunci odorati, genistæ, hiperici, sambuci, chamæmeli, meliloti, stœchadis. Aromata, vt piper omne, cassia lignea, & cinnamomum, crocus, nux moschata, macis, zingiber, caryoph. Liquores, vt myrrha, bdellium, mastiche, ammoniacum, ladanum, aloë, bitumen, terebinthina, mel, hepar lupi à forma specifica cum vino albo sumptum, cochlez & carolimacum aqua triplici lota vt docui pag. 601. Inter composita censentur syrupus de eupatorio, de stœchade, de bisantiis, de cichorio comp. rosatus, de fumaria, de v. radicibus, oxymel compositum, & scillinum, dialacca, diacurcuma, hiera simpl. Pulueres qui in pharmacopoliis extant, sunt diacalaminthes, dianisum, diacyminum, diarrhodon cum speciebus, aromar. rosatum, diamarg. cal. rosata nouella. Condita sunt myrobalani conditæ, zingiber conditum, nux moschata condita, cortex citrii conditus, & limonum, nuces iuglandes conditæ, radix helenii condita: conseruæ florum saluæ, rorismarini, betonicæ, & stœchadis. Trochisci de eupatorio, de spodio, de capparibus, galliæ & alyptæ moschata, & de rhabarbaro. Pilulæ sunt aggregatiuæ, de rhabarbaro, de agarico, & de hiera simplici. Empl. diaphœnicum Mes. & stomachicum Gal. Olea absinthii, irini, cheirini, amygd. amar. nardini, chamæm. anethi, costini, de capparibus. Purgantia simplicia, sunt polypodium, agaricus, rhabarb. rhapsodicum, centaurum, maius enicus, myrobalani. Composita purgantia sunt catholicum, diaphœnicum, elect. Indum, diacarthamum. elect. de citro sol. de succo rosarum Nic. & Mesue &c. Ex pluribus selectis prudens Medicus suo Marte potest componere iulepos, apozemata, potiones, glandes, clysteres, condita, mixturas, tabellas, pulueres, stillatitios liquores, epithemata, linimenta, vng.

facculos, emplastra pro ægrorum temperie, consuetudine, anni & morborum temporibus. Medicamenta calefacientia moderare oportet, pro frigiditatis magnitudine, & symptomatum vehementia. Venæ sectio improbat, nisi copulata sit febris, aut mensium aut hæmorrhoidarum suppressio, aut plentudo ad vasa, idque in parua quantitate. Præmissis igitur vniuersalibus ad particularia veniendū quibus iecur roboradum venit, & sympr. castiganda tam sumptis quam admotis.

℞. Vuarum damalc. mund. ℥. β. coquantur in vino veteri & generoso: Deinde pistentur in mortario marmoreo & super cribrum inuersum cernantur: huic adde conseruæ anthos, & cort. citrii conditæ, vtr. ℥. i. pul. cinnamomi, ℥. β. pul. arom. rosati, ℥. ii. hepatis lupi præparati, vt dixi de pulmone vulpis, pag. 462. ℥. i. fiat opiata de qua quotidie mane & sub horam somni cap. ℥. β. cum vino veteri, si nulla est febris, vel cum aqua cichorii si adest. Vel paretur sequens elect.

Opiata.

℞. Pul. diarrhodi Ab. & dialacæ, vel diacurcumæ, vtr. ℥. β. nucis mosch. ℥. ii. pul. diacinnamo. vel rosatæ nouellæ & hepatis lupi, præp. vtr. ℥. i. zingiberis conditi, ℥. ii. sacch. albi aqua stillatitia absinthii vel eupatorii soluti & cocti, ℥. 4. fiat elect. in rhombos pondo ℥. ii. cap. vnum quotidie mane horis tribus ante primum pastum continuando. Deinde hepati applicetur sequens.

Electuariū

℞. Aquarum absinthii, & eupatorii, vtr. ℥. viii. vini albi optimi, ℥. iii. pul. cymarum absinthii, cyperi, schœnanthi, & nardi Ind. sing. ℥. i. troch. de eupatorio, ℥. ii. pul. diagalangæ & arom. ros. vtr. ℥. i. fiat epithema iecori applicandum cum panno rubro denso, per multos dies continuando.

Epithema.

℞. Oleorum nardini, & amygd. amar. aut de absinthio, vtr. ℥. i. β. ceræ flauæ parum, extra ignem dissolue pul. nardi Ind. schœnanthi, & galangæ, singul. ℥. i. fiat vnguentum quo iecur post epithema tepidè illinetur, cui adde inunctionis tempore guttas aliquot vini albi optimi (velocioris penetrationis) panno lineo superposito. Intemperies sicca curatur vt hæctica febris, cibo, potu, balneis humectantibus & inunctionibus idq; ab initio. Vbi altas egit radices, vt senium est immedicabilis. Viscera enim vbi semel exsiccata fuerint, nunquam rursus humectari possunt: satis est, si ea exsiccari prohibeas. Nam quicquid accidit instauratione, plurimum deficit ab integritate eius insiti humidi quod euauit, quodque olim fuerat comparatum. Reliquum curationis reperies sequenti capite.

Vnguentū

De Atrophia.

CAP. LIX.

Atrophia, seu Marcor, dicitur, quia corpus non alitur, & est tabis species autore Celso cap. 22. lib. 3. Est symptoma functionis naturalis, quum alimentum malè trahitur, vel retinetur, vel malè concoquitur, vel non expellitur quod est superfluum, vnde sequitur nutritionis defectus, ex quo corpus emaciatur. Duplex est, vna vniuersalis, altera particularis: Vniuersalis dicitur quum corpus vniuersum sensim extenuatur, idque à variis causis. Nempe si cor per febrem hecticam, aut pulmonis vlcerationem afficitur: eius spiritus labefactatur, & in Atrophiam vniuersalem perducit. Quinetiam ventriculi grauiore affectus eodem adigunt: & lienis iccorisque calida & sicca intemperies: aut bilis multæ tum flauæ, tum atræ perfusio: quoniam hæc naturalem spiritum caloremque proterit, vix vt vitalem sanguinem gignat, sic in Atrophiam præcipitat. Post hos affectus tametsi alimenti copia suppetit, & venæ multo humore turgent, corpus tamen non alitur: quia is humor caloris & substantiæ bonitate, (sæpe etiam febris) quibus concresecat destitutus, partibus neque adhærescit, neque assimilari potest. Particularis Atrophia dicitur, quum pars duntaxat Atrophia exarescit, & consumitur, vt videre est in oculo, qui totus præ nimia siccitate exarescit. Differt hæc Atrophia ab eiusdem ophiœ, quod hæc pupillam solam angustio-rem, obscurio-rem & rugosio-rem efficit, illa verò oculum vniuersum. Prudens omitto eam quæ fit ex vehementi capitis dolore, & eam quæ fit ex caluarie incisione & perforatione: nec non eam quæ fit ex vasorum obstructione qua alimenti non fit distributio ad partium nutritionem necessaria. Atrophia altè defixa, veluti senium aut marcor est immedicabilis.

Vniuersalis Atrophia quæ.

Particularis Atrophia.

Quid distat Atrophia à Phthisi oculi.

Curatio.

Curatio rite instituetur, considerata prius partis obsessæ natura, & eius causa efficitrix: siue pars princeps facultatis animalis, vel vitalis, aut naturalis fuerit. Proinde si Atrophie causa sit pulmonis aliquod vitium, curatio è cap. de Phthisi petenda.

De *ſterro.*

CAP. LXI.

Iκτερος nomen ſumpſit à viuerra ſeu muſtella quæ à Græcis *ικτερις*, & à Gallis Furet dicitur, quod ea oculos auri coloris habeat. Alio nomine vocatur morbus regius, eo quod morbo affectos apparatus regio & ludis ſaſciuis vti perutile eſt, autore Quinto Sereno Samonico, qui ſic loquitur, c. 58.

De nominibus 74-riis.

Regius eſt verò ſignatus nomine morbus: Molliter hic quondam celfa curandus in aula. Et Horatius ſub ſinem artis poëtiæ, ait: Vt mala quem ſcabies, aut morbus regius vrget. Luridam appellat Lucretius li. 4. ſic, Lurida præter ea ſiunt quæcunque tumentur Arquati, quia luroris de corpore eorum Semina multa ſtuunt ſimulacris obuia rerum, Multaque ſunt oculis in eorum denique miſta, Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt. Arquatus quoque dicitur à colore arcus cæleſtis.

Galbula quoque, à colore illius auis de qua meminit Martialis li. 13. epigr. 68. Galbula decipitur calamis, & retibus ales: Turget adhuc viridi cum rudis vna mero. Nonnulli Latino- rum *lcterus*, Auriginem à colore appellant.

lcterus eſt triplex: vnus flauus qui fit ab obſtructione veſicæ fellis quæ excipit bilem. Alter eſt niger, qui fit vitio ſplenis: tertius proprio nomine caret; ex vtroque compoſitus.

lcterus eſt triplex.

Eſt bilioli humoris per ſumma corporis effuſio.

Definitio

Cauſæ externæ ſunt lctus morſusue virulentarum beſtiarū, vt viperæ: potus cuiusdam veneni, quo ſanguis totus priſtinā amittit puritatem, & in citrinum ac biliolum humorem corrumpitur, qui per omnia peruadens cutim inſicit, atque labefactat. Longus vſus eduliorum acrium, vt porrorum, ceparū, ſinapi, aroqum, & ſimilium: quæ hepar & ſanguinem inflāmant, quæque terrenæ ſunt ſubſtantia, & meatus exiles ſtipāt, & facile corrumpuntur: exercitium violentum tempore æſtuo, ira, furor, &c.

lcteri.

De cauſis.

lcteri flauo.

Cauſæ internæ, ſunt hepatis intēperies calida, eiſdē phlogomone, aut obſtructio: effuſio bilis per criſim perfectā, aut im-

Expressioni dissolue elect. indi ma. ℥. β. syr. rosati sol. cū rhab. ℥. i. fiat potio quam capiet diluculo ex artis præscripto. Si cum obstructione inest febris, diureticis minus calidis vtendum. Si in connexa hepatis, fortioribus vtendum. Si hepatis simam obrepserit apozemati præscripto, purgantia sunt miscenda.

Tertiū curationis genus versari debet circa particularia quæ viscera corroborent, & reliquias humoris morbifici per idoneos ductus educant. Vt

Opiata.

℥. Conferuæ rad. apii, & florum eichorii, pistaciorū in mortario marmoreo tritorum affusis guttis aliquot aquæ graminis singul. ℥. i. hepatis lupi præparati, & sem. securidacæ, vtr. ℥. ii. pul. rad. ialap & diatriasantali, vtr. ℥. i. troch. de eupatorio, & de absinthio, vtr. ℥. β. cum syrupo adiantino fiat opiata de qua alternis matutinis ca. ℥. β. superbibendo parum vini albi diluti aqua vel decocto graminis horis tribus ante primum pastum.

Tabellæ.

℥. Pul. diarhodi Ab. & troch. de eupatorio, & pul. ialap. singul. ℥. i. pul. sem. securidacæ ℥. ii. conferuæ rad. apii, & cort. citrii conditæ, vtr. ℥. iii. sacch. albi aqua absinthii soluti & cocti, ℥. iii. fiât tabellæ pondo ℥. ii. aut trium, cap. vnam diebus intermediis mane etiam horis iii. ante pastū superbibēdo cochlearia aliquot eiusdem vini diluti per multos dies continuando.

Puluis digestivus.

℥. Pul. diarhodi Ab. & troch. de eupatorio, vtr. ℥. i. sem. securidacæ, ℥. ii. pistaciorum minutim incisorum ℥. β. cort. citrii conditæ, ℥. vi. panis albi assi, ℥. ii. sacch. albi, ℥. iiii. fiat puluis de quo cap. ante & post singulos pastus cochlear vnum, præmissa purgatione & non prius, nihil superbibendo. His obstructio liberatur, si quid supersit; calor temperatur; viscera roborantur; & putrida eluies excluditur.

Vnguentū.

℥. Oleorum nardini, & amygd. amarorum, vtr. ℥. i. β. succi apii, ℥. i. coquantur ad succi fermè consumptionem ceræ flauæ, ℥. β. pul. nardi celticæ, schœnāthi, & asari, singul. ℥. iiii. rad. cyperi, & sem. apii, absinthii, p. ma. singul. ℥. ii. fiat vnguentum quo mane & vesperi iecur illinetur per horæ quadrantem, addendo inunctionis tempore aceti capparorum guttas aliquot velocioris penetrationis.

℞. Ladani puri, ℥. β. hypocistidis, acaciz nostratis, cort. thuris, mastice, singul. ℥. ii. caryoph. nucis mosch. cyperi, & styracis cal. singul. ℥. i. fiat puluis crassus terebinthina excipiendus in pastillos lupinates pro suffitu prodicis sedente ægro in sella deiectoria per multos dies continuando. Deinde,

Suffitus.

℞. Massæ emplastri contra rupturam, de mastiche, & pro matrice, singul. ℥. i. β. pul. rad. bistortæ, spögiæ cynorrhodi vulgo bedegaris dictæ, herniariz & vsnæ, singul. ℥. ii. cum pauco terebinth. fiat magdaleon quo paretur empl. super alutam iustæ magnitudinis extensum ossi sacro & coecigi applicandum.

Emplastrū

℞. Stercoris lacerti, ℥. β. stercoris columb. & hirundinum utr. ℥. i. stercoris capræ ℥. ii. puluerata excipiantur terebinth. in empl. eidem parti admouendum. Medio tempore si aluus est dura, leniente aliquo clystere emolliatur: Vel detur aliquod eccoproticum præsidium, vel mastice rhab. optimi, ℥. ii. aut tres mane ne duritie factum rursus procidat.

Aliud.

Victus, sit attenuans & siccans, ut humor superfluus (qui laxitatis est causa) exsicceretur: dormiat eleuatis clunibus, & viuet omnem motum tum corporis cum animi. Nunc ad iecinoris affectus est transeundum.

De Jecinoris Imbecillitate.

C A P. L V I I I.

Hηπασιδοι à posterioribus Græcis ac Latinis vocantur, qui hepatis imbecillitate laborant. Hæc affectio non solum ad intemperiem, sed ad Iecinoris substantiam pertinet. Hæc imbecillitas à quavis intemperie insigni fit, calida nimirum, frig. humida, & sicca. Aëtius lib. 10. cap. 1.

Signa sumuntur à duobus, nempe ab intēperie cal. frig. humida & sicca: & à facultatibus attractrice, retentrice, alteratrice, & expultrice.

De signis calida & sicca intemperici.

Si iecur est calidius quam par sit, sequitur cibi & maximè carnis fastidium, inædia tamen plurimum incommodat, sitis quoque vehemens, corpus vniuersum, & maximè palmæ manuum, & pedū plantæ calent: humores primū colliquantur: deinde ipsius visceris carnes: bilis quæ per aluum excernitur est

crassa, colorata, acris & valdè fœtida: vrina est ruffa: pulsus celer: dum humor calidus exuperat, bilis vomitione prorumpit, primum quidè tenuis ac pallida, deinde crassa ac fœtida: oris amator: fœbris, eaque aut tertiana intermittens, aut errabunda, aut certè lenta, qua omnino languescit corpus, paulatimq; exarescit, si siccitas comitetur, & sitis maior & excremèta pauciora ac sicciora redduntur. Addit Trallianus li. 8. c. 3. ægri sũt habitu tenues, pilosque densos habent, & sunt curis dediti, & iracundi.

*De signis
frig. & hu-
mida intē-
perici.*

Ex intemperie frigida, cibi cupiditas maior inest: sitis nulla: deiectiones neq; multæ, neq; assidua, certis tamè diebus cumulatius excernũtur; & minus olēt, quã quæ per calorè colliquantur: sunt quoq; alio colore atq; cõsistentia, & quæ egerũtur similes sunt aquæ, in qua caro recēs macerata lota sit, præ seque plerunq; ferũt sanguinis putrefacti, aut in grumos coacti speciẽ, nõ quod sanguis verè sit, aut grumus; sed veluti limus, aut fœx quædã sanguinis crassa, ad atræ bilis speciẽ proximè accedens: ob id propriè hepatici dici solēt. Præterea plures variiq; deiectionũ colores, frigidã iecoris intēp. testantur: Si huic copulata fuerit humiditas, excremèta erũt liquidiora & copiosiora: palmæ manũ, & pedũ plãtæ madēt. His succrescit, in hac intemperie nulla est febris, nulla deniq; corporis extenuatio, excepta facie, quæ collabi videtur: nullus amator, sed potius acer in ore pereipitur: defidiosa vita, victus frigidus, &c. Si intēperies sicca ipsũ fuerit adiuncta, sicciora apparebũt excremèta. Si iecoris attrahēdi facultas infirma sit, liquida defluunt ab aluo cremoris specie, etiãsi nulla vētriculi offensa, nullaq; mesenterij sit obstructio. Si retinēdi vis læguet, aluus interdũ (sed admodũ raro) liquida, & saniosa reddit carnis loturæ recēs maceratæ similia vt in intemp. frigida diximus. Sæpius etiã quum hæc imbecillitas increuit, sanguis spõte profluit è venis, idque vel per nares, vel per vterum, vel per hæmorrh. vel per sputa. Si alteratrix facultas est imbecilla, cruditates fiunt, quibus primũ pedes, deinde & cæterę partes intumesçũt, vt iis qui à morbo graui cõualescũt: necnõ hydropicis, serithosis, ictericis, aliisque hepaticis. Etenim venæ iecori malè affecto, utpote suæ origini cõdolescũt, & cõsentiũt, vt & nerui cerebro. Plura Gal. li. 6. c. 2. & li. 5. locorũ affect. c. 6. & li. 8. catar. Aëtius li. 10. cap. 1. Trall. li. 8. c. 3. Paul. li. 3. c. 46. Auic. fen 14. tertij, tract. 3. c. 2. Artuculanus, &c. Plerũq; ad hydropen, aut colicũ pituitosũ hic affectus agros perducit. Imbecillitas iecoris altè defixa, diffi-

*De signis
sumptis à
4. facultatibus.*

cillimè aut ferè nunquam curatur. In huius affectus curatione, hoc Actii consiliū accuratè obseruandū, vt quum intēperie corrigentibus addatur aliqua aperientia, quod ferè cū illa intemperie adsit obstructio, à cōgregatis in ipso per imbecillā sanguificationē excrementis. Pariter astringētia sunt miscenda, vt huius visceris robur conseruetur, & sint tenuiū partium, vt tergant, & leniant, & vacuent excrementa. Hoc consilium perpetuo obseruandum tam in sumēdis quā admouēdis. Qui technicè hanc affectionē est curaturus considerare debet, an nuda sit intemperies necnè: si nuda à cōtrario medicari debet, calida, refrigerantibus: frigida, calfaciētibus; sic de ceteris duabus qualitatibus censendum. Si aliquo humori est admixta, alterantibus, & humorē purgantibus vtendum, idq; 4. auxiliōrum generibus: victu nēpe refrigerāte & humectāte, qualis descriptus in tertianæ cōtinuæ curatione cap. 11. fuit, ne toties eundē reuoluā lapidem. Secundò alterātibus, & causam morbificā vacuantibus medic. clementioribus mox describēdis. Tertiò, hepar corroborantibus, etiam post scribēdis. Quartò symptomata corrigentibus: formulas paucas dabo; sed quisque ex sequentibus omnis generis suo Marte componat.

Medicamēta simplicia & cōposita, quæ huic affectui tuto aptari possunt, quæq; agūt tā à qualitate manifesta, quā occulta: inter radices sunt, rad. acerosæ, lapati acuti, graminis, rusci, asparagi, plātuginis, cichorii, & filicis: herbæ sunt intubus, cichorii omne genus, hepatica, lens palustris, adiantū omne, portul. lactuca, viola, sonchus, & solanū. Semina, oxyacanthæ, 4. sem. frig. maiora & minora, plātag. acetosæ, papaueris albi, & securidacæ seu hedyсарū Diosc. triplex sātālū, corallus vterq; ebur, cornu rhinocerotis, & cerui, caphura, hepar lupi præparatum, quouis modo vsurpetur pōdo 3. i. cū stillatio liquore cichorii: caro cochlearū & limacum à suo lentore abluta multis lotionibus in lixiuio calido, vel aqua calida sali & arenis mixta, & nō frigida, ne earū caro durescat, atq; earū liquor distillatus. Cōposita: syr. viol. simpl. & ex 9. infusionibus syr. nymphææ, de succo endiuiz simplex, & comp. de cichorio simplex, & comp. de granatis acidis, oxyfacch. simpl. & cōp. de acetositate citrii, de limonibus, aceratus simpl. syr. cydoniorum, zulapum rosatum, & violatum, syr. rosatus solutius: conseruæ viol. nymph. rosarum, florum cichorii, adianti albi, &c.

Pulpa cucurbitæ cōditæ, cauliculi lactucæ, & c. saccharū rosatū, violatū, saccharū crystallinum, diatrāgacāthū frig. elect.

*Præfigia.**Curatio.
à causa calida.**Materia
simpl. med.
& cōpositorum à
causa calida.**Caro cochlearum,
& limacū
preparatio*

diarmac. frigidum diatriasantali, diarthodum Ab. detractis speciebus & manus Christi perlata, inter purgantia simplicia, censentur rhabarb. agaricus, tamarindi, cassia, myrobalani citrea, ius galli decrepiti, & manna Calab. diaprunū simpl. & comp. elect. de psyllio, de succo rosarum Nic. & Mesue. troch. oxyacanthæ, de spodio, & de caphura. Extrinsecus aptari possunt V. album gal. rosatum Mesi, ceratum santalinum. Olea rosatū. violatum, nenupharinum, cydoniorum. Ut symptomatis occurrendum sit, paucis verbis docuit Auic. loco citato ca. 3. Si (inquit) facultas attractrix est imbecilla, calidis & siccis, sed magis calidis. Si retentrix, frigidis & siccis, at magis siccis: si alteratrix, calidis & humidis, licet magis calidis: si expultrix, calidis & humidis, sed magis humidis firmare oportet. Præmissus vniuersalibus parentur sequentia.

Electuariū ℞ Sem. acetosæ, melonis mund. & endiuiz, singul. ℥. ii. pul. diatriasant. ℥. iiii. confer. florū cichorij, ℥. β. hepatis lupi præp. ℥. i. sacch. aqua cichorij soluti, ℥. 4. fiant tabellæ pondo ʒ. i. β. aut duarum e. vnam horis 2. ante pastum. Idem præstabit manus Christi cum perlis pro delicatioribus. Interea hepatis incendium sequenti epithemate demulcendum.

Epithema. ℞. Aquarum endiuiz, & cichorij, vtriusque ℔. β. aquæ absinthij, ℥. ii. aceti vini albi, ℥. i. dissolue pul. sem. endiuiz, & acetosæ, vtriusque ℥. iiii. santali albi, & rub. & coralli albi, singul. ℥. ii. troch. de spodio, ʒ. β. rad. ind. ℥. i. fiat epithema tepidè & non calidè hepati applicandum. Vel

Sacculus intersusus. ℞. Sem. melonum, cucurbitæ, & endiuiz, singul. ʒ. iiii. omnium santalorum, florū nymph. viol. & rosarum rub. singul. ʒ. ii. coralli rub. ℥. iiii. troch. oxyacanthæ, & de caphura, vtr. ℥. ii. cassiæ lignæ, nardi ind. schœnâthi, singul. ℥. i. tufis omnibus excipiatur serico rub. & gossipio pauco carpto, fiat sacculus interpunctus instar mediz lunæ, qui suscepto vapore aquæ rosarum, vel endiuiz iecinori admoueat: deinde illinetur sequenti vnguento.

Linimentū ℞. Vnguenti rosati, ℥. iiii. oleorū viol. vel nymph. ℥. i. pul. absinthij p. ma. ʒ. i. spicæ celticæ, cyperi & schœnâthi, singul. ℥. i. fiat linimentū quo iecur frigidè (si est æstas) aut tepidè (si hyems) illinetur post epithema, addendo inunctionis tempore, v. (pro vehiculo) aceti rosati guttulas aliquot. Vel ℞. Cerati santalini, ℥. ii. extende super panū cānabinū densum ad formam mediz lunæ, & post epithema hepati admoueat: adde caphuræ, ʒ. 4.

Curatio imbecillitatis Hepatis ab intemperie frigida.

HÆc intemp. simili methodo curatur: nempe victu calfaciente & siccante: secundo alterantibus: tertio hepar corroborantibus: 4. symptomata corrigentibus. Ager fruatur aëre æstivo & sicco, tenui & perspirabili. Et si hyems fuerit, aut aëris constitutio pluuiosa, aut caliginosa, calida & sicca reddatur per ignem luculentum, ac suffitu aromatum, ut cortice auranciorum, limonum, citrii, granorum iuniperi, thuris, styracis cal. beniuini. Vliginosam & aquis statariis proximam habitationem tanquam acutum scopulum vitabit. Panis sit similagineus, optimè fermentatus cum aniso, & sale, aut aromatis vel saccharo paratus. Carnes animalium boni succi non excrementosorum, sed in dumetis, vinetis, collibus, nemoribus degentium assæ, sinapi aut aromatis cõditæ: aut apio, dauco, fœniculo, petroselino, cacuminibus asparagi, pulegio, eruca, cepis, porris &c. Carnes verueccis, vituli, agni, hœdi, pullorû gallinac. gallinarû, caponum, anatis, & limacum aqua triplici calente lotarum, ut omnem colluuiem deponant ex ea quadam facultate, autoritate veterum valent. Pisces saxatiles qui sunt carne friabili præditi, & marini recentes & non falsi in vino cocti & aromatis conditi, quum carnes fastidiunt, cõcedi possunt: Vux damascenæ exacinata, strobili, pistacia, ficus, nuces iuglaades recentes, & amygdala dulcia excorticata, & nuces ponticæ dum sunt recentes & non antiquæ, quia oleosa sua substantia ventriculum infestant, caput vaporibus replent, & sua terrena qualitate iecur obstruunt ex Gal. 2. alimentorum. Legumina omnia (cicerum rub. decoctum, excipe) caseus, & quæcumque ex lacte parantur obsonia, officiunt. Victus sit tenuis & parcus, & inædia salutaris. Pro potu vtendum vino rubro optimo, diluto tamen decocto sarzæ parillæ. Labor, cibum præcedat ex Poëtæ sententia: Colles manè petas, sub noctem fluminis vndas. Exercitii loco, si æger est debilis, extremarum partium frictions validæ imperentur. Somnus sit nocturnus & non diurnus & solito breuior. Animi pathemata (excepto gaudio) sunt fugienda. Nunc de medic. simpl. & compositis, in causa frigida. Inter radices sunt, he-

*Materia
remediorū
in causa
frigida.*

*Securidaca
est Diosc.
hedyfarum
seu pelecini-
um.*

lenium, cyperus, galanga, aristolochia, eringium, daucus, asarum, apium, petroselinum, fœniculum, pincerdanum, nardus Indica, costus, acorus verus, iris, & glycyrrhiza. Cortices citrii, aurantiorum, ulmi, fraxini, sambuci, cappatorum, tamaricis, calami aromatici, scillæ: ligna, agallochum, saffrafras, & zarza parilla. Herba eupatorium, betonica, fumaria, lupulus, chamædri, chamæpiti, prassium album, absinthium, organum, calamentum, pulegium, abrotanum. Semina hordeum integrum, 4. calida maiora, & minora, cuscuta, viticis, paliuri & securidaca seu hedyfarum Diosc. alio nomine pelecinum à similitudine parvæ securis dicitur: fructus sunt vix damascenæ, corinthiæ, passulæ, ficus, strobili, amygdala dulcia & amara. Flores iunci odorati, genistæ, hiperici, sambuci, chamæmeli, meliloti, stœchadis. Aromata, vt piper omne, cassia lignea, & cinnamomum, crocus, nux moschata, macis, zingiber, caryoph. Liquores, vt myrrha, bdellium, mastiche, ammoniacum, ladanum, aloë, bitumen, terebinthina, mel, hepar lupi à forma specifica cum vino albo sumptum, cochleæ & caroli macum aqua triplici lota vt docui pag. 601. Inter composita censentur syrupus de eupatorio, de stœchade, de bisantiis, de cichorio comp. rosatus, de fumaria, de v. radicibus, oxymel compositum, & scillinum, dialacca, diacurcuma, hiera simpl. Pulveres qui in pharmacopoliis extant, sunt diacalaminthes, dianisum, diacyminum, diarrhodon cum speciebus, aromar. rosatum, diamarg. cal. rosata nouella. Conditæ sunt myrobalani conditæ, zingiber conditum, nux moschata condita, cortex citrii conditus, & limonum, nuces iuglandes conditæ, radix helenii condita: conseruæ florum saluiz, roisמרini, betonicæ, & stœchadis. Trochisci de eupatorio, de spodio, de capparibus, galliæ & aliptæ moschatæ, & de rhabarbaro. Pilulæ sunt aggregatiuæ, de rhabarbaro, de agarico, & de hiera simplici. Empl. diaphœnicum Mes. & stomachicum Gal. Olea absinthii, irini, cheirini, amygd. amar. nardini, chamæm. anethi, costinum, de capparibus. Purgantia simplicia, sunt polypodium, agaricus, rhabarb. rha ponticum, centaurum, maius cnicus, myrobalani. Composita purgantia sunt catholicum, diaphœnicum, elect. Indum, diacarthamum. elect. de citro sel. de succo rosarum Nic. & Mesue &c. Ex pluribus selectis prudens Medicus suo Marte potest componere iulepos, apozemara, portiones, glandes, clysteres, condita, mixturas, tabellæ, pulveres, stillatitios liquores, epithemata, linimenta, vng.

sacculos, emplastra pro ægrorum temperie, consuetudine, anni & morborum temporibus. Medicamenta calefacientia moderare oportet, pro frigiditatis magnitudine, & symptomatum vehementia. Venæ sectio improbat, nisi copulata sit febris, aut mensium aut hæmorrhoidarum suppressio, aut plentudo ad vasa, idque in parua quantitate. Præmissis igitur vniuersalibus ad particularia veniendū quibus iecur roboradum venit, & sympt. castiganda tam sumptis quam admotis.

℞. Vuarum damalc. mund. ℥. β. coquantur in vino veteri & generoso: Deinde pistentur in mortario marmoreo & super cribrum inuersum cernantur: huic adde conseruæ anthos, & cort. citrii conditæ, vtr. ℥. i. pul. cinnamomi, ℥. β. pul. arom. rosati, ℥. ii. hepatis lupi præparati, vt dixi de pulmone vulpis, pag. 462. ℥. i. fiat opiata de qua quotidie mane & sub horam somni cap. ℥. β. cum vino veteri, si nulla est febris, vel cum aqua cichorii si adest. Vel paretur sequens elect.

Opiata.

℞. Pul. diarrhodi Ab. & dialacæ, vel diacurcumæ, vtr. ℥. β. nucis mosch. ℥. ii. pul. diacinnamo. vel rosatæ nouellæ & hepatis lupi, præp. vtr. ℥. i. zingiberis conditi, ℥. ii. sacch. albi aqua stillatitia absinthii vel eupatorii soluti & cocti, ℥. 4. fiat elect. in rhombos pondo ℥. ii. cap. vnum quotidie mane horis tribus ante primum pastum continuando. Deinde hepati applicetur sequens.

Electuariū

℞. Aquarum absinthij, & eupatorii, vtr. ℥. viii. vini albi optimi, ℥. iii. pul. cymarum absinthij, cyperi, schœnanthi, & nardi Ind. sing. ℥. i. troch. de eupatorio, ℥. ii. pul. diagalangæ & arom. ros. vtr. ℥. i. fiat epithema iecori applicandum cum panno rubro denso, per multos dies continuando.

Epithema.

℞. Oleorum nardini, & amygd. amar. aut de absinthio, vtr. ℥. i. β. ceræ flauæ parum, extra ignem dissolue pul. nardi Ind. schœnanthi, & galangæ, singul. ℥. i. fiat vnguentum quo iecur post epithema tepidè illinetur, cui adde inunctionis tempore guttas aliquot vini albi optimi (velocioris penetrationis) panno lineo superposito. Intemperies sicca curatur vt hæctica febris, cibo, potu, balnis humectantibus & inunctionib. idq; ab initio. Vbi altas agit radices, vt senium est immedicabilis. Viscera enim vbi semel exsiccata fuerint, nunquam rursus humectati possunt: satis est, si ea exsiccari prohibeas. Nam quicquid accidit instauratione, plurimum deficit ab integritate eius insiti humidi quod euauit, quodque olim fuerat comparatum. Reliquum curationis reperies sequenti capite.

Vnguentū.

De Ictero.

CAP. LXI.

Iκτερος nomen sumpsit à vierra seu mustella quæ à Græcis *ixlis*, & à Gallis Furet dicitur, quod ea oculos auri coloris habeat. Alio nomine vocatur morbus regius, eo quod morbo affectos apparatus regio & ludis lasciuus vti perutile est, autore Quinto Sereno Samonico, qui sic loquitur, c. 58.

Denominibus variis.

Regius est verò signatus nomine morbus: Molliter hic quondam celsa curandus in aula. Et Horatius sub finem artis poëtices, ait: Vt mala quem scabies, aut morbus regius urget. Luridam appellat Lucretius li. 4. sic, Lurida præterea sunt quæcunque tuentur Arquati, quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt simulacris obuia rerum, Multaque sunt oculis in eorum denique mista, Quæ contage sua palloribus omnia pingunt. Arquatus quoque dicitur à colore arcus cælestis.

Galbula quoque, à colore illius auis de qua meminit Martialis li. 13. epigr. 68. Galbula decipitur calamis, & retibus ales: Turget adhuc viridicum rudis vna mero. Nonnulli Latinarum Icterum, Auriginem à colore appellant.

Icterus est triplex: vntus flauus qui fit ab obstructione vesicæ fellis quæ excipit bilem. Alter est niger, qui fit vitio splenis: tertius proprio nomine caret; ex vtroque compositus.

Icterus est triplex.

Est biliosi humoris per summa corporis effusio.

Definitio

Causæ externæ sunt Ictus morsusue virulentarum bestiarum, vt viperæ: potus cuiusdam veneni, quo sanguis totus pristina amittit puritatem, & in citrinum ac biliosum humorem corrumpitur, qui per omnia peruadens cutim inficit, atque labefactat. Longus vsus eduliorum acrim, vt porrorum, ceparum, sinapi, aromatum, & similibum: quæ hepar & sanguinem inflāmant, quæque terrenæ sunt substantiæ, & meatus exiles stipant, & facile corrumpuntur: exercitium violentum tempore æstiuo, ira, furor, &c.

Icteri.

De causis Icteri flau.

Causæ internæ, sunt hepatis intemperies calida, eiusdem phlogomone, aut obstructio: effusio bilis per crism perfectā, aut im-

perfectã februm biliosarũ de qua meminit Hip. sect. 4. aphor. 62. & 64. iecoris aut folliculi cholidochi obstructio, ob quã biliosum humorẽ attrahere nequit ab hepate: aut eius meatus, qui bilẽ defert ad intestina. Alias fit à paruo lapide in folliculo fellis concreto: aut à tuberculo adurato.

*De causis
icteri nigri.*

Causã Icteri nigri, sunt humor melancholicus in omne corpus cũ sanguine effusus, idq; vel quod in sanguine atq; in icore multũ exuperet, quem lien totus expurgare nequit: vel quod lien huius copia infarctus, alium excipere nequeat: vel copia turgens, illius portionem refundat in venas, ac tum lienis tumor grauitasque premat. Vel quod vena è icoris parte in lienem directã, (ex qua fœx sanguinis deducitur, ac expurgatur) obstructa sit. Et vt paucis expediã: tres sunt causã quibus Icterus fit: tumor durus, inflammatio, & obstructio. Galenus.

*De signis
icteri flauis.*

Signa Icteri vniuersalia sunt pigrities, & tumor, motum corporis grauans; ægri cibos dulces auersantur, variis imaginibus vexantur: adest totius corporis pruritus, difficulter exudant, alba oculorum & faciei tempora, & genarũ pallorem (si bilis) vel nigredinem (si humor melanch.) demonstrant.

Signa particularia, si à causis externis oritur Icterus, per se sunt satis nota, vel ab ægro disci possunt. Si verò à causis internis: veluti ab intemperie aliqua hepatis, aut ab imbecillitate ipsius petenda erunt ex c. 58. pa. 600. vbi egimus de hepatis imbecillitate à causa calida & frigida. Si ab inflammatione, signa petenda erunt ex cap. de hepatis inflammatione. Similiter si ex tumore, aut abscessu, suo loco referemus fauente numine. Si ab obstructione, inest dolor atq; grauitas in dextro hypochondrio, nullo tumore, vel urgente febre percepta: alui egestiones albicant, præcipuè si porus cholidochus qui ad ephusin definit est obstructus: vrina est valdè intensa, crassa, crocea veluti & alui excrementa. Si ex imbecillitate facultatis expultricis, vrina nullo colore infecta excernitur, etiã nulla grauitas percipiatur. Si ex imbecillitate facultatis attractricis contingit, inest nausea, vomitus, oris amaror, nullo grauitatis sensu apparente in icore, & color flauus paulatim, & non affatim fit. Si via critica, ex febre quã præcessit, cognoscitur.

Si consensu totius corporis fit à febre, cuius vi & incendio sanguinis pars vertitur in bilem, & in omne corpus quoquo versum effunditur & cæteris frequentius accidit. Signa si à

cystide, subito accidit, & egestio est alba, adest sitis & oris amaror.

Signa si splenis vitio fit, in eo durities quædam & non De signis
semper percipitur, atque grauitas, & oculorum color non *isteri ni-*
flauus sed niger apparet, cum quadam viriditate excremen- *gri.*
ta solito nigriora apparent. Signa si ab vtraque bile fit color
oculorum est mixtus ad porraceum colorem declinans. Hoc
vitiū familiare est puellis, quæ chloræ sunt, id est, ex viridi
flauæ. Ægri vt plurimum sunt frigido temperamento, desi-
des, imbecilli, tristes, animo demissi: tetrum odorem ex-
halant: gustus amaricat, difficile spirant, ventriculi morsus:
vrina est colorata, ad nigredinem vergens, cruditate labo-
rant, cibum detestantur, vigilant, macrent ab humore me-
lancholico in illis redundante: id malum adolescentulis iuue-
nibusque familiare est; quibus & minus officit: pueris autem
non admodum inusitatum, non omnino tamen innoxium
est, autore Aretæo lib. 1. de causis & signis morborum diutur-
norum cap. 15.

Morbus regius ante diem 7. si acciderit malum esse cecinit *De prognos-*
Hip. aphor. 62. sect. 4. & prænotione 127. coacaram. At li. *stis.*
1. epid. sect. 2. constitutione tertia id bene successisse Heracli-
di qui apud Aristocydam decumbebat, cui sexto die iſterus fe-
bre ardente laboranti accidit: quia in eo die natura sese exo-
nerauerat per aluum, vrinas, & narium hæmorrhagiam. Qui-
bus in febribus morbus regius 7. 9. 11. aut 14. superuenit, bonū,
nisi dextrū hypochondrium durum sit, alioqui minime bonū.
Hip. aphor. 64. sect. 4. quia illi dies sunt critici: in febribus
acutis, in quibus natura expellit, quod illi est insensum. Con-
tra malum, si iecur est durum, quia illa excretio fit nō vi natu-
ræ, sed morbi. Morbus regius in febre biliosa, ante 7. diem
accedens, cum rigore febrem soluere scripsit. Verū si sine ri-
gore accedat, extra temporis occasiones perniciosus est: com-
ment. 4. in lib. victus acutorum textu 81. Hip. In febribus ar-
dentibus, si iſterus & singultus fiant quinto die lethale.

Si posterius 7. die, indicium est sublatis sudoris inquit Hip. li.
indicat. & li. 3. de morbis curatione 12. plerunq; in 14. diebus
moritur æger: hos si effugerit, sanus euadit. Morbo regio la-
borantibus, si fiat hepar durū, malum inquit Hip. aphor. 42. sect.
6. indicat scirrhum, aut phlegmonem in iecore subesse, & sic
vera erit Hip. sententia: secus non autore Celso, lib. 2. cap. 8.

Auriginosi, non admodum ventosi. Hip. aphor. ultimo sect. 5. quia status ut plurimum sunt à pituita frigida, & Icterus fit à bilioso humore calido.

Icterus qui fit ex obstructione pori cholidochi, repente hominē adoritur, siue febre, siue magna corporis, aut virium iactura.

Auriginosum corpus vix sudat, sed plerunque prurigine tentatur, & quasi suscepto onere ingrauescens torpescit, mens sensusque hebescunt, & variis laceffuntur imaginibus ut dixi. Quæ via critica fit, febrem finit, nec tamen cum febre desinit, sed diutius protrahitur: vrinx & alui excrementa secundum naturam se habent. Ex Ictero fatuitas, mala. Hip. in coacis, prænotione 198. Fœsli versionis.

Curatio Icteri qui fit ab icth virulentarum bestiarum.

IMprimis ab exuptione est auspicandum, modo is qui est exurturus non sit ieiunus, & os vino colluat, & oleum aliquod in ore contineat. Deinde si pars demorsa aut icth admittat, cucurbitulæ cum alta scarificatione admoueantur: si non admittit inurantur cauterio actuali. Hinc alexiteriis pugnandum tam sumptis quam admotis. Propinanda confestim potio ex theriaca antiqua ad ʒ.β. cum stillatitio liquore cardui bened: & syr. acetosiratis citrii, quæ iterari poterit ob vitæ discrimen. Gal. 5. loc. affect. & 1 antid. medio tēpore alienū haud erit præscribere cōdita, tabellas & pul. ex cardiacis, & epithemata, atque emplastra, ex conseruis & theriaca, & c. præparata, aut sacculos ex medicamētis cardiacis infarctos & regioni cordis admouere: sic cor vitæ principiū exhilarare, & fouere in quo virus & venena agunt. Si demorsus, est agricola, aut pauper, ex primo insultu scarificata parte cultro pēnario aut quouis alio instrumento loco suctionis demergat partē ictham, aut demorsam in aqua calēte, & confricet, & eidē parti scorpio aut vipera truncato capite & cauda, corpus animalis contritū in mortario vulneri admota præsetaneū erit remediū, quo nihil præstantius. Vel in eius penuria, vulneri scarificato & loto in vrina, aut muria, emplastrum ex probata & mediæ ætatis theriaca admouendum erit.

Potio alexipharmaca.

Quæritur num phlebotomia & purgatio suaderi debeant, an non. In principio curationis, venæ sectio non celebranda, ne virus quod adhuc in venis capillaribus consistit, in maiores trahatur, inde mors sequeretur. Aliis verò temporibus, quum venenum in maiores venas irrepsit, & ætas & vires & plenitudo consentiant, statim aperienda erit vena, quia morbus non dat inducias, etiamsi alius astricta fuerit: qua peracta glans acris, aut clyster ex herbis cardiacis supponi poterit. Sic censendum de purgatione: si impurum fuerit corpus, eccoproticum purgans propinari potest, mixtis cardiacis & non theriaca quæ purgationi officit, teste Gal. lib. de theriaca ad Pisonem. Hinc ad præscripta properandum erit. Pro potu consilio Pauli lib. 5. cap. 2. vtatur vino puro ac optimo, vt ex eo recentibus vaporibus & familiari caliditate corporis miscella repleatur.

Curatio Icteri ab epoto veneno.

MOrbus regius ab assumpto veneno si oritur, & illud tibi cognitum fuerit, ad proprium antidotum est recurrendum: quale fuerit docuit Nicander in suis alexipharmacis, & post eum Diosc. Gal. Auicenna, Paulus &c. Contra si tibi ignotum fuerit, ad vniuersalia recurrendum: nempe ad vomitum, si natura eo vergit, quæ iuuanda: contra, si deorsum, balano acri aut clystere.

Si in corporis habitum venenum iam irrepsit, in varias corporis partes cucurbitulæ cum multa flamma scarificata conueniunt, & ea omnia quæ foras materiam attrahunt: Deinde corpus reficiendum iuribus carniū pinguibus, quibus vis veneni infringitur, & aditus magis pateat.

Hinc ad amuleta descendere: michridatica antidotus, venenis assumptis est vtilior theriace: & hæc eiaculatis venenis illa præstantior, autore Gal. 1. Antid. Tandem cor tam sumptis quam ad motis instaurandum, fouendum, ac muniendum, ob rationes superius præscriptas, capite 42. de Syncope. Venæ sectio atque purgatio improbantur: quod illa totum corpus refrigerat, hæc verò vt plurimum componitur ex medicamentis deleteriis autore Mesue: neque tamen reijcio ecco-

protica, qualia sunt manna, cassia, thamarindi, syr. rosatus sol. de cichorio dupl. rhab. corpore existente cacochymo.

*Curatio
icteri ex
imperfecta
crisi.*

Si Auriginosus affectus constitit ex imperfecta crisi, de-
nuo æger purgandus erit cholagogis, ne febris recidiuer, vt
docuit Hip. aphor. 12. sect. 2. Quæ relinquuntur in morbis
post iudicium, reciduas facere consueuerunt. Deinde vte-
re aræoticis, i. rarefacientibus medicamentis quæ humorem
compactum soluant, & exiguos poros ampliores reddant, vt
per eorum spiracula commodius diffletur: qualia sunt se-
quentia.

Balneum.

℥. Herbarum 4. emollientium, agrimonix, fumariæ, sapo-
nariæ, rorismarini, & chelidonij maioris, singul. fasciculum
vnum, aut m. vi. centaurii minoris & florum chamæm. meli-
loti, hordei integri, & fabarum, lupinorum singul. m. ii. bul-
liant in aquæ ℥b. centum inclusa sacco pro balneo in quo
mane ingrediatur, & potio sequens (ingressurus balneum)
detur ad sudoris eruptionem.

*Potio sudo-
res mouēs.*

℥. Succi rad. raphani, ℥. ii. vini albi, ℥. i. pul. chryfocollæ
℥. ii. aut ʒ. β. fiat potio (vt dixi) sumenda. Sudabit in lecto, &
linteis asperis, aut spongiis nouis, totum corpus detergatur:
deinde oleis discutientibus illinetur.

*Discutien-
tia olea.*

℥. Oleorum anethi, irini, & chamæmeli, singul. ℥. i. aquæ
vitæ, ʒ. β. misce: vel horum loco vtere vnguento aregonis aut
altero eiusdem facultatis. Quod ad oculorum vitium attinet,
facies sæpe abluenda, ex decocto balnei. Hinc errhina, apo-
phlegmatismi, sternutamenta, & huiusmodi remedia quæ hu-
moris reliquias dissipari possint, aptentur, qualia sequuntur.

Errhinum.

℥. Lactis, ℥. ii. succi maioranæ, & vini albi optimi, vtriuf-
que ℥. i. scammonii puluerizati, ʒ. i. misce. Huius acrimonia
retunditur lacte ne vlceret nares. Hoc genus remedii ma-
gnum habet consensum cum oculis per foramen magni an-
guli, vt annotauit Hip. sect. 2. lib. 6. epid. textu 31. & Gal.
ibidem. Hoc vtendum mane tantum, exonerata prius aluo,
& præmissis vniuersalibus.

*Mastica-
torium.*

℥. Peti maioris, pyretri, & cubearum, singul. ʒ. i. masticis,
ʒ. iii. pulpæ vuarum damascenarum præmaceratarum aqua
saluicæ, vel thymi, q. s. fiat pasta in nodulos vel pastillos refe-
renda, quorum quotidie mane masticabit vnum, pondo ʒ. ii.
per horam semissem expuendo in disco vel lance saliuam
quæ ab ore defluet.

℥. Pul. ptarmicæ, & rad. cyclamini, & tabaci, singul. ʒ. i. *Sternuta-*
 dirigatur portio in nares per tubum calami etiam mane vacuis *mentum.*
 alui fœcibus.

Curatio Arquati ex Inflammatione Iecoris.

SI Arquatus duxerit originem ex Iecoris Inflammatione: Squæcumque phlegmonas sanant, conueniunt. Et si obstructio simul coinciderit, laxantia simulque detergentia erūt necessaria. Si verò huius visceris, vitio vel cystidis fellis, vel lapilli collum ipsius cystidis obstructis fuerit; curatio ex propriis capitibus erit petenda, ne toties eundem lapidem reuoluere videar: ad quæ lectorem ablego. Curatio icteri si ab obstructione alterius visceris, vt si vesicæ meatus, scaturiat, iisdem medicamentis cap. præcedenti descriptis curabitur: hoc solo discrimine, quod obstructio phlegmagogis, Icterus verò cholagogis simul absque insigni astrictione, idque triplici remedium genere: nempe phlebotomia, purgatione, & victu congruo. Etiam circa morbi initia venæ sectio celebrari potest ex vena axillari dextra, plus minusue pro ratione plenitudinis & virium, & ætatis. At si ægri vires sunt imbecillæ, erit partienda: præmissis clystere, aut balano, si aluus substitute. Inclinate verò Ictero, venæ hipoglotides sunt aperienda. Quibus vero hæmorrhoides aut menses sunt suppressi, educatur sanguis ex poplitibus aut saphenis vtriusque pedis sub horam 2. pomeridianam exercitato corpore.

Alterum genus curationis quæ fit vomitu, & deiectione, & *De purgatione.*
 aperientibus vt superiori cap. diximus pag. 613. astringentia
 & eccoprotica pharmaca etiam initio curationis parum profutura iudico, quorum loco validiora vsurpanda, quia naturam non habemus adminiculantem vt in cæteris morbis.

Si ex priore cathartico, nihil proficias: rursus, aliquod forte deopilatiuum pharmacum bibendum præbe, & post triduum rursus violentius pro vice secunda purgato, Aëtio autore lib. 10. cap. 18. ex Ruffi sententia.

Purgato sic corpore, hepar corroborandum opiatis, tabelis, pulueribus: & fœdus colo, balneis, thermis siccis, sternutamentis, apophlegmate, & errhinis superius descriptis.

Imprimis aër sit temperatus, aut ad calidum vergens, cibus

*De victu
3-genus.*

concoctu facilis, ex iuribus carniū veruecis, vituli, hœdi, alteratis petroselino, fœniculo, gingidio, satireia, sampsucho, thymo, herpillo, & similibus, quę vim habent attenuandi, & aperiendi meatus reclusos. Volucres montanę, vt starnę, phasiani, turdi, merulę, pipiones, gallinę, & capi crunt vtilis. Inter fructus, conueniunt vuz damascenę exacinatę, corinthiaccę, pistacia, amygd. dulces: pruna dulcia, ex aqua & saccharo cocta, initio pastus ad facilitandam aluum, nuclei pinei: à reliquis abstinendum.

Pro potu vtendū vino albo, aut tenui, diluto decocto graminis, vel asparagi rad. somnus sit moderatus, nocturnus, & non diurnus, in amplo conclauo. Exercitium toto morbi decursu, & frictions totius corporis, si hyems, & balnea nitrosa, aut sulphurea, & non aluminosa (si æstas) conueniunt, aut arte parata si naturalium vsus interdicitur. Alui fœces quotidie fluant si fieri potest, vel supponantur glandes, aut clysteres quibus intestina irritantur (præcipuè si sunt acres) & humores à cute, ad ipsa retrahunt. Animi affectus immodicos vitent ægri, & animum modis omnibus recreent.

De Icteri nigri curatione.

CVM Icterus niger semper fiat vitio splenis, imprimis obseruata victus ratione instituta, si aluus dura constitit, emollienda clystere præscripto, aut glande si pauper: Deinde educatur sanguis ex vena basilica sinistra lato vulnere diducto, quia sanguis est crassus, plus minusue pro ægri plenitudine, ætate, anni tempore, victus genere, & viribus. Postridie verò circa meridiem incidatur vena saluatela dicta, manus sinistra, sita inter digitum anticularem & medium. Eo tempore ab exercitio sit timidior, maximè si prius maceretur in aqua repente, & educatur sanguis ad 3. iii. aut iiii. & deinde humor morbificus purgationi apparatus, iulepis, aut apoze-matibus & medicamentis aperientibus, & detergentibus in aqua chalybeata decoctis; quia lienis duritiem dirimit. Splenicorum medicamentorum catalogum reperies cap. de lienis affectibus huic negotio plurimum profutura. Hinc purgabitur corpus potionibus melanagogis, non forma solida, sed liquida,

liquida, quibus facilius vincitur. Validiora purgantia esse debent pro splene quam pro hepate, quia longius distat à ventriculo, & humor est longè crassior quam bilis. Formulæ remedium tam vniuersalium quam particularium sunt petendæ ex capite 13. Quartanæ Febris prioris Tractatus: peculiare tamen subscribam.

℞. Conseruæ rad. apii, & florum tamaricis, vel genistæ, & *Elect. molle.*
 scolopend. singul. ꝑ. ii. limaturæ chalybis ex aceto præpar. & *le.*
 sub. tritæ, ꝑ. vi. pul. lætitiæ Gal. ꝑ. iiii. cinnamo. scordii, melissæ, & cornu cerui vsti, singul. ꝑ. ii. cum syrupo conseruat. rad. buglossi, fiat elect. molle de quo quotidie mane cap. instar nucis iuglandis seu ꝑ. iiii. superbibendo parum vini albi horis tribus ante primum pastum, diu continuando.

Extrinsicis admoueri possunt fomenta, vnguenta, aut emplastra lienem corroborantia, ex aperientibus mixtis aliquot astringentibus, & nonnullis splenicis, quæ à tota substantia agunt. Victus sit regius, hoc est coctus facilis, & boni succi, cum guttis aliquot aceti capparorum, vt crassus & fæculentus succus (lienem obstruens) dissipetur ex Gal. lib 1. simpl. an conueniat acetum dixi pag. 99.

De Cachexia.

C A P. L X I I.

Kακεία, i. Malus habitus: opponitur τῆς εὐεξίας, bono habitui. hoc in loco nō de quauis Cachexia acturus sum, *De nomine* sed de ea quæ hydropem præcedere solet, & de qua meminit Paulus initio capitis 47. lib. 3. Τὸ ἀρχεὺ τῆς ὑδροπικῆς παθῶν, κακεία καλεῖν εὐδαμῶ: i. Principium hydropicorum morborum, Cachexiam vocare consueuimus. Et ante Paulum Aëtius lib. 10. cap. 19. ex Archigenis sententia, dicens Cachexiam à Græcis appellari quum corporis habitus in aquositate diffunditur. Est solidarum partium deprauatio, qua alimentum omne corrumpitur.

Causæ huius corruptionis, est vitium ventriculi, aut alicuius visceris, aut eorumdem imbecillitas: hæc diminutam concoctionem cruditatemque parit, quæ in venas, & in habitum

corporis, vtilioris alimenti vice rapta, partib. singulis tū apponitur, tum etiā agglutinatur, at nō perfectē assimilatur: hinc sic vitiosa nutritio. Impuritas viscerū siue à scirrho, siue à corrupti humoris affusione, siue ab eorū corrupta substantia proficiscitur, vitiosum corruptūque sanguinem profert, qui demum in partes singulas deuectus illicque concreescens, vitiosam quoque efficit nutritionem. Hinc cachexia pro varia sanguinis conditione: alia cruda, pituitosa, quæ leucophlegmatiam antecedit: alia melancholica, quæ elephantiasim minatur. Denique ab omnibus morbis propagatur, & emanat auctore Aretæo initio cap. 16. lib. 1. causarum & sig. morb. diutur.

De signis.

Corpus albicat, vel flavescit ab intemperie: concoctio impeditur, ob ventriculi vel hepatis imbecillitatem: remanet tamen cibi appetitus, à frigido enatus, deinde fastidium, & animi defectus accidit, à venenosa materia in cor illapsa: respiratio rara, ob consensum pulmonis, vel diaphragmatis. Corporis extrema tument, quum anasarca futura est. Vrina & sudor paucus, quia serosus humor est retentus, qui per consueta loca excerni nequit. Interdum scrotum tumet ascitis prænuntium: vlcera sunt incurabilia ab humore redundante qui vlceris exsiccationem impedit. His adde, corpus est graue, atque iners ad consueta munia obeundum; defectu alimenti quod non assimilatur partibus alendis more solito. Hinc oculorum cavititas, & somni grauitas, auctore Aretæo loco citato.

De prognosis.

Hæc valetudo non nisi cum magna difficultate curatur: quod longo temporis spatio acquiritur, neque ab vno viscere prodit, sed omnium est in deterius conuersio. Quocirca ab hac enascentes morbi inuitabiles sunt hydrops, phtisis, aut *ouónξις*: i. colliquatio. Aluus siccior est, plerumque recrementa bile priuata, alba, aspera, crudaque deijciunt, sudore carent, & pruriginosi sunt, auctore Aëtio loco citato cap. vltimo qui addit: Senes ab hac affectione facillè capiuntur, & liberantur: pueri verò facillè pereunt, ob vitalis facultatis imbecillitatem & cutis raritatem, ob quam succi in eis facillè transpirant. Huic opinioni aduersatur Aret. loco citato scribens, senes mortem non effugere, & pueros facillè liberari: At verò qui in vigore sunt, raro incidunt, & facillè se inde extricant.

Disiudicium

Conciliatio

Sic meo iudicio conciliari possunt. Crudi senes facillè

fanantur: decrepiti verò mortem non effugiunt. Pueri valedudinarii ab hoc morbo correpti, facillè pereunt. Viuidiores vero facillè liberantur: florentes autem ætate medium extremorum obtinent, sic nulla erit inter eos dissentio.

Tempus anni non vnum hanc fert ægritudinem, neque vno tempore finitur: verum autumnus concipit, hyems alit, ver ad vltimam vehementiam perducit: æstas interficit. Aretæus in sine lib. & capitis citati.

Imprimis videndum à qua causa constiterit, & ei præuidere, *Decoratione.*
 si ex idiopathia, aut sympathia alicuius visceris fuerit: curabitur vt affectus vnde originem duxerit, idque 4. auxiliorum generibus: victu nempe, vacuatione per venæ sectionem; alterantibus, & purgatione per sedem: & viscerum corroborantibus. Victus ratio calida, & sicca, & attenuans, si causa effectrix est frigida: Contra, refrigerans & humectans si febris adest. Cibis sit euchymus & eupeptus, liquidus potius quam solidus, isque parcus. Varietas ciborum in vna mensa vitanda, nisi deiectæ sint vires & prostratus appetitus.

Alterum curationis genus, consistit in venæ sectione celebranda, quæ largior esse debet in corpore plethorico, aut à suppressis hæmorrhoidibus, aut mensibus, vel eam partiri, ne iam fractis viribus, larga sanguinis missione spiritus exoluantur, sicque æger citius iugulatur, quam in aliis causis. Idemdem censendū de purgatione sursum deorsumque facta. Vomitus spontinus plurimum confert, qui si talis non fuerit, arte erit sollicitandus, quia pituitam lentam è vètriculo vacuat.

Deorsum purgabitur balanis, clysteribus, aut pilulis etiam ante venæ sectionem, phlegmagogis, si pituita præpoller, aut cholagogis, si bilis (prius materia concocta) vt docuit Hip. aphor. 22. sect. 1. Concocta medicari oportet, non cruda, nec per initia, nisi suo pte cieantur impetu, id quod raro fieri solet. Quibus præsidii hæc fieri debeant, in curatione anasarce docebo fauente numine. Peculiariora remedia sunt syrupus de biantiiis, de eupatorio, capilli ven. de endiuia comp. de cichorio dupl. rhab. dialacca, diacurcuma si nulla est febris, sic.

℞. Pul. dialaccæ, aut diacurcumæ, & rhab. vtr. ʒ. i. β. pul. *Massa pil.*
 diarhodi Ab. & diagalangæ, vtriusque ʒ. i. cum syrupo absin- *in causa*
 thij, fiat massa, de cuius dragma forma pilulas 6. cap. iii. quarto *frigida.*
 quoque die. Si cachexia fuerit cum intemp. cal. aut febre, sequentes parentur.

*Massa pil.
in causa
calida.*

℞. Troch. de rhab. ʒ. ii. rhab. optimi, & agatici troch. vtriufque ʒ. ii. pul. diatriasfantali, ʒ. i. cum syrupo capilli ven. forma massam, ex ʒ. i. fiant pilulæ vi. quas cap. bis in hebdomade mane, superbibendo ʒ. i. aut ii. aquæ cichorii. Et si ex immodico alui fluxu fuerit, parentur sequentes.

*Pilula ʒ.
ab alui
profluvio.*

℞. Rhab. selecti, ʒ. ii. myrobal. citrearum, cepularum, & indarum succo rosarum rub. confricatarum, singul. ʒ. i. pul. diarhodi Ab. & diatriasfantali vtr. ʒ. ʒ. cum syrupo capilli ven. fiant pilulæ, cap. duas aut iii. mane in exitu lecti sine custodia domus. Post harum vsum, in omni causa, parentur sequens.

*Opiata ʒ.
quavis
causa.*

℞. Conseruæ rad. apij, storum cichorii, & rosarum, singul. ʒ. i. tunicæ interioris ventriculi gallinæ lotæ, siccata & puluerisata, ʒ. ii. pul. aromat. rosati, & diagalangæ, vtr. ʒ. i. hepatis lupi præparati, ʒ. ii. cineris cancrorum marinorum, aut fluuiatilium ante & post vstionem lotorum, ʒ. i. cum syr. adiantino fiat opiata, cap. singulis matutinis instar nucis iuglandis superbibendo cochlearia aliquot vini albi aqua vel decocto graminis, aut asparagi, aut alterius eiusdem facultatis diluti. Et si adest febris loco, pul. aromat. ros. & diagal. substituantur tandem pul. diatriasfantali & diarhodi Ab. Denique alienum haud erit sequenti vnguento iecur firmare. Sequitur 4. pars curationis.

*Vnguentum
iecur ro-
borans.*

℞. Oleorum absinthii, & nardini, & cithoniorum, singul. ʒ. i. pul. coralli rub. vsti, ʒ. i. ʒ. spicæ nardi, & celticæ, vtr. ʒ. ii. cyperi, santali albi, & rub. singul. ʒ. i. ceræ q. s. fiat vnguentum quo iecur mane & vesperi illinetur diu continuando. Post iteratas purgationes nisi conualuerit ægrotus balnea naturalia eaque sulphurea, nitrosa, aut aluminosa, erunt vtilia: aquæ verò dulcis, inutilia; nisi illis coquantur plantæ hepaticæ, quibus iniiciatur salis, aut sulphuris, aut aluminis quantitas idonea: vel horum loco vti licebit thermasmatis: i. stuphis seu vaporariis.

De Triplici Hydrope.

CAP. LXIII.

Υδροψ, 1. Aqua intercus. Est serosi humoris collectio in- *Hydrops*
 tra peritoneum, & intestina, producta ex iccoris in- *quid.*
 temperie frigida: Hip. parte 4. lib. victus acutorum *Differētia.*
 textu III. in duas species distinxit: nempe in ὑπὸσάρκα
 & τυμπανία. Gal. verò & eius sequaces in tres. Aretæus in quin-
 que. Hip. rationem loci habuit, quoniam omnis hydrops, aut
 totus corpus vt leucophlegmatia: aut abdomen tantum oc-
 cupat, vt tympania & ascites. Gal. verò habuit rationē causæ
 efficientis, quæ est, aut pituita, aut flatus, aut aquosus humor.
 Aretæus verò habuit rationem nominibus diuersis. Vna an-
 sarca, altera hyposarca, 3. leucophlegmatia: has tres, sub nomi-
 ne anasarca est complexus Gal. quod à pituita ducant origi-
 nem: 4. tympania, à flatibus: quinta, ab aquis, ascites. *De nomine*
 Anasarca, & hyposarca sic dicta, quoniam per carnem, vel sub car-
 ne, vel iuxta carnem, vel secundum carnem, vel supra, seu in-
 fra carnem humor continetur: leucophlegmatia nomen sum-
 psit à pituita alba, aut liuida per mixtionem aliorum humorū,
 autore Gal. comment. in aphor. 29. sect. 7. Tympania sic nomi-
 natur, quoniam hypogastrium percussum talem sonum red-
 dat, qualem tympana edunt. Gal. comment. in aphor. 11. sect. 4.
 Ascites etiam nomen sumpsit ab vtris similitudine, in quo ma-
 teria collecta non est aer flatus, sed aquosus humor, qui à
 maiori frigiditate generatur, quam tympania, Gal. autore in eo-
 dem cōment. Cui opinioni subscribit Auic. fen 14. tert. tract.
 4. cap. 4.

Ab his dissentit Auer. tertio collect. c. 21. & Aëtius li. 10. ca.
 20. qui aiunt tympaniam curatu esse difficiliorem. Cōtra sunt
 nonnulli, autore Auic. loco citato, maxime Aretæus ca. 1. li. 2.
 de causis & signis morborum diuturnorum, qui anasarcam de-
 teriorem iudicarunt quòd fiat ex intemp. hepatis, venarū &
 carnium totius corporis: ego vero tutiorē, quòd fiat ab intē-
 perie minus frigida, & per consequens curatu facilior. Omni
 ætati, & sexui, viris, & mulieribus est cōmunis calamitas: præ- *Propensio*

ter quam quod alij in aliam speciem sunt propensiores. Pueri in anasarcam: iuuenes in asciten: & senes in tympaniam, ob infirmitati caloris defectum: cæteris etiam speciebus sunt obnoxij, testibus Aretæo c.1. li.2. de signis & causis diuturnorum morborum, & Aëtio lib.10. cap.20.

*De causis
externis.*

Causæ externæ à 6. rebus non naturalibus sumuntur: ab ære frigidiore, ab immoderato aquæ frigidæ potu, qui primò ventriculi, 2. hepatis calorem insitum eneruat: hinc vtriusq; partis facultatis alteratricis imbecillitas, & cruditas, inde hydrops: alias fit ab intempestiuo coitu: alias à graui & succufante equitatione statim à prandio: alias à casu, alias ab ictu, fit solutio continui: hinc sanguinis cruditas, qui ad partium nutritionem aptus cum non sit, necessario per renes est expurgandus, quorum via si est intercepta, vel ab eorum imbecillitate, effunditur in corpus vniuersum, illudq; tumidum reddit: hinc Anasarca & Leucophlegmaria, si sanguis est pituitosus. Hinc colligere licet Anasarcam fieri ex immoderata iccoris atque venarum refrigeratione.

*De causis
internis.*

Causæ internæ, sunt aut idiopathicæ, aut sympathicæ: ad idiopathiam referuntur phlegmone, scirrhus, hydatides, &c.

Ad sympathiam referuntur corpus vniuersum, vel viscus seu mēbrum particulare à toto, vt in febribus continuis, aut colliquantibus, quæ calorē hepatis innatum debilitant, & alimētorum coctionē impediunt, necnō excrementorū deiectionē, quæ calorē innatū plerunq; extinguunt, cuius generis sunt diarrhœa, cœliace, lienteria, dysenteria, mensium aut hæmorrhoidarum fluxus, aut earū immoderata suppressio, cachexia, arthritidis, &c. A membro aliquo male affecto hydrops subsequitur. Exēpli gratia: Si à cerebro humor frigidus defluit in ventriculū, cruditas chyli consequitur, quod vitium emendari ab hepate nequit, hinc aquosus sanguis, vnde sequitur hydrops: alias hic humor è cerebro defluit per vertebrae in carnem & fit Anasarca. Alias vitio ventriculi fit: alias splenis: alias cordis, aut pulmonis: hinc asthmatici, phthifici & plerunq; fiunt hydrofici. Interdum etiam fit vitio diaphragmatis: alias tenuiorum intestinorum, mesenterii, renum, vesicæ, vteri, folliculi fellis, &c. De his multa Hip. lib. de locis in homine, lib. de affectionibus, & li.2. de morbis curatione 53. & post eū Gal. 5. de locis affect. c.6. & li.4. de præcognitione puls. necnon Aretæus. Paul.

Trallianus, Aëtius & Auic. locis citatis: necnō Orib. li. 9. synop. c. 23. & Aurelianus li. 3. chronion cap. vltimo.

Signa vniuersalia sunt 1. Color varius, iuxta hepatis intēperiē: *De signis*
in frigida, albus & liuidus: in calida, flauus vel rubeus. 2. ocu- *8. vniuer-*
lorum & pedum inflatio, vt in Anasarca 3. Sitis inexhausta, à *salibus.*
falsedine, & putredine humoris quo lingua est imbuta: 4. ano-
rexia si causa est calida: si à frigida, appetitus inualescit. 5. vri-
næ paucitas eaque intensa, quamuis nulla sit febris, quia ab ea
nulla fit secretio bilis, & sanguinis, præsertim in Ascite, & Ana-
sarca: 6. febris quæ hydropem comitatur est mitis: 7. Ulcera
quæ accidunt non faciliè sanantur, vt dicemus in prognosti-
cis: 8. nihil cruentum secernitur, in ascite atque tympania.
Auic. fen. 14. tertii tract. 4. c. 8. Particularia vero signa cuius-
que speciei ab eodem Auic. capitibus 9. 10. & 11. eiusdem libri
& tract.

Peculiaris Anasarce signa sunt inflatio totius corporis, cuius *De signis*
color non distat à corpore mortuo, & si digitus imprimitur, re- *particula-*
manet cauitas, quæ statim in pristinum non reuertitur. Nulla *ribus.*
adest suminis inflatio aut commotio, vt in ascite aut tympani- *Signa Ana-*
te: fluxus ventris sanguinolentus interdum accidit. Pulsus est *sarce.*
vndosus, latus & leuis. Trall. lib. 9. cap. 2.

Signa ascitis ex Auic. loc. citato, c. 9. sunt grauitas manifesta *Signa Asci-*
in abdomine, quod si percutitur, non resonat veluti in tympani- *tis.*
a, sed si æger deuoluitur in lecto ab vno latere in aliud, aqua
fluctuat, veluti obseruatur in vtre semipleno: cutis tenditur:
vrina pauca, si cum potu conferatur: pulsus est paruus, fre-
quens, & ad duritiem inclinans.

Signa tympanias essentialia, sunt sonitus qui in ventre perci- *Signa*
pitur, tympani instar dum percutitur: signa minus præcipua. *Tympaniæ.*
sunt grauitas obscura, & non manifesta, veluti in ascite: sed tē-
sio ventris est maior: membra tota macie prælucent à siccita-
te: ructus sunt, à quibus leuari videntur: pulsus est velox,
ac frequens, ad duritiem declinans. Pedes minus inflantur
quam in aliis hydropis speciebus. Hæ hydropis species raro
solitariae sunt, sed vt plurimum compositæ: hinc signa ambi-
gua, & confusa apparent.

Vrina tympaniæ, est tenuis, & non intensa, veluti in Ascite,
& Anasarca.

Si hydrops prouenerit à causis externis, æger te doce-
bit. Si vitio aliorum membrorum fit, pars vnde mali origo, te

De prognosticis.

certiorem faciet. Omnis hydrops ex morbo acuto, aut longo est periculosus teste Hip. lib. progn. 2. cap. I. & præcipuè, qui ex acuto nascitur: hydrops ex hepatis scirrho veteri, est immedicabilis: quia nullus morbus curari potest, cuius causa tolli nequit. Sic censendum de eo qui fit ex hydatidibus (sunt vesiculæ aqua plenæ, quæ in hepate generantur) & hydropem immedicabilem generant, quibus sæpe scitent boues & pecudes. Tales obseruavi in cadauere filix Mathei Dumont hoc anno 1617. natæ annorum 14. Leucophlegmatia laboranti, si fortis diarrhœa superuenerit, morbum soluit. Hip. aphor. 29. sect. 7. & in coacis prænotionibus. At si diarrhœa ex imbecillitate facultatis retëtrici accideret, non solueret morbum, sed potius mortem inferret. Contra, si causam efficientem vi naturæ vacuat, soluit morbum. Aqua inter cutem laborantibus, vlcera in corpore facta, difficilè sanantur; ob humoris excrementitij redundantiam. Hip. aphor. 8. sextæ sect. hydrope detento, si aqua è venis (sponte) in ventrem confluerit, soluitur morbus, denotat vim facultatis expultricis. Hip. aphor. 14. sect. 6. At si quid carnis instar per aluum excreuerit, mors est in propinquo. Auic. facies aut manus læua hydropicorum mollis si acciderit, & ab initio pruriant nares, altero aut tertio die moritur æger. Auic. loco citato: hydrops ex iecoris idiopathia est deterior, eo qui fit ex sympathia.

Quicumque hydropici secantur aut vruntur, si aqua vniuersim effluerit, omnes moriuntur: signum pessimum vbi vacuata, vel sponte, vel arte materia, malum redit, imo desperatus inquit Hip. in coacis prænot. nisi renes ab hepate vrinam trahant, ea venæ replentur, quæ per diapedesim resudans, hydropem accersit. Quum ex dysenteria vel lienteria, vel mensium aut hæmorrhoidarum profluuio hydrops fit, pauci euadunt. Quum quis ex hydrope debilitatus fuerit, aliusque morbus succedit, præ imbecillitate perit, priusquam alter morbus qui posterior accessit, desinat, autore Hip. lib. de affectionibus, & aphor. 27. sect. 6. hydropicis tussis superueniens, malum: quia morbi magnitudinem denotat, vt vrina vehementer tincta. Hip. aphor. 35. sect. 6. & aphor. 47. sect. 7. Malum quoque si tussiat tumore habens in cruribus, inquit Hip. lib. 2. epid. sect. 5. & aphor. 35. Inter hydropis species Anasara cæteris facilius curatur, & simplex quam composita: facilius in seruis quam in liberis: quia facilius in ætatem,

inædiam, sitim & quam plurima alia tædia ferunt; Celso astitore: Inueterati hydropes sunt periculosi: quia habitum corrumpunt ex Aërio. A diuturnis sanato hæmorrhoidibus, nisi vna (supple hæmorrhois) & non vna diæta exquisita (vt voluit Aërius) seruetur, periculum est, ne æger in tabem aut hydropem incidat. Hip. aphor. 12. sect. 6. Ex infania seu mania, dysenteria, hydrops aut mentis alienatio, bonum inquit Hip. aphor. 5. sect. 7. Verum est, quum sit translatio materiæ morbificæ deorsum: secus non esset bonum. Quicumque lienosi à dysenteria corripuntur, iis superuenientem longam dysenteriam, aqua intercutem, aut intestinorum læuitas excipit, & moriuntur, quia caloris natui symmetria perit. aphor. 43. sect. 6.

De Curatione Hydropis Anasarca à causa frigida.

A Nasarca, Hyposarca, Sarcites, & Leucophlegmatia cum nomine tantum, & non re, neque in curatione differant, sub vno cap. complector: differunt tamen à causa effeçtrice, quæ interdum frigida est, alias calida: sic varianda erit medicandi ratio, vt mox indicabimus.

Si à causa frigida est, curabitur triplici remediorum genere, victu, purgatione, & topicis viscera corroborantibus.

De victu.

Victus sit calidus & succus, qualis fuit descriptus cap. 58. pag. 600.

Panis sit clibanites ex similagine cum pauco hordei, & semine anisi, isque durus & biscoctus, quo non saturetur æger. Qui verò ex secale, aut aliis leguminibus construitur, est planè inutilis. Olera frigida & humida, vitanda, calida verò prosequenda, (vt sit in cibo medicina) qualia sunt apium, daucus, cymæ fœnic. petroselini, asparagi, eruca, pulegium, satureia, hyssopus, sampucus, allium, porrum, cepa, sinapi, &c. Pisces marini, & fluuiatiles, saxatiles & squamosi, quique sunt carne friabili in parua quantitate aromatis conditi, concedi possunt: reliqui, sunt reiiciendi. Carnes sint boni succi, vt auium montanarum, assæ potius

quam elixæ, cæteris sunt anteponebdæ: quodd excrementis minus quam domesticæ scateant. Quæ in aquis degunt sunt relinquendæ.

Caro erinacci terrestris à forma specifica non minus quam hepar lupi hydropi conuenire veteres literis prodiderunt. Caro item viperæ nisi siticulosa esset, maximè prodesset ex Auic. fen 14. tertii tract. 4. cap. 13. fructus recentes, quique status procreant, aut sunt astringentes reiiciendi. Contra horarii, veluti vix damascenæ, corinthiacæ, amygdalæ dulces, & nuce ponticæ assæ sunt vtiles. Legumina omnia (exceptis cicceris rub.) & caseus, & quæ ex lacte parantur obsonia sunt vitanda.

Oua tremula, detracto albumine erunt ex vsu. Potus sit vini albi generosi, & veteris, aut rubri si magis nutriendum, decocto graminis aut asparagi, aut aqua apii diluti (modo parcè bibat.) Reliqua verò vina, vt dulcia, aut turbida, aut acida sunt arcenda. Si laborantis vires sunt ita deiectæ, vt solidis vti nequeat, erit nutriendus iuribus & succis carniùm, consummatis, colatitiis, & similibus. Varij cibi sunt offerendi vt ex singulis degustando vires conseruetur vt suadet Celsus lib. 3. Labor cibum præcedat, & si fieri potest iuxta mare: vel huius loco, frictiones partium extremarum, cum panno cannabino aspero dum rubeant, erunt vtiles, quibus corpus ab obstructionibus vindicatur: aut lestica vehatur æger: aut corpus illinetur oleo siccionio, aut costino, aut aliquo alio tenuium partium. Somnus & vigiliæ sint moderatæ: animi affectus immoderati sunt vitandi.

2. Genus
curationis.
De vena
sectione,
quando ce-
lebrandæ.

Secundum genus versatur in humoris morbifici eductione, & præparatione & venæ sectione: hanc nonnulli probant, alii improbant. Probat in morbi principio, in parua quantitate, si corpus fuerit plethoricum, & causa effectrix fuerit calida: aut à suppressione mensium aut hæmorrhoidarum, ne copia sanguinis regurgitans ad hepar, eius calor innatus suffocetur, modo ætas, & vires consentiant. Si quid eam dissuadet, partiatur, sic vires non deiiciuntur. In aliis autem hydropis speciebus in quibus humor in abdomine, & non in venis continetur, vt in Anasarca de qua nunc agimus, quæ fit ex primaria iecoris affectione & intemp. frigida, phlebotomia nullo modo competit, ne per eam intemp. frig. augeatur.

Si ex intemperie calida, educatur sanguis ex vena axillari: si

à mensum aut hæmorrhoidarum suppressione, aperiantur venæ poplitis, aut saphenæ: & si quid eam dissuadet, podici sanguifugæ admoueantur, quia materia morbifica in venis delitescit: in aliis verò, extra venas, (vt dixi,) præmisso sequenti clystere, (si aluus est durior.) Nunc de vacuatione.

Cum humor morbificus in corpus vniuersum sit diffusus potius purgante medicamento vacuari debet, idq; primò per benigna, deinde per validiora purgantia medicamenta pugnandum semel atq; iterum ex Alexandro: prius tamen humore ipso præparato: ac viis referatis, per ea medicamenta quæ extenuandi, incidendi, ac meatus aperiendi vim habeant: qualia fuerint descripsimus cap. de imbecillitate hepatis à causa frigida, cap. 58. pag. 603. & cap. de obstructione tam simplicia quam comp. huc transferenda, quæ prætermittenda duxi breuitatis ergò. Nunc de iis quæ à similitudine substantiæ agunt necnò à qualitate manifesta. Vt agaricus, apium, absinthium, aloë lota (illota venarum orificia aperit intus sumpta, autore Mes. in simpl.) betonica, bacca lauri, iuniperi, & hæderæ: cyperus, calamentum, calamus aro. officinarum, chamæpitys, chamæd. cuscuta, cantharides, cichorium omne, caricæ pingues, cucumer agrestis, daphnoïdes seu laureola, seu mesereum Arabum, esula maior, seu pityusa Diosc. elleborus niger, eupatoriû, radix ebuli, succus rad. iridis nostratis depuratus, echini terrestris caro siccata & puluerizata, quouis modo sumatur: z. vstû, elaterium, euphorbium, intestinum & hepar lupi præparatum, hypericû, hyssopus, fœniculus, fumaria, rad. filicis maris: lac asininum, caprinum, limacum caro, aqua tepida lota: lactuca, lathiris: lapis colubri aquatici, ventri alligatus. Meum, myrobalani, myrtus: origanum, pastinaca, petroselinum, prassium: rhabarbarum, rosmarinus, ricinus, & ruta, sampsuchus, sinapi, scilla, schœnâthum, stercora capræ, vaccæ, & columbarum, soldanella & sagapenû pondo 3. i. in catapotia redactum potentius aquas educit quam brassica marina, i. soldomella, radix verbasci fœminæ, vesicaria, vitis albæ seu bryoniæ radix. comp. syrupus endiuæ simpl. & comp. de succo fumarizæ, & comp. oxymel simplex, comp. & scilliticum, syrupus acetatus simpl. & comp. de cichorio simpl. & comp. de z. & quinque rad. de bisantiis, adianthinus & de eupatorio & rosatus simplex & comp. cum agarico & cum rhabarbaro. Elect. de citro sol. & diacarthamum, de succo rosarum Nic. & Mesue, elect.

Materia
simpl. &
comp. ad
hydropem.

Sagapenû
aquas po-
tentius
educit quã
soldanella.

Indum maius, & minus, diaphœnicum, hiera simpl. & comp. pachii, benediçta, catholicum. Tryphera, dialacca, diacurcuma, theriaca, mithridatium, confect. alkekengi, diatrium pipereon. Pilulæ de rhabarb. de eupatorio, de agarico, è Mezereo. troch. dialaccæ, de eupatorio, de rhabarbaro.

Vnguenta Agrippæ, de arthanita: emplastra de baccis lauri, & diaphœnicum Mes. quæ sunt ingrati saporis, forma pilularum sunt sumenda & agricolis imperanda, & quæcunque trahendo purgant & non opiparè viuentibus. Ex superioribus quisque componat suo Marte præsidia, pro vitæ genere cuiusque. Aliter tractandi sunt Ecclesiastici, Nobiles, & vr bani, & aliter baiuli, aurigæ, rhedarii, nautæ, & agricolæ. Hi validiora perferunt remedia. Nunc de purgatione cogitandum quæ sit vomitu, & deiectione.

*De vomitu
dubium sol
uitur, cui
hydropi
conueniat.*

De vomitu dubitatur, cum Anasarçæ causa effectrix proxima sit potius in habitu corporis, quam in ventriculo. Si à catarrho in ventriculum, & æger facillè vomit, vomitio iuuat: quia reuellit pituitam à iecore, & contentam in ventriculo euacuat, vt doctè annotarunt Polybius apud Hip. lib. de salubri dixta, Qui, inquit, sex hibernis mensibus, purgabis per superiora: reliquis verò per inferiora. Et post eum Aurelianus li. 5. cap. primo morborum diuturnorum ex Themistonis autoritate: & Auic. fen. 14. tertii tract. 4. c. 13. & post eum Halyabbas. Contra, si aliunde fuerit, & æger difficillè vomit, non est instituenda vomitio autore Gal. 1. loc. affect. & Actio.

Clyster.

℞. Rad. helenii, & iridis nostratis, vtriusque; ʒ. i. asari, ʒ. β. agariçi, ʒ. ii. herb. rutæ, mercur. & pulegii, singul. m. i. sem. 4. cal. ma. singul. ʒ. i. florum Itæch. & centaurii mi. vtr. p. i. coque in aqua ad lb. i. dissolue hierç Gal. & bened. vtriusque ʒ. vi. succi mercurialis ʒ. i. mellis anthosati, & olei rutæ, vtr. ʒ. i. β. fiat clyster ante venæ sectionem iniiciendus: sunt nonnulli qui clysteres non admittunt, iis imperetur sequens.

Minorans.

℞. Syrupi de fumaris comp. (rosatus sol. tametsi serosos humores vacuat, ab initio curationis non vsurpandus, præsertim si obstructionis aliqua fuerit suspitio vt sæpe accidit; quia astrictio est particeps) ʒ. i. elect. indi. ma. aut diaphœnici, aut diacarthami, ʒ. β. cum iure ciccerum rub. fiat potio diluculo sumenda. Vel huius loco capiet catapotia.

*Massa pi-
dularum.*

℞. Suecorum eupatorii, & iridis nostratis, vtriusque

℞. i. In his macera per noctem sol. laureolæ ℞. β. euphorbii,
 ℞. ii. colaturæ inijce pul. sem. seriolæ, & rhabarb. selecti, vtr.
 ℞. i. agarici troch. puluerati, ℞. ii. fiat massa. cuius cap. ℞. i. se-
 mel in hebdomade. Medicamenta liquida solidis sunt vtilio-
 ra, quia facilius subeunt & minus calfaciunt. Vel

℞. Massæ pilularum de agarico, ℞. ii. pil. fœtidarum, aut de
 rhabarbaro, ℞ β. cum syrupo absinthii, forma pilulas v. aut vi. *Pilule alie*
 deauratas quas cap. circa noctis dimidium. Sequenti mane
 cap. theriacæ veteris ℞. ii. cum sacch. instar boli. Sic expur-
 gata corporis prima regione, humor morbificus sic præpa-
 randus.

℞. Rad. filicis maris, & quinque aperientium à matrice *Apozema*
 mund. & contusarum, singul. ℞. i. cort. medianæ sambuci, & *aperiens.*
 citrii siccæ, rad. asari, sing. ℞. β. herbarum eupatorii, chamæd.
 chamæpit. pedis columbini, soldanellæ, fumaricæ, cichorii,
 & mercur. singul. m. i. absinthii pont. ma. filipendulæ, & ca-
 pill. communium sing. m. β. florum sambuci, genistæ, & thy-
 mi, singul. p. i. coquantur ex arte in aqua suffi. ad vsum se-
 quentem.

℞. Syrupi de eupatorio, ℞. ii. decocti præscripti, ℞. viii. clar.
 & arom. cinnam. ℞. ii. pro duobus matutinis continuis.

℞. Polypodii querni contusi, ℞. vi. carthami, & fennæ mund. *Potio*
 vtr. ℞. iii. sem. apii, ℞. 4. caryoph. integrorum, num. 2. coque in
 parte vna decocti prioris, ad ℞. iii. colaturæ infunde per no-
 ctem nard. Ind. minutim incisæ, ℞. β. agarici troch. ℞. ii. rha-
 barb. selecti, ℞. 4. diaphœnici, aut diacarthami, ℞ β. express.
 dissolue syrupi de eichorio dupl. rhab. aut rosati sol. cum aga-
 rico, ℞. i. fiat potio quam capiat summo mane ex artis insti-
 tuto.

Iteretur apozema præscriptum pro aliis duabus dosibus
 mane sumendis vt supra. Iteretur denuo eadem potio pur- *Iteratio*
 gans vt supra, cui adde catholici, ℞. β. nisi ex priore alius flu- *remediorū.*
 xerit ex animi sententia. Hac epicrasi facilius curatur.

℞. Conferuæ rad. helenii, ℞. ii. theriacæ probatæ & veteris, *Bolus.*
 ℞. i. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus horis 3. vel 4.
 ante primum pastum. Quiescat ægrotans dies quinque aut
 septem, tum rursus humores coquantur, & vacuentur præ-
 dictis apozematis, & purgationibus. Medio autem tempore

℞. Confect. diacurcumæ, aut dialaccæ, ℞. 4. cap. omni ma-
 ne ℞. ii. Vel

Opiata.

℥. Conseruæ rad. apii, aut helenii, & florum genistæ, aut anthos, vtr. ℥. i. cort. citrii conditæ, ℥. β. hepatis lupi præparati, vt de pulmone vulpis dixi pag. 462. vel carnis herinacæ quia minus est ingrata, ℥. ii. troch. de eupatorio, aut de rhab. ℥. i. pul. diarhodi Ab. & diatriasantali, vtr. ℥. β. cum syrupo de eupatorio, aut de 2. rad. sine aceto fiat opiata de qua iuglandis instar capiet horis 2. ante primum pastum superbibendo parum vini albi aqua asparagi, aut graminis, aut rubiæ ma. diluti. Vel huius loco

Tabella.

℥ Carnis erinacæ terrestriis siccate, aut hepatis lupi præpar. ℥. ii. pul. dialacæ, diarhodi Ab. & troch. de eupatorio, & pul. diagalangæ, aut diacinnamomi, & pul. nucis mosch. singul. ℥. β. zingiberis conditi, ℥. ii. sacch. aqua absinthii soluti ℥. 4. fiat elect. in rhombos pondo ℥. ii. cap. vnum interpositis diebus mane horis 3. ante prandium. Vel

℥. Syrups absinthii ma. ℥. 4. cap. cochlearia duo mane diebus intermediis. Præmissis superioribus. Tertium curationis genus perficietur viscera corroborando, remediis in ascite & tympanite describendis.

*Curatio
anasaræ,
à mensibus
aut hæ-
morrhoidi-
bus im-
modicè
fluentibus.*

Si hyposarca seu anasarca originem duxerit à fluxu immoderato mensium aut hæmorrhoidarum in ea curanda oportet medicum esse solertem: quia quæ sistendis mensibus aut hæmorrhoidibus conueniunt, anasaræ officiant. Quæ vero hyposaræ conferunt, fluxui sanguinis obsunt, ipsumque augent. Videndum igitur, cui affectui plus periculi impendeat, & illi prius occurrere, altero symptomate non neglecto.

Vtemur moderatè astringentibus, ratione fluxus, & moderatè aperientibus, ratione hydropis tam sumptis quam admotis. Venz sectio in hac curanda locum non habet ne plus iusto refrigeretur hepar.

Iulepus.

℥. Syrups de absinthio maiore (aperit & astringit) ℥. 4. decocti absinthij, melissæ, & betonicæ, passul. integrarum, & florum, cord. q. l. fiat iulepus clarificatus, & aromar. cinnamo. & nardo Ind. pro 4. dosibus.

Pilula.

℥. Massæ pil. aggreg. ℥. ii. rhab. optimi, & agarici troch. vtr. ℥. i. cum syrupo absinthij, fiant pilulæ sex deauratæ, post medium noctis deuorandæ.

*Potio pur-
gans.*

℥. Nardi Ind. minutim incisæ, ℥. β. agarici troch. ℥. ii. rhab. optimi, ℥. 4. myrob. cepularum oleo amygd. dul. con-

fricatarum, ꝑ. ii. catholici, ꝑ. vi. omnia simul infundantur in decocto absinthii, & mentæ siccæ, per noctem super cineres cal. syrupi de fumaria, vel rosati sol. ꝑ. i. fiat potio summo mane sumenda finitis iulepis. Sequenti die cap. bolum sequentem.

℞. Mithridatii probati, ꝑ. i. ꝑ. confervæ rosarum, ꝑ. iii. cum *Bolus* sacch. fiat bolus.

Non satis est ægrum semel purgasse, quia materia est multa, sed per vices & per eadem remedia, interpositis 6. 7. aut 8. diebus. Medio autem tempore, vti poterit tabellis & opiata versa pagina descriptis.

Quum morbi manifesta apparebit declinatio, vtendum erit sequentibus.

℞. Pul. hieræ Gal. & agarici troch. vtr. ꝑ. 4. rhab. optimi, & *Massa pi-* myrobal. cepularum, vtriusque ꝑ. ii. cum syrupo absinthii fiat *lularum.* massa, ex cuius drag. i. forma pilulas sex: cap. tres mox à somno excitatus, mane bis in hebdomade. His peractis vtendum medicamentis astringentibus cap. 56. pag. 596. descriptis.

Curatio Anasaræ à causa calida.

HYposaræ seu Leucophlegmatia quæ fit à causa cal. vt diximus de frigida pag. 631. tribus auxiliorum generibus curabitur: victu nempe, vacuatione, quæ fit venæ sectione, & purgatione, & viscera corroborantibus.

Si quis cum hydropica affectione febricitet, (autore Gal. comment. in aphor. 16. sect. 1. & post eum Trall. lib. 9. cap. 3.) ad vtrumque affectum (contrariam curationem flagitantem) respicere oportet, vt supra dixi.

Victus frigidus & humidus esse debet, vt docuit Gal. lib. 9. *De victu i* & 10. meth. med. calidis omnibus prohibitis, & in cubiculum *instituedo.* illatis refriger. & humectantibus plantis, (si sit æstas) floribus, foliis salicum, vitium, nymph. iuncorum, arundinum per aream sparsis: turba hominum etiam ingredi prohibita, quæ halitu & transpiratu aërem calefacit.

Pro potu vtendum decocto rad. acetosæ, aut graminis, cum cantillo succi granat. acidorû, aut omphacii. Si laborans fuerit senex, aut vires sunt deiectæ, vtatur vino oligophoro, aut

tenui multa aqua diluto. Fructus crudi (si iuuenis) in prima mensa concedi possunt: quales sunt poma, pira, pruna cocta, cerasa acida, vix penfiles, imo pepones sine sale mansi, modo nihil calidi superbibatur, eo quod in bilem facillè transeunt, sed aqua frigida. Cibis paretur ex pane loto, cremore hordei mund. cum lacte amygd. dul. & sem. frig. ma. & papaue-re albo, si vigilix infestant. Pisces saxatiles qui sunt carne dura & friabili, concedi possunt: iura parentur ex carnibus agni, hædi, vituli, pullis, veruecis &c. alterata cucurbitis, portulaca, lactuca, oxalide, seriola, borragine: vix damascenæ exacinnata: tota substantia iecori familiares. Somnus & quies sine solito longiores: animi tranquillitas imperetur.

Secundum curationis genus in vacuatione versatur; quæ duplex est, scilicet venæ sectio & purgatio: vtrumque efflagitat hic affectus, nisi quid illam dissuadeat. Diuretica non sunt præscribenda, priusquam aliqua ex parte corpus ab excrementis purgatum fuerit, & humores præparati, & intemperies aliqua ex parte remissa sit, ob perennem illorum caliditatem: sed temperatis vti par est. Tryphera eo quod myrobalanos recipiat, & carapotia aloë illotam recipientia, improbantur, nisi copulatum fuerit alui profluuium, tunc myrobalanos recipientia erunt ex usu. Neque syrupus viol. aut de nymph. quia nimis humectant: neque syrupi astringentes vt granatorum: aut incrassantes vt syrupus de papauere, de iuiubis. Horum loco syrupo endiuicæ, cichorii, fumarix, adianti, bisantiorum, acetati, vti licebit.

Clyster. ℞. Herb. 4. emollientium, & pedis columbini, singul. m. i. furfuris macri, & centaurii mi. vtriusque m. β. sem. 4. frig. ma. & fœnic. singul. ʒ. ii. florum chamæm. meliloti, & sambuci, singul. p. i. coque in aqua ad ℔. i. colaturæ dissolue succi mercur. & mellis rosati, & olei chamæm. singul. ʒ. i. β. catholici, ʒ. i. fiat clyster ante phlebotomiam supponendus, & tertio quoque die iterandus.

Minorans. ℞. Nardi Ind. minutim incisæ, ʒ. β. rhab. selecti, ʒ. i. β. thamarind. ʒ. ii. catholici, ʒ. β. cassiæ recens à canna extractæ, ʒ. i. omnia simul infundantur in decocto cichorii, vuarû damasc. prunorum acidorum. & florum cord. per noctem super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi rosati sol. cum agarico, ʒ. i. fiat potio diluculo sumenda: præstat liquidis quam solidis vti. Deinde

℞. Syrupi

℞. Syrupi de succo endiuix, & de bisantiis, vtriusque ℥. ii. *Iulepus.*
 aquarum intybi, acetosæ, & absinthii, singul. ℥. 4. fiat iulepus in
 tres doses, aut cum decocto eorumdem herb. fiat iulepus cla-
 rificandus & aromat. pul. diatriasantali.

℞. Nard. Ind. ℥. β. agarici troch. ℥. ii. rhab. optimi, ℥. 4. *Catharticū*
 diaphœnici, ℥. vi. infundantur simul in decocto iulepi præ-
 scripti per noctem. Expressioni dissolue syrupi rosati sol. ℥. i.
 fiat potio. Si potionem auerferetur, pareretur sequens bolus.

℞. Catholici, & diapruni sol. vtr. ℥. iii. rhab. pul. ℥. ii. cum *Bolus.*
 sacch. fiat bolus mane sumendus horis 4. ante prandium. Si
 neque bolum admittat, cap. ℥. i. pilul. præscriptarum: & postri-
 die cap. tabellam. i. diatriasantali, superbibēdo cochlearia duo
 aquæ absinthii, quibus per aliquot dies continuabit.

Interpositis aliquot diebus, apozema superius descriptum *Tabellæ.*
 parabitur, sed rad. infundantur in aceti parua quantitate, &
 loco syrupi de eupatorio substituatur syrupus de bisantiis, vel
 eichorii addendo succum intubi, deinde denuo purgabitur
 vt supra: tum his peractis ad sequentia transeundum.

Tertium & vltimum curationis genus exequetur, si dispo-
 sitionem hepatis anasaræ causam tollas, si obstructionem, si
 tumorem præter naturam, si intemp. hepatis, à contrariis sana-
 ueris & illud sequentibus corroboraueris.

℞. Pulpæ vuarum damasc. ℥. i. β. conferæ florum eichorii, *Opiata.*
 & adianti, vtr. ℥. i. pul. intestini lupi loti vino albo & siccati, ℥.
 β. pul. diatriasantali, ℥. 4. pul. diarhodi Ab. ℥. ii. rasuræ eboris,
 ℥. i. cum syrupo absinthij, fiat opiata cap. alternis diebus mane
 instar nucis iuglandis superbibendo parum aquæ graminis.

℞. Sem. acetosæ, ℥. ii. hepatis lupi præparati vt docui pag. *Tabellæ.*
 462. & pul. diatriasantali, vtr. ℥. 4. limaturæ chalybis præpar. &
 sub. tritæ, ℥. iii. confer florum cich. & ros., vtr. ℥. vi. sacch. aqua
 stillaticia absinthii soluti & cocti, ℥. 4. fiat elect. in rhōbos pon-
 do ℥. ii. aut trium, cap. vnū mane dieb. intermediis superbibē-
 do parū aquæ cich. vt eius facultas citius deducatur in iecur.

℞. Succorum apii, & cich. & oleorum rosati, absinthii, & co-
 toneorum, singul. ℥. i. bulliant ad succorum fermè consum-
 ptionem, & colaturæ liqua ceræ albæ, ℥. vi. pul. hepatis, vel in-
 testini lupi, ℥. ii. pul. santali albi rubri, absinthii, singul. ℥. i. nard.
 Ind. & schœnanthi, vtr. ℥. i. caphuræ, ℥. β. fiat vnguentum *Vnguentū*
 quo iecur tepidè mane & vesperi illinetur panno cannabino
 apposito per multos dies continuando.

Post genuinam purgationem, & cessata causa calida (& non prius,) si datur facultas ad viscera roboranda, & ad reliquias humoris morbifici ex habitu corporis per sudores educendas, utatur thermis sulphureis, vel nitrosis, vel aluminosis per aliquot dies. Sin autem utatur sequenti suffitu.

suffitu.

℥. Rad. cyperi, calami arom. bac. lauri, & hederæ, singul.
 ʒ. B. origani, calamenti, betonicæ, & fol. laureolæ, singul. ʒ. ii.
 styracis calamites, beniuiini, ligni aloës, caryophyl. & macis, singul. ʒ. i. florum rorism. stœchadis, malabathri, aut schœnanthi, singul. p. i. fiat pul. crassus terebinthina excipiendus in pastillos crassos pro suffitu in hypocausto mane tantum vacuo ventriculo & aluo exonerata, per aliquot dies continuando.

De curatione Ascitis à causa calida.

Quibus iecur aqua refertum eruperit in omentum, his venter aqua expletur, atque moriuntur: Hip. aphor. 55. sect. 7. nisi curetur hydragogis, atque vreticis, & epithematis, eiusmodi humoris per halitum & vaporem eliciendi & digerendi vim habentibus. Gal. in comment. Causam mortis Auic. fen 14. tertii, tract. 4. cap. 6. refert ad aquæ vitiosam qualitatem quam ipsa contraxit sub membrana iecur ambiente, quam demum diuulsi, hinc tetro suo vapore hominem iugulat. Sic vaticinatur Horatius ode 2. lib. 2. carminum:

De causis.

Crescit indulgens sibi ditus Hydrops: Nec sitim pellit, nisi causa morbi Fugerit venis, & aquosus albo Corpore languor.

Ascites siue à causa frigida, siue calida ducat originem, in genere, curatur vt diximus in Anasarca: eo tantum discrimine, quod hæc venæ sectionem admittit, ille verò non; licet vrina rubra appareat: quia per eam hepar magis refrigeratur, quod iam frigidius extiterat. Succrescit, in anasarca humores morbifici in venis, & in habitu corporis continentur. In ascite verò humor continetur in abdomine. Hinc fit vt facilius per aluum & vrinas educatur, quam per venæ sectionem, hydragogis atque vreticis vt scriptum reliquit Gal. comment. in aphor. 55. sect. 7. & Hip. li. de affectionib. & post eum Trall. li. 9. cap. 2. Auic. fen 14. tertii tract. 4. cap. 13. At si copulatus fuerit pleuritidi, aut inflammationi, alicuius visceris, vena aperiri po-

test, non ratione hydropis, sed inflammationis à qua periculum imminet eodem Auic. autore; reliquum curationis tribus scopis perficietur. Primus versabitur in victu, qui non differt ab eo in anasarca descripto: Secundus in remotione causæ coniunctæ, quæ perficietur vel pharmacis, hydragogis, vel diureticis, vel iis quæ resoluunt aquam per poros cutis. Materia quibus componi debeant superius descripta fuit pag. 633. Quamvis hic hydrops à causa calida fiat, nihilo secius omnino non licet uti refrigerantibus, ut in multis aliis morbis: quia hepar ob eius imbecillitatem, & spirituum resolutionem, refrigeratur: sed minus frigidis utendum, vel eorum frigiditas mistione calidorum contemperanda, cum flatuum discutientibus. Vix reperitur Ascites sine complexu flatuum, neque Tympanites sine aquoso humore. Emollientia, relaxantia, humectantia, & astringentia nisi in parua quantitate, aut inclinante malo, ad visceris corroborationem non sunt miscenda: qualia sunt syrupus violatus, & rosatus, quâuis serosos humores educat, quia astrictionis est particeps: neque tryphera perfica, quia myrob. recipit, ut ex sequentibus formulis apparebit.

℞. Eupatorii, patier. pedis columbini, singul. m. i. soldanel-
læ, & absinthii, vtriusque m. ss. florum sambuci, genistæ, cha-
mæm. & meliloti, singul. p. i. baccarum hederæ (non minus *Clyster hy-*
aquas hydropicorum educit quam chamælea, thymælea aut *dragogus.*
daphnoides Diosc.) ꝑ. ss. sem. cymini, & anethi, vtr. ꝑ. ii. co-
que in aqua ad ꝑ. viii. dissolue vrinx pueri, ꝑ. iii. mellis antho-
sati, & olei rutæ, vtr. ꝑ. i. ss. diaphœnici, & catholici, vtr. ꝑ. vi.
fiat clyster supponendus quoties necessitas postulabit. Vomito
in Ascite non est necessaria, quia per eam humor serosus in
abdomine contentus educi nequit, nisi spontanea fuerit cum
ægri leuamine.

℞. Pul. hieræ, & sem. ebuli, & bac. hederæ, & sem. rutæ, sin-
gul. ꝑ. ii. salis gemmei ꝑ. i. mellis cocti ꝑ. i. ss. fiant duæ balani vi-
cissimi supponendæ. Vel *Glan̄s ad*
idem pro
pauperibus;

℞. Polypodii querni contusi, ꝑ. vi. sem. carthami, ꝑ. iii. sem.
cuscutæ, & apij, vtriusque ꝑ. i. ss. florum genistæ, sambuci, &
bugl. singul. p. i. caryoph. integ. nu. ꝑ. 3. coque in sero caprino, ad
ꝑ. iii. infunde cinnamo. ꝑ. i. rhab. ꝑ. 4. diaphœnici, & catholi-
ci, vtr. ꝑ. iii. per noctem super cineres cal. Express. dissolue syr.
de cich. ꝑ. i. fiat minorans summo mane sumendum. Deinde

℞. Syrupi acetati simpl. & de eupatorio, & de bisantiis,

- Iulepus.* singul. ℥. i. β. aquarum cichorii, endiuiz, & absinthij, sing. ℥. 4. fiat iulepus pro 4. dosibus: Vel paretur apozema aperiens pag. 635. descriptum pro 4. matutinis. Denuo purgabitur vt supra. Sequenti mane cap. bolum sequentem.
- Bolus.* ℥. Conseruz rad. apii, ℥. ii. theriacz probataz ℥. i. hepatis vel intestini lupi præparati, ℥. i. cum sacch. fiat bolus horis 4. ante primum pastum deuorandus.
- Tabella.* ℥. Pul. diarhodi Ab. & troch. de rhab. vtr. ℥. ii. rad. ialap. ℥. 4. hepatis lupi, & carnis erinacei siccatę & puluerizatę, bac. hederę, singul. ℥. β. conseruz adianti, vel florum genistę, vel rad. apii, ℥. β. sacch. aqua absinthii soluti, & cocti, ℥. 4. fiant tabellę pondo ℥. ii. aut trium cap. alternis matutinis tabellam superbibendo cochlear vnum aut alterum decocti graminis.
- Opiata.* ℥. Troch. de eupatorio, & de absinthio, vtr. ℥. i. hepatis lupi præpar. ℥. 4. rad. ialap. ℥. ii. confect. diacurcumę ℥. β. conser. rad. apii, & florum cichorii, & genistę, singul. ℥. i. fiat opiata de qua diebus intermediis mane cap. ℥. β. superbibendo parum aquę absinthii horis iii. ante primum pastum per multos dies continuando.
- Potio bydragoga.* ℥. Gummi guttę gambę, grana octo, dissolue in vino albo & potui dato mane; aquas hydropicorum citra molestiam educit. Vel huius loco
- Pul. bydragogus.* ℥. Rad. ialap. ℥. β. rad. mechoacan bac. hederę, brassicę marinę, & sem. ebuli singul. ℥. 4. sem. anisi & cinnamo. vtr. ℥. i. gummi guttę gambę ℥. ii. fiat pul. subtilis: dosis erit à ℥. i. ad ℥. i. β. aut duas cum vino albo semel in hebdomade. Vel si æger est pauper & facillē pilulis vtatur cap. mane sagapeni ℥. i. pilularum instar & superbibat parum iuris cicerum rub.
- Oxyperos vulgo pul. digestiuus.* ℥. Pul. diacymini (si extiterit) vel diarhodi Ab. ℥. i. soldanellę & sem. anisi, fœniculi, dauci cretici, vel petroselini Macedonici, & cinnamomi, rad. ialap. singul. ℥. ii. panis nautici vulgo biscocti ℥. iii. sacch. albi, ℥. vi. fiat pul. cap. ante & post singulos pastus cochlear vnum, diu continuando: adde cort. citrii conditę, ℥. i. Nisi his & sequentibus topicis, melius se habuerit, optimum iudico fore, vt per mensem aut 40. dies decocto sudorifico sequenti, vt serosus humor per halitum digeratur si vires, ætas, & anni tempus consentiant, nullaque sit febris.
- Decoctum hydropicū.* ℥. Rad. chinę, & zarzæ parillę recentis, vtr. ℥. ii. ligni sassafras ℥. i. bulliant in fictili vitrato cum aquę lb. viii.

cri, & centaurii mi. singul. m. ß. media pars in sartagine frieta & inclusa sacco ventri calidè applicetur. Eo refrigerato, alia pars pariter frieta & alio sacco inclusa, ventri (priore ablato) admoueat: sic per multos dies continuando. Si addideris sulphuris ꝑ. ii. erit efficacior. Hi sacculi absorbent humores in abdomine contentos.

*Effectus
lapidis a-
quatici co-
lubri.*

Sunt qui veluti arcanum probant lapidem serpentis aquatici, qui ventri admotus paulatim hydropicorum aquam absorbet. Coluber annosus si fuerit, & à cauda constringatur, atque ita suspendatur, vt sit subiectum vas aqua plenum, euomet lapidem, qui totam illam aquam consumeret.

*De paracē-
resi.*

Si materia decurrit in scrotum, per setonem educenda erit, sin minus sinapis mi cruribus, tibiis, & imo ventri admoueri possunt, & apertis vesicis, folia brassicæ, aut ciclæ, aut hederæ admoueantur, & sæpe renouentur. Quòd si adedè morbus peruicax fuerit, vt ex superioribus remediis curari nequeat, tanquam ad sacram anchoram (nempe paracentesim) confugiendum erit, ex Hip. consilio lib. de locis in homine, & lib. de affectionibus, modo æger sit firmis viribus & corpore iuuenili, & robusto ventriculo, nullaque subsit febris, nullusque scirrhus hepar obsideat. Quod si aliqua horum adsint, recidiuet hydrops, & tempore breui mors subsequetur: ob id priusquam eo deueniamus, vt calumniam vitemus, periculum prædicendum ægro aut parentibus ex Aureliano ad finem libri tertij cronian. Ecquis non malit omnia nostra tentare remedia, quam ancipiti præsidio mortem sibi oppetere? formam docuit Paulus lib. 6. cap. 50. & Auic. fen 14. 3. tract. 4. cap. 13. Aperitur abdomen ad musculum obliquum ascendentem dextrum (si lien male sit affectus) vel sinistrum si hepar: tutius meo iudicio si vmbilici fiat apertio iuxta venam vmbilicalem.

Curatio Ascitis à causa frigida.

ASCITES quæ fit à causa frigida, minorem inducit sitim, quam ea quæ fit à causa calida. Et in hac causa frigida, calidiore victus ratione & calidioribus medicamentis tam sumptis quam admotis utendum.

Si quis victum idoneum requirit, recurrat ad curationem Anasaræ à causa frig. pag. 631.

℞. Syrupi de eupatorio, & oxymellis scillitici & syrupi hydragogi in nostra Paraphrasi in gratiam pharmacoceptorum descripti, singul. ℥. i. β. aquarum absinthii, sambuci, & eupatorii, singul. ℥. iii. fiat iulepus pro iii. vel iiiii. dosibus. *Iulepus.*

℞. Rad. filicis maris, apii, fœniculi, ebuli, & iridis nostratis, singul. ℥. i. medianæ cort. sambuci, ʒ. vi. herbarum eupatorii, absinthii p. ma. soldanellæ, filipendulæ, pimpinellæ, & pilosellæ singul. m. i. asari, m. β. passul. mund. pa. xii. sem. 4. cal. ma. singul. ʒ. iii. cicerum rub. p. ii. florum genistæ, sambuci, & bugl. singul. p. i. thymi, p. β. coquantur ex arte in hydromellis optimè despumati, lib. 4. in fictili vitrato angusti oris operculato ad medias. In duabus partibus colaturæ dissolue syrupi de absinthio, & de eupatorio, utriusque ℥. ii. clarificentur & aromat. ʒ. ii. cinnamomi, fiat apozema pro 4. dosibus mane sumendis. *Apozema.*

℞. Reliquum coctionis, cui incoque polypodii, ʒ. vi. sem. carthami, & sennæ mund. utriusque ʒ. iii. anisi, ʒ. iii. cario-phyllorum integrorum num. iii. colaturæ infunde cinnamomi, & rad. ialap, & sem. ebuli, singul. ʒ. i. agarici troch. ʒ. ii. rhab. selecti, ʒ. iii. diaphœnici, & elect. Indi. ma. aut diacarthami, utr. ʒ. iii. per noctem super cineres cal. expressioni dissolue syrupi rosati sol. ℥. i. fiat minorans imprimis sumendum, & finito apozemate iterandum. Vel huius loco cap. sequentes pilulas. *Minorans seu potio purgans.*

℞. Massæ pilularū imperialium, & de sagapenovtr. ʒ. ii. troch. alhandaal, grana duo, cum syrupo de absinthio, aut succo iridis nostratis, forma pilulas vi. deauratas, quas cap. post primum somnum loco potionis cum custodia. Vel *Cataporia.*

℞. Sem. hederæ, ʒ. iii. hepatis lupi præpar. aut eiusdem in. *Alia.*

restini loti, siccati & puluerizati ℥. i. β. pul. dialacæ & diacurcumæ vtriusque ℥. i. rhab. & agarici troch. vtr. ℥. β. soldanellæ in aceto, præp. & pulueratæ ℥. i. cum syrupo absinthii fiat massa, è cuius ℥. i. forma pil. vi. cap. tres altero quoque die horis 4. ante pastum: conueniunt omni hydropi.

Tabellæ.

℥. Dialacæ, aut diacurcumæ, & troch. de eupatorio, vtr. ℥. β. pul. diagalangæ, & soldanellæ, vtriusque ℥. i. pul. rad. ialap, ℥. ii. confer. rad. helenii, ℥. β. sacch. albi aqua halicacabi soluti, & cocti, ℥. iii. fiant tabellæ pondo ℥. iii. cap. vnam diebus intermediis horis iii. ante primum pastum.

*Arcanum
Gordonij.*

℥. Succorum cucumeris asinini, & rad. eiusdem, laureolæ, iridis nostratis, absinthii p. ma. & eupatorii, singul. ℥. iii. resideant, & quæ supernatat aqua, abiiciatur: crassiori parti insperge pul. rhab. optimi, & agar. troch. & mellis rosati, singul. ℥. β. pul. nardi Ind. seminum endiuicæ, portulacæ, seriolæ, masticis, gummi lacæ, & tragac. falis gemmei, singul. ℥. i. cum Valefco de Taranta potius quam ℥. i. cum Gordonio. In vase vitreo reposita agitentur in sole, vt fiat veluti conferua: huius detur per interualla ℥. i.

Bolus.

℥. Pul. dialacæ, ℥. ii. theriacæ veteris & probatæ, ℥. ii. cum saccharo, fiat bolus postridie à posteriore purgatione deuorandus mane.

Præscripta remedia repetantur, quia morbus non facîle cedit, & medio tempore si alius non fluxerit, erit sollicitanda sequenti clystere.

Clyster.

℥. Fol. ebuli, sambu. mercurialis, & eupatorii, singul. m. i. absinthii pont. ma. & fol. rutæ, cuiusque m. β. sem. 4. cal. ma. & agarici, singul. ℥. ii. florum hyperici, & centaurii m. i. vtr. p. i. coquantur in aqua ad ℥. viii. dissolue bened. ℥. i. olei rutæ ℥. i. β. fiat clyster quoties necessitas postulabit, supponendus. Vel si pauper, præparetur glans præscripta. Sunt qui pilulas è mesereo probant, alii verò eas improbant quòd vero carcamus, & sunt fortiores quam. par sit. Hæ rationes sunt satis ieiunæ: quia thymælea, chamælea & laureola, sunt tres meserei species quæ in Gallia Bracchata, & Narbonensi & alibi luxuriant: quibus (à maligna qualitate castigatis, & in parua quantitate sumptis, & mixtis aliis,) tuto vti possumus. His vtantur agricolæ, naucleri, baiuli, rhedarii, &c. Aulici verò nobiles, Ecclesiastici & vrbani aliis mitioribus vtantur, sic quisque erit voti compos. Dialacæ & diacurcumæ compositiones sunt proficæ,

proficua, nisi ingrata essent, sed catapotiorum forma sumantur.

Succus soldanellæ, & iridis nostratis crudus, & non coctus, conuenit in parua quantitate sumptus. Decoctum sudorificum per 40. dies ex solo guaiaco vtile fore iudico, vel decocto rad. chinæ, sarzæ parillæ, & ligni sassafras vt dixi pag. 642.

Tertius curationis scopus, topicorum vsus docebit, fereque eadem quæ in superiori cap. annotauimus pag. 627. & 628. sed calidioribus remediis: quia causa efficiens est frigidior. Balnea naturalia, sulphurea, salsa, aut nitrosa, artificialibus sunt longè præstantiora si datur facultas: sin autem, ægrotus est sepeliendus in arena calida nudus ex linteo cannabino inuolutus, in qua sudabit, quantum ferre poterit, si tempus sit vindemiarum calcet uas, vel sepeliatur in botris, vel in fimo equino calido si pauper fuerit. Rhafis 9. ad Almanforem c. 69. Vel

℞. Rad. iridis nostratis, galangæ crassæ, & ciperi, aristol. longæ, singul. ℥. i. herb. soldanellæ, origani, calamenti, & rutæ, absinthii pont. maioris, singul. m. i. baccarū lauri, hederæ, & iuniperi, vtr. ℥. i. β. sem. 4. cal. ma. singul. ℥. β. salis ℥. i. β. coque in æquis partibus vini albi, & aquæ pro fotu totius ventris cum spongiis nouis bis in die, continuando per multos dies.

Fomentū.

℞. Vnguenti arthanitæ, & aregonis, vtr. ℥. ii. olei anethini, & aquæ vitæ vtriusque ℥. i. fiat linimentum quo totus venter tepidè à fotu illinetur. Vel

Vnguentum

Paretur sacculus versa pagina descriptus vsui dicto. Deinde vesicatoria imo ventri & cruribus admora iuuant. Et si humor decurrit in scrotum immisso setone aut leniter puncto scalpello effluet absque ægri damno. Deinde admoueat ibidem cataplasma descriptum: vel quod sequitur.

℞. Rad. cyclamini, tb. β. soldanellæ, fol. ebuli, & sambuci, summitatum rutæ, singul. m. i. bac. lauri, ℥. i. sem. 4. cal. ma. singul. ℥. β. coquantur in æquis partibus vini & vrinx pueri. Deinde pistentur in mortario & setaceo traicta, adde stercoris, capræ, vaccæ, & columbarum, singul. ℥. ii. sulphuris vini ℥. i. β. salis torrefacti, & aristol. longæ, vtriusque ℥. i. fiat cataplasma quod toto ventri admoueat mane & sub vespetam fascia lata apposita ne decidat: Si vis vt adhæreat, adde terebinthinæ abietis, ℥. iii. aut q. s. Vel

Cataplasma.

℞. Massæ emplastri diaphœnici calidi Mes. tb. i. adde co-

Emplastrum

chlearum túfarum & sulphuris, vtr. ꝑ. ii. malaxentur pro emplastro extendendo super alutam.

Lixiuum.

℞. Cinerum ficus, & sarmentorum vitis, vtr. ꝑ. ss. cineris asphodelorum 4. i. fiat lixiuum in quo dissolue salis communis, ꝑ. i. aluminis, 4. i. Eo lauentur pedes & tibia: deinde applicetur cataplasma, aut emplastrum præscriptum.

Curatio Tympanites.

TYMPANIA curatur vt Ascites à causa frigida, sed minus calidis quia à debiliore calore fit, autore Gal. comment. in aphor. ii. sect. 4. Quoniam hydropes rarè sunt simplices vt diximus, sed ferè secum implexi eadem methodo iisdèq; ferè remediis curantur, hoc tantú discrimine quod in leucophlegmatia, phlegmagoga; in ascite, hydragoga; in hac verò, discutiètia præpollere debèt. Viçtus ratio calida esse debet. Pro potu vtatur vino hydrosaccharo diluto, vel decocto zarzaparillæ, si nulla est febris flatulenta omnia summa cura sunt vitanda. Exercitia vel frictions blādæ, fames, & sitis, si ferantur à laborate, mirificè iuuabūt. Curadi ratio auspiciāda erit ab humorú cōcoctione, & vacuatione, qualè dedi in curatione Anasaræ, & Ascitis à causa frigida, quibus discutiètiū flatus dosis erit augēda, quia flatus præpollēt: vomitus maximè in hoc affectu est præ cæteris hydropis speciebus utilis, quod ferè vitio vetriculi fit. Cucurbita amplæ abdomini sæpe affixa cū multa flamma sine scarificatu, profunt: quia flatus resoluunt. Et si venter est durus fiat glans.

*Vomitus
vilitas.*

Balani.

℞. Pul. hieræ Gal. ʒ. i. pul. sem. carui, & cymini, castorii, & rutæ, singul. ꝑ. i. mellis cocti, ʒ. i. ꝑ. fiat duæ balani sale puluerato aspersæ, indendæ. Phlebotomia in tympania locú nō habet, nisi copulata fuerit febris: aut corpus fuerit plethoricū, post alui deiectionem celebranda.

Purgato corpore ab initio mitioribus catharticis, quibus si affectus non cedit ad validiora properandum erit, nempe ad pilulas de mesereo, descript. Mes. quibus Valescus de Taranta lib. 5. cap. 8. gloriatur se multos harum vsu, curasse.

Clyster.

℞. Maluæ, calamèti, orig. mercur. summiratum anethi, & florum chamæmeli, singul. m. i. bac. lauri, ʒ. iiii. sem. 4. cal. ma. &

rutæ, singul. ℥. ii. coque in aqua ad ℥. viii. colaturæ dissoluc vini rub. ℥. ii. & diaphœnici, aut bened. & elect. de baccis lauri, vtr. ℥. vi. mellis anthosati, & olei laurini, vtr. ℥. i. ℞. fiat clyster. Si decocti dosis videretur parua, (vt in hoc) diutius remanebit in intestinis, & potentius flatus discutiet.

Apozema descriptum pag. 645. erit vtile, modo herbæ quæ in eo ingrediuntur sint siccæ: quia virides sunt flatulentæ, & passulæ sint integræ, & non à gigartis mund. vt horû astrictio-
*De apoze-
 mare com-
 ponendo.*

ne ventriculus & hepar roborentur. Neque sufficit semel atque iterum purgasse corpus, sed per interualla. Syrupo sequenti si sit æstas: aut massa pilularum si est hyems hoc modo.

℞. Polypodii querni contusi ℥. iii. rad. iridis nostratis, & ebulli, fœniculi, eryagii, apii, à matrice mund. cort. citrii siccæ, & medianæ cort. sambuci, singul. ℥. i. herb. siccarû melissæ, orig. calamenti, rutæ, & soldanellæ, eupatorii, mētæ, & absinthii, singul. m. i. passul. damasc. integrarum pa. 20. sem. citrii, rutæ, gallicitrici, fœnic. & bac. lauri, singul. ℥. ℞. florum sambuci, genistæ, hyperici, & rosarum rub. singul. p. i. hydromellis simpl. ℞. iii. coquantur singula quo decet ordine in fictili vitrato oris angusti operculato ad medias. In duab. partibus colaturæ coque sem. carthami, ℥. ii. sennæ mund. ℥. i. ℞. sem. ebuli, ℥. vi. sem. anisi, ℥. ℞. caryoph. integ. ℥. i. deinde in eodem fictili cooperto macerentur per aliquot horas. In altera verò parte prioris decocti, infunde nardi Ind. & zingib. vtr. ℥. i. agarici troch. ℥. vi. rhab. selecti ℥. i. ℞. super cineres calidos in altero vase. Interea quæ infusa sunt in fictili exprimantur ex torculari; expressum, colatum super pannum laneum (pro omni clarificatione) coquatur in syrupum cum mannæ Cal. & syrupi rosati sol. vtriusque ℞. ℞. cocto syrupo affunde colaturam purgantium & lentis prunis recoque vt seruari possit. Dosis erit pro ætate, sexu & viribus ℥. i. aut duarum cum iure capi decrepiti semel aut bis in hebdomade.

*Syrupus
 magistralis
 pro ætate.*

℞. Pul. hieræ Gal. & dialaccæ, aut diacurcumæ, vtriusque ℥. iii. bac. hederæ, ℥. ii. rhab. optimi & agarici troch. vtr. ℥. i. rad. ialap. ℥. iii. rad. mechoacam & sem. ebuli sem. anisi, sagapeni, masticis & nucis mosch. sem. rutæ, singul. ℥. i. cû succo cucumeris asinini, vel iridis vel rad. ebuli, fiat massa, ex cuius ℥. i. forma pilulas vi. semel aut bis in hebdomade ca. tres mane horis 4. ante prandium; reliquis autem diebus vtetur sequentibus.

*Massa pila-
 larum pro
 hyema.*

℞. Pul. intestini lupi præp. ℞. ii. interioris tunicæ ventriculi gallinæ lotæ, & pulueratæ, pul. diarhodi Ab. singul. ℞. i. seminis anisi, rutæ, & coriand. in aceto præpar. singul. ℞. iii. corticis citrii sacch. conditi & zingib. viridis etiam sacch. conditi vtr. ℞. β. panis nautici. ℞. iii. sacch. albi ℞. vi. fiat pul. cap. cochlear vnum ante & post singulos pastus. Vel

Tragema.

℞. Sem. anisi, & coriand. simpl. coopertura sacch, cooperti, vtriusque ℞. ii. tabellarum diagalangæ, aut aromar. rosati, aut rosatæ nouellæ, frustatim dissectæ, ℞. i. corticis citrii sacch. conditæ etiam minutim dissectæ, vtriusque ℞. vi. cinnamo. interioris minutim incisi, ℞. iii. fiat tragema de quo vice pul. præscripti vti poterit, vel alternatim ante & post singulos pastus.

Electuariū

℞. Elect. de baccis lauri, ℞. iii. pul. rad. ialap, & mechoacan, vtr. ℞. ii. pul. soldanellæ, sem. ꝑbuli, rutæ, & cinnamo. singul. ℞. ii. hepatis lupi, & carnis erinacei siccatæ & puluerisatæ, vtr. ℞. i. cum syrupo de absinthio, aut de menta maiore, fiat elect. molle de quo (diebus quibus non vicietur purgantibus) vti poterit ad ℞. iii. aut ℞. β. mane tantum superbibendo cochlear vnum aquæ stillaritiæ cinnamomi.

Alias sumat huius loco theriacæ probatæ ℞. ii. vel antidoti cyphoides dicta & composita à Gal. 8. cauat. cap. 7. auctoritate Andromachi tantundem.

De exterioris.

Balnea naturalia sulphurea, salsa, & nitrosa, & non ex aqua dulci parata, conveniunt; si anni tempus calidum & siccum fuerit, & non frigidum, aut pluuiosum, & datur facultas: quorum loco sepelire ægrum iuxta mare in arena: aut in fimo equino: aut in furno mediocriter calido, aut in conopeo ad provocandum sudores, conuenit.

Suffitius.

℞. Ladani, rad. cyperi, galangæ crassæ, singul. ℞. i. calami arom. & fol. absinthii p. ma. mentæ, orig. rutæ, pulegii, & sem. 4. cal. ma. styracis cal. beniuiini, caryoph. singul. ℞. β. fiat pul. crassus terebinth. excipiendus in orbiculos lupinæ pro suffitu sedente in conopeo capite non velato, sed detecto mane & sub horam 2. pomeridianam si vires ferunt, prius exonerata aluo, & sobriè viuat & bibat: sic per multos dies continuando. Vel parentur sequentes sacculi.

Sacculus pro ventre.

℞. Milii, salis, & furfuris macri, singul. m. i. sem. 4. cal. ma. bac. lauri, & hederæ, florum chamæmethi, & fol. rutæ, pulegii, singul. ℞. β. fiat pul. crassus sacculis duobus inclusus, qui vicissim

ventri admouentur prius in latere ignito vino albo insperfo calfacti, & sæpe iterentur.

℞. Iridis Flo. cyperi, calami arom. singul. ʒ. ii. fol. melissæ, ablinthij, mentæ, balsamitæ, sampfuchi, singul. ʒ. 4. gra. tinctorum & ros. rub. vtr. ʒ. ii. pul. diamoschi (si diues) ʒ. i. fiat pul. cum serico rub. & gossipio paretur sacculus scuti figura interpunctus ventriculo admouendus. *Alter pro ventriculo*

℞. Massæ emplastri de baccis lauri, ʒ. ʒ. emplastri ceronci, ʒ. 4. i. sulphuris vini 4. ʒ. sem. cimini, & petrosel. Maced. carui pul. sing. ʒ. ʒ. succi iridis nostratis, & ebuli, vtr. ʒ. i. malaxentur simul in massam de qua paretur emplastrum iustæ magnitudinis abdomini applicandum. Vel huius loco vttere cataplasmate in curatione Ascitis descripto: si cum Tympanite adest febris minus calidis est vtendum, ne febris & sitis augeantur, vt rectè annotauit Trall. loco citato. *Emplastrum*

De Hepatis Phlegmone.

CAP. LXIV.

Φλεγμονή τῆς ἥπατος: i. Iecoris inflammatio fit ex sanguinis influxu in eius substantia, vel gibba, vel sima, vel in musculis epigastrii autore Gal. lib. 5. locorum affect. c. 6. *Phlegmone quid.*

Differentiæ sumuntur vel à materia, vel à sede. A materia, sanguis est sincerus, vel pituitosus, aut biliosus, aut melancholicus, à quibus variam sortitur appellationem. A sede, quum sanguis peccat quantitate, aut qualitate, impulsu causarum externarum è venis immoderatus prorumpens in visceris corpus copiosior secedit, tum extra propria vasa putrescit, & inflammationem parit, simulque imbutam carnosam partis substantiam labefactat, atque corrumpit. Sanguis primum in sanie putridam vertitur, ac tum est inflammatio: sanies deinde (caloris natiui beneficio) in pus abit; ea ipsa puris collectio, abscessus dicitur, de quo suo loco fusius dicemus. *Differentia vnde sumantur.*

Erumpente demum pure, vlcus manet cauum, ac sordidum. Hac mutationis serie, multa vitia ex vno fonte dimanant: hinc variaz medicandi leges.

Signa quibus inflammatio iecinoris à pleuritide distat: Im-

Signa distinguencia hepatis inflammationem à pleuritide. primis in illa percipitur grauitas præcordiorum in dextrâ parte, & dolor non est lancinans, veluti in pleuritide, sed à iungulo ad costas nothas protensus ob conclusam materiæ congeriem, quæ succingentem thoracis membranam conuellit. Pulsus pleuriticorum est ferratilis: in hepatis inflammatione est vndosus, magnus, frequens & celer: tussis exigua, eaque sicca inest, qua nihil excreatur: in pleuritide verò, tussis non est inanis, sed vt plurimum cum sputo, eoque vario pro natura humoris prædominantis.

In vtraque inest spirandi difficultas, & febris continua, auctore Gal. 2. locorum affect. & Paulo lib. 3. cap. 33. & Auic. fen 14. tertii tract. 3. cap. 4. febris ex hepatis inflammatione semper est continua, ardens, & acuta, quæ statis diei horis pro natura humoris prædominantis exacerbatur: aliis verò remittitur: sitis inexhausta, linguæ scabrities, cui sæpe lentor inhæret, color interdum ruber, alias flauus, alias nigricans: nausea, & cibi fastidium: interdum singultus prope strangulans: sæpe corporis color ictero fœdatus. Urinæ sunt crassæ, rubicundæ, ac turbidæ. Synceræ bilis modo vitellinæ, modo æruginosæ vomitio, & plerumque per aluum deiectio: quæ interdum diarrhœam, vel dysenteriam infligit: nisi inflammatio cum visceris imbecillitate oborta fuerit, aluus astricta est. Aëtius lib. 10. cap. 3. accessionis tempore quidam delirio apprehenduntur, & acre lotium excernunt.

Si inflammatio fuerit erysipelatodes, febris, ardor, vomitio, & reliqua signa, grauiora euadent, ac tandem in marcorem deducunt: hæc quidem omnis inflammationis sunt communes notæ.

Signa distinguencia hepatis phlegmonem ab ea quæ fit in musculis. Signa quibus hepatis phlegmone distinguitur ab ea quæ fit in musculis hepatis incumbentibus. Primum inflammato hepate, tumor secundum lineamenta est rotundus, figura ipsius hepatis, cui succumbit, quique ad corporis decubitus simul conformatur. Musculis autem inflammatis, cutis circumten ditur, vt si quis digitis eam trahere vellet, minimè cedit: sed solo tactu discernitur, siue in albo, siue in superficie ipsa inflammatio consistat. Si inflammatio in caua iecoris magis vergit, inest cibi fastidium, nausea, sitis, vomitio biliosa, aut deiectio aerius vrgent: & præterea grauis & admodum laboriosus est decubitus sinister, neque promptè inflammati iecoris, tumor contactui obuius est.

Signa si phlegmone in hepatis caua fuerit.

Si inflammatio gibbam regionem magis obsidet, spirandi difficultas, tussis grauis, & dolor ad iugulum vsque extenditur, & decubitus dexter est difficilior, quia contactu, pressuque pars affecta premitur & dolor exacuitur, & tumor interdum prominere, & oculis conspicuus. Omnes quidem notæ sunt manifestæ, quum ingens est inflammatio: quum verò exigua, sunt obscuræ, & parua.

Signa si in gibba hepatis fuerit

Ex iecoris inflammatione singultus, malum: ob sympathiam ventriculi. Hip. aphor. 17. sect. 7. Alias iecore inflammatione laborante, interuenit singultus propter neruorum consensum, quum in maximam iecur inflammationem peruenit, auctore Hip. aphor. 58. sect. 5. & Gal. in fine huius comment. Inflammationi hepatis, alui profluuium superueniēs, lethale, Auic. fen 14. tertii ad finem 2. cap. Quibus hepar dolet, & occiput cum pedis pollice pruriunt, & phlictenæ in collo magnitudine fabæ, si appareant, quinto die ante solis ortum, moritur æger, præsertim si vrinæ difficultas ob sphincteris obturationem acciderit. Deiectiones alui nigrae circa morbi initium si appareant, maximum iecinoris incendium arguunt: auctore Auic. loco citato, cap. 4. qui citat librum Hip. de monumento reperto, qui hodie desideratur. Solutio continui alta in hepate facta, & non superficialia à quauis causa externa, vel interna, est lethalis auctore Hip. aphor. 18. sect. 6. inflammatio quæ fit à bile, est periculosior ea quæ fit à sanguine. At periculo non vacat, quæ fit ab humore melancholico: quia facile degenerat in scirrhum.

Præsignia.

De curatione Hepatis Phlegmones.

Indicatio medicatrix sumitur à tribus: nempe à causa morbifica, qua sublata, tollitur eius effectus. A partis affectæ natura, vt eius facultas alteratrix toto corpori communis astringentibus conseruetur. Denique à situ.

Nam cauis inflammatis, ab initio sunt vsurpanda blandiora pharmanca purgantia, quæ verò verè purgant ante diem 4. commodè aptari nequeunt: quia ad usque illum diem humores sunt in fluxu, qui pharmaco solutiuo irritati, ad fluxum

Curatio si in caua hepatis parte fuerit inflammatio.

magis concitantur: quo tempore extrinsecus repellentia (ad fluxum cohibendum) sunt præscribenda, nonnullis discutientibus admixtis, ne phlegmone hepatis ab astringentibus induretur.

Si in hepatis gibbo fuerit inflammatio.

Sed horum loco clysteres emollientes, & refrigerantes loco minoratiuq; potionis appellatæ, aut balani, si æger est pauper, sunt præscribendi. Gibbis autem inflammatis humor per renes est euacuandus, idque per mitiora diuretica primum, tandem paulatim ad validiora transeundum: ne materia in scirrhum concreseat, ne si contra fiat, tantus consequatur error, quantum prædicat Auic. fen 14. terçii, tractatu 3. cap. 12. Nani si venenosum genus per medicamenta purgari potest: quoque gibbæ hepatis poterunt.

Curatio in genere.

Sed quo natura viam affectat, per loca lege naturæ idonea, ducere oportet autore Hip. aphor. 21. sect. 1. Si fortè fortuna iecoris inflammatio oritur à mensibus aut hæmorrhoidibus suppressis, recurrendum erit ad ea quæ annotauimus capitibus propriis. Si aliunde prouenerit, mox ab initio sanguis qui in eo fluit, reuellendus erit venæ sectione, cucurbitulis, frictionibus, vinculis, victu, & topicis astringentibus parti obsessæ admotis. Quinetiam humor erit subducendus balanis, clysmatis, eccoproticis medicamentis, & mitioribus diureticis ab initio, & victu congruo.

Curatio in specie.

Curatio specialis exordium sumit à tenui, & exquisito victu qui meatus reclusos aperiat, detergeat, & humoris acrimoniam demulceat, quique sit omnis tenacitatis expers, refrigeret, & humectet, qualem descripsimus ca. 11. prioris Tractatus harum Lucubrationum pag. 54. & 55. & pag. 177. & 178. Inter ea si aluus est dura, emolliatur clystere sequenti, vel eccoprotico medicamento: Vt

Clyster.

℞. Maluæ, viol. portul. & lactucæ, borrag. singul. m. i. prunorum acidorum, pa. viii. sem. 4. frig. ma. singul. 3 ii. anisi, 3. i. florum nymph. viol. & bugl. singul. p. i. coque in aqua: colaturæ dissolue diapruni simpl. & cassiæ cum saccharo vtriusque 3. vi. mellis rosati, & olei violati, vtriusque 3. i. β. fiat clyster ante phlebotomiam supponendus. Si ægrotus non admittit clysteres vtatur sequenti.

Eccoproticam.

℞. Cassiæ recens à canna extractæ, 3. i. β. tamarind. 3. β. sem. melonis, 3. ii. anisi, 3. i. infundantur simul in decocto cicchorii, eupatorii, fructuum & florum cord. per noctem super

super cineres cal. Expressum detur summo mane.

Sic exonerata corporis prima regione, humores crudi & fluentes per phlebotomiam ne ad hepar rapiantur, unde grauior fieret affectus sunt reuellendi. Sequenti mane, aut mox clysmate reddito, vena axillaris dextra cubiti (si appareat) sin autem media, si neque hæc, cephalica aperitur, si vires ægri, atque ætas consentiant, & semel quantum satis est, detrahendum: nisi partis nobilitas repugnaret, quæ sine graui detrimento subitam plurimamque non sustinet vacationem. Quamobrem tutius est, illam partiri, vt monet Aëtius lib. 10. cap. 3. Si laborantis ætas senilis, aut puerilis, venæ sectionem dissuadet, cucurbitæ natibus, aut internæ coxæ, (si hepar non fuerit infirmum, aut foras euacuanda sit materia, & non sit fluxio perennis) cum multa flamma, & alta scarificatione applicentur. Si neque has admittere possunt, frictions, & ligaturæ ex opposita parte seruata re-ctitudine ad reuulsionem vsui esse possunt. Materia remedi-orum petenda ex ca. 58. Vitanda quæ refrigerant & astringunt, nisi his aliquid admixtum sit quod extergeat, ac ape-riat: quale est decoctum hordei, aut prisana cum iulepo ro-sato, aut syrupo granatorum, hæc modo.

℞. Iulepi alexandrini, & syrupi adiantini, vtriusque ℥. ii. *Iulepus.*
succii granatorum, ℥. i. decocti hordei ℥. i. fiat iulepus pro
4. matutinis. Vel paretur sequens.

℞ Rad. cichorii, acetosæ, rusci, graminis & asparagi, sin- *Apozema.*
gul. ℥. i. herbarum cichorii, seriolæ, portul. bugl. eupato-
rii, & capill. communium singul. m. i. glycyr. ʒ. vi. pruno-
rum acidorum si refrigerandum, vel dulcium si purgan-
dum, iuiubarum, & mixarum (ad bilis feruorem retun-
dendum) singul. pa. x. sem. 4. frig. ma. singul. ʒ. ii. sem.
portul. & anisi, vtr. ʒ. i. florum nymph. & ʒ. cord. singul.
p. i. coquantur ex arte in aqua hordei ad 4. 5. oxyfacch.
simpl. & syrupi de bisantiis, vtriusque ℥. ii. fiat apozema
clarif. & arom. pul. diatriasantali, ʒ. ii. & nardi Ind. ʒ. i. pro
4. matutinis. Deinde purgabitur vt sequitur.

℞. Cinnamo. ʒ. β. rhab. selecti, & thamarind. vtr. ʒ. ii. *Potio pur-*
elect. de psyllio aut rosati Mes. vel diapruni sol. ʒ. β. infun- *gans.*
dantur omnia simul in superiori decocto per noctem super
cineres cal. Expressioni dissolue syrupi rosati sol. aut succi ros.
recentis, ʒ. i. fiat potio summo mane propinanda. Vel

PPpp

Catapota. ℞. Massæ pil. de rhab. ʒ. i. aut ʒ. 4. diadacrydii, ḡ. ii. cum guttis aliquot aquæ cichorii forma pil. vi. deauratas, quas cap. post primum somnum.

Bolus. ℞. Conseruæ florum cichorii, aut nymph. aut cauliculorum lactucæ, aut cucurb. sacch. conditorum, ʒ. iii. theriacæ veteris & probatæ, ʒ. β. cum sacch. fiat bolus postridie mane horis 4. ante prandium sumendus.

Syrupus magistralis Si syrupum magistralem es compositurus, in decocto apozematis præscripti, coque polypodii querni contusi, ʒ. iii. sem. carthami, & sennæ mund. vtr. ʒ. i. β. thamarind. ʒ. i. sem. anisi, ʒ. iii. caryoph. integrorum, ʒ. β. colaturæ infunde nardi Ind. minutim incisæ, ʒ. i. rhab. selecti, ʒ. i. Expressioni coque in syrupum mannæ Cal. & syrupi ros. sol. cuiusque ʒ. iii. cap. semel aut bis in hebdomade, ʒ. ii. cum decocto hordei, diluculo cum custodia. Vel

Opiata la-
zips. ℞. Thamarind. per setaceum transfusorum, & pulpæ castiæ recentis, & catholici singul. ʒ. i. pul. rhab. selecti, ʒ. iii. nardi Ind. ʒ. i. cum syrupo rosato fiat opiata de qua semel in hebdomade cap. ʒ. β. forma boli, vel potionis cum iure pulli, aut decocto eupatorii, si sunt obstructiones.

Altera, ic-
eur robo-
rans. ℞. Conseruæ viol. & florum cichorii, aut nymph. vtr. ʒ. i. cauliculorum lact. aut pulpæ cucurb. condit. sacch. vtr. ʒ. β. sem. melonis mund. ʒ. ii. pul. diatriasantali, ʒ. ii. bac. oxyacanthæ, ʒ. β. cum syrupo adiantino fiat opiata, aut syrupi loco sacch. rosati, q. s. fiat conditum cap. singulis matutinis instar nucis iuglandis (si opiata) vel cochlearia duo, si conditum superbibendo parum aquæ cichorii, aut endiuiz. Vel

Tabella. ℞. Conser. rosarum, & florum cichorii, & pulpæ cotoneorum, singul. ʒ. ii. pul. diatriasantali, ʒ. 4. sem. melonum & cucurbitæ mund. & minutim incisorum vtr. ʒ. ii. sacch. albi aqua intybi soluti & cocti ʒ. iii. fiant tabellæ pondo ʒ. iii. cap. vnam omni mane horis ii. ante pastum. Aut harum loco vtatur saccharo rosato cum perlis, aut tabellis diatriasantali, aut diarthodi Abbatis.

De repicis. De topicis administrandis non conueniunt Arabes & Græci: illi solis astringentibus, & refrigerantibus qualitate propria: hi vero relaxantibus, & refrigerantibus, quibus aliquid aromatum admixtum sit, vtuntur, quibus magis subscribo, triplici ratione: quia apertis poris materia resoluta in fumos, calorem partis vacuant: 2. robur partis conseruant, & scir-

rum vitant. Topica pro morborum 4. temporibus sunt varianda: in principio facta venæ sectione ut humorum fluxus inhibeatur, sequentia sunt præscribenda.

Epithema pro morbi principio.

℞. Pul. santali albi, & rub. coralli albi, aut rub. singul. ʒ. i. sem. endiuix, & acetosæ, vtr. ʒ. 4. troch. de spodio, rosarum rub. & nardi Ind. singul. ʒ. ii. aceti vini albi, ʒ. i. β. aquæ absinthii ʒ. iii. aquarum endiuix, & seridis vtriusque ℥. β. fiat epithema iccori æstuanti tepidè applicandum ter in die. Deinde illinetur cerato santalino tepidè, si hyems, aut frigidè si æstas, aut sequenti

℞. Vnguenti rosati, aut albi Gal. recentis, aut loti aqua rosarum, ʒ. ii. olei nenupharis, ʒ. β. pul. absinthii pont. ʒ. i. nardi Ind. & schœnanthi, vtr. ʒ. β. fiat linimentum quo iccoris regio post epithema illinetur: addendo inunctionis tempore aceti guttas aliquot pro vehiculo.

Vnguentū.

In incremento, digerentia sunt augenda, & astringentia minuenda, vt:

℞. Succu plantag. & oleorum rosati, myrthini, & cydoniorum, singul. ʒ. i. β. olei de absinthio, & nardini, vtr. ʒ. β. misce pro litu hepatis post epithema, aut sine eo, mane & vesperi tepidè ante pastum.

Aliud pro incremento.

In statu olea resoluentia augeantur, & astringentia semper minuenda: inclinante autem malo, sola digerentia erunt vsui. At non tantum est habenda ratio inflammationis, quæ solum digerentia efflagitat, sed etiam iccoris, cuius substantia facilè dissolueretur: ob id nonnulla astringentia sunt permiscenda, etiam si morbus fuerit in declinatione.

℞. Oleorum nardini, absinthii, & chamæmeli, singul. ʒ. i. β. (hæc emolliunt & resoluunt) olei rosati, ʒ. i. pul. chamæm. & absinthii p. ma. singul. ʒ. ii. rosarum rub. ʒ. i. his commixtis illinetur iccoris regio tepidè, manè & vesperi, panno lineo appposito. Absinthium astringit, sed eius oleum emollit.

Vnguentū pro declinatione.

De Abscessu Iecoris.

CAP. LXV.

*Abscessus
quid.*



Differentiæ

De causis.

*De signis
quæ diagno-
sticis quam
prognosti-
cis.*

ABSCESSVS, Græcis *Ἀπύημα* dicitur: nomen deductum ab *ἀπό τῆ ἀφίστασθαι*, quod abscedere significat. Est autem tumor omnis, qui digeri non potuit, in suppuratorem conuersus, non tam perfectè quidem vt pus iam factum sit, sed vt vitari non possit. Nascitur ferè omne apostema, ex phlegmone, siue vera sit, siue erysipelatodes, vel ex erysipelato phlegmonodes. Differentiæ teste Auic. fen 14. tertii, tract. 3. sumuntur à sede. Quandoquidem alii simam, alii conuexam hepatis occupant. Alii rectos & transuersos musculos epigastrii, alii mesenterium. Huius rei fidem facit historia Stefiani apud Gal. 5. locorum affect. cap. 7.

Quæcumque in hepate dolorem concitant, siue externa siue interna fuerint, abscessum inferre possunt: quia dolor attrahit humores, qui sic attracti (nisi cito resoluantur aut vacuantur à natura vel artis subsidio, facillè inflammantur) tumorem generant, qui facillè suppuratur & in pus conuertitur. Dum pus fit, dolores ac febres accidunt magis, quam confecto. Hip. aphor. 47. sect. 2. siue in gibba, siue in sima, siue in musculis hepatis accumbentibus, siue in mesenterii venis decubuerint humores pituitosi ac frigidi.

Confecto iam pure, omnia quidem remittuntur, ipseque ardor deferuescit, vires tamen relinquuntur multo imbecilliores: pulsusque frequens, paruus ac languidus, crebraque animi defectio. Quum rupto abscessu puris illuuius irrupit, eius tetra vapore cor obruitur, qui sæpe orta graui animi defectio, ægrum de medio tollit: Ex hoc enim vix quispiam seruari potest. At quum exiguus est abscessus, (si vires satis constant) pus nonnunquam vomitione, alias per aluum, aut per vrinas profunditur. Sed & interdum fissa vel exesa iecoris substantia, pus excidit in abdominis capacitatem, quo & hydropicorum aqua confluit. Vlcus ex abscessu contractum (vice alimenti proprii) hepar multa colluue sordescit, & nunquam sanescere potest. Succrescit, iecoris substantia spermatica atque solida cum sit, non magis quam pulmonis reparari

potest. Cum igitur corpus non alatur, ex vitiosa atque corrupta sanguinis portione, tabescat necesse est.

Interdum cruenta est alui deiectio, ac sæpe quasi ex cadauere facta colliquatio.

Vrina quoque sanie perfusa est, quæ si ea in ventris spatium penetrat, hydrops omnium grauissimè exoritur, qui in inguinum pubisque grauitate, & manifesto tumore se prodit, si quidem vires tandiu persistunt, quod certè vix vnquam vlla observatio notauit, quibus purulentum iecur adoritur, si purum pus effluat, & album, salui fiunt: in tunica enim ipsis pus continetur: si verò qualis amurca profluat, intereunt. Hip. aphor. 45. sect. 7. Si pus (inquit) in tunica est contentum, nihil patiente substantia hepatis, omnes euadunt: quia indicat inflammationem extra iecur esse, & robur facultatis expultricis. Contra, si ad carnem seu substantiam iecoris vsque corruptio perpingit, indicat imbecillitatem facultatis alteratricis & moriuntur.

Suppuratio si foras vertitur, optima est, etsi parua est: si verò magna est, & lata, minimeque in mucronem fastigiatur, pessima est. Quæ autem intro rumpitur, si cum exteriori sede nihil communicat, sed contracta est, nec dolet, & omnis exterior locus unicolor apparet, optima est teste Hip. lib. i. progn. cap. 12. Fernelius lib. 6. Pathologiæ cap. 4. sæpe observauit iecur tuberculis & abscessibus instar furunculorum obsessum fuisse, nullo hypochondrii dolore, nullo tumore, nullo decubitu difficili: febris solum inerat, non admodum ardēs, eum siti, & cibi fastidio, cumq; alui bilioso profluuiio, in menses interdum multos perseverante: vt idcirco difficilè id mali, quemadmodum & substantiæ corruptela, ab intemp. calida, aut ab obstructione internoscereur.

Quum autem musculus abdominis rectus iecori præten- *De Tumoribus notis.*
sus, solus inflammatur, superiorum notarum nulla quidem (nisi fortè febris) adest, lancinans dolor magis affligit, tumor oblongus foras prominet, visu tactuque conspicuus: cutis enim circumtensa rubescit, atque calet.

Abscessus iecinoris tribus auxiliorum generibus curari po- *Curatio.*
test. Victu nempe, & medicamentis sumptis & admotis. In victu instituendo, imprimis aër temperatus esse debet, qui si talis non fuerit, arte comparetur vt docuit Gal. 9. & 10. meth. med. Vitanda omnia acria, salia, piperata, & summè dulcia:

quia facile bilefcunt, & quæcunque bilem generant.

Vefcatur æger pane recenti & accuratè parato: carnibus hædinis, & reliquis boni fucci: pifcibus fluuiatilibus, faxatilibus, carne friabili præditis: iuribus veruecis, vituli, gallinarum, caponum, pullorum, alteratis feriola, oxalide, portulaca, borragine, pimpinella, lactuca, &c. Oua forbilia, vuz damafc. exacinatæ, corinthiacæ, pallulæ, nuclei pinci, amygdalæ recentes, hordeatum, auenatum cum lacte amygd. dul. faccharo, & ouis paratum, maximè conuenit & præcipuè fi per renes fit puris excretio, & quæ moderatè aperiunt & detergent: vt cymæ asparagi, lupuli, &c. Inſipida & leniter dulcia, & partes animalium glutinoſæ, vt pedes concedi poſſunt.

Pro potu vtendum erit, hydromelle, aut priſana, aut lacte aſinino, aut caprino, aut ouili, aut lacte amygdalino: & fi vires peſſundant, vtatur vino rubro decocto graminis diluto. Frigidus potus noxius ex Hip. aphor. 20. ſect. 5. Frigidum (inquit) vlceribus mordax, &c. bilem generantia ægrotanti aduerſantur; pariter ſitis, inædia, vigilæ, labor, ira, ſolicitudo, & motus immoderatus, qui efficit vt humores motu concitati, ocyus ad hepar confluant: ſomnus quoque prolixior vitandus, quod multa excrementa exaggeret: ſit igitur horarum ſex aut ſeptem, & non plurium: nec ſuper mollem culcitram plumeam cubet, & maximè rupto abſceſſu. Ante verò eius ruptionem talis decubitus & ſuper latus dextrum imperandus, vt miti calore ocyus ſuppuretur. Coitus etiam pernicioſus, præſertim ſi æger ætate prouecta ſit, aut natura imbecillus. Danda quoque opera, vt aluus quotidie fluat, quæ niſi ſponte, ſaltem balanis, aut clyſmatis, aut aliquo eccoproctico medicamento ſuperiori capite deſcriptis, & ſi opus eſt, ſæpe repetitis ſolicitanda erit.

Inſtituta victus ratione, & exonerata aluo, educatur ſanguis ex vena axillari dextra, niſi quid eam diſſuadeat, & extrahatur ſanguis pro viribus, ætate, & tempore. Denique priuſquam ad interiora remedia veniamus, animaduertendum vt ram iecoris partem abſceſſus obſideat, gibbam ſcilicet, aut cauam: item num abſceſſus ſit ruptus nec ne, ne quid præpoſterè, ſed technicè agatur. Nam ſi gibba eſt obſeſſa, ruptuſq; ſit abſceſſus, & pus verſus renes vel veſicam deurgat: tunc mitiora & temperata diuretica mixtis detergentibus & viſcera corroboran-

tibus sunt imperanda, autore Hip. aphor. 21. sect. 1. Quo natura viam affectat, per loca lege naturæ idonea, ducere oportet. Si verò cauam obsidet, pulsque versus podicem deriuat, non diureticis, sed blandioribus catharticis superiori capite descriptis: vel clysmatis detergentibus cap. de Nephritico dolore scriptis, vtendum erit.

Si verò pus ad ventriculum deurgat, vomitus excitandus erit, nisi spontinus fuerit. Deinde ventriculus corroborandus venit tam sumptis, quàm admotis cap. 44. huius Tractatus pag. 274. & 275. descriptis.

Contra, si abscessus nondum est ruptus, sequentibus suppurantibus vtendum.

℞. Rad. althææ, 4. i. rad. bryoniæ, vel cucumeris asinini, ʒ. ii. cyperi, ʒ. i. herbarum mal. viol. senecionis, eupatorii, & absinthii, singul. m. i. caricarum pa. vi. sem. lini, & fœnugr. vtriusque ʒ. vi. florum hyperici, chamæm. & sambuci, & stœch. singul. p. i. santali albi, nard. Ind. & celticæ, schœnanthi in nodulo exceptorum, singul. ʒ. i. coquantur in aqua suffi. Sub finem iniice scyphum vnum aceti & cum spongiis in decocto maceratis & parum expressis, fove tumorem bis aut ter in die.

*Fomentum
suppurans.*

℞. Oleorum nardini, de absinthio, liliorum, & adipis gallinæ, & anseris, singul. ʒ. i. medullæ cruris cerui, vel vituli, & œsippi humidæ, vtriusque ʒ. ʒ. pul. fol. absinthii siccorum, & rosarum, vtr. ʒ. ii. pul. santali citrini, rad. cyperi, nardi, & schœnanthi, singul. ʒ. i. fiat vnguentum quo pars affecta tepidè illinetur post forum, addendo in unctionis tēpore guttas aliquot aceti panno lineo appposito. Vel

Vnguentum.

℞. Muccag. rad. althææ, lini, ficuum ping. & medullæ sambuci, singul. ʒ. i. ʒ. farinæ tritici, ʒ. ii. far. hordei, ʒ. i. pul. absinthii sicci, rosarum rub. & cyperi, singul. ʒ. iii. nardi Ind. ʒ. i. ʒ. cum adipe capi, & oleo liliorum, coquantur in cataplasma hepatis tepidè applicandum, & bis in die renouandum.

Cataplasma.

Si quis emplastrum aut ceratum componere cupit, sumat exemplar ex cap. sequenti aperto vlcere, agglutinandum, & siccandum erit medicamentis, cap. 36. pag. 407. descriptis & pag. 408 & 409.

De Hepatis Scirrho.

CAP. LXVI.

Σ *Kippos* Græcis pariter & Latinis Scirrhus, est tumor præter naturam durus & doloris expers, non tamen omnino sine sensu, autore Gal. 14. meth. cap. 6. si est legitimus & exquisitus: contra, illegitimus quoties doloris est particeps. Hic fit ab humore melancholico, cui si portio quædam bilis aut sanguinis aut pituitæ permixta fuerit: tunc nominatur erysipelatodes, phlegmonodes & œdematodes. Scirrhus in hepate, liene, & renibus facile fieri conceptis verbis docuit Gal. 13. meth. med. Distat à tumore hepatis simplici, quod scirrhus non nisi longo dierum numero tumor verò simplex brevi tempore procreetur, & minus renititur. Hic ferè in ambientes iccoris membranas effunditur, hasque prorsus obsidet, qui plerunque tantus apparet, ut vniuersum hypochondrium repleat: plerunque iecur sine scirrho distendit. Oritur interdum à flatu, alias à tenui cruditate, quam vel immodica frigida portio, vel intemptius fructuum esus, vel crapula, satietasque nimia peperit: & hic quidem non grauitatis, sed tensionis sensum infert, & breuiori tempore (ut dixi) contrahitur. Interdum verò ab humore crasso & lento, alias bilioso, alias pituitoso, quem validum iecur à se excutiens in proprias ambientis membranas deponit. Est præterea & in hypochondrio tumor alius musculis abdominis insertus.

*Tumoris
hepatis de-
scriptio.*

Hic admodum est rarus, qui non pressu, sed leni tactu, ac sæpe visu percipitur: quia foras prominet, & figuram oblongam habet, qualis est recti in abdomine muscoli.

*De causis
scirrhii.*

Scirrhus ut plurimum fit ex obstructione, rarè ex inflammatione, quod in viscere natura calido & humido omnis inflammatio potius in perniciosum abscessum desinat. Humor igitur obstructionis autor frigidus, crassus, & lentus, primùm tenues iccoris venas implet, & infarcit, auctus in omnem visceris substantiam redundat, & eam perinde atque venas obstruit: quod si rursum multò plenior cumuletur, iecur in amplam molem

molem distendit, tumque viscus turgidum ac tumēs apparet. Tēpore humor siccescit, & vi caloris tenui parte dissipata, reliquus totus obdurefcit: cuius permiffione iecoris substantia labefactatur, verusque tandem scirrhus emergit. Fern. lib. 6. cap. 4. sup Pathologiz.

Signa sumuntur à tactu, situ, decubitu, pulsu, & vrinis. Ta- De signis
 ctu scirrhus si est exquisitus, & corpus gracile, & adipis & do- 1.
 loris est expers: si illegitimus, percipitur dolor cum grauitate. 2.
 Situ, si scirrhus occupat hepatis gibbam aut cauam, cognosce- 3.
 tur ex signis cap. 59. pag. 653. descriptis. 4.

Decubitu, ægri facilius decumbunt in latere dextro quam sinistro: nam si in sinistro decumbunt, tunc latus scirrhu detentum comprimit ventriculum, vnde fit dolor veluti contusiuus, ratione ponderis. Pulsus est durior, quam in inflammatione aut simplici tumore autore Gal. lib. 1. de præfagiis pulsum cap. 4. & li. 4. eiusdem operis ca. 9. vrinæ ab initio multæ, tandem minuuntur, & eius color mutatur, veluti hydrope laborantibus. Adhæc totius corporis color in nigredinem pallore permistam commutatur, venter & pedes intumescunt, & supernæ corporis partes gracilefcunt, & corpus ipsum repescit. Si est exquisitus, nullis remediis cedit, quia est immedicabilis: contra illegitimus cedit nostris remediis, quia est curabilis. Scirrhus hydropi non succedens, euidentius percipitur quum æger rectus manet, quia tumor descendit infra costas spurias. Scirrhus illegitimus difficile curatur: legitimus Præfagia.
 atq; exquisitus curationē nō admittit: quia omnia remedia cuiuscunque generis sint spernit, experientia & autoritate Gal. 2. ad Glauc. ca. 6. & Orib. ca. 19. & 21. lib. 9. synop. & Aëtii li. 10. c. 6. In scirrhu exquisito, si alui fluxus acciderit, breui moriuntur: si non acciderit, diutius perduraht ægri. Scirrhi in quibus pili nascuntur, quique sunt magni, ac vehemēter duri, & corporis colorē referunt, nec sanantur, nec vnquam permutantur, autore Auic. lib. 4. fen 3. tract. 2. cap. 11.

Cū iecur munus toto corpori publicū habeat, & virtutis naturalis est principiū, si scirrhu inueterato laborauerit, immedicabilis est: quia tā vehemēs medicamentū, quam affectus efflagitat, ferre nō potest: & sæpe hoc vitiū aqua intercus sequitur, tandē processu tēporis mors. Aliquādo verò quū scirrhus vias per quas ex simis iecoris in conuexas partes defertur, obstruit, mors hydropē anteuertit, corpore scilicet alimētū nō recipiē-

te, & aluo immodicè fluète. Qui igitur curationē admittit, nō alia ratione sanitatē cōsequitur quā quæ scirrho laborantibus musculis adhiberi solet, vt docuit Gal. li. 14. meth. med. cap. 4. Neminē (inquit) vidi iecoris scirrho laborantē, solo vsu ammoniaci sanatū fuisse (quia malactica robur partis dissoluunt) vel solis digerentibus (quia pars tenuior per halitū digeritur, sicq; reliquū indomitū manet) sed mixtis. Curatio illegitimi scirrhi iecoris, tribus remediōrū generibus instituetur. Viētū nempe calido & humido: 2. medicamētis aperientibus moderatè calidis & detergētibus c. 61. pag. 344. fusissimè descriptis, & ca. nephride scribēdis: necnō pituitā crassam lentāq; purgātibus. 3. symptomata corrigentibus: & quod in parte affecta remansit, malacticis simul & digerentibus (vt dixi) cū leni astrictione, vt robur partis cōseruetur. Nam hoc viscus vehementia medicamenta vti lien haud sustinet. Gal. 2. ad Glauconem cap. 6.

Curatio.
illegitimi
Scirbi.

De viētū.

Viētus ratio esto calida & humida: aër sit tēperatus à natura, vel arte paratus. Esculēta sint euchyma, & facilis coctionis: Panis sit triticeus probè subactus, & pauco sale pinsatus. Carnes vituli, veruecis, agni, porcellorū, gallinæ, capi, pullorū gallinaceorū, aragenarū, phasianorū, perdicum, lepusculorū, & auium non in aquis degētū, sed in collibus, dumetis, vineis, aut nemoribus, vt turdorū, merularū, scolopacis. i. rusticulæ: callis beccæ, &c. Oua sorbilia & vuae Damascenz, ficus, cymæ asparagi, lupuli, borragovtraq; intubus, cappares, sceniculus marinus, pruna, nuclei pinei recentes, mirificè cōueniūt. Pro potu vtendū vino generoso (nisi febris, aut quid aliud repugnet, tūc diluendū, aut eius loco ptisana, aut hydrosaccharū propinādū. Vinū dulce aut austerū, nō minus fugiēdū, quā quæ crassum ac fæculētū succū generāt, qualia fuerūt abūdè descripta à gal. 3 loc. affect. c. de melancholia. Decubitus in latus dextrū cōmendatur ab Auic. fen. 14. tertii tract. 3. c. 16. Exercitium tēperatum, & venus moderata cōferunt. Cōtra immoderata & animi parhemata (excepto gaudio) & copia bacchi officere nemo inficiabitur. Aluus nisi quotidie suo pte impetu fluxerit, arte aliqua vt glande aut clysmate sollicitāda erit. Quisq; suo Marte ex sequentibus varia topica cōponere poterit nisi nostra voluerit vti, & vniuersalia petat ex cap. de obstructione & nephritide.

Simpl. me-
dicamenta

• & compo-
sita qua
peculiariter
dote scir-
ribus conue-
niunt.

Radices sūt alchæa, vlmus, mādragora, iris, cyclamē, cucumer asininus, sambucus, ebulus, aristol. panax herba, absinthium, eupatorium, halicacabus, prassiu album, bismalua, malua, viola, pulegiū, sisimbrium aquaticū, geranium omne, anagallis floj

re purpureo; securidaca. Semina althææ, lini, fœnugr. & plârag. flores sambuci, chamæmeli, meliloti, rosarû, œnanthe, crocus, schœnanthum, Santalû triplex, nardus vtraque, myrrha, styrax, mastiche, gummi ammoniacû, bdellium vtrumq; cœsyus. Terebinth, butyrum, propolis medullæ cruris cerui, vituli. Adipes anseris, gallinæ, vrsi, leonis, pardalii, tauri, capræ, hirci, &c. Cōposita quæ in officinis extât sunt troch. de bdellio descript. Auic. fen 14. tertii, tract. 3. ca. 16. Dialacça, diourcuma, olea amygd. dul. liliorum, irini, cheirini, sambuci, chamæmeli, absinthii, nardini: vel horum loco oleum elicatum ex hepate raiarû aut galeorum, aut lupi terrestris similitudine substantiæ, vt doctissimè Rondel. suo lib. de piscibus marinis annotauit.

Præmissis vniuersalibus ad sequentia tam interna quam externa veniendum.

℞. Cōseruæ rad. bugl. rosarum, & florum cichorii, singul. ℥. i. *Opiata.*
 cōser. stœchadis, & anthos, vtriusq; ℥. β. pul. diarhodi Ab. ℥. iiii.
 pul. lætitiæ Gal. ℥. i. hepatis lupi præpar. ℥. ii. cum syrûpo de pomis simpl. fiat opiata de qua quotidie mane cap. instar iuglâdis nucis, aut castææ magnæ, superbibêdo cochlear. duo vini albi, aut gylui aqua bugl. diluti, mane horis duabus aut iiii. ante pastum. Vel huius loco, & vicissim vtatur sequentibus pilulis.

℞. Agarici troch. ℥. i. myrrhæ, styacis, vtr. ℥. β. hepatis lupi, & *Catapotia.*
 schœnanthi, aut nard. Ind. vtriusque ℥. i. cum terebinthina, fiât plures pilulæ, quarum cap. mane in exitu lecti quatuor aut sex vt dixi, vel bis in hebdomade continuando.

℞. Rad. althææ, iridis, cucumeris asinini, aut vlmi, singul. ℥. *Fomentum*
 iiii. sem. lini, & fœnugr. vtriusq; ℥. ii. rad. sambuci, ebuli, & ari- *compositum*
 stol. singul ℥. i. β. rad. panacis, ℥. i. herbarum bismal. maluæ, pras- *ex macer-*
 si albi, pulegii, & geranii ma. & minoris, & pedis columbini, & *elicis simul*
 absinthii, singul. m. ii. rosarum rub. m. i. florum chamæm. meli- *et digerē-*
 loti, sambuci, & stœchadis, singul. m. β. contundēda cōrundā- *tibus cura*
 tur, & incidēda incidantur, deinde coquantur in iure omaso- *nounullis*
 rum; sub finē adde vini albi, q. s. ne lōga coctione eius vis ape- *astringen-*
 riens euanescat: & in eo iure colato macerentur spongiæ duæ, *tibus.*
 quæ parum expressæ vicissim spatio vnus horæ tumori scirr-
 rhoso admoueantur matè & vesperi: sic per multos dies cōti-
 nuando. Vel ex eadem materia cōclusa duobus vel tribus fac-
 culis parum interpunctis & in eodem iure parum coctis, & ex-
 pressis foueatur scirrhus, etiam diu cōtinuâdo, quia sua natura
 est lōgius, & difficilis curationis, qui nō facilè cedit remediis.

Vnguentum

℥. Olei raiarū aut galei pro iis qui prope mare habitāt: vel lupi terrestris, ℥.iiii. gūmi ammoniaci, & bdellii, aceto solutorū, & ad mellis crassitiem coctorum, vtriusq; ℥.β. pul. myrrhæ, styracis, vtr. ℥.iii. spicæ celticæ, schœnanthi, asari, singul. ℥.i. terebinthinæ, ℥.i. propoleos, aut teræ citrinæ, q. s. fiat vnguentū quo iecur post forū diu illinetur, vt eius vis altius subeat, & ob eam rationem adde inunctionis tempore guttas aliquot vini maluatrici aut apiani. Vel

Alind.

℥. Hepatis lupi terrestris minutim incisi, lb. i. coque in olei amygd. dul. vel liliorū (si pauper) & succi iridis, vtriusq; ℥.iiii. ad eius dissolutionem in fictili cooperro: colaturæ dissolue gummiū ammoniaci, & bdellii aceto solutorū & ad mellis crassitiē coctorū vtr. ℥.β. medullæ cruris cerui, seu vituli, ℥.i. pul. myrrhæ, & styracis cal. vtr. ℥.iii. celsipi humidæ, ℥.β. pul. nardi ind. & schœnanthi, vtr. ℥.i. ceræ q. s. fiat vnguentum quo vtatur vt de superiori diximus diu continuando. Vel,

Cataplasma.

℥. Facis præscripti fatus diligēter pistatæ & super cribrū traiectæ, lb. i. stercoris bubuli aceto parū macerati, ℥.iiii. facis olei liliorū, ℥.iii. adipis anseris, & medullæ cruris vituli, vtriusq; ℥.ii. myrrhæ, ℥.β. styracis cal. ℥.ii. nardi Ind. schœnanthi, & croci, singul. ℥.i. fiat catapl. iecori applicandum post fotum. Vel

Emplastrum.

℥. Gummiū opopanacis, & chalbani aceto acri dissolutorum & coctorū, vtr. ℥.ii. adipis bubuli, & capræ, axungię gallinæ, singul. ℥.i. β. lithargiri, celsipi humidæ, thuris, masticeis, singul. ℥.i. ceræ, q. s. fiat ceratum aut emplastrum vsui dicto.

Ceratum.

℥. Oleor. cheyrini, ricinini, aut sambuci, vtriusq; ℥.ii. gummi ammoniaci, bdellii, & opopanacis aceto solutorū & coctorum, singul. ℥.i. styracis liquidæ, celsipi, masticeis, & butyri recentis, singul. ℥.vi. ficuū pinguiū elixarū & in mortario pistatarum, num. 20. muccag. sem. lini, fœnuigr. & althææ, ℥.ii. misce sine coctura, fiat ceratum si durius requiritur, dissolue ceræ q. s. super pannū cannabinū densum mediæ lunæ instar extendendum iecori tepidè applicandū. Huic negotio aptari possunt emplastrū nicotianæ (cuius descriptionem dedimus in nostra Paraphrasi Gallica sect. 12.) & empl. ceroneū, & diachyllum ireatum, &c. quibus adde myrrham, styracem, sem. securidacæ, absinthium, aut aliud simile. A balneis naturalibus, sulphureis, nitrosis, & aluminosis abstinendum, quod actu potentius calfaciant & resoluant: quorū loco vtendum fotu præscripto.

Quia morbus est perueax & facillè remediis non cedit, per

interualla corpus purgabitur, & forma remediorū, & non materia est mutāda, ne vni natura assuefacta, illorū vires spernat.

De Morbis Splenis in genere.

C A P. L X V I I.



L IEN totidem morbis quot & Hepar est obnoxius, qui sunt aut simplices, aut compositi. Simples, sunt intemperies calida, frigida, humida & sicca. Compositi, sunt tumor, obstructio, inflammatio, & scirrhus.

Differunt tamen à morbis Hepatis in pathologia, semiotice & therapeutice. In pathologia, quòd lien morbis frigidis, & hepar morbis calidis est magis obnoxius. Hepar frequentius inflammatione afficitur: contra lien frequentius scirrhus quam hepar afficitur, cuius natura est allicere humorem melancholicum (qui est fæx sanguinis) ab hepate quo nutritur: prius elaborato ab arteriis, & quod illi est onerosum sursum vel deorsum impellit. Sursum per vas breue in fundum ventriculi à quo fit appetitus. Deorsum, per ramum splenicum in rectum intestinum à quo fiunt hæmorrhoides.

Quoad semioticen attinet, differunt in signis diagnosticis & prognosticis: signa diagnostica splenica ab hepaticis differunt sede & colore. Sede, morbi hepatici dextrum, splenici sinistrum latus occupant. Colore, in iecoris malis, color dum mutatur fit citrinus: in malis verò lienis, color est fuscus, & nigricans ratione humoris melancholici, qui in ægro redundat. Quoad prognostica attinet etiam differunt (cæteris paribus) malum hepatis est grauius malo lienis, quia illud est nobilius, vnde si inflammantur ambo viscera, ex hepatis inflammatione maius periculum imminet quam si lien inflammaretur. Hæc opinio pugnare videtur sententiæ Hip. scribentis aphor. 34. sect. 2. In morbis minus periculosè ægrotant, &c. quia præstantia hepatis plus potest, quam lienis dispositio. Denique in therapeutice differunt penes locum, modum & materiam. Penes locum, quoties basilica vena est aperienda, dextra in affectibus hepatis, & sinistra in lienis malis, & si vires sunt deiectionis eiusdem partis malè affectæ aperienda est saluatella inter 4. & quintum digitum sita exercitato prius corpore, vt facilius ap-

In quo differant a febris lienis & hepatis. In pathologia.

In semiotice.

In therapeutice.

pareat & tutius aperiatur, vel aperiantur hæmorrhoides. Penes modum mittendi sanguinis: quoties aperitur vena basilica in affectibus lienis foramen amplius esse debet, quam in affectibus hepatis ob eius crassitudinem. His succrescit, iecur potest euacuari per aluum aut per vrinas: lien vero solum per aluum, quia nulla est via per quam possit expurgari per vesicam si Gal. creditur. At expurgari potest per arterias supra renes natas. Nec tamen propterea in malis lienis prohibentur diuretica ex Gal. non ratione causæ coniunctæ, sed antecedentis, ne humor fluat in lienem & eius tumor augeatur. Differunt materia secundum vim medicamentorum ex Gal. 2. aut Glauc. cap. 6. & 13. meth. med. Remediis lienis parum aceti est miscendum ad humoris crassitiem incidendam ut cæteris sit pro vehiculo. Si à flatuoso spiritu, discutientia sunt miscenda.

De causis. Causæ externæ sunt quæcumque frigidum, crassum, lentum, & fœculentum humorem seu pituitosum aut melancholicum generare possunt, aut flatuosum. Internæ causæ, sunt humor crassus in lienem raptus ac cumulatus, qui tumorem, obstructionem, scirrhum, aut phlegmonem parit. Hic humor cumularur in liene, vel quia copiosus erat in sanguine, vel quia naturalis vacuatio quæ à liene per vas breue in ventriculum aut in aluum fieri solet, est suppressa.

De signis. Signa splenis affecti, sunt respiratio crebra, & solito difficilior, præsertim in cursu, & labore, aut quum in dextrum latus decumbitur. Quum ventriculus cibo turget, diaphragma premit, appetentia manet, sed ventriculi concoctio offenditur, ex qua crudus aquosusque humor generatur, qui in eo fluctuat, quo sæpe os mader, & multa ex puitio fertur: status plurimus sursum deorsumque erumpit: interdum in hypochondrio sinistro rugitus & murmur obauditur: alias in ventriculo, aut in parte intestini qua lieni affidet. Alias humoris vapore cor laceffitur, corpusque ignauum languet, & nonnunquam leuis animi defectio obrepit. Capitis grauitas & somnolentia molesta: desidia, timiditas, contemptusque rerum: color faciei pallidus aut liuidus. Ad tactum percipitur durities & dolor: & si est scirrhus legitimus, nullus inest dolor. Si dolor est sine febre ac duritie & tactui renititur, à flatu proficisci necesse est.

De prognostico.

Ex lienis vitiis neglectis, aut præposterè curatis, grauissimi sequuntur affectus: ut melancholia, epilepsia, scirrhus, ele-

phantiasis, aut hydrops, & maximè si quis utatur victus ratione praua. Sæpe per dysenterias, lienis mala terminantur autore Hip. in coacis: reliqua prognostica ex superioribus capitibus petenda.

Curatio fieri poterit victu idoneo: & si dolor ex nuda intemperie fuerit, à contrariis æqualibus sumptis, & admotis est alteranda, vt pars ad temperiem iustam redeat: Si verò ab intemperie cum materia eaque calida, aut frigida erit recurrendum ad cap. 53. de imbecillitate iecoris pag. 601. 602. Si ex obstructione recurrendum erit ad caput 69. pag. 610. & 611. & 612. Si ex inflammatione, ad cap. 64. pag. 652. 653. 654. ad pag. 178. prioris tractatus. Si ex scirrho male affectus est lien, recurrendum erit ad ea quæ cap. 66. pag. 662. 663. dictum fuit. Eo tantum discrimine, quod in lienis affectibus, validioribus remediis tam in sumendis quam admouendis est vtendum: quia lien hebetiore sensu est præditus, & crassiore vititur sanguine (quam hepar) ad sui nutritionem. Quinetiam astringentium dosis minor esse debet, ne frigiditate astringentium humor frigidus in liene impingatur, & affectum rebellem reddat.

Peculiari dote affectibus lienis, conueniunt lienēs asini, & canis puluerisati à ʒ. i. ad duas, cum vino albo (si nulla est febris) vel oxymelle diluto si adest. Cinis quoque vespertilionis pari pondere cum oxymelle potatus idem præstat. Cornu cervinum combustum ex oxymelle potui datum splenem siccatur & dolorem tollit. Limatura chalybis, aut ferri, in aceto acrisæpe extincta, lota, & subtilissimè trita, quouis modo sumatur omnibus splenis affectibus opitulatur. Intestinum & hepar lupi vt affectibus hepatis, sic lienis præparatum aptari potest. Cynoglossum sinistra manu ante solis ortum, collectum, & cum vino potui datum, eiusque succū pariter cum vino, conuenire lienis affectibus scripsit Gal. 8. catar. Sem. viticis, quàm rura, ad lienis iecorisque obstructa, est vtilius. Gal. lib. 6. simpl. Iecur, & pulmo vulpis in cinere assatus, & tritus potui datus splenē sanat vt scripsit Sextus Philosophus Platonicus: hœdinus lien idem præstat quod hircinus, vbi de pecude sublatus fuerit, super lienem hominis impositus, & alligatus, intra paucos dies mirificè dolorem sedat. Marcel. cap. 23. lib. de medic. herinacci lien assus, in cibo sumptus, lienosum efficaciter curat. Marcellus loco cit. Splen catelli lactentis carbonibus coctus, & assatus ægrotati propinatus lienosos iuuat: hæc om-

nia in pauperibus quibus defunt facultates experiri possunt. Sæpe enim simplex remedium plus præstat quam compositum tempore & loco propinatum.

De Affectibus Renum.

CAP. LXVIII.

*De dolore
renum ex
inflammatione.*



RENES (vt cætera viscera) variis affectibus sunt obnoxii: vt pars similia intemperiei nudæ cal. frig. humid. sic. sine materia: & obstructionibus, vt pars organica, & solutioni continuæ. De singulis differere, nunc mei non est instituti: sed tantum de dolore eorum qui est causa inflammationis. Secundo, de obstructione, à calculo procreata: Tertio & de renû ulceratione. Dolor renum ὀδύνη νεφῶν, à Græcis dicitur, qui propriè loquendo non est morbus, sed symptoma tactus, ex Gal. cap. 1. lib. 2. de loc. affectis.

Causa.

Dolor per venas emulgentes (veluti per manus) sanguinem à toto corpore, vel à vicinis partibus trahit, à quo renes inflammantur: raro tamen ob eorum densam substantiam. Inflammari quidem posse nemo inficiatur, sed à vehementiori causa: nempe ab ictu, casu, affluxu humoris corrupti, attritione, equitatione graui, & succufante, acrium pharmacorum potione &c. Aëtius lib. 11. cap. 16.

Signa.

Hanc adesse testantur, dolor pulsabilis retro, iuxta primam dorsii vertebram, paululum supra spurias costas. Dolor verò sursum vsque ad iecur distendit, præsertim dextro rene male affecto. Deorsum vero vsque ad vesicam & pudendum, lumbosque & coxendices, pectinem, item & femora. Consequitur etiam stupor propinqui cruris, & nèque rectà erigi possunt, neque pedibus ingredi. Et siue sternutatio, siue aliqua alia concussio irruat, vehementi dolore lancinantur. Frigent eorum extrema, & magis suræ, ac pedes. Adest vrinæ emittendæ difficultas, meiuntque assiduè ac laboriosè: initio quidem tenuia, & aquosa, in quibus nihil subsidet: inflammatione vero in peius proficiente, rubicundiora: Deinde etiam crassa & mucosa: adsunt febres vehementes. Quod si amplius inflam-

Ex vrina.

matio

matio augetur, hæc omnia fiunt vehementiora. His accedit nausea, & stomachi morsus, vomitusque bilis. Quidam vero ipsorum vsque ad animi deliquium anguntur, & exudant. Siftitur ipsis venter, adeo vt inflentur, & assiduè ructus emittant. Sequitur fastidium vehemens, & quibusdam continuè fiunt exacerbationes, quibusdam verò per intervalla. In vniuersum autem ventris egestio, & vrinæ multæ excretio, dolores ipsos præcedunt.

Signa, si inflammatio ad suppurationem vergit, autore Gal. *Signa si ad suppurationem tendit inflammatio renum.* cap 3. lib. 6. de locis malè affectis, sunt, si dolores cum horrore interpollato, varioque infestare videntur, sequunturque febres quædam inordinatæ, tum primum in ventrem decumbere, atque interdum in alterum latus, vt sublimis sint affectæ partis positus, laborantem sese verrere iube, ac deinde interroga, num circa renem dolentem veluti suspensû cuiusdam ponderis sensum percipiat. Etenim quum hæc ei acciderint, abscessum iam collectum conijcere oportet. Et ante Gal. Hip. apher. 47. sect. 2. Dum pus fit, dolores ac febres accidunt magis, quâ confecto: quo tēpore omnia symptomata remittuntur.

Renum vitia in senibus difficulter curantur: quia horû actio *Præfagia.* est irrequieta & horum munus nunquam otiosum: quiete autem opus est, si quid sanari debet, Gal. comment. in apher. 6. sect. 6. melancholicis, & nephriticis, hæmorrhoides superuenientes, bono sunt: quia per eas sanguinis fæx vacuatur. Hip. apher. 11. sect. eiusdem, & Gal. in comment.

Renum dolor, atque inflammatio, (vt aliz viscerum inflammationes internæ,) curatur victu idoneo, venæ sectione, alterantibus, purgatione, & topicis. Primo die à cibo abstinere *De vitæ.* oportet, non tamen in multos dies inædiam extendere, quia per eam vrinæ puriores & actiores redditæ, vehementissimos morsus infligunt. Itaque in principio sorbitionibus tenuibus, morsus lenientibus connutrire oportet: Et pro potu aquam tepidam, cum iulepo Alexandrino, aut ptisanam potius quam mulsam, quæ in statu morbi dari posset, propinare oportet. Ægrum in lecto mollissimo decumbere oportet, autore Actio loco citato. Cibi sint boni succi, liquidi potius quam solidi, *Venæ sectio. 2.* quia facilius distribuuntur autore Hip. apher. 11. sect. 2. Antequam ad phlebotomiam veniamus, considerare oportet, si inflammatio est recens, si æger est plethoricus, si suppressæ sunt hæmorrhoides, aut menses, & si reuellendum potius, quam

vacuandum, aut deriuandum: tunc educendus erit sanguis ex vena basilica seruata \mathcal{R} \mathcal{L} plus minusue, pro ægri viribus, ætate, regione, anni tempore, & sexu. Contra, si phlegmone non est recens, & euacuandum ac deriuandum simul, educendus erit sanguis ex vena poplitis, aut malleoli, semper seruata \mathcal{R} \mathcal{L} , vt docuit Gal. lib. de sanguinis missione per venæ sect. quia reuulsio semper fieri debet, à distantiori parte: deriuatio verò à propinquiori. Et si quid eam dissuadet, femoribus cucurbitæ cum scarificatione, (etiam sæpe repetitæ) admoventur. At si astricta est aluus, ante venæ sectionem indenda erit glans, aut sequens clyster erit supponendus

Clyster.

\mathcal{R} . Hordei integri, fol. mal. viol. mercur. singul. m. i. sem. lini, & fœnugræci, vtriusque \mathcal{z} . i. prunorû, pa. viii. flor. nymphææ, & violarum, vtr. p. i. coque in aqua ad \mathcal{z} . viii. Dissolue mellis viol. & olei de lilio, vtr. \mathcal{z} . i. β . diapr. simpl. & cassiæ cum sacch. vtr. \mathcal{z} . vi. fiat clyster ante phlebotomiam supponendus. Quantitas clysteris solito minor esse debet, ne eo repleta intestina renes comprimantur & dolorem augeant.

Si æger nauseat, & facilè vomit, & eius ventriculus pituita refertus videtur, vomitio illi proderit ad reuulsionem.

De ore sumendis. 3.

In vsu remediorum internorum delectus est habendus. Nã repellentia sola, initio curationis, quouis modo vsurpentur, improbantur, nisi causa inflammationis fuerit à defluxione, ne maior fiat ad renum cavitates humoris retrocessus. Eis tamen in morbi augmento mixtis aliquot resoluentibus vti possumus. Diuretica quoque initio curationis non conueniunt, ne cruditates ex prima corporis regione in renes impellantur, non solum ratione caliditatis, verum etiam & partium tenuitatis, qua pollent: sic morbum augent. Purgantia quoque medicamenta, priusquam inflammatio percocta fuerit, & dolores sedati tuto aptari non possunt, quia caliditate sua inflammationem, & renum ardorem adaugent, quorum loco vtendû clysteribus sæpe repetitis, aut balanis vt dixi. Verumenimvero si quis adeo morosus fuerit, vt clysteres renuat, & eius corpus cacochymum appareat, ecco proticum aliquod erit cõcedendum, quale est cassia Ægyptia, mâna Cal. syrupus viol. aut rosatus ex pluribus infusionib. syrupus de cichorio dupl. rhab. non conuenit quia rad. aperientes recipit. Diacatholicû, elect. lenitiuum, diapr. sine scammonio compositum, si inflammatio fuerit erysipelatodes. At inclinante malo, validioribus ca-

De diureticis.

De purgantibus.

thartici vtendum erit, ex Hip. consulto aphor. 22. sect. 1. Concocta medicari oportet, non cruda, nec per initia, nisi suo pte impetu cieantur: id quod raro fieri solet.

℞. Thamarind. ʒ. iii. diaprui comp. sine scammonio, ʒ. ʒ. *Eccoprosicum.*
 cassiæ recens à canna extractæ, ʒ. i. infundantur simul per no-
 ctam in decocto cichorii, portul. prunorum acidorum, florum
 nymph. & violarum, super cineres cal. Expressioni dissolue sy-
 rupi violati ex 9. infus. si extiterit; vel rosati sol. ʒ. i. fiat potio
 quam cap. vice clysteris. Deinde

℞. Syrupi violati, & nymph. & oxysacch. simpl. & nõ comp. *Iulepus.*
 singul. ʒ. i. ʒ. aquarum stillatitiarum in balneo mariz & non
 plumbeo cichorii, & portul. utr. ʒ. vi. fiat iulepus in tres vel
 quatuor doses. Vel paretur sequens.

℞. Rad. acetosæ, & plantag. vtriusque ʒ. i. ʒ. foliorum cich. *Apozema.*
 feriolæ, lact. portul. & lentis palustris, singul. m. i. polygoni, m.
 ʒ. prunorum acidorum, par. vi. sem. portul. papaueris albi, &
 bac. oxyacanthæ Arabum, vulgo Berberis: Nam oxyacantha
 Græcorum, Galli (vernacula lingua) Aubespin appellant, sin-
 gul. ʒ. ii. florum viol. & nymph. vel cichorii, vtriusque p. i. co-
 quantur ex arte in aqua suffi. ad lb. i. syrupi de succo endiuiz
 ʒ. iii. fiat apozema clarific. & aromat. pul. diatriasant. pro tribus
 matutinis. Concocta materia sequenti pharmaco expurgari
 poterit.

℞. Nardi Ind. minutim incisæ, ʒ. ʒ. rhab. selecti, ʒ. 4. tha- *Cholagogum.*
 marindorum ʒ. ii. elect. de psyllio, aut rosati Mes. (si phlegmo-
 ne est erysipelatodes) ʒ. vi. infundantur simul in sero lactis ca-
 prini aut decocto apozematis super cineres cal. expressum
 detur summo mane post apozema.

℞. Pul. diatragacathi frig. ʒ. i. conser. florum cichorii, ʒ. iii. *Bolus.*
 cum sacch. fiat bolus poltridie sumendus horis tribus ante
 primum pastum. Si phlegmone his non mitescit, iteretur veng
 sectio: vel lumbis, & ilibus admoueantur cucurbitæ cum sca-
 rificatione vt prius. Medio tempore alienum haud erit præ-
 scribere infessiones, fomenta, vnguenta, cataplasmata, cerata,
 empl. ex lenientibus, anodynis, resoluentibus, & roboranti-
 bus hoc modo paratis. Deinde confugiendum ad diuretica
 &c. quæ initio curationis aduersabantur. Topica variari de-
 bent pro variis morborum temporibus.

℞. Oleorum rosati omphacini, & nymph. vtriusque ʒ. ii.
 aceti rosati, ʒ. i. ʒ. suc. solani, plantag. & polygoni: vel aquarum

De Topicis harum plantarum, singul. ℥. v. fiat epithema renibus applicandum cum panno rubro denso ter in die.

4.
*Epithema
repellens
& refriger.
pro principio.
Vnguentū
ad idem.*

℞. Caphuræ ℥. β. succi solani, vel plantag. ℥. β. vnguenti rosati, & cerati santalini, vtr. ℥. i. β. misce pro litu renum post epithema præscriptum; cui adde inunctionis tēpore aceti rosati guttas aliquot, tepidè si hyems, vel frigidè si æstas fuerit, bis aut ter in die, si magnus est ardor.

In refrigerantium vsu, diu non est immorandum, ne renes qui scirrhis sunt obnoxii indurentur, vt doctè annotauit Gal. lib. 13. meth. med.

*Calasticum
fomentum
pro augmento.*

℞. Rad. althææ, ℥. ii. rad. liliorum alborum, & sem. lini, & fœnugræci, singul. ℥. i. fol. malux, parietariæ, & florum chamæmeli, meliloti, sambuci, singul. m. i. sem. malux, vel althææ, ℥. β. polygona, & ros. rub. singul. m. β. coque in aqua suffi. pro fottu: Vel aucta simplicium dosi para infessum seu semicupium in quo madeat ad vmbilicum vsque, bis aut ter in die continuando. Deinde sequenti vnguento illinetur, vel paretur sequens.

Cataplasma ad idem.

℞. Magma descripti fottus, quod pistetur in mortario cum ficibus num. viginti, & cernetur super cribrum inuersum. Deinde coque cum pauco eiusdem decocti, farinæ hordei, & oleorum chamæm. & coroneorum, butyri recentis, axungiæ gallinæ, medullæ panis albi, & pul. rosarum, singul. ℥. i. vitellos duos ouorum, croci ḡ. i. fiat cataplasma post fottum renibus admouendum & renouandum quoties renes fouebuntur.

*Aliud pro
sarn.*

℞. Farinæ lini, & fœnug. ros. rub. & iridis flo. singul. ℥. i. coque in pulvis crassitudinem cum decocto absinthii, & olei chamæmeli, & adipis capi, singul. q. s. Sub finem iniice muccagrad. bifmal, ℥. iiii. & vitellos ii. ouorum & croci ℥. 4. vt fit anodynū & resoluens

*Aliud pro
declinatione.*

℞. Rad. cyperi, & iridis nostratis, vtr. ℥. i. fol. absinthii p. maioris, pulegii, orig. calamenti, singul. m. i. florum chamæmeli & meliloti, vtr. m. β. coquantur in hydromelle: pistentur & cernantur super cribrum inuersum. Deinde recoquantur in colato iure cum farinæ hordei, orobi, & fœnugræci, singul. ℥. i. & extra ignem dissolue myrrhæ puluerisatæ, & pul. iridis flo. vtr. ℥. β. castorii, & croci, vtr. ℥. i. fiat cataplasma renibus applicandum.

De Nephritide.

CAP. LXIX.

NEPHritis dici potest omnis affectus quo *αι νεφροι*, id est, Re-
nes laborant, siue is in similaribus fiat (de quo superiore
capite egimus) siue in organicis de quo nunc agimus. Pro-
priè tamen *λιθιδις*, i. Calculi morbus, *νεφρις* dicitur: nomen
sumpsit à parte læsa.

Non solum Calculus in renibus, & vesica generatur: verum
etiam in aliis partibus, vt scriptis suis annotarunt Hip. li. 5. epid. *Varia his*
in ancilla Dyseridis quæ ab vtero expressit lapidem asperum *storia.*
magnitudine verticilli fusi. Et post Hip. Gal. lib. 4. loc. affect.
cap. vltimo; in cistide fellis & pulmone, de quodam qui à diu-
turna tussi vexatus, exiguum lentumque pus expuens plures
lapillos grandinis instar excreauit. Auenzoar libro 2. cap. 2.
sui Therisr, sub lingua quoque nasci obseruauit. Musa in qua-
dam muliere quæ ex ano quinque reiecit. Hollerius in disse-
cando mulieris cadauere calculum in eius capite satis ma-
gnum inuenit.

Ego in hepate & liene in dissecando cadauere samulino-
bilis de Seruignac anno Domini 1576. secundo mensis Aprilis,
præsente Chirurgo Trenorchienſi idem obseruauit. In vetricu-
lo, intestinis, mesenterio, & in articulis posse generari calculus
nemo ibit inficias, opinor: quia in his partibus pituita crassa &
lenta inhaerens, quum non satis detergitur, concreſcit, & cal-
re partis in lapidem coit. Verum enim uero in hac nostra Lu-
cubratione, non de singulis scribere statui, sed de iis tantum
qui in renibus & vesica nascuntur, tanquam maius nego-
rium mortalibus facessentes.

Macilentes & pueri calculis vesicæ: prouectæ verdæ ætatis, & *Qui pro-*
obesi, renum calculis sunt procliuiores. Illi à nutrice pitui- *peris.*
tosa, aut quæ alimentis aut potibus pituitosis educatur sunt
obnoxii, vt annotauit Hip. lib. 4. de morbis: aut propter eo-
rum ingluuiem & motus inordinatos & viarum amplitudi-
nem per quam illorum crassities facile per renes in vesicam

delabitur. Succrescit, quia facultate expultrice pollent, atque coctrice, quæ hanc crassitiem fundit & liquat, quæ ubi ad vesicam peruenerit subsidet, neque cum vrina excernitur, sensim à calore coit, & augetur in dies, tandem vrinæ exitum impedit: hinc dolores acerbissimi: multa Gal. comment. 3. in lib. 6. epid. textu 15. & comment. in aphor. 26. sect. 3. Senes verò, & obæsi, quoniam vniuersum alimentum non conficiunt, sed illiquatum manet, ob id excrementis abundant, quæ non satis ab exiguo calore fusa, quæque colari non potuerunt, in renibus morantur, assantur, sic in calculos coeunt. His succrescit, quia horum facultas expultrix est imbecilla, & renum meatus sunt amplii, in quibus sax subsidens coit, & in lapidem migrat, autore Aphrod. probl. 107. lib. 1. & problemate 41. lib. 2.

*De causis
externis.*

De aere.

Causæ Calculi effectrices, aut externæ sunt, aut internæ: externæ, sumuntur ab aere calidiore humores crassos lentosque liquante: aut frigidiore, eosdem condensante: aut humidior, laxando vias per quas deferuntur in renes, aut vesicam sua gravitate: aut sicciore, absumendo insitum humorem, quo consumpto viæ angustantur: hinc humoris retentio & lapidis generatio.

De cibis.

*Quæ cal-
culum ge-
nerant.*

Alimenta crassa & lenta, Calculum procreare posse docuit Gal. 3. aliment. & alibi: qualia sunt: Caro hircina, ceruina, aprina, bubula, suilla, & non leporina, quæ tamen humorem crassum procreat, cæca tamen qualitate valet. Caro quoque auium in aquis degentium, & ex animalium viscida, caseus antiquus, qui à coagulo acrimoniam acquisiuit. Carnes item salæ, & lac omne (asinino excepto, quia tenue: autore Gal. 6. sanit. tuendæ, & Orib. 4. sinop. cap. 13.) pisces salsi & recentes qui degunt in aquis cœnosis, stagnis, paludibus, ac in piscinis seruantur, qui sunt carne molli & glutinosa præditi, legumina omnia: panis azimus malè fermentatus, aut coctus. Inter olera, sunt brassica, rapæ, castanæ, scolymos, carduus, porrum, allium & cepa: & inter fructus, qui sunt astringentes & acidi: nuces rancidæ, &c. ostrea, cochleæ, & ranarum coitæ, &c.

De potu.

Potulenta quæ calculum pariter generare possunt, sunt vinum crassum, & cortiuum: aut album, & tenue, mefacius sumptum. Aqua cœnosa, niualis, glacialis, pluuiialis tēpore aëris cōtagiosi, quod fiat ex omni vaporum genere. Sōnia graua, somnus quoque & vigilia immoderata: quietis quoque & motus im-

moderatus mox à pastu, cruditates, & obstructions generant, & excrementorū prouentū, vnde calculi generatio. In hoc genere est equitatio grauis, & succufans, tripudium, choreæ, saltus, ludus paruæ sphæræ, libido intempestiua: excrementorum alui, & vrinæ, mensium, aut hæmorrd. suppressio. Decubitus super dorsum, & super culeitram plumeam initio generationis calculi. At procedente calculo, talem decubitum probat Auic. fen 18. tertij, tract. 2. c. 17. vt viarum laxitate, & calore culcitæ calculus facilius detrudatur. Angustior cinctus, & sessio super lapidem frigidum vretes coarctat, & calculosis officit. Denique omnia animi pathemata (excepto gaudio) aduersantur.

Causæ internæ sumuntur vel à materia morbifica: vel à calore intenso, aut remisso: vel ab angustia meatuum: aut à facultate retētrice aut expultrice, aut à tumore aliquo præter naturam, aut ab vlcere: materia calculi est humor crassus, & viscidus ex imbecillitate facultatis coëtricis vetriculi generatus, & coaceruatus: aut pus retentum in renibus ab eodem humore crasso lentoque. Calor verò renū remissus longiori tempore quā intensus humorem morbificum adassat, & in lapidem coit. His succrescit, vretes angustia & facultatis retentricis robur, & expultricis imbecillitas: necnon tumor in renibus subortus, aut vlcus calculi causa esse possunt ex Gal. lib. 1. de locis affectis. Magnitudo calculorum pēdet ex magnitudine, aut paruitate ventriculorum renum; forma, ex materia quæ differt in colore, laxitate, asperitate, & rotunditate. Color naturam humoris detegit: si rubet à sanguine: si flauus, à bile: si albus, à pituita: si ater, à melancholia. Qui sunt rotundi, aut læues facillè excutiuntur: qui verò asperi, aut oblongi, difficilè.

Signa diagnostica, sunt renum grauitas, & dolor, fixus, & nō vagus vt in colico dolore, de quo memini cap. 54. pag. 573. qui tamen extenditur ad pubem vsque, secundum vretes longitudinem, qui inseritur in vesicæ corpus: dolor quoque, interdum ad crus eiusdem renis dolentis extenditur, & stupet: nausea & vomitus inest: sumpto tamen cibo, ægri leuamen percipere videntur, quia alimenti benignitate irrigantur: contra accidit in colico dolore, quo grauantur ventriculus & intestinum: vrinæ ab initio sunt tenues, & aquosæ: & si viæ à calculo sunt obstructæ, vrina supprimitur, & excrementa

De causis internis.

De signis diagnostis.

*Arenulae
innatantes
vrinae non
denotant
calculum
praesentem
aut futurum,
sed humorum
affectionem.*

retinentur: frequens tamen est egerendi cupiditas cum renū dolore repente oborto vt annotauit Hip. in coacis praenot. Saepe per vrinas arenulae excernuntur: & calculo è renibus emoto, vrina subsidentiam arenosam habet, & sanguis plerunque à calculo asperiore excernitur. Saepe in vrinarum superficie arenulae innatant tenues, quae calculum praesentem aut futurum non denotant, sed potius affectionem humorum venis, in biliosis naturis & declinationibus febrium, quae digitorum attritu facile soluentur.

*Signa si
Calculus
fuerit in
vesica.*

Calculus parvus in renis capacitate exceptus, si à facultate expultrice agitur, in vreteris capite se infert, & cum magno cruciatu in vesicam procidit. Confirmatus verò renis cauum implet, consuetasque arenulas exire prohibet. Perfectum in rene hunc esse docent, affectae partis dolor fixus cum grauitate, ob quam vix spina dorsii inflectitur, vt in me ipso experior. Puerorum vrinae sunt sero lactis similes: harum sedimentum est arenosum, & illorum pudendum contra aetatem tenditur: & si iam calculus est formatus, vrina est subcructa, & meiendi difficultas inest, & in lapidis excretionem pruritus magnus percipitur in praeputio ex motu lapidis. Interdum ex attritu lapilli parui & arenulae crassae excernuntur. Alias quum sedent repente aut quum stant, alterum pedem concutiunt, tunc dolorem in ano, aut in ima pudendi parte percipiunt. Sunt qui ve fiant certiores, cathetere explorant, cui semper non est fidendum (expertus loquor.) Alij digito oleo aliquo iuncto in anum indito explorant, neque huic signo est fidendum, nisi magnus esset calculus. Quibus in vrinis arena subsident, ijs vesica laborat calculo. Hip. Aphor. 75. sect. 4.

De prognosi.

Si Calculus salebrosus & asper, in via diutius haeret, magno cruciatu vreterem dilacerat. Si quis diu multoque tempore vrinas turbidas, & paulo post tenues minxerit, materiam calculi in vesica aut renibus suppressam per vrinas expurgari solitam, indicium est. Balbi qui alui profluuium saepe capiuntur, calculis non sunt obnoxij: quia materia morbifica saepius per aluum subducitur, ita vt lapis coalescere nequeat. Si ab initio calculo laboranti podagra aut vomitus supervenerit, bonum: post tenuium vrinarum excretionem, si turbidae crassaeque cum hypostasi, arenulis plenae appareant, bonum. Mulieres quam viri calculis minus sunt obnoxiae, duplici ratione. Vna, quia amplio rem & breuiorem vrinae meatum habent, teste

teste Hip. li. de aëre, aquis & locis. Altera, quia calculi materia, vna cum sanguine menstruo singulis mensibus expurgatur, teste Rhasi 10. continentis.

Arenulæ quo duriores fuerint, eo contumacior & curatu difficilior erit calculus. Si verò calculus fit vitio seminis parētum, aut sanguinis menstrui, est immedicabilis: pariter si vlcus ei copulatum fuerit: quia à medicamentis calculum comminuentibus vlcus exasperatur: & contra. Renum & vesicæ vitia, in senioribus difficulter sanantur. Hip. 6. sect. 6. idque duplici ratione: vna, excrementorū cumulus, quibus abundat senes. Altera, est senum imbecillitas facultatis tum coctricis tum expultricis. Quibus in vrinarum superficie bullæ apparent, longam nephritim denotant: quia bullæ ab humore frigido ortæ difficilè solvuntur & vix coctionem admittunt. Affectus renum post 40. annum est incurabilis. Quibus in vrinx summo, quid pingue apparet, dolorem renum ab acuto morbo scaturire denotat. Quibus autem prædicta signa apparent, & dolores circa spinæ musculos exteriores sentiuntur, extrinsecus abscessum fore expecta. Si verò ad interiora magis vergant, abscessum etiã intrinsecus futurum potius est sperandum, autore Hip. aphor. 34. 35. & 36. sect. 7. Decubitus in ægram partem dolorem demulcet: in aduersam exasperat. Facilius est vterum à patiendo prohibere, quam calculosos calculis vacuare teste Aretæo lib. 2. cap. 3. morborum diuturnorum.

Curatio duplici methodo instituetur; vna prophylactice, altera terapeutice nuncupabitur. Illa potissimum versatur in vitio, qui fiet fuga eorum quæ in causis enunciata fuerunt, & prosequendo ea quæ illis aduersantur, secundum sex res non naturales, modo stirpe calculosa non fuerit satus æger.

Ἐρεπ-
ια προφυ-
λακτικῆ.

Imprimis quantum fieri poterit, delingat aërem temperatum & serenum, nullis inquinamenti viciatum. Deinde vtatur esculentis euchymis: qualia sunt caro leporina (à facultate occulta) veruecina, perdicum, atagenarum, gallinarum, caponū, & pullorum nondum coëuntium, turdorum, rusticarum, meularum, starnarum, columbarum, passerum, caudæ tremulæ, quæ à Græcis Troglodytis nuncupatur, & reliquarum auium quæ in dumetis, vineis, collibus & nemoribus degunt. Pisces saxatiles qui carne friabili sunt præditi, cocti in vino al-

De vitio.

bo cum petroselino, aut super craticulam assi, & non irrigati aliquo liquore, vt omnis humor excrementicius absumatur: quales sunt lucius, perca, cancri, locustæ, astaci, & acipenser, Gallis *Esturgeon*, & ova sorbilia. Intër fructus salubres, sunt pruna cocta, vuz Damasc. Corinthiacæ, passulæ, ficus, nuclei pinci si sunt recentes, dactyli; cappares, sceniculus marinus, flos genistæ conditus, ante eius apertionem: panis sincomistus probè coctus, fermentatus, & sale pinfatus.

Pro potu vti debet vino albo, aut subflauo aut oligophoro, aut diluto decocto graminis: aut ptisana aut hydromelle, aut hydrosaccharo si delicatus: aut vtatur lacte asinæ aut sero lactis si renes sunt calidiores. Trallianus li. 9. ante omnem cibū consulit bibere scyphum aquæ tepidæ aut tantundem in medio pastus, quæ renes adedè recrementis vacuat, & temperat, vt non amplius calculos procreare possint: quo potu spatio temporis igneus ipsorum calor à tepore aquæ extinguitur.

Si quis huius loco vteretur ptisana tepida, aut hydromelle, maius leuamen perciperet, quia ambo potentius renes detergent, ne quicquam in illis relinquatur quod calculum procreare possit. Frugaliter solito est viuendum, ne copiosiore cibo augeatur morbus, autore Hip. aphor. 17. sect. 2. vbi præter naturam, cibus copiosior est ingestus, morbum inde creati indicat sanatio.

Ex copiosiore cibo, pituita in ventriculo generatur, quæ ad renes delata, fit calculi soboles: igitur ne id accidat, sobriè viuendum. Quinetiam sedulo cauendum ne vsu astringentium eadem pituita in viis retineatur, aut in renibus hæreat, ac lapidescat à renum calore. Quamobrem si aluus non fluxerit, iuanda erit balanis, clysteribus lenientibus, aut eccoproticis purgantibus, paulo post describendis aut vomitione, vt reuelatur humor, si æger ad vomendum est facilis. Et si ardor in renibus percipitur, temperabitur aliquo fotu refrigerante & emolliente, vnguento rosato cum caphura, aut cerato santalino, aut albo Gal. & similibus.

Decubitus in alterutrum latus esse debet, & non super renes: labor, somnus, vigilia, venus omnia mediocria,

De genuina Calculi curatione.

VER A Calculi curatio versatur potissimum circa duo, nempe doloris mitigationem, & calculi deturbationem, mitigari poterit dolor, sumptis & admotis. Sumuntur vomitus, & lenis purgatio ad humoris qui in renes defertur reuulsionem, & euacuationem. Admouentur ad idem fomenta, encathismata, vnguenta, cucurbitæ, &c. vt ex sequētib; formulis apparebit. Præmissis his, si morbus dat inducias, dabimus remedia tam simplicia, quam composita, quæ à qualitate manifesta, & occulta lapillos comminuunt, quia lapilli vteris meatus obstruentes vehementissimos dolores inferunt, ob eius eximium sensum quo præditus est. Dolorem leniunt sequentia.

℞. Mellis despumati, & cocti, ℥. vi. pul. hieræ Gal. *Balanus.*
& stercoris muscerdæ, aut columbini, & salis gemmei, singul. ℥. ℞. fiat balanus longitudinis 4. digitorum. Et si hanc renuit supponetur sequens.

℞. Fol. malux, viol. parietariæ, aut brançæ vrsinæ si ex- *Clyster.*
titerit, singul. m. i. florum chamæm. meliloti, & sambuci, singul. m. ℞. ficuum pa. 4. coque in aqua ad ℥. x. Dissolue cassiæ cum sacch. & diapruni simpl. vtr. ℥. vi. mellis violati, & olei liliorum, vtriusque ℥. i. ℞. fiat clyster: cui (si adsunt flatus) adde discutientia: & si magnus ardor, adde sem. 4. frig. ma. Quantitas clysteris magna esse non debet ne vesica & vteres comprimantur: quem si admittere renuat æger, detur sequens.

℞. Glycyrrh. & sem. melonis mund. vtr. ℥. i. cassiæ recens à canna extractæ, & elect. diasebesten, vtriusque ℥. vi. *Eccoproscum.*
infundantur simul in decocto betonicæ super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi violati, ℥. i. fiat potio summo mane propinanda. Exonerata aluo, si ventriculus adhuc pituita videtur refertus, & nauseat æger, optimum erit naturam iuuare sequenti vomitu, qui plurimum facit ad reuulsionem.

℞. Decoct. rad. raphani, ℥. vi. oxymellis scillitici si materia est *Vomitus*
valdè viscida, sin minus, oxymellis simpl. ℥. i. pul. rad. peponis,
SS ℥. ij

vel asari, ꝓ. i. huius vis coctione vanescit, fiat vomitorium tepidè bibendum.

Fomentū.

℥. Rad. althææ, ꝓ. ii. rad. liliorum albor. & sem. lini, fenugr. & baccarum auri, singul. ꝓ. i. fol. parietariæ, m. ij. maluæ violarum, mercurialis, & betonicæ, sylimbrii aquarici, singul. m. i. florum chamæmeli meliloti & sambuci, singul. m. ß. Coque in aqua aut iure omaforum pro fotu partis dolentis cum spongia. Vel aucta ingredientium dosi paretur infessus, in quo madeat ad umbilicum vsque tepidè, & non calidè bis in die vacuo ventriculo, & exonerata aluo ne crudioris chyli aut materiæ pituitosæ portio ad renes trahatur, & dolorem augeat. A fotu, aut infessu, optimum erit reni affecto cucurbitam affigere, & aliam paulo inferius, atque aliam deinceps paruis interuallis oblique vsque ad pubem, vt dilatato vterere, lapillus facilius, & ocyus in vesicam descendat.

*Encathis-
ma.*

℥. Vnguenti Dialthæas, ꝓ. ii. axungia cuniculi, & olei amygd. amar. vtriusque ꝓ. ß. olei vitrioli, & succi limonum, vtr. ꝓ. ii. misce pro litu vtereris, & pubis tepidè (post fotum aut semicupium, & cucurbitulas) panno cannabino apposito, sic cōtinuando donec calculus descenderit: Interea si æger est plethoricus, iuuenis, robustus, quique opiparè viuat, & desidiosam agat vitam, metu inflammationis, optimum erit tondere venam axillarem eiusdem partis affectæ, vt consultit Gal. lib. de sanguinis missione per venæ sectionem. Verùm multò minus vacuandum est, quam plenitudo expostularet: quoniam per eam futurum nō speramus vt cito è renibus excidat lapis, præsertim si magnus fuerit.

*De cucur-
bitulis.*

Vnguentū.

Si verò corpus fuerit cacochymum, sequentibus occurrendum.

*De venæ
sectione.*

℥. Decoctionis hordei, glycyrrh. vuarum Damasc. ab acinis mund. sebesten, & iuiub. ficuum, & capill. communium. q. s. in ea infunde elect. diasebesten, ꝓ. ß. cassiæ recens à canna extractæ, ꝓ. i. rhab. contusi. ꝓ. i. mandibulæ lucii, & pul. diatragac. frig. vtr. ꝓ. i. super cineres cal. per noctem. Expressum detur summo mane. Deinde,

*Potio beni-
gnè purgās.*

℥. Rad. althææ, graminis, rusci, asparagi, & glycyrrh. singul. ꝓ. i. herbarum betonicæ, pimpinellæ, & capill. communium, singul. m. i. passul. mund. & sebesten, vtr. ꝓ. x. ficuum paria iiii. sem. 4. frig. maior. maluæ, & papaueris albi, singulorum ꝓ. ii. ciccerum rub. ꝓ. ii. florum cord. ꝓ. i.

coquantur ex arte in aqua lb. iii. ad medias Colatura clarificetur cum syrups de althæa ℥.iii. & succi limonum ℥.i. & aromat. granorum berberis ℥.ii. pro 4. dosibus.

Iteretur eadem potio purgans aucta dosi purgantium (si opus fuerit) quam cap. finitis iulepis. Hactenus de medicamentis lenientibus & benignè laxantibus, quibus præmissis si affectus adeò pernicax appareat, & dolor non conquiescit, detur sequens potio hypnotica: ex syrupo de papauere, aut philonio Romano, aut theriaca recenti cum decocto conuenienti, aut liquore idoneo sub horam nonam noctis. Vel in eadem hora detur pil. vna trochiscorum de cynoglossò, aut de laudano chimicorum parata. Mitigato dolore, & expurgato ventriculo, veniendum erit ad ea quæ calculum comminuunt & expellunt, tam eorum quæ à qualitate manifesta, quam quæ à forma specifica id præstant: citra manifestum, ac intensum calorem: qualia sunt amara, quæque detergere, & secare possunt, de quibus copiosè egit Gal. 6. sanit. tuendæ, & lib. 3. alimentorum, & 10. catatop. & neoterici.

Altera potio purgans.

Potio narcotica.

Radices acetosæ, lapati acuti, graminis, rusci, asparagi, althææ, glycyrrhizæ, acori vulg. arundinis, & pentaphylli; quia sunt temperata, & paulatim, & citra laborantis dispendium calculum comminuunt, modo calculus tenuis & paruus fuerit, præmissis superioribus benignis: Si lapis verò fuerit maior & durior, ad validiora diuretica erit confugiendum: qualia sunt rad. apii, fœniculi, petroselini, rubiæ ma. costi, asari, anonidis, raphani, eringii, polypodii, agarici, rhapsontici, rhabarb. cortices rad. lauri, sambuci, capparorum, thamaricis, & c. Herbarum, pulegium, origanum, calamentum, saluia, ruta, vnde versus Scholæ Salernitanæ: Saluia cū ruta, faciunt tua pocula tuta: arthemisia, polium montanum, saxifraga, eruca, betonica, pimpinella, adiantum omne, abrotanum, sabina, chamæpitys, chamædrys, plantago vtraque, cichorium vtrumque, myrthus. Semina, vt hordeum integrum, baccæ lauri, & iuniperi, rusci & asparagi halicacabi: semina apii, anisi, carui, lithospermi, fœniculi, anethi, dauci cretici, ameos, amomi, seseli, cubebæ, citrii, malux, bismalux, lactucæ, portul. papaueris albi, psyllii, 4. frig. ma. lini, fœnugr. personatæ seu bardanæ maioris, paliuri, hyperici, plantag. cicera rub. Fructus, vt pruna damascena, ficus recentes & siccæ, vix damascenæ, & passulæ ab acinis mund. & corinthiæ, iuiubæ, sebesten, nuclei pinei,

Catalogus medicamentorum quæ à qualitate manifesta calculum in renibus comminuunt

perficorum & ceraforum, amygd. dul. & amar. pistacia, cappares, flores fabarum, chamæmeli, meliloti, sambuci, genistæ, nymph. violarum, cheyris: ligna, vt sassafras, nephriticum. Aquæ stillatitiæ in alembico vitreo, & non plumbeo calcitrapæ, millefolii, cardui bened. vrticæ, corticum fabarum viridium, spongia & fructus cynorrhodi autore Diosc. constringendo lapillos tenues & raros comminuunt, & maximè si cum aliis diureticis misceantur. Adhæc sua astrictione diureticorum vires in renibus retinent. Myrtus facultatibus contrariis constat, nimirum astringente cum quadam acrimonia quibus vrinam mouet autore eodem Diosc. lib. 1. cap. 128. & Gal. lib. 2. de alimentis cap. 18. & lib. 7. simpl. medic. Aëtius lib. 3. cap. 152. & Auic. lib. 2. tract. 2. cap. 446. puluis virgæ aureæ, pondo ʒ. i. β. cum vino albo. Sanguis hirci quadrimi per aliquot dies herbis superioribus nutriti, non primus, neque postremus, sed medius siccatus, vt docent Aëtius lib. 11. cap. 12. & post eum Auic. fen 18. tertii tract. 2. cap. 19. quem ob singulas eius dotes, manus Dei appellarunt. Sanguis leporis præparatus, & eius ossiculum quod in poplite posteriore habet, calculum comminuere, & arenulas deturbare, scripsit Fernelius cap. 4. lib. 1. de abditis rerum causis. Auis item quæ vulgo cauda tremula, & à Græcis troglodytis vocatur quoquo modo vsurpetur, miris laudibus effert Auic. loco citato. Caro leporis mansa, & renes asini siccati & puluerisati pondo ʒ. ii. aut ʒ. i. cum vino albo, aut iure capi, vel cicerū rub. sumpti, multis pro secreto fuerunt. Scarabeus, cimices, vermiculi qui in locis humidis stabulantur, quos vulgus millepedas & porcellos nominat. Cicadæ nocturnæ sublatis alis pedibusque: crista quoque galli præparatis puluerisatis in simili dosi (vt renes asini) & liquore sumptis, idem præstant: fimum columbinum probat Auenzoar loco superius citato. Inter lapides probarūt veteres lapidem Iudaicū, lyncis iaspidem, & eos qui in spongiis reperiuntur ad calculum renum & non vesicæ autore Gal. lib. 9. simpl. quia extenuant & insigniter calfaciunt. Lapis quoque qui ex corpore humano extrahitur, & limacius contritus & ex vino albo potatus conferre scripsit Leuinus Lemnius lib. 2. de occultis naturæ miraculis cap. 30. Vesica apri, suillæ, vaccæ, & mustellæ si reperiatur: cineres scorpionum & capitis leporis, vitri, cornu cerui, & putaminum ouorum à quibus pulli recens exierint, vt supra de rene asini dictū fuit,

*Catalogus
medica-
mentorū
quæ à for-
ma specifi-
ca calculos
asserunt.*

pari pondere sumpti valent. Gummi Arabicum, tragacanthum, cerasi arboris, bdellium, & opobalsamum verum si extiterit. Succus limonum non minus fundit calculum renum & vesicæ quam vniones. Inter composita quæ in pharmacopoliis extant parata, sunt pul. Iustinus, pul. ducis, lithontripticon & elect. Auicennæ loco citato descriptum & probatum à Matth. è gradibus comment. suo in lib. 9. Rhafis ad Almanforem cap. de calculo: necnō ab Amato Lusitano curatione 93. centuriæ 6. zingiber viride conditum: syrupus violatus, de nymphæa, de limonibus, de duabus, & quinque radicibus, de althæa, D. Fernelii, de betonica, D. Textoris, de raphano, oxymel simplex & scilliticum, mel rosatum, elect. de baccis lauri. Oleum scorpionum compos. & non simplex: ceratum santalinum, vnguentum album Gal. & rosatum Mes. Ex his omnibus tam simplicibus quam compositis dogmaticus medicus suo Marte omnis generis præsidia componere poterit, nisi malit uti nostris.

Sed præ cæteris omnibus pollent oleum vitrioli in parua quantitate sumptum, & aquæ calcanthæ mensibus Iulii, Augusti & Septembris si æris constitutio calida & sicca, & non pluuiosa fuerit, purgato prius corpore: quia refrigerant renes, obstructions expediunt, calculos renum & vesicæ comminuunt, & harum vlcera si quæ sunt detergent, vacuo ventriculo mane sumptæ. Cæterum ne quis imprudens his vtatur, animaduertere oportet, mitigatoria ad renes vsque permeare non posse, sine diureticorum aut aromatum mixtione. Basis cuiusque medicamenti excogitata si fuerit imbecilla, est intendenda aliquo tenuante, & incidente medicamento, ut lenientium vires ad partem affectam deuehantur, pariter nonnulla emplastica, quæ suo lentore præcedentium vires in parte affecta vbi peruenerint, aliquamdiu retineant: qualia sunt amyllum & omnia gummi genera superius enunciata. Denique ut robor partis affectæ conseruetur, nonnulla astringentia in parua quantitate sunt miscenda, qualia sunt amara. Et si ægrotantis vires sunt deiectæ, cardiaca: si ventriculus est imbecillior, stomachica, ex Gal. 10. catatop. & post eum Mes. in canonibus & Auic. Expurgato ex præscriptis formulis corpore, vtatur sequentibus nisi conualuerit.

℞. Syrupi de betonica, ℥.iii. aquæ stillatitiæ in alemb. vitreo *Inlepus.*
cort. faba. viridiū, aut vriticæ, ℥.x. fiat iulep. in tres doses mane.

*De aquis
naturalib.*

*Canon ob-
seruandus
in compon-
endis cat-
culi reme-
diis.*

vitri, & capitis leporis, & fimi columbini, singul. ℥. ii. olei vitrioli, ℥. i. fiat linimentum quo renes, & vtereres cum perinæo illinentur mox à semicupio. Si inunctionis tempore addideris guttas aliquot succi limonum non oberit, exsiccato prius corpore, sic diebus sequentibus continuando.

℥. Carnis auis caudæ tremulæ dictæ, in clibano siccatæ, & pulueris. sanguinis hirci præp. vt dixi vtr. ℥. ii. cineris vitri vsti, & lap. spongiarum, lapidis, lycis, vel Iudaici, singul. ℥. i. pul. elect. Ducis, vel instimi, vel lithontriptici, & glycyrrhizæ, vtriusque ℥. ii. sem. lithospermi, paliuri, & halicacabi, singul. ℥. β. fiat pul. de quo cap. ℥. β. cum iure cicerum rub. vel decocto rad. gallitrici, vel rad. rubiæ ma. aut vino albo per multos dies continuando. Vel

*Pul. ad va-
rios vsus.*

℥. Pul. præscripti ℥. iii. sacch. albi aqua cardui bened. vel millefolii, vel calcitrapæ soluti & cocti, ℥. iii. fiat tabellæ pondo ℥. ii. cap. vnam quotidie mane superbibendo parum aquæ betonicæ. Vel

Tabellæ.

℥. Pul. præscripti ℥. iii. conferuz florum betonicæ, & corticis citrii sacch. conditæ (si ventriculus fuerit imbecillus) vel zingiberis viridis sacch. conditæ, vtriusque ℥. β. cum saccharo fiat mixtura: aut cum syrupo de limonibus, vel oxymelle scillitico fiat opiata, de qua quotidie mane cap. ℥. iii. horis tribus ante cibum superbibendo parum vini albi. Huic pulueri adde ligni nephritici, ℥. 4. & pul. mandibulæ lucii, & succini, vtriusque ℥. i. olei vitrioli, ℥. β. vel vtatur sequentibus pilulis.

Mixtura.

Opiata.

℥. Pul. præscripti ℥. i. excipiatur terebinthina ciprea, potius quam laricea, & forma pilulas vi. aut viii. molles, quas cap. a gro sedente in semicupio, vel mane sine alio regimine si reliqua remedia rejicit. Sic mutabitur forma remediorum, & non materia, vt suadet Auicenna.

℥. Calculi humani, & vesicæ apri, aut suillæ siccatæ, incisæ, & pulueris. vtr. ℥. 4. renis asini in clibano siccati & puluerisati, ℥. ii. sem. anisi, & ligni nephritici, vtr. ℥. ii. cort. citrii sacch. conditæ ℥. i. panis albi assi & puluerisati ℥. ii. sacchari albi aut rosati ad aliorum contemperandum calorem ℥. 4. fiat pul. de quo ante & post singulos pastus cap. cochlear vnum.

*Pul. dige-
stius.*

De Ulcere Renum.

CAP. LXX.

Descriptio. **E**λκος ἢ ἔλκος τῆς νεφρῶν. Græcis, Ulcus Renum Latinis dicitur: Est morbus in unitatis solutione, in renis substantia consistens.

Decausis. Causæ externæ sunt casus, ictus, saltus, equitatio grauis: vsus alimentorum, & medicamentorum acrium, ex quibus sanguis, tenuior aut acrior factus per venarum poros in renum cauitates profilit, qui nisi cum vrina excernitur carnosam Renum substantiam exedit, sic fit vlcus curatu difficile.

Causæ internæ sunt inflammatio, aut abscessus, phyma, aut calculus salebrosus, sæpe ab vrina commotus, & non excretus suo pondere & attritu renes corrodit, sic fit vlcus. Alias fit ex abscessu existente supra renes rupto: alias ex inflammatione suppurata: fit interdum tantum in altero rene, alias in utroque, id quod cognoscitur ex grauitate & dolore illius partis. Nam vbi dolor, ibi morbus statuitur. Hip. aphor. 33. sect. 4. Decubitus quoque facilis, aut difficilis renem affectum indicat.

*De signis
quibus no-
satur sedes
vleris.*

Si vterque ren fuerit exulceratus, decubitus supinus est facilis: in altero verò latere, est æque molestus. Vtrum vlcus fuerit profundum an non, cognoscitur ex puris quantitate, quæ maior fit ex profundo quam non profundo. Distinguitur ab vlcere vesicæ, odore & lentore. Si vlcus est in vesica, pus quod excernitur, fœtet, & est viscidius ac tenacius, eo quod à renibus excernitur: quia vesica est pars spermatica & neruosa. At renum non fœtet aut parum admodum licet crassum appareat. In vtriusque vlcere, pus vrinæ permiscetur, paulo post subsidet. Pari ratione quum pus ab hepate in renes defluit, pus cum vrina miscetur, sed distinguitur ex dolore hepatis, qui præcessit, & pus non subsidet, sed mixtum remanet.

Addit Hip. aphor. 76. sect. 4. Quibus cum vrina crassa exigua caruncula, aut veluti pili exeunt, à renibus excernitur: quia caruncula, excernuntur ob vehementem vleris erosionem, & pili à pituita lenta calore renum siccata, autore Gal. 6. locorum affectorum cap. 3. quæ sunt propria signa vleris re-

num. Si quis sanguinem aut pus meiat, renum aut vesicæ exulceratio significatur, aphor. 75. eiusdem sectionis.

Renum & vesicæ vitia in senibus difficulter sanantur Hip. *De progressu* aphor. 6. sect. 6. Renum ulcera per se considerata, difficillimè curantur, & si sunt inueterata, nunquam: maximè si ab acri humore fiunt. Quoties vterque ren est ulceratus, maius periculum consequitur, quam si vnus tantum ulceraretur: maius quoque si in profundo quam si in superficie fuerit. Si vlcus ab atra bile scaturit, est immedicabile quia cancriforme. Si quibus è renibus laborantibus præter supra dicta signa dolores etiam circa spinæ musculos fiant, siquidem ad loca exteriora sentiantur, extrinsecus abscessum quoque fore expecta: si verò ad interiora magis vergant, abscessum etiam intrinsecus futurum potius sperandum est. Hip. aphor. 36. sect. 7. His addit Arculanus distinct. 2. Spina difficilè inflectitur, tussis difficultas, & corpus ægrè erigitur.

Curatio fiet tribus remediorum generibus: victu nempe, *Decorati-
one.* r. detergentibus & epuloticis: r. cicatricem inducentibus, tam sumptis quam admotis. Victus talis esto: Imprimis aër temperatus esse debet, qui si à natura talis non fuerit, arte comparetur, quantum fieri poterit: non nihil ad caliditatem, & siccitatem declinans. Nā calidus vrinæ acrimoniam auget, & frigidus vlcerebus aduersatur teste Hip. aphor. 20. sect. 5. Esculenta & potulenta detergere debent: qualia sunt hordeatum, auenatum, amyllum, puls ex farina hordei & lacte parata, cum vitellis ouorum & saccharo rosato: oryza benè cocta in iure carniū, aut lacte: iura quoque carniū euchyमारु: pedes quoque vituli, agni, hœdi, veruecis. Inter olera conueniunt, malua, viola, atriplex seriola, portulaca, rumex, cucumis, lactuca, asparagus: omnia cocta & non cruda vt annotauit Aërius. Inter carnes probantur, gallina, capo, veruex, vitulus, phasianus, perdix, & aues quæ in collibus, montibus, & sentinis degunt carnem teneram & non duram habentes, & pipiones. Inter pisces conueniunt aselli parui, gobius, gammara, locustæ, cancri fluuiatiles, erinaceus, lucius, perca, acipenser, astacus: & inter bellaria, vna damasc. & passulæ exacinata, corinthiæ, nuclei pinei recentes. aut prius in aqua macerati, amygdala dulcia, pistacia, & ficus recentes. Varietas ciborum in vna mensa officit, ob excrementorum multiplicationem. Vitanda omnia cruda, & quæ sunt concoctu difficilia,

quæque faciliè corrumpuntur, & quæ flatus generant, & acida (nisi in parua quantitate fumantur) acria, salia, & quæcûque acrimoniam generant. Si acidis vtendû, temperentur mixtione sacchari. Panis sit similagineus benè fermentatus: Pro potu ordinario vtendum hydromelle optimè despumato, aut ptisana parata hordeo, passulis exacinatis, & glycyrrhiza: aut hydrosaccharo condito santalo citreo, vel cinnamo. aut decocto rad. sarzæ parillæ, & ligno sassafras cum saccharo. Et quotidie hauriat ʒ. vi. aut scyphum vnum lactis asinæ, aut equæ recens multû cum saccharo rosato, horis 4. ante prandium, continuando per multos dies, si detergere cupis: aut tantundem lactis ouilis vel vaccæ si glutinare, quod sufficere potest pro omni remedio.

Si vires sunt deiectæ, & prostratus est appetitus, vinum oligophorum, aut album dilutum ptisana, aut aqua simplici cocta, concedi potest: modo actu frigidum non sit sed temperatum. Si quis Tralliani consilio vti voluerit, ante omnè cibum ad eluendos renes bibat scyphum aquæ tepidæ aut tantundem hydromellis, aut ptisanæ, vt antea annotaui, pag. 678. (non reijcio.) Vitanda sunt satietas, inædia, sitis, coitus, labor, vigilia, ira atque diuretica, & quæcumque bilem atque pituitam generant, atque decubitus supinus super culcitram plumeam, sed quæ lana aut gossipio sit facta. Alius libera esse debet, quæ si talis nõ fuerit, sollicitanda balanis, aut clysteribus superiori capite descriptis. Vomitus in hoc affectu probatur, quia reuellit humores qui è ventriculo in renes defluunt, & euacuar.

Humores qui cum vrina miscentur, si acres fuerint, conquendi & purgandi sequentibus præfidiis.

*Decoctum
detergens.*

ʒ. Rad. althææ, glycyrrh. graminis, & asparagi, sing. ʒ. i. herbarum cich. pimpinellæ, hordei, portul. & capill. communium sing. m. i. ros. rub. m. ʒ. vuarum damasc. mund. pa. xii. prun. dul. iuiub. & sebesten, sing. pa. vi. ficuum pa. 4. sem. maluz, ʒ. iiii. bōbaxis, & 4. frig. ma. sing. ʒ. i. florum ʒ. cord. & nymph. sing. p. i. coquantur ex arte in aqua aut hydromelle ad vsu sequentem.

*Potio mi-
norans.*

ʒ. Cinnamo ʒ. i. rhab. ʒ. iiii. thamarind. ʒ. ii. elect. diasebesten, ʒ. ʒ. cassiæ recens à canna extractæ, ʒ. i. infundantur omnia simul per noctem super cineres cal. in parte vna decocti

præscripti. Expressioni dissolue syrupi rosati sol. aut violati, ex 9. infusionibus, ℥. i. fiat potio. Deinde;

℥. Syrupi violati, & de iuibis, vtriusque ℥. ii. decocti *Iulepus.*
 præscripti ℥b. i. succi granatorum ℥. iii. fiat iulepus clarific. &
 arom. santalo albo, pro iii. vel iiii. matutinis. Pro delicatis
 vice minorantis dissolue in iure capi insulso manna Cal. ℥. ii. *Potio pur-*
 deinde validiori sequenti purgari poterit. *gans.*

℥. Diaphœnici, ℥. vi. bilem, & pituitam purgat: vel tan-
 tundem diacarthami, (si pituita salsa) cui adde agarici troch.
 ℥. i. infundantur simul in parte vna decocti detergentis præ-
 scripti per noctē, expressioni dissolue syrupi de cichorio dupl. *Bolus.*
 rhab. ℥. i. fiat potio finitis iulepis sumenda.

℥. Terebinthinæ lariceæ decocto hordei lotæ, ℥. i. pul
 sem. melonis mund. & glycyrrh. vtr. ℥. i. pul. diatrágacanthi
 frig. ℥. i. cap. cum obælijs, aut pane missali, aut syrupo viola-
 to boli instar sequenti mane horis 4. ante primū pastum: his
 peractis vlcus erit detergendum sequenti pul. mutuato à Rha: *Pul. vlcus*
 si 9. ad Almanforem cap. 76. hoc modo. *detergens.*

℥. Sem. melonis excorticati, ℥. xxx. sem. cucumeris citri-
 nati, sem. cucurbitæ domesticæ, sem. portul. & papaueris al-
 bi, singul. ℥. iii. sem. alterci albi, id est, hyoscyami, ℥. ii.
 sacch. albi omnium par pondus, fiat pul. cuius cap. quotidie
 mane ℥. iii. & tantundem: rursus sub vesperam dormituro
 ægro cum ℥. i. syrupi violati, & decocto glycyrrhizæ per mul-
 tos dies continuando.

Si hoc remedio vlcus satis deter sum videtur, (cognoscitur
 si nullum aut paucum pus cum vrina excernitur, aut si al-
 bum, læue & æquale appareat) oportet exhibere siccantia,
 astringentia, & glutinantia: qualia sunt sanguis draconis, bo-
 lus armena, terra lemnia, corallus, troch. Gordonii ab eo
 descripti, particula 6. cap. 10. pondo ℥. ii. aut trium cum lacte
 capræ si detergere, aut cum lacte ouilo, aut vaccino, si glu-
 tinare cupis, modo eger expers sit febris, cui lac aduersatur
 autore Hip. aphor 64. sect. v.

Si verò pus fuerit crassum loco lactis puluis dissoluatur in
 hydromelle, in quo parum nardi ind. & hyssopi coxerint, cō-
 tinuando dum vlcus persanatum appareat. Optimum erit bis
 in mense propinare bolum compositum ex cassia, elect. dia-
 sebesten, rhabarb. sem. melonis & saccharo. Hæc forma erit

utilior quàm liquida, quia diutius remoratur in ventriculo.
Vel.

*De balneis
naturalibus.*

℞. Massæ pilularum imperialium, ℥. i. aut. ℥. iiii. capiat bis
in mense. Aquarum chalcanthearum, i. vitriolarum vsus
(quibus datur facultas) spatio vñius mensis mirum in mo-
dum prodest: quia refrigerant renes, & ab omni illuui-
e eluunt. Deinde ad vlcis exsiccationem, vtendum
erit balneo aquarum aluminosarum, quale est Aquisgrani
Allobrogum, per multos dies, & extrinsecus admoueat
emplastrum contra rupturam, aut de mastiche, vel renes
illinere vnguento Comitissæ. Si hæc non sufficiunt vtatur
sequenti.

*Decoctum
vleus renū
exsiccat.*

℞. Radicis chinæ per tenues laminas dissectæ, vel sar-
zæ parillæ minutim incisæ, ℥. iiii. ligni sassafras, ℥. i. aquæ
librasvi. coquantur in fictili vitrato satis capaci ad medias:
sub finem iniice passul. Damasc. mund. ℥. ii. glycyrrh. re-
centis rasæ & contusæ, ℥. i. β. Huius colaturæ capiat quo-
tidie mane ℥. vi. & tantundem sub horam secundam po-
meridianam, sine sudoris prouocatione diu continuando,
aut eousque vlcus exsiccatum fuerit. Loco vini in pastu
vtatur secundo decocto ex iisdem rad. parato, dulcorato
saccharo rosato, & vescatur carnibus boni succi assis, &
pane biscocto, cum semine anisi: & initio pastus prunis
dulcibus ex aqua & saccharo coctis, & in fine vuis Damasc.
exacinatis, & auellanis assis, & nucleis pincis recentibus, vel
præmaceratis in aqua, ob rancorem.

Medio tempore si alius non fluxerit, sollicitetur clysteri-
bus præscriptis.

De Vesicæ Affectibus.

C A P. L X X I.



ESICA obnoxia est (vt renes) inflammationi, calculo & vlceri: ab iisdem causis quod omnes hi affectus fiunt superioribus capitibus enunciatis. Superest in quibus signis differant nunc ostendere.

Signa sunt febris acuta, cum magno ardore, & grauitas circa pubem & inguina, mentis alienatio, vomitio bilis synceræ, meicendi difficultas: vigilix vrgent, atque delirium, egerendi cupiditas veluti in tenesmo, & quod egeritur est tenue, sine subsidencia, aluus fit dura ab inflammatione rectum intestinum comprimente, & pubis dolor grauis, cum duritie, & inflatione. Aëtius li. 11. cap. 26. ex Ruffi sententia.

De signis.

Vesicæ inflammatio, inter cæteras est grauissima, & lethalis, & quanto grauior, eo febris est maior, etiam Gal. autore comment. in aphor. 44. sect. 8. & præcipuè quum dolor est magnus & vrina, & aluus omnino est suppressa. Contra, minus est lethalis, quum signa contraria apparebunt. Hoc est quum febris est mitior, & dolor minor: & vrina & aluus fluunt, cum leui ardore & grauitate in pube. Facile degenerat in gangrænam ob morbi magnitudinem nisi breui occurratur. Præmissis prognostico sic occurrendum.

De prognosi.

Imprimis pauco cibo ac potu initio morbi sint contenti ægri: pro potu vtendum erit ptisana, aut hydrosaccharo: reliqua victus ratio petenda erit è cap. de Renum inflammatione. Deinde à primo morbi insultu (si fieri potest) priusquam inualescat affectus iniecto clystere (si aluus est astricta) educatur sanguis ex vena basilicâ dextra: primò si æger est plethoricus ad reuulsionem: sin minus, ad euacuationem & deriuationem ex poplite, aut malleolo, ex Gal. li. de sang. missione per venæ sect. Quantitas decernenda erit pro viribus, & morbi magnitudine: Contra, si vires sunt deiectæ, aut quid aliud dissuadet venæ

De cura.

sectionem, vel partiatur, vel femoribus internis vel pubi ad-
moucantur cucurbitæ cum scarificatione, vel podici hirudi-
nes famelicæ. Si corpus cacochymum appareat, purgari po-
terit medicamentis cap. 68. pag. 672. enunciatis.

De Topicis.

Topica pro 4. morborum temporibus variari debent vt di-
ximus pag. 673. eo tantum discrimine, quod initio curationis
intense frigida & astringentia non conueniunt: quia frigida
partibus neruosis (qualis est vesica) sunt inimica, teste Hip.
aphor. 18. sect. v. Contra temperatè calida, iisdem partibus
amica. Ratio, quia frigida vrinx meatum occludunt, ne vri-
na profluat; impediunt quoque ne humores inflammationem
efficientes discutiantur, & concoquantur. Contra, calida
mediocriter, sunt vtilia, quia sunt relaxantia & anodyna, quæ
dolorem lenire possunt, vrinx meatum laxare, atque inflami-
nationem discutere: ex quibus epithemata, fomenta, infes-
sus, & linimenta componantur. In statu vero illis, discutien-
tia sunt miscenda, ex quibus componantur cataplasmata, em-
plastra, qualia sunt farina fabarum, orobi, & similia. Si cathete-
rere est vtendum, mulieribus & non viris adhibeatur, ad vri-
nam proliciendam, quia mulieres collum vesicæ breue & la-
tum habent & facile admittunt. Contra, viri collum longum
& angustum & difficilium, sic inflammatio & dolor augetur,
nisi à perito & exercitato in anatome Chirurgo indetur. Si
præ nimio dolore vigilæ vtgent*, optimum erit propi-
nare pilulam vnã aut alteram ex cynoglossò aut laudano
chimicorum, aut indere podici balanum longum ex philonio
Romano, paratum, & filo coxæ alligatum vt extrahi possit.
quoties libuerit. Quæ vehementer vrinam cient, aduersantur.

*Catalogus
simplic. &
cõp. medi-
camentorũ
quibus cõ-
poni de-
beant præ-
sida huic
affectui
idonea.*

Tria remediõrum genera in sumendis & admouendis sunt
necessaria, nempe refrigerantia & temperatè repellentia ratio-
ne inflammationis, & partis obsessæ natura, & temperatõ
aperientia, & pægorica, i. anodyna, & calastica, i. relaxan-
tia, atque diaphoretica. Inter refrigerantia sunt intybi genera
hieracium, lens palustris, vmbilicus veneris, hyoscyamus,
epyllium, solani & plantaginis fucci, papaueris genera, por-
tulaca, polygonum, vtrunque semperuium, &c.

Inter composita oleum rosatum, nymphææ, vnguentum
rosatum, &c. Aperientia temperata sunt rad. acetosæ, grami-
nis, rusci, asparagi, adiantum omne, glycyrrhiza, semina en-
diuic 4. frig. maiora & minora, hordeum, pruna, vix damasc.

corinthiæ

corinthiacæ, pruna, strobili. Inter paregorica calida primo ordine sunt althææ radix & eius partes, liliiradix, folia, flores & succus, semen lini, & foenugræci, flores chamæmeli, meliloti, & sambucis; & inter composita, oleum dulce & amygdalarum dul. chamæmelinum, liliorum, lencoi lutei, ouorum, anethinum, irinum, æsypus humida, lana succida, adipēs galinæ, anseris, anatis, vnguentum resumptiuum, de althæa simplex, & compositum: empl. de muccaginibus, diachyllum simplex, & compositum, butyrum recens, farina hordei, fabarum, orobi: lac omne.

Ex his solers Medicus ex animi voto componat sua remedia tam interna, quam externa, infusus, fomenta linimenta, catapl. emplastra, &c.

Si inflammatio ad suppurationem vergit, iuuanda erit masticis, ac reliquis cap. proprio describendis.

De Calculo Vesicæ.

C A P. L X X I I.

ALCVLVS Vesicæ Græcis, λιθιασις ἰνὴν, dicitur. Generatur aut ab arenulis è renibus in vesicam deturbatis, à pituita crassa & lenta glutinatis: aut à calculo paruo prius in renibus generato, & in vesicam delapso, qui à crassissima viscidaque pituita ibi induta augmentum suscipit veluti in ostreorum testis fit.

Lapides frequentius pueris generantur in vesica, quam ætate prouectis, quia sunt voraces, nullumque seruant ordinem in cibis oblatis. Quinetiam priusquam prior cibus assumptus cōcoquatur, alium ingerunt, & ex intempestiuo motu, cibus crudus & incoctus in venas distributus, ex his in renes, hinc in vesicam crassescit & à calore partis in calculum condensatur: Gal comment. in sect. 3. lib. 6. epid. textu 15. qui refert causam ad vrinæ crassitudinem, vnde cunq̄e prouenire possit, siue ex cibis, siue ex lactis sucti crassitie. Senes verò, calculo renum sunt obnoxii, non quod sunt voraces: sed quia (defectu caloris innati) crudos & crassos humores in renibus accumulunt, &

De causis.

facultatis eōctricis imbecillitate pollent, qui non resoluti, in lapidē coeunt, iuuantē calore renū, modo adsit dispositio, sine qua non fiunt calculi, neque in pueris, neque in adultis.

Quod ita sit, multos pueros videmus qui lac crassum sugunt, & intempestiuē viuunt, & senes quoque qui sine delectu viuunt, & tamen calculis renū toto vitæ decursu non laborant.

Signa tam diagnostica quam prognostica huius calculi sunt petenda ex cap. 69. pag. 675. ne frustra conteram tempus.

De prognostico.

Quibus in vrinis subsident sabulosa, iis vesica calculo laborat. Hip. apho. 79. sect. 4. Arenulæ quæ in vrinis sæpe apparent, non semper calculum in vesica denotant: quia sæpe ex assatione humorum à febris ardentibus, fiunt (vt dixi pag. 676.) Alias ab aliis causis, nempe à renibus malè affectis, idem contingit. Alias ex feruidiore hepate affante humores qui per vrinas excernuntur.

Curatio.

Curaturus vesicæ calculum considerare debet anni tempus, ætatem, & calculi magnitudinem, & futura prædicere, sic vitabit calumniam. Incipiendo ab vniuersalibus, quæ non differunt ab iis quæ in renū calculo sunt annotata eo discrimine; calculus vesicæ, validiora exposcit remedia multis rationibus. Vna, qui in vesica generatur est grandior, & durior, eo qui sit in renibus, ob eius amplitudinem & maiorem colluuii quantitatem quæ in ea colligitur: altera, quia vesica ab ore est magis distita quam renes: sic remedia priusquam eò perueniant, eorum vis maiore ex parte vanescit.

Curatio si calculus est parvus.

Si calculus adhuc parvus & tener fuerit, quique per venterum excerni potest, ab initio solis detergentibus est vtendum: paulo post aperientibus simul ac detergentibus. Postremo valentioribus incidentibus & lapidem frangentibus medicamentis quam in renū calculo vtendum, tam in sumendis, quam admouendis & iniiciendis. Si lapillus est ita parvus vt meatum vrinarium obturet, iniice oleum scorpionum, comp. cum pauco succi limonum, vel vtere sequentibus.

℞. Pul. tabaci, ℥. i. aquæ stillaticæ calcitræ, vel eiusdem decocti ℥. ii. fiat potio (præmissa purgatione & exonerata aluo) mane sumenda. Vel

℞. Olei vitrioli, ℥. ss. hydromellis, vel ptisanæ ℥. iii. fiat potio mane sumenda. Vfus aquarum chalcanthearum per multos dies plurimum valet, si datur facultas, & anni tempus & æris

constitutio permittit. Sin minus vtatur encathismate, fotu, tabellis ac reliquis calculum frangentibus cap. de renum genuina curatione pag. 686. descriptis. Vel mulier, aut pauper, sugat veretrum, his artibus liberari poterit.

E diuerso, si calculus est magnus, extrahatur ab aliquo lithotomo perito: facilius & tutius (præmissis etiam vniuersalibus) pueris ab anno 9. ad 14. propter eorum mollitudinem: facilius in vere & autumno, quam in æstate, aut hyeme: senibus verò difficilior, quia eorum vlcera ægrè sanantur. Medix inter hos ætates, etiam in hoc medio modo se habent. His succrescit, qui magnos calculos habent, cæteris facilius curantur, quòd inflammationibus sunt assueti: contrarium accidit iis qui non assueti, & qui minores calculos habent, autoribus Celso lib. 7. cap. 27. & Paulo Ægin. lib. 6. cap. 60. Si ægri vires sunt deiectæ ante lithotomiam alimentis boni succi reficiantur.

Curatio & calculus est grandior.

De Vesicæ ulceratione.

C A P. L X X I I I.

EΛκκοις τῆς νεφῆς: Ulceratio Vesicæ Latinis dicta, fit ab iisdem causis tam externis quam internis, quibus renū vlcus de quo egimus cap. 70. pag. 687. Vesicæ vlcus, aut est in eius corpore, aut collo, aut in pene. Si in eius amplitudine; dolor pubem obrepit: si in collo, tempore mictionis, dolor tantum percipitur, & maxime quum meire incipiunt & desinunt: & vbi minxerint dolor adhuc perseverat, præcipue si vrina solito est acrior, & humorum acrimonia, siue à toto corpore, siue à renibus, siue ab hepate, siue à medicamentis acrioribus sumptis, vel admotis scaturuerit: veluti à cantharidibus.

De signis & sede sumptis.

Succrescit vrinæ immittendæ difficultas, & pudendi arretio, petulantia, & dolor, non solum quum vrinæ meatus fuerit affectus, verum etiam quum tale in profundo existit. Omnes quidem assiduè decubunt, & neque erecti stare possunt, neq; reclinati quiescere, ab indefinente dolore. Febribus, vigiliis, & colliquatione perimuntur, alij citius, alij tardius. Si vlcus in pene fuerit pus vrinā præcedit, ea reiecta dolor acris in eo loco percipitur, & eius indusium pure sæpè maculatur. Si vlcus sor-

didum fuerit, fæculenta meiendo excernuntur, & muccosa, crassamq; subsidentiã vrina (farinę instar) habet. Aliquãdo pelliculæ tenues ad modum foliorũ & lanarum cum vrina excernuntur. Si verò serpendo depascunt, vlcera subcruenta excernuntur, & saniosa ac fœtentina. Si vlceratio in vterere constiterit, dolor est in rene, & pube, & in lotio (præter pus) veluti capilli tenues animaduertuntur. Plura Aëtius li. 11. ca. 29. Si quis sanguinem aut pus meiat, renum aut vesicæ exulceratio significatur. Quibus cum vrina crassa exiguarum carunculæ, aut veluti pili exeunt, à renibus excernitur. Quibus cum vrina crassa, furfurosa quædã vna exeunt, his vesica scabie laborat. Si quis sanguinem, aut pus, aut squamulas meiat, & grauis odor adsit, vesicæ exulceratio significatur. Hip. sect. 4. aphor. 75. 76. 77. & 81. Grauis puris odor, vlcus esse sordidum denotat. Si quæ meiendo excernantur fæculenta & muccosa, crassam subsidentiam instar farinæ vrina habet.

Vlcera in vesicæ profundo, sunt incurabilia: quia vesica est neruosa substantiæ, nec non ob vrinæ acrimoniam quæ semper vlcus erodit, nec glutinari permittit. Ad hæc nunquã vniuersa vrina in ea contenta excernitur, & id quod remanet vlcus, exedit. At vlcera quæ fiunt in eius ceruice, facilius curantur: quia eius ceruix eatenus non est neruosa & exanguis, sed carnosã, vt exploratur in lithotomiis, quoties calculus è vesica extrahitur. Gal. comment. in aphor. 18. sect. 6. Quãquam cũ multa videamus præter spem euenire in morborum curatione, vt in hoc malo, nihilo secius huius curationem aggredi oportet, vt si prorsus vlcus tolli nõ potest, dolores saltem vnde febres, & vigilie oriuntur, minuuntur, vt recte cõsultat Aëtius loc. cit.

Τετραμία

Curatur vt plurimum (& non in omnibus) eadẽ methodo iisdemque remediis quibus renes vlcerati tam in sumendis quã admouendis: quia variat in iulepis administrandis, & aliis quæ ore sumuntur, in quibus remediorum quãtitas maior esse debet, quã in renum vlceratione vt dixi. Quineriã vlcus vesicæ diuretica non admittit, exceptis sem. 4. frig. ma. & iis quæ astringendo & siccãdo id præstãt: qualia sunt herba herniaria, myofotis, cortex mali granati, post totius corporis purgationẽ. Victus ratio talis sit, qualis ea quæ fuit enunciatã in renũ vlceratione pag. 689. Aeger quiescat in lecto, & pro potu vtatur lacte asinæ, aut capræ si detergere, aut ouili vel vaccæ si glutinare, aut chalybeato si siccare consilium fuerit.

Nam asperitates vlceris lenit, deterget & siccatur, siue bibatur, siue in vesicā iniiciatur cū puluerib. siccantibus, aut detergentibus cruribus eleuatis. Topicorum exhibendorum non est eadem lex, qualis in renum vlceratione dictum fuit. Si vlcus ex inflammatione fuerit, paulo post remedia indicabimus. Si *Modus inyciendi liquores in vesicam.* vrina est acris, per catheterem iniiciatur clyster ex lacte asinæ recens multo cum sem. frig. ma. mundatis & halicacabo, modo æger pronus & non supinus decumbat. In hac figura vesica secedit, & intestinum laxat. Si vlcus pascendo serpit, eodem modo iniiciatur clyster qui depastionem sistere possit: vt sunt acacia, hypocisthis, terra lemnia, bolus armena, &c. Si vlcus est sordidum, clysteres idonei componantur ex lacte, & mulsæ, & aliis detergentibus: Et si percipitur acrimonia, dissolue amyllum, pompholigem veram potius quam tutiã, quamuis lora & subtilissimè trita fuerit, vt sit omnis acrimoniæ expers. Vlcus abunde expurgatum, ad cicatricem perducatur, lacte cocto, aut chalybeato, & sæpe iniecto cum pul. epuloticis, idque per infessus astringentes, aut fomenta, aut emplastra eiusdem facultatis. Si hæc non sufficiunt, æger vtatur decocto, aut balneis naturalibus aluminosis, qualia sunt Aquigrani Allobrogum, aut aquis chalcætheis quales sunt in agro Niuernensi, & Santarban, & in Aruenia in oppido (vernacula lingua) dicto, Villeconte si anni constitutio permittit, mensibus Iunij, Iulij, Augusti, & Septembris. Sin autem vtere sequenti decocto valde detergente:

℞. Ligni indici, ℥. i. cort. fabarum, & cucumeris vtr. ʒ. vi. hordei, herniarix, cichorii, pimpinellæ, singul. m. i. rosarum rub. m. β. coquantur in lacte capræ, ad ℔. i. mellis rosati, ℥. iii. amylli, ʒ. ii. Et si simul siccare vis dissolue pul. boli arm. terræ sigillatæ, & sang. draconis sub. tritorum singul. ʒ. i. fiat iniectio in vesicam per catheterem post vrinæ reiectionem diu continuando. Vel loco horum dissolue trochiscum Gordonij pond. ʒ. ii. aut trium in lacte asinæ, aut capræ, aut vaccæ si simul glutinare & cicatricem inducere cupis. Si neque his ad cicatricem perducere nequit, per os vtatur decocto guaiaci cum eius cortice sine sudoris prouocatione mane hora 4. & secunda pomeridiana ad quantitatem ℥. vi. & pro potu ordinario vtatur decocto rad. chinæ cum ligno sassafras dulcorato sacch. & cinnamomo, aut santalo citreo, aut baccis berberis condito. Haud etiam alienum erit, ex eodem decocto in vesicam

inijcere, cum iisdem troch. Gordonii pari pondere per multos dies continuando. Si vlcus ex inflammatione, aut abscessu fuerit, recurrendum erit ad propria capita. Si à magno calculo, ad lithotomiam, sine qua non curabitur. Si vlcus obfudet corpus vesicæ, vtendum prophylactica, & non vera curatione, quoniam est immedicabile. Si vsu cantharidarum scaturit, vtendum erit alexiteriis: veluti bolo arm. terra sigillata cum lacte. Hæc omnia venenis resistunt, sanguinem sistunt, & vlcus sine morfu exsiccant.

Ἐλκωσις ὀρθήτης: i. Ulceratio vrethri seu penis, pro eius situ, facilius aut difficilius curatur: quia alia est interna, alia externa, alia in glâde, alia in præputio, alia in vrethri radice, alia in medio, alia in extremitate, & alia in lue venerea, aut ab alia causa externa prouenit.

Si vlcus est externum methodo vniuersali curatur, qua alia vlcera cæterarum partium curantur: nisi quod magis siccantia remedia efflagitat & sine morfu. At si vlcus phagedenicum esse videtur, vnguentum Apostolorum, & Ægyptiacum, & aqua secunda aurifabrorum, & cortex mali granati, vel pannus detritus seu linamentum sæpe mutatum (caua vlcera curat) erunt ex vsu. Si verò vlcus non fuerit mali moris: vnguentum pompholigos sufficere poterit, quia refrigerat & siccatur. Si à lue venerea, post purgationem vniuersalem & venæ sectionem ad diætam sudorificam (quam vocant) veniendum, & ad alexipharmacum quo illinentur extrema, vitatis cerebro, & præcordiis. Si vlcus est internum, purgare oportet remediis cap. de renum vlceratione pag. 690. descriptis. Et extrinsecus renes illinentur vnguento albo Gal. aut rosato Mes. aut nutrito, aut albo Rhafis, vt vrinx ardor minuatur. Præter purgationem vomitus est utilis: æger sitim ferat, & aluum fluidam habeat, vt per eam deriuentur humores. Pro potu vtatur lacte asinæ, aut capræ, aut ptisana, aut hydromelle. Medicamenta quæ in vretum inijciuntur valde siccantia & subtilissimè trita, & sine morfu esse debent: quæ si acria sunt, eorum acrimonia, vstione, & lotionem sunt castiganda lacte aut alio liquore. Deinde in eodem liquore aut simili soluantur & inijciantur post vrinx reiectionem, quæ sua acrimonia vlcus exedit, ad quam corrigendam dissolue trochiscos albi Rhafis, aut trochiscos alchechengi, in aqua rosarum, aut plantaginis, & inijce per catheterem solito more.

De Stranguria, Dysuria & Ischuria.

C A P. L X X I V.

Σ *Τραυφέια*: i. Vrinæ stillicidium: Est symptoma de genere excretorum teste Gal. 3. de causis symptomatum, & lib. 6. de locis affect. cap. 4. & comment. in aphor. 48. sect. 7. & Actio lib. 11. cap. 19. Tenesmo simillimum. Vt in hoc, est egerendi conatus, sine, aut cum paucō effectu. Sic Stranguria, est emittendæ vrinæ conatus cum paucō effectu; quæ præter voluntatem sensim destillat. Re vera nihil aliud est quam depravatæ vrinæ excretio. *Δυσουρία*: i. Vrinæ difficultas, quæ respondet dysenterię intestinorum: Est etiam symptoma de genere excretorum: in hoc facultas excretrix est diminuta cum dolore, vt in dysenteria.

Ισχυρία: i. Vrinæ suppressio: in hac facultas expultrix est abolita: vt concoctrix in lienteria. Interdum Ischuria fit, quum facultas renum attractrix est abolita. Quoniam hæc tria symptomata inter se tantum differunt secundum magis & minus, & vt plurimum conueniunt in causis, signis & prognosticis & curatione, in vnum cap. contraxi, ne toties cogar idem reperere. Causæ euidentes sunt multiplices: nempe puerorum voracitas & intempestius motus sumpto cibo. In adultis esus alimentorum acrim & diureticorum aut malignorum in maiori quantitate quam par sit sumptorum, aut non satis castigatum, aut longus vsus falsorum, piscium, & leguminum. Potus item vini meracioris, aut aquæ frigidissimæ, aut in eadem nauigatio, aut sessio super lapidem frigidū: aut vertebrarum lumborum luxatio, casus, ictus in perinæo, ex quo sanguis in vesicam effusus, & concretus, vrinæ meatum obstruit: sic vrina intercepta, sequitur Dysuria aut Ischuria, vt accidit cuidam nauclero huius vrbis anno salutis humanæ 1617. qui fauente numine, & nostris remediis hodie benè se habet. Causæ internæ licet sint multiplices, ad tres tamen referri possunt: nempe ad vrinæ acrimoniam, ad vesicæ facultatis retentricis imbecillitatē, & ad meatus obstructionem. Ad vrinæ acrimoniam, referuntur intemperies cal. simplex, & coniugata, inflammatio vesicæ, atque

De causis
externis.

De causis
internis.

consensus quem vesica cum renibus, intestino recto, & utero habet. His succrescunt, humores acres, ut bilis & pituita salsa, quæ vel à toto corpore, vel ab hepate qui in vesicam mandantur, & urinam intercipiunt. Interdum sanies olida, ex renum rupto abscessu, quæ sua acrimonia sphincterem vellicat, & vesicam ad excretionem interpellat. Ad vesicæ facultatis retentricis imbecillitatem, referuntur intemp. frig. sicca & humida. Frigida, constringendo vesicam, inuitat ad excretionem. Humida intemperies, sua humiditate sphincterem resoluit, ita ut urinam continere non potest, sic guttatim effluit. Intemperies denique sicca, qualis obseruatur in febribus ardentibus, & in aëris constitutione sicca, quæ stranguriam & dysuriam concitare possunt, autore Hip. aphor. 16. sect. 3. & Gal. in comment. huius aphor. Si ex imbecillitate retentricis fuerit, cognosces ex quauis intemp. viscerum quæ præcessit, aut ex ætate senili, aut catheteris immissione, aut pubis compressione si urina effluit. Ad obstructionem referuntur, quoties pituita crassa, lenta, & viscida vesicæ meatui suo lentore tenacius hæret, ne urina prolabatur, impedit. Interdum non effluit, ob eius quantitatem retentam, ab urgentibus negotiis, vel in concionibus, aut senatu, aut in foro iudiciali, aut conuiuio, aut à sanie virulenta ex impuro coitu: hinc urinx suppressio. Alias obturatur urinx meatus à calculo, phymate, sanguinis grumo. Signa horum symptomatum (si à causis externis) elici possunt ex ægro, aut assidentium relatu. Si verò à causis internis, aliunde sunt petenda. Videlicet, si ex intemp. calida, aut ex inflammatione vesicæ, aut renum, aut recti intestini, aut uteri, cognoscitur ex vitæ genere, febre, siti, ex urinis biliosis, dolore, tumore pubis, ab excrementis reiectis, aut retentis.

*Signa si à
causis calida.*

Si à frigida.

Si ex intemperie frig. aut humida, aut à pituita crassa, lenta, & viscida: pariter cognoscitur ex vitæ genere, habitu corporis albo, aut pallido, & ex urinis albis, crassis, & crudis. Nulla inest febris, nullus dolor, aut saltem paruus, etiam si imus venter manu comprimatur.

*Si à rupto
abscessu.
Si à calculo*

Si ex rupto abscessu, suppressitur urina, cognoscitur ex saniei foetore, ut videre est in virulenta Gonorrhœa male curata, hinc in v'rethra grumus, aut carunculus. Si à calculo, aut à sanie quæ à toto corpore, vel ab aliqua parte, quæ in vesicam defluerit, cognosces ex pudendi attritione vel ab urinis reiectis,

reiectis, fabulosis, pituitosis, & ægri relatu.

Si à grumo, signum erit, si immisso cathetere, parum urinx reiecitur, & in eius extremitate nonnihil grumi apparet, & ægri facies pallet, & tristis, & si pulsus est parvus, obscurus, & frequens auctore Gal. lib. de loc. affect. & lib. de alimentis boni & mali succi. Si à sanguine concreto, notæ erunt, si portio tenuior sanguinis, ante eius concretionem excernitur. Concretus autem in meatu urinario, urinam retinet. Si ab abscessu, tophe, callo aut tuberculo supprimitur urina, inest febris, ardor, dolor, & seminis fluxus veluti in gonorrhœa virulenta. Distingues inflammationem ab abscessu, si cum dolore, ardoreque pus cum urina reiecitur, citra gravitatem: si vehemens rosio inest, indica ulcerationem esse in vesica. Si vero gravitatis quidam sensus fuerit obortus, suspicabimur ipsam magis, aut inflammatione aut abscessu infestari. At si absque gravitate dolor aut distentio sola in vesica percipitur, iudica causam urinx retentionis esse spiritum aut flatum copiosum, auctore Tralliano lib. 9. cap. 6.

Si à grumo

Si à sang. concreto.

Si ab abscessu, callo, tophe, aut tuberculo.

Τὰ νεφρὰ ἔχ' ὀνόσα καὶ τὴν κόπυ ἀλγυμαία ἐργαδὸς ὑγιάζειται τοῖσι προσβύτησι: i. Renum & vesicæ vitia in senibus difficulter curantur. Hip. aphor. 6. sect. 6. quia defectu caloris insiti in ea ætate coquere nequeunt: & maximè si hæc symptomata scaturiant ab intemp. frig. aut ab humore frig. Si stranguria oritur ab acrium humorum pituitæ salsæ, aut bilis, cito occurrendum, ne longiori mora vesicam corrodant, & ulcerent Aëtio teste loco citato. Si à tumore frigido, vix curatur. Si à tuberculo phlegmonoso, si suppuratur, & rumpitur, homo liberatur, modo pus quod effluit album, læve & æquale appareat, teste Hip. in coacis, prænotione 473. Quibus urina clam illabitur, ad pudendum ἐκλυοῖται, i. exoluuntur, alii codices habent ἐκλύοιται, i. contrahuntur (resoluto sphinctere scilicet præ nimio dolore) sunt desperati, Hip. prænotione 474. Stranguriæ ileus superueniens, septimo die perimit: nisi febre subortæ, urina affatim fluxerit, ex eodem Hip. prænotione 475. Si vero stranguria ab ulcere fit, ægrè consolidatur, ratione ulceris, & vesicæ quæ est spermatica.

prognosis:

Dysuria aut Ischuria, si diu perseverant, mors subsequitur. Si tinesmus illis superuenerit, in septem diebus æger moritur, nisi febris syntectica, id est, colliquans superuenerit, teste Auic. fen 19. tertii, tract. 2. cap. 6. Urinx suppressio in quavis

etate, & quouis anni tempore acciderit, semper est periculosa: quia ex ea sequuntur dolores graues, conuulsiones, tremores, desipientia, ob consensum quem vesica cum precipuis partibus habet, vnde mors subsequitur. Et si conuulsio est ex inanitione, est immedicabilis: si à repletionem difficulter sanatur. Si Stranguria fiat ab obstructione, aut à pituita, curari potest, Si à sanguinis grumo, difficilè autore Gal. lib. 6. loc. affect. cap. 4. est Si à luxatis vertebris, casu aut istu non curatur, priusquam vertebram suum locum reducta fuerit, quod difficillimum est. Si quis sanguinem aut pus meiat: renum aut vesicæ exulceratio significatur: Hip. aphor. 75. sect. 4. indicio est ruptum esse abscessum in illis partibus.

*θεογονία.
à causa ca-
lida.*

Horum trium symptomatum medicandi ratio, cum ferè sic eadem, iisdemque ferè remediis tam in sumendis quam ad mouendis, curantur: Quoniam in nonnullis differunt, illorum curationem aggrediar, incipiendo ab efficientibus causis calidis, nempe à victu, qui secundum sex res non naturales refrigerare & humectare debet, qualis fuit descriptus cap. 10. pag. 54. Tract. febrium. Deinde veniendum ad venarum interiorum sectionem, quæ Stranguriam & Dysuriam soluere potest autore Hip. aphor. 36. sect. 6. Δυσουρίην φλεβοτομίη λύει. τέμνει δὲ τὰς εἴσω. Et aphor. 48. sect. 7. Στραγγουρίην ἢ δυσουρίην θόρηξις καὶ φλεβοτομίη λύει: τέμνει δὲ τὰς εἴσω φλέβας: i. Stranguriam & Dysuriam thorexis, i. vini potio soluit, incidendæ autem sunt interiores, quales sunt poplitis aut malleoli vt voluit Gal. lib. de sang. missione per venæ sectionem cap. 18. & comment. in aphor. 36. sect. 6. A Galeno dissentit Auic. fen 19. tertii, tract. 1. cap. 10. qui vult in morbi principio secandam venam cubiti interiorem, seu basilicam sinistri cubiti, & non poplitis ad maiorem reuulsione, deinde saphenam ad deriuationem: sic venæ sectio partita, ægri vires minus resoluuntur. Hoc remedium non solum conuenit in temp. calidæ, vesicæ, inflammationibus, & vicinis partibus: verum etiã humoris acrimoniam retundit. Si æger est alio duriore, ante venæ sectionem injiciatur sequens clyster.

Clyster.

℞. Malux, viol. brançæ vrsinæ, portul. lactucæ, singul. m. i. prunorum acidorum, pa. vi. sem. 4. frig. ma. singul. 3. ii. florum nymph. & rosarum, vtr. p. i. coque in aqua suffi. ad 3. x. colaturæ dissolue cassiæ cum sacch. & diapruni simpl. vtr. 3. vi. mellis violati, & olei nymph. vel butyri recentis, vel axungie galli.

na, vtr. ℥. i. fiat clyster (vt dixi) supponendus. Quantitas sanguinis erit decernenda pro ægri viribus, ætate, vitæ genere, & cœli statu. Si acrimonia bilis, horum symptomatum est causa, sequenti cholagogo est expurganda.

℥. Cinnamo. ℥. i. rhab. selecti, ℥. iii. thamarind. ℥. iii. cassiæ *Cholagog.* recens à canna extractæ, ℥. i. aut ℥. i. β. (si æger sua natura est aluo duriore) omnia infundantur simul per noctem in decocto cichorii, aut in infusione rosarum pallidarum super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi violati ex 9. infusionibus, ℥. i. fiat potio summo mane propinanda. Si pituita salsa his symptomatis dederit originem, eaque à toto corpore prouenerit, vomitus (si non spontineus,) arte paratus & nauseat æger, valet ad reuulsionem: sin minus sequenti potione purgetur.

℥. Agarici troch. in oxymelle simpl. macerati cum tantillo *Phlegmā-* decoctionis betonicæ, (ne super cineres cal. comburatur) ℥. 4. *gogum.* elect. Indi maioris vel minoris in eodem decocto per se infusi, ℥. β. aut ℥. vi. si æger est agrestis naturæ: Expressiones dentur summo mane. Sic expurgata corporis prima regione, vt edum sequenti decocto, vt intēp. calida, & bilis acrimonia retūdatur.

℥. Rad. althææ, acetosæ, & glycyrrh. singul. ℥. i. herbarū cichorii, seriolæ, portul. endiuicæ, & hepaticæ, singul. m. i. passul. exacinarum pa. x. sebesten pa. viii. sem. acetosæ, lactucæ, papaueris albi, & melonis, singul. ℥. ii. florum nymph. & viol. vtr. p. i. coquantur singula quo decet ordine in fictili vitrato cum aquæ tb. tribus ad medias. Colatura clarificetur cum syrupi de granatis, aut oxyfaceh. simpl. aut endiuicæ comp. ℥. iii. clarificetur & aromatizetur santalo citreo pro iii. vel iiii. dosibus. *Apozema ad intemp. calidam & ad bilem.*

℥. Rad. cyperi, helenii, & glycyrrh. sing. ℥. i. herb. cich. lupuli, fumaricæ, & capill. communii, sing. m. i. absinthii pont. parui m. β. passul. mund. pa. x. sem. malucæ, ℥. β. anisi, ℥. ii. floru hyperici, & torism. vtr. p. i. coque in hydromellis, tb. iii. ad medias in fictili vitrato. Colatura clarificetur cum oxymellis simpl. ℥. iii. & arom. pul. diatriasantali, pro iii. vel iiii. dosibus. In his decoctis, initio curationis diuretica & relaxantia non conueniunt: quia deducunt lotium, & noxium humorem à toto corpore in partem malè affectam, & inflammationem augent. At in progressu morbi, quum vrina non excernitur, diuretica cum nonnullis detergentibus erunt præscribenda. Deinde potiones præscriptæ iterentur, aucta dosi purgantiu, si videtur. Sequenti die capiet bolum ex pul. suillæ, vesicæ, aut apri, ℥. ii. & *Bolus.*

pul. diatriasant. 3. i. cum conferuæ florum cich. & nymph. vtr. 3. ii. aut tribus & saccharo compositum horis tribus ante prandium. Vel sequentem

Alter.

℥. Terebinthiæ abietis decocto hordei lotæ, ʒ. i. pul. sem. 4. frig. maiorum & glycyrrhizæ, sing. ʒ. ʒ. cap. cum oui luteo crudo, vel oleo amygd. dul. aut syrupo viol. horis 3. vel 4. ante primū pastū, Terebinth. sola & illota stranguriā (ob eius acrimoniā) non curat, quia calida & eius calore acrimoniā auget, sed lota & cū refrigerantib. & detergentib. mixta, prodest. Vel

Potio.

℥. Succiperdicti seu parietariæ depurati, ʒ. iii. syr. capilli ven. ʒ. i. fiat dosis mane sumēda, & per multos dies cōtinuando, vel

Alter.

℥. Succivirgæ aureæ depurati, ʒ. ii. cū syrupo violati aut capilli ven. ʒ. i. fiat dosis per multos dies iterāda. Arnaldus li. 2. c. 18. sui breuiarii. Vel æger hauriat spatio 9. dierū eiusdē virgæ aureæ pulueris. ʒ. i. aut ʒ. 4. cū ouis. Vel ex sequentib. à forma specifica agentibus quisque pro arbitrio & necessitate, varia componere potest præsidia, tam interna quam externa, qualia sunt genitale viuetæ, vesica apri, tauri, suilla, aut capræ siccatæ, & pulueris. pōdo ʒ. i. adde carnis herinacei in sole siccatæ, & subtilissimè tritæ vel eiusdē testiculi, ʒ. ii. misce: huius pulueris cap. ʒ. i. cū decocto hordei, aut sero lactis per multos dies continuando. Idem præstat vesica mustellæ, cinis scorpionū, pul. cancr. fluuiatilium, & marinorū, cinis testarū ouorū à quibus pulli recens exclusi fuerint pari pōdere, aselli, vermes terreni, guttur gallinæ, capi, testiculi leporis, & eius cerebrū, pondo ʒ. i. aut trium, astaci cum decocto aperiente vt horū vis eo perducatur: succinum quoque modo sumatur: virga aurea, arthemisia, perdicium seu parietaria: Cinis corticis fraxini pōdo ʒ. i. cum vino bibitus Ischuriam sanat. Oleum vitrioli in parua quantitate sumptum vel aliis remediis mixtum, & aquarum sponte nascentiū chalcanti (vt alias diximus) vsus, valet.

*De exter-
nis.*

Pediculus, aut cimex, aut granulum salis foramini pudendi inditum stimulat facultas retentrix, hinc vrina retenta profilit. Si non profuerint indatur cātheter aut algalia, vel iuncus, vel candela ex cera & filo contorte parata omnium tutissima. Si hæc symptomata ex inflammatione aut phlegmone fuerint, non vtendum algalia, quia per eam vesicæ ceruix adeo constringitur, vt immitti non possit sine magno dolore & cruciatu. Satius fuerit sequentia tentare quæ vias dilata-

℞. Rad. althææ, ꝑ. ii. rad. liliorum alborum, & personatæ, sem. lini & fœnugræci, bac. lauri, & iuniperi, nucleorum aliorum, singul. ꝑ. i. herbarum parietariæ, silymbrii aquatici, maluarum, violarum, & betonicæ, singul. m. i. florum sambuci, chamæmeli, meliloti, nymphææ, & rosarum rub. singul. m. ꝑ. sem. 4. frig. ma. singul. ꝑ. 3. ꝑ. coque in aqua suffi. pro fotu perinæi & pubis cum filtris, aut panno laneo denso potius quam spongia ob falsedinem, bis aut ter in die per horam continuando. Si dolor non cessat, & vrina non fluit, aucta dosi ingredientium paratur encathisma seu infessus, in quo maderat spatio vnus horæ ad vmbilicum vsque. Deinde propinetur potio refrigerans, & detergens præscripta, aut altera eiusdem facultatis, vt viis dilatatis à fotu, aut infessu eius vis ad vesicam vsque perueniat, & dolorem demulceat: sedato dolore & dilatatis viis, fluet vrina.

Fotus & infessus.

℞. Hordei mund. à cortice exteriori m. i. glycyrrhizæ rasæ & contusæ, ꝑ. vi. sem. 4. frig. ma. mund. singul. ꝑ. 3. ii. coquantur in sero lactis, ad lb. i. Dissolue muccag. sem. psyllii aqua rosarum extractæ ꝑ. ii. succini subtilissimè triti, ꝑ. 3. ꝑ. caphuræ, ꝑ. ii. opii, ꝑ. i. fiat iniectio: quæ si in vesicam non subit, contactu suo dolorem, & ardorem inflammationis compescere, & iuuare potest.

Iniectio dolorem & inflammationis ardentem sedans.

Vel huius loco iniiciatur lac muliebre, aut cuiusuis animalis recens multum adhuc tepens. A fotu aut infessu vtere sequenti linimento.

℞. Muccag. sem. psyllii & olei amygd. dul. aut violati, aut nymph. axungia gallinæ, singul. ꝑ. 3. i. sine coctura: in his dissolve pul. ꝑ. santalorum & rosarum rub. singul. ꝑ. 3. i. caphuræ, ꝑ. i. Ex hoc illine pubem cum perinæo tepidè. Vel huius loco admoue sequens cataplasma.

Linimentum

℞. Perdicii, i. parietariæ contusæ vel minutim incisæ m. Cataplasma. iiii. cum butyro in sartagine frigentur, & iisdem partibus cataplasmatibus instar admoueantur, & renouentur bis aut ter in die. Succus eius trium vnciarum pondere haustus, autore Matthiolo, suppressam vrinam mire prouocat, eademque super regulam calefacta, vinoque cretico irrorata, & pubi illita, calculosis, & vrinæ difficultati laborantibus mire auxiliatur, potissimum (inquit Fuchsius) si aliquid quod maiorem abstergendi vim habeat, admisceatur.

Viresparietaria.

Si vrina supprimitur ex intem. frigida, & humida, curabi-

Curatio si d

causa frigida. tur victu calfaciente & siccante, qualis descriptus fuit in curatione febris quotidianæ intermittentis primi Tract. pag. 87 ac remediis calfacientibus, & siccantibus, tam internis, quam externis, vt fotibus, balneis, &c. post scribendis.

Curatio si ab intemperie sicca. Si ab intemperie sicca hæc symptomata ducant originem: qualis sæpe accidit in acutis & colliquantibus febribus, curabitur victu humectante, clystere, & reliquis remediis internis & externis humectantibus in curatione febris hecticæ enunciatis, cap. 14. pag. 119. 120. 121. &c. primi Tract. huius operis.

Si præ nimio coitu. Si ex defectu humidi glandularum parastatarum, quæ ex nimio coitu solent exsiccari, curabitur alimentis euepeptis & eupeptis, & balneo aquæ dulcis, quiete, & iniectione in vesicam præscripta, vel lacte, vel decocto hordei, cum syrupo violato cum cathetere. Deinde inungere oportet pubem, & perinæum oleo è sem. cucurbitæ, quod etiam iniici potest in vesicam more aliorum præsidiorum.

Curatio si ex impuro coitu. Si ex impuro coitu, sanies virulenta vrinx meatum obturat, & eius excretionem intercipit. Contra, eius acrimonia, vesicæ facultatem expultricem vellicat, ita vt vrinam continere nõ possit, curabitur remediis iisdem quibus vlcus renum & vesicæ: nempe detergentibus, glutinantibus & epuloticis. Si his nõ curatur (præmissa venæ sectione & purgatione) veniendum ad hydroticas potiones, quæ comparari solent ex cortice, & ligno gaiacino, & sassafras: vel ex rad. chinæ, vel sarzæ parillæ, vel ligno buxæo pro agricolis, & huiusmodi farinæ hominibus qui amarorem non verentur: nec non ad emplastrum de ranis triplicato mercurio: vel ad vnguentum neapolitanum vulgo dictum, quod est huius mali alexipharmacum.

Curatio si ab intemperie humida. Si intemperies humida sphincteris paralytici peperit, ex qua subsequatur vrinx stranguria: curatio petenda erit ex cap. sequenti de vrinx incontinentia.

Curatio si ab obstructione sit. Quoniam obstructionum varix sunt causæ: sic pro earum varietate, medicatio est instituenda. Inter plurimas, duas assignabo tanquam præcipuas. Vnam referam ad intemperiem frigidam, alteram ad vrinx quantitatem. Hæc intemperies frigida, constringendo, torpidos reddit lumborum & ossis sacri neruos, qui ad vesicam perueniunt: hinc vrinx fluxus impeditur. Hæc causa rescinditur caloricis sumptis & admotis.

Si præ nimia vrinx quantitate, vesica distenditur, ac in se contrahitur, vt vrina excerni haud possit, algalia aut catheter in-

datur, ægro insidente genibus, & inclinato corpore. In hac figura algalia facilius inditur. Cōtra difficilius, eleuatis genibus sursum ad pubem vsque. Deinde manu comprimere oportet vesicam, & pubi ad mouere emplastrum de galbano, & iniicere clysterem calasticum in parua quantitate, ne plus iusto vesica comprimatur. Exonerato intestino, dolor fiet longè mitior.

Si à pituita crassa, lenta & viscida supprimitur vrina: curabitur victu, vomitu, & purgatione: quæ si à toto corpore in vrinæ meatum defluit, sumptis iniectis & admotis (modo nulla sit febris, aut inflammatio) curabitur. Imprimis aër sit calidus & siccus, qui si à natura talis non fuerit, arte comparetur, per ignem luculentum in ægri cubiculo. Pro potu vratur vino generoso, interdum aromate condito, quale hodie vulgus Hipocras nuncupat. Et si æger est abstemius, vratur decocto rad. chinæ, vel sarzæ parillæ, aut ligno sassafras, aut gaiacino dulcorato saccharo condito cinnamomo, aut hydrofaccharo si aulicus aut delicatus fuerit. Cibuserit boni succi & eupepti, assi potius quam elixi. Si cibis elixis delectatur æger, in illis eoquantur herbæ odoratæ. Improbantur allium, porrû, cepa, brassica, castanæ, carnes nigræ, duræ & glutinosæ, & pisces cœnosi & visciidi, & caseus, & legumina. Contra probantur napus, cappares, pisces saxatiles quales sunt lucius, perca, acipenser, locustæ, astaci, cancri fluuiatiles & marini. Panis sit similagineus optimè fermentatus, cum pauco salis, & anisi bene cœctus. Inter fructus conueniunt vuz damasc. exacinatæ & corinthiæ, nuclei pinci. Reliqui fructus veluti horarij, neque acetaria conueniunt. Somnus sit nocturnus aut matutinus, & non pomeridianus.

Curatio si à pituita.

Si exercitium interdicitur, fiant frictiones partium extremarum cum pammis calidis ante vtrunque partum: alius libera esse debet: animi pathemata (excepto gaudio) aduersantur. Anacharsis probatur, si æger est nau seabundus, & si pituita à toto corpore in ventriculum decrauerit ad reuulsionem. Sin minus & corpus caco chymum videtur, sequentibus cathartici vtendum.

Purgatio est duplex: vna anacharsis, altera catharsis.

℞. Massæ pilularum de hiera cum agarico, & alephanginarum vtriusque ℥.ii. cum succo porri, aut cum melle anthosafato fiant pilulæ vi. aut viii. quas cap. ab initio, sub horam 4. matutinam. Vel paratur sequens

Catapotia.

℞. Agarici troch. macerati in oxymellè simpl. vel in vino albo

Potio purgans.

infusi super cineres cal. Expressioni dissolue elect. Indi ma. ʒ. ʒ. decocti polypodii, carthami, sennæ orient. sem. anisi, betonicæ, arthemisiz, caryophyll. integrorum fiat potio summo mane propinanda. Si æger est pauper fiat sequens.

Balanus. ℥. Mellis cocti, ʒ. vi. salis gemmei, & muscerdæ vtriusque ʒ. ii. pul. hieræ cum agarico ʒ. i. fiat balanus sæpe iterandus. Vel paretur sequens clyster.

Clyster. ℥. Origani, calamenti, scordii, & arthemisiz, singul. m. i. bac. lauri, ʒ. iii. sem. 4. cal. ma. singul. ʒ. ii. summitatum anethi, & centaurii mi. vtriusque m. ʒ. coque in hydromelle ad ʒ. viii. Colaturæ dissolue bened. lax. & hieræ pachii, vtr. ʒ. ʒ. mellis mercur. & olei rutacei, vel scorpionum comp. aut amygd.

De vena sectione. amararum vtr. ʒ. i. ʒ. fiat clyster. Eo reiecto, si æger est iuuenis, & plethoricus, alienum haud erit mittere sanguinem in parua quantitate ex poplite, vel malleolo: ex Hip. locis citatis. Vel ex vena axillari dextra cum Auic. loco cit. presentaneum remedium ad liberandas obstructions. Interea cum laborantes nihil magis in votis habent, quam meire: pro stimulo foramini glandis inderetur pediculus, vel cimex, vel granulum salis, (vt dixi) pag. 706. Si his non meit, fiat sequens.

Iniectio in vesicam. ℥. Succu perdicii seu parietariæ depurati, ʒ. iii. succu limonium ʒ. ʒ. cum olei vitrioli ʒ. ʒ. fiat iniectio cum algalia seu cathetere in vesicam tepide, quæ sæpe iteretur.

Fomentū. ℥. Rad. helenii, & galangæ crassæ, vtriusque ʒ. i. rad. cyperei, & baccarum lauri, & iuniperi, sem. rutæ, & gallitrici, singul. ʒ. ʒ. herbarum parietariæ, m. ii. silymbrii aquatici, betonicæ, & arthemisiz, singul. m. i. summitatum anethi, rorisem. & florum chamæmeli, centaurii minoris, hyperici, & thymi, singul. m. ʒ. coque in aqua pro fotu perinæ & pubis cum filtris, ter aut 4. in die. Si hoc fotu æger non meit: huius dosis triplicetur & paretur encathisma in quo resideat per horam ante vtrunque partem, & cap. gummi guttæ gambæ grana viii. & ligni nephritici subtilissime læuigati ʒ. ii. aut ʒ. i. cum vino albo ægro adhuc in infessu sedente, vt dilatatis viis vrina liberius profluat.

Infessus. Exsiccato corpore, & ægro in suo cubili reposito, admoue sequens cataplasma.

Cataplasma. ℥. Parietariæ, m. ii. silymbrii aquatici, vel berulæ, m. i. frigentur in sartagine cum oleo scorpionum comp. & non simpliciter, aut oleo amygd. amararum fiat cataplasma iisdem partibus,

bus, ab infessu, aut foru tepidè applicandum, & sæpe renouandum. Vel

℞. Galbani, ℥. ii. extende super alutam iustæ magnitudinis in emplast. Quòd si in medio fuerit perforatum, vt veretrum transire possit, commodius admouebitur pubi & perinæo. Si parua quantitate pul. cantharidarum asperferis, potentius vrinas proliciet. Si vero magna quantitate, vesicam vlcera bit, & morbum conduplicabit.

Quoniam vbique gummi guttæ gambæ (ab incolis sic nominatum) à paucis est cognitum, & exploratum, in eius penuria præparetur vnus ex sequentibus pulueribus.

℞. Ligni nephritici ℥. iiii. maxillæ lucii, bac. hederæ, cineris astacorum, aut cancerorum fluuiatiliū singul. ℥. i. chalybis optimè præpar. & læuigatæ ℥. ii. aristol. longæ ℥. i. olei vitrioli ℥. ℞. fiat pul. subtilis vsui dicto. Vel

℞. Salis petræ, ℥. i. sulphuris, ℥. ii. sal in crufibulo auri fabrorū cum parte vna sulphuris, liquetur, & innatantes fæces reiice: Deinde reliquum sulphuris adde, & denuo fæces innatantes (dum mouentur spatula) reiice: sic continuando quandiu fæces euouerint: refrigerata sub. super marmor puluerizentur: & huius pul. da ægrotati ℥. i. cum succo vel decocto rad. rapæ, sedente in semicupio, vt dixi. Si neque his vrina non profluit, paretur sequens decoctum.

℞. Rad. fœniculi, petroselini, apii, & raphani agrestis, singul. ℥. i. calami arom. ℥. vi. herb. parietariæ, crithmi (Galli Basilles appellant) personatæ, orig. caprifolii, calamenti, arthemisiæ, plantag. & capill. commun. singul. m. i. passularum mund. iu. i. sebesten, singul. pa. viii. ficuum recēs siccatarū, pa. iiii. sem. carui, lithospermi, & dauci, singul. ℥. ii. glycyrrhizæ ℥. vi. florum rorism. hyperici, virgæ aureæ, & cicerū rub. singul. m. ℞. citreū malum per frustra dissectum: aquæ & vini albi, vtriusque ℞. i. ℞. sacch. ℥. iiii. omnia in vase vitreo diligèter obturato ne quid expiret inclusa, bulliant in balneo mariæ per horam. Colatura clarificetur & arom. nuce moschata in 4. 5. aut 6. doses bis in die sumendæ, quia morbus nō dat inducias, & accelerāda sunt remedia. Deinde sic purgabitur.

℞. Massæ pilularū cocciarum, & de sagapeno, vtriusque ℥. ℞. agarici troch. ℥. i. cum qxy melle scillitico, aut syrupo stœchadis, forma pil. vi. deauratas quas cap. post primum somnum. Si has deuorare nequit cap. sequentem potionem.

Potio phle-
smagoga.

℞. Agarici troch. ʒ. i. elect. diacarthami ʒ. vi. infundantur simul per noctem super cineres cal. in decocto polypodii, arthemisæ, scordii, sem. dauci cretici, florum, thymi, senæ mund. & caryoph. integr. Vel in parte vna decocti præscripti apozematis. Expressum detur summo mane. Deinde

Bolus.

℞. Terebinthinæ abietis decocto hordei lotæ, ʒ. vi. pul. vesicæ aprii, aut suillæ, ʒ. i. fiat bolus deuorandus cum obæliis horis tribus ante primum pastum. Vel

Alter bo-
lus.

℞. Theriacæ veteris & probatæ, aut mithridatii etiam probati, ʒ. iii. cum saccharo fiat bolus vt supra sumendus.

Linimentū.

℞. Succu nicotianæ, ʒ. ii. oleorum nicotianæ, & scorpiionum comp. & rutacei, vtr. ʒ. i. β. galbani, & opopanacis, vtr. ʒ. β. castorii, ʒ. ii. spicæ celticæ, & calami aro. vtriusque ʒ. i. bulliant omnia simul in phiala super cineres cal. ad succi termè cōsumpt. Colaturæ liqua terebinthinæ, aut balsami Liquidambar ab incolis nuncupati, ʒ. i. fiat linimentum quo pubes & perinæum post fotum aut infessum illinentur calidè, spatio horæ quadrantis. Huic linimento adde cantharid. ʒ. β. cucurbitæ iisdem partibus admotæ cum leni scarificatione iuuare

Decoctum
hydroticū.

possunt. Si neque his vrina non fluit ob humoris lentotem, & crassitiem, concedi potest decoctum sudorificum paratum ex decocto gaiaci, aut rad. chinæ, aut sarzæ parillæ, & ligno sassafras, quod non minus vrinas quam sudores mouet, quia materiam crassam, lentam, & viscidam incidunt, attenuant & absorbent. Denique tanquam ad sacram anchoram confugiendū ad aquas Chalcanteas si datur facultas, vel ad balnea naturalia, qualia sunt Aquisgrani Allobrogū: hæ aquæ sunt magnarum virium non solum calculosis, & vlceribus renum, & vesicæ, verum etiam ad obstructions aperiendas, ad vrinarum depulsionem. In omni remediorum genere componendo seu

Canon ob-
seruandus
in compo-
nendis re-
medijs.

interno, seu externo semper basis est constituenda, quæ tota substantia, aut qualitate manifesta, aut vtraque simul agat in affectum præter naturam, qui actiones interpellat, cui miscenda sunt quæ eius vires in partem male affectam deducant, & nonnulla alia quæ eius actionem meliorem reddant: denique alia quæ eius facultatem intendant, si imbecilla fuerit, atque alia quæ effrenem (si quæ sit) cōtemperent: exempli gratia, in his symptomatis curandis, si causa est frigida, quarta pars calidorum medicamentorum erit miscenda, ne partis calor insitus extingatur multitudine frigidorum. Contra, si causa effatrix est calida, paritor quarta pars frigidorum calidis præsi-

diis erit miscenda, ne partis vires exoluantur multitudine calidorum. Medium tenuere beati.

Si à tumore frigidus oritur, curabitur malactico, quibus aliqua digerentia calida sunt miscenda, vt in sequenti catapl. apparebit. *Curatio si à tumore.*

℞. Rad. althææ, bryoniæ, & liliorum alborum, singul. ℥. i. sem. lini, & scœnogr. vtriusque ℥. β. fol. brancæ vrinæ, & parietariæ, vtr. m. i. coque in aqua suffi. cum ficuum recētium, pa. iiii. magna pistetur in mortario, & cernetur super cribrum inuersum, tum recoque in parte vna colaturæ cum farinæ scœnogr. & pul. inulæ camp. florum chamæmeli, & iridis nostratis, singul. ℥. β. gummium galbani, & ammoniaci in altera parte colaturæ solutorum & ad mellis crassitudinem coctorum, vtriusque ℥. vi. axungie gallinæ, olei liliorum, & terebinthinæ, singul. q. s. fiat cataplasma pubi (vbi est tumor) tepidè applicandum, & quotidie renouandum. Per vices indetur iūcus, vel candela cerea cum filo retorto parata, & læuigata, quæ longè est vtilior algalia, aut cathetere, & minus lædit, si eam admittere potest, sic per eam fit vrinæ aditus, & vrinæ transcolari possunt. In tam ancipiti morbo, omnia sunt tentanda. Ante cataplasmatibus vsus, optimum erit fouere pubem & perinæum ex fotu malactico ac digerente, & si aluus non fluit, iniicere oportet clysterem altera pagina descriptum. Si ex rupto abscessu scaturit, & pus in vesicam retinetur, crassescit, & vrinam intercipit, tunc iniicienda erit iniectio parata ex decocto hordei, glycyrr. sem. maluæ, ficub. passulis exacinaris, & sebesten cum melle ros. Vel iniiciatur serū lactis, vel lac asininū tepidum. Deinde vtendum colleticis, i. glutinantibus, quibus puris acrimonia retunditur: hinc epuloticis, i. cicatricem inducentibus, tam sumptis quàm iniectis. Lac vacciniū chalybeatum, aut ad medias coctum, & iniectum, est optimum colleticum: cui si dissolueris amyllum, bolum armenam & similia, epuloticum medicamentum efficies. Si quis plura desiderat, euoluat quæ scripserunt Gal. Auic. & neoterici, & post hos, ipse cap. 14. partis 3. nostri Enchiridii.

Curatio si ex rupto abscessu.

℞. Sem. 4. frig. ma. mund. portul. & papaueris albi, singul. ℥. i. seminis althææ, & nucleorum pini recentium vtriusque ℥. ii. pul. elect. diatragac. frigidi recentis ℥. iiii. conseruæ rosarum siccæ ℥. vi. penidiarum ℥. ii. fiat pul. cui adde pul. vesicæ apri, vel suillæ ℥. iiii. cuius quotidie mane cap. ℥. iii. aut ℥. β.

Puluis.

cum syrupo viol. ꝑ. i. & hydromellis vel pisanæ ꝑ. ii. horis iii. ante pastum diu continuando.

Per vices vtatur terebinthina lota cum pul. præscripti ꝑ. ii. boli instar cum obzellis, vel cū hydromelle, aut syrupo capilli ven. Huic negotio plurimū commendatur aqua chalcanthez sponte nascētes, quia ocyllimè cluunt renes, & vesicā ab omni illuue. Si harū aquarum vsus interdicitur ob locorū distantia

*Curatio si de
gymno san-
guinis.*

vel æris cōstitutionē frigidā aut pluuiofam, vt edū erit troch. gordonij, deinde troch. de terra sigillata ad vlcis exsiccationem. Ex ictu, aut casu, aut magni oneris gestatione, aut equitatione succufante: si venæ emulgētes, vel quæ ad vesicā pertinent, rūpuntur, sanguinis pars serosior, sensim per vrinas reiecta: crassior verò sæpe coalescit, & ductū vrinæ obturat, sic ischuriam parit, nisi breui occurratur. Sanguis sic cōcretus in vesica, paria inducit symptomata qualia venenum, cum corporis angore, extremitatū frigiditate & lenta febricula, & sudore frigido circa frōtē, & ceruicē, inde mors cōsequitur. Aëtius li. ii. c. 27. hinc fit, vt cogamur (præter sequentia) cōfugere ad alexiteria, & cardiaca: nēpe ad lap. bezeardicū, theriacā, ad mithridarium, cōfē& alchermes, de hyacintho, pulcres diamoschi, diambra, de gēmis, &c. epithemata, & cōseruas cardiacas. Nūc ad pensum redeo. Si aluus non fluit supponetur clyster pag. 710. descriptus. Deinde mittatur sanguis ad reuulsionē ex axillari dextra: & paulo post ex poplite vel malleolo ad deriuationem: sic ægri vires conseruantur.

*Potio san-
guinem cō-
cretum dis-
soluens.*

℞. Arthemisæ orig. bethonicæ, singul. m. ꝑ. bac. lauri, ꝑ. ii. florum nymphææ, ꝑ. i. coque in aqua ad ꝑ. iii. oxymellis scillitici, ꝑ. i. coaguli hædi, aut cuniculi, ꝑ. i. fiat potio illico sumenda & iteranda si necessitas postulat. Deinde iniiciatur sequens iniectio, quæ idem præstat.

Iniectio.

℞. Decocti virgæ aureæ, scorzonæ, betonicæ, bac. lauri & spicæ celticæ, ꝑ. vi. dissolue oxymellis simpl. ꝑ. iii. succi limonū, ꝑ. i. olei vitrioli, ꝑ. i. fiat iniectio per siphonē in vesicā. Si fortiorē requiris, simplicia coquantur in lixiuio æri. Quinetiam huic negotio conueniunt fomenta, infessus, frictions, cucurbitæ, cataplasmata, vnguenta, emplastra & calorifica pag. 710. descripta. Si his grumus non dissoluitur, aperiatur perinæum nouacula iuxta eius futuram, & non supra eam (ne fiat vlcus immedicabile) ab aliquo experto chirurgo. Satius fuerit hanc viam tentare præmissis prognostico, quam presbyteris cadauer committere in supremum diem Iudicij.

Si à calculo vrina supprimitur, recurrendum ad ea quæ an-
 notavi cap. 69. pag. 679. quoniam præfente causa efficiente, *Curatio fit à calculo.*
 morbus curari nequit. Si calculus est magnus, præcipuum re-
 medium erit recurrere ad aliquem peritum lithotomum, qui
 calculû extrahat, eo extracto vrina effluet & liberabitur æger.
 At si parvus, & mollis fuerit, qui vrethram obstruat, lithoto-
 mia non erit necessaria, sed mitioribus erit vtendum: videlicet
 comprimere penem & ceruicem manu: sic contritus vna cum
 vrina effluet. Si fieri nequit, dissolui poterit, iniecta iniectione
 parata ex succo raphani cum pauco succi limonum corpore
 inflexo vt monui. Si verò paulo grandior fuerit per algaliã in
 vesicã est repellendus, vt vrinæ pateat aditus, præmissis cly-
 stere, si alius non fluxerit, & fotu ex malacticis composito.

Si vitio renum vrina supprimitur, vel quia ad se serum non *Curatio fit vitio renũ.*
 attrahunt, vel quia intercepta est via, vrina non transmittitur
 in vesicã, sed in abdomen, hinc hydrops ascites nuncupa-
 tus. In huius curatione algalia frustra tentatur, & reliqua re-
 media supra annotata: sed veniendum ad causã & causæ
 principium vt loquitur Hip. lib. 2. epid. ad finem sect. 4. Syl-
 uam remediorum reperies cap. de Ascite.

Caruncula, à Græcis Υδροσπικωσις nominata, nihil aliud est, *Curatio fit à caruncula.*
 quam carnis excrementia in vrethra enata, ab vlcere virulen-
 to præpostere curato, quæ vrinã intercipit, aut cum difficul-
 tate, & labore reijcitur. Huius curationem delineauit Hip.
 aphor. 82. sect. 4. Οκώσοισιν εἰ τῆ ἕρθηρι φύμα φύεται, τὸ τίσισι Διγ-
 πύσσαλος ἢ ἰκτραγῶλος λύσις: i. Quibus in meatu vrinario nasci-
 tur tuberculum, eo suppurato & rupto, solutio. Et prænotio-
 ne 473. cap. 22. κοακάρων ὅσοι δὲ φύμα παρὶ τῆ κύστι το παρέχον
 τὴν δυσουρίαν, παρὶ τοῦ ἰκτραγῶλος ὀχλῶσις: λύσις δὲ τῆ γίνεταρ
 πὸς ἐγγῆλος: i. At quibus tuberculum est circa vesicã, quod
 exhibet Dysuriam: quouis illimodo sint collocati, torquen-
 tur: sanatio huius atque libertas fit pure prorupto. Cum hæc
 caruncula à natura vinci nequit, necesse est, vt curetur cathe-
 reticis post scribendis aut similibus præmissa purgatione vni-
 uersali, & topicis compositis ex malacticis, rarefacientibus,
 cum arcoticis, quæ carunculã emolliant, relaxent, & rarefa-
 ciant: qualia sint cap. 7. partis 3. nostri Enchiridii diximus. De
 cathareticis quoque cap. 15. eiusdem partis egimus.

℞. Æruginis, auripigmenti, vitrioli, & aluminis rupæ, sing. Pul. cath-
 ʒ. ii. perfusa aceto acerrimo, super marinor cum lapide du-
 reticus.

tili tenuiffimè læuigentur: deinde foli ardenti, aut hypocausto ficcentur. Pul. denno 3. 4. 5. 6. 7. & 9. aceto acris affusus, ficcatus & puluerizatus vsui feruetur. Hac arte acrimonia tollitur & virtus hic expetita feruatur.

℞. Olei rosati, ℥. 4. lithargyri auri loti sub. triti ℥. ii. coque in emplastrum, cui extra ignem inijce pul. præscripti ℥. ii. aut ℥. i. β. si corpus est imbecillum. Ex hac massa forma candelas cum filo contorto læuigatas, quæ (reiecta vrina) in vethram introducantur, filo alligatæ, vt ex animi voto retrahi possint, quoties æger meire voluerit: sic continuando dum exesa fuerit caruncula. Vel

Linimentum

℞. Olei amygd. dul. ℥. ii. ceræ albæ ℥. iii. hac liquata extra ignem inijce pul. præscripti, & pompholigis veræ & non tutiæ, vtr. ℥. ii. fiat linimentum in quo turundæ duræ ex panno lineo paratæ mergantur, vel cooperiantur filo suspensæ quæ per algaliæ argenteam aut plumbeam argento viuo illitam ad carunculam vsque deducantur, & retrahantur quoties meire voluerit, & vrina reiecta nouæ turundæ vt priores indantur: sic continuando dum caruncula profus exesa apparebit. Si hoc remedium carunculam non exedit, algalia, aut cathetere dirumpere oportet. Sedato dolore, & sanguinis fluore, si quis fuerit, candela cerea alba indetur, & maneat per multos dies noctesque. Ea extracta curiosè est prospiciendum in qua parte fuerit compressa, circa quam conducendum erit remedium. His remediis foelici successus usus in Canonico huius vrbis anno à Christo nato 1578. nomine Chabor. Mercatus Regis Hispaniæ Medicus refert suum escharoticum ad quendam Lusitanum, cuius nomen subtrahit. Exesa, caruncula, aut rupta, ad cicatricem perducatur sequenti epulotico.

Vng. epulotico.

℞. Lithargyri auri ℥. i. olei ros. & succi solani aut plant. vtr. q. s. nutriantur in mortario plumbeo cum boli Armenæ, pompholigis, cerusæ & plumbi cum mercurio præparati vt alias docui singul. ℥. ii. fiat vnguentum quo illinentur turundæ carunculæ exesæ, aut ruptæ admouendæ & iterandæ donec vlcus ad cicatricem perductum fuerit. In hoc vnguento acetum non conuenit, quia sua acrimonia vlcus exasperat & mordicat.

De Urina Incontinentia.

C A P. L X X V.



VRINÆ Incontinentiam, Græci ἐνὸρρολον appellant. Est pariter symptoma de genere excretorum, vt stranguria, dysuria atque ischuria: quæ nihil aliud est quam vrinæ præter voluntatem excretio. Distat à diabete situ: in eo quod hic propriè sit affectus renum: illa verò est affectus sphincteris vesicæ. Causæ sunt multiplices, quarum aliæ sunt euidentes, vt casus, ictus, imperitia lithotomi, vrinatio in aqua frigida, aut longa sessio super lapidem frigidum. Aliæ causæ sunt internæ, veluti falsa imaginatio in somnio, aut intemperies frigida & humida totius corporis, vel musculi vesicæ, ex qua fit paralytis: vel imbecillitas facultatis retentricis vesicæ, qualis obseruatur in senibus, defectu caloris insiti, vel à multitudine excrementorum quibus abundant: Alias compressu vesicæ ab imprægnatione: alias à fœcibus induratis, comprimendo vesicam: alias à luxatis vertebris nullo dolore vesicam infestante, vt obseruauit Gal. lib. 6. locorum affectorum cap. 4. Huic malo obnoxii sunt pueri ab anno septimo, ad decimum quintum, & senes vt annotauit Hip. prænotione 471. lib. coacarum. Ο δὲ ἄρστος ἔπος ἀπτεται τῶν παιδῶν, μάλικα τ' ἐπὶ ἐπίαι, ἑστὰν πεντεκάδεκατα γίνεται: i. Hæc morbi species, potissimum septennes pueros inuadit, donec decimum quintum ætatis annum attigerint.

De causis.

Qui prænotiensi.

Signa per se sunt satis nota, quæque ab ægro, vel à domesticis disci possunt. Hip. prænotione 474. coacarum sic vaticinatur οἷσι λαθάνει τὸ ὄρον ὑπερῶπιον ἐς τὸ αἰδοῖον: ἐκλύουσαι ἀέλιπτοι: i. Quibus vrina clam illabatur ad pudendum: exoluuntur desperati. Reuulsio pudendi est laboris grauissimi argumentum, ac periculum testatur mortiferum. Si senibus acciderit, est immedicabilis, & tabem accersit, si perseuerat. Curatur iisdem remediis quibus dysuria, aut ischuria, quæ fit à paralyti aut ex vesicæ imbecillitate, seu à causa frigida ortis. Victu nēpe & remediis calidis & siccis tā in sumendis quā ad mouendis: imprimis aër sit calidus & siccus, (& non pluuiosus, caliginosus,

Curatio.

opacus aut frigidus) qui si talis non fuerit, arte comparetur. Pro potu vtatur decocto sarzæ parillæ aut ligno sassafras cum saccharo, cinnamomo condito. Si pauper, vtatur hydromelle, aut ptisana. Si vino abstinere non potest, aut eius vires plus iusto sunt deiecta, vtatur vino tortiuo aqua chalybeata diluto. Sitim quantum fieri poterit ferat, & maximè inter duos partus: inædiam colat, vt redundans humiditas paulatim absumatur. Interim vtatur pane biscocto cum sem. anisi, aut saltem ante ignem siccato, & carnibus boni succi assis, præcipuè in cœna, & prandio elixis cum maiorana, roremarino, saturia, hyssopo, aut thymo. Cœna sit frugalior prandio, & pro bellariis vtatur uis damascenis cum acinis, uis corinthiacis & auellanis, aut amygdalis dulcibus assatis, & piris coctis aspersis aniso saccharato. Alius fluida esse debet, & uenus nulla. Somnus, uigilia & exercitium moderata esse debent: Animi pathemata (præter excandescentiam) sunt uitanda.

*De uenæ
sectiōe.*

Venæ sectio improbat, nisi causa efficiens sit ictus, aut casus, aut corpus fuerit plethoricum, aut iuuenile, aut à suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus, idque in parua quantitate ex poplite, aut talo: vt uult Gal. loco citato. Diuretica calida in 2. aut 3. ordine non conueniunt: quod serum à toto corpore in uesicam deducunt: quorum loco & corpus si fuerit cacochymum utere sequentibus.

De purgatiōe.

℞. Nardi Ind. minutim incisa, ℥. β. myrobal. citrearum, & cepularum oleo amygd. dul. confricatarum, & agarici troch. singul. ℥. ii. catholici, ℥. vi. infundantur omnia simul in decocto betonicæ, origani, carthami, sennæ mund. anisi & caryophyllis duobus integris, per noctem super cineres cal. Expressum detur summo mane. Vel huius loco cap. sequentes pilulas.

Catapota.

℞. Massæ pilularum de hiera cum agarico, & aggregatiuarum, vtr. ℥. ii. cum melle rosato, formæ pilulas vi. deauratas quas cap. post primum somnum. Vel harum loco vtatur pil. alephanginis, de mastiche, aut similibus quæ constringendo purgant & viscera corroborant. Deinde

Apozema.

℞. Sarzæ parillæ minutim incisa, ℥. i. ligni sassafras, & rad. cyperi, vtr. ℥. β. glycyrrh. ℥. vi. fol. rorism. pulegii, origani, perdicii, i. parietariæ, vlmariæ, & taxi barbati, singul. m. i. rosarum rub. & stæch. Arabici, vtr. m. β. uuarum damasc. integrarum

pa. x. mixarum pa. vi. sem. carui, dauci & anisi, singul. ʒ. iii. florum hyperici, sambuci, & thymi, singul. p. i. singula quo decet ordine bulliant in fictili vitrato angusti oris cum aquæ lb. 4. ad tertias. Colatura clarificetur cum syrups conseruat. corticis citrii, ʒ. iii. vel 4. aromar. cinnamo. pro 4. matutinis. Tum

Iterentur potio purgans, vel pilulæ præscriptæ, cap. finito apozemate.

℞. Theriacæ veteris & probatæ, aut mithridatii, & conseruæ florum rorism. aut stœchadis, aut saluix, aut myrobalarum conditarum, aut corticis citrij conditæ vtriusque ʒ. ii. cum sacch. fiat bolus sequenti die à purgatione deuorandus. *Bolus.*

℞. Rad. ialap, & mechoacam, vtr. ʒ. i. rhab, & cinnamo. & cerebri leporis siccati, aut gutturis galli vsti & triti, singul. ʒ. i. fiat pul. cuius cap. mediam partem cum vino albo, & alteram post quattriduum. Hic pul. reuellit humores à vesica in podicem. Si his non conualuerit, vtatur sequentibus. *Puluis.*

℞. Rad. chinæ recentis & non cariosæ in taleolas dissectæ, ʒ. iiii. ligni sassafras minutim incisi, ʒ. i. aquæ, lib. 8. Infundantur per noctem super cineres cal. in fictili: Deinde coquantur ad tertias: sub finem inijce vini albi, lb. i. glycyrrh. recentis rasæ & contusæ, ʒ. i. ʒ. vuarum damasc. integrarum, patia xii. Si pro diuitibus comparatur, loco glycyrrh. dulcoretur sacch. & condiatur cinnamo. cap. mane hora 4. & secunda pomeridiana ʒ. v. pro dosi, sudando per horam, aut sesquialteram in lecto, aut conopeo in id parato. Corpore siccato, quiescat per horam. Prandebit hora 8. & cœnabit hora 6. sic per multos dies continuando, donec intemp. frigida & humida emendetur, & æger in meliorem statum redeat. *Decoctum sudorificū.*

℞. Sarzæ parillæ minutim incisæ, ʒ. ii. aquæ, lib. 9. coque in eodem fictili ad duarum lb. aquæ consumptionem. Paulo ante finem inijce vuas damasc. & glycyrrhizam pari pondere vt supra. Vel colatura dulcoretur saccharo, & condiatur cinnamomo, præ potu ordinario. Si æger est pauper aut agricola, parentur vtrumque decoctum ex ligno indico quod vilius emitur, & cum melle despumato. Nutriatur carnibus boni succi, assis, potius quam elixis, nisi diebus purgatio-

infusi super cineres cal. Expressioni dissolue elect. Indi ma. ʒ. ʒ. decocti polypodii, carthami, sennæ orient. sem. anisi, betonicæ, arthemisiæ, caryophyll. integrorum fiat potio summo mane propinanda. Si æger est pauper fiat sequens.

Balanus. ʒ. Mellis cocti, ʒ. vi. salis gemmei, & muscerdæ vtriusque ʒ. ii. pul. hieræ cum agarico ʒ. i. fiat balanus sæpe iterandus. Vel paretur sequens clyster.

Clyster. ʒ. Origani, calamenti, scordii, & arthemisiæ, singul. m. i. bac. lauri, ʒ. iii. sem. 4. cal. ma. singul. ʒ. ii. summitatum anethi, & centaurii mi. vtriusque m. ʒ. coque in hydromelle ad ʒ. viii. Colaturæ dissolue bened. lax. & hieræ pachii, vtr. ʒ. ʒ. mellis mercur. & olei rutacei, vel scorpionum comp. aut amygd.

De vene sectione. amararum vtr. ʒ. i. ʒ. fiat clyster. Eo reiecto, si æger est iuuenis, & plethoricus, alienum haud erit mittere sanguinem in parua quantitate ex poplite, vel malleolo: ex Hip. locis citatis. Vel ex vena axillari dextra cum Auic. loco cit. præsentaneum remedium ad liberandas obstructions, Interea cum laborantes nihil magis in votis habent, quam meire: pro stimulo foramini glandis indetur pediculus, vel cimex, vel granulum salis, (vt dixi) pag. 706. Si his non meit, fiat sequens.

Iniectio in vesicam. ʒ. Succi perdicii seu parietariæ depurati, ʒ. iii. succi limonium ʒ. ʒ. cum olei vitrioli ʒ. ʒ. fiat iniectio cum algalia seu cathetere in vesicam tepide, quæ sæpe iteretur.

Fomentum. ʒ. Rad. helenii, & galangæ crassæ, vtriusque ʒ. i. rad. cyperei, & baccarum lauri, & iuniperi, sem. rutæ, & gallitrici, singul. ʒ. ʒ. herbarum parietariæ, m. ii. silymbrii aquatici, betonicæ, & arthemisiæ, singul. m. i. summitatum anethi, rorisism. & florum chamæmeli, centaurii minoris, hyperici, & thymi, singul. m. ʒ. coque in aqua pro fotu perinæi & pubis cum filtris, ter aut 4. in die. Si hoc fotu æger non meit: huius dosis triplicetur & paretur encathisma in quo resideat per horam ante vtrunque partum, & cap. gummi guttæ gambæ grana viii. & ligni nephritici subtilissime læuigati ʒ. ii. aut ʒ. i. cum vino albo ægro adhuc in infessu sedente, vt dilatatis viis vrina liberius profluat.

Infessus. Exsiccato corpore, & ægro in suo cubili reposito, admoue sequens cataplasma.

Cataplasma. ʒ. Parietariæ, m. ii. silymbrii aquatici, vel berulæ, m. i. frigentur in sartagine cum oleo scorpionum comp. & non simpliciter, aut oleo amygd. amararum fiat cataplasma iisdem partibus,

bus, ab infessu, aut fotu tepidè applicandum, & sæpe renouandum. Vel

℞. Galbani, ℥. ii. extende super alutam iustæ magnitudinis in emplast. Quòd si in medio fuerit perforatum, vt veretrum transire possit, commodius admouebitur pubi & perinæo. Si parua quantitate pul. cantharidarum asperferis, potentius vrinas proluciet. Si vero magna quantitate, vesicam vlcerabit, & morbum conduplicabit.

Quoniam vbique gummi guttæ gambæ (ab incolis sic nominatum) à paucis est cognitum, & exploratum, in eius penuria præparetur vnus ex sequentibus pulueribus.

℞. Ligni nephritici ℥. iiii. maxillæ lucii, bac. hederæ, cineris astacorum, aut cancerorum fluuiatilium singul. ℥. i. chalybis optimè præpar. & læuigatæ ℥. ii. aristol. longæ ℥. i. olei vitrioli ℥. ℥. fiat pul. subtilis vsui dicto. Vel

℞. Salis petræi, ℥. i. sulphuris, ℥. ii. sal in crusibulo auri fabrorum cum parte vna sulphuris, liquetur, & innatantes fæces reiice: Deindereliquum sulphuris adde, & denuo fæces innatantes (dum mouentur spatula) reiice: sic continuando quandiu fæces euouerint: refrigerata sub. super marmor puluerizentur: & huius pul. da ægrotati ℥. i. cum succo vel decocto rad. rapæ, sedente in semicupio, vt dixi. Si neque his vrina non profluit, paretur sequens decoctum.

℞. Rad. fœniculi, petroselini, apii, & raphani agrestis, singul. ℥. i. calami arom. ℥. vi. herb. parietariæ, crithmi (Galli Basilles appellant) personatæ, orig. caprifolii, calamenti, arthemisiæ, plantag. & capill. commun. singul. m. i. passularum mund. iu. iub. sebesten, singul. pa. viii. ficuum recēs siccatarū, pa. iiii. sem. carui, lithospermi, & dauci, singul. ℥. ii. glycyrrhizæ ℥. vi. florum torism. hyperici, virgæ aureæ, & cicerū rub. singul. m. ℥. citreū malum per frustra dissectum: aquæ & vini albi, vtriusque ℥. i. ℥. sacch. ℥. iiii. omnia in vase vitreo diligēter obturato ne quid expiret inclusa, bulliant in balneo mariæ per horam. Colatura clarificetur & arom. nuce moschata in 4. 5. aut 6. doses bis in die sumendæ, quia morbus nō dat inducias, & accelerāda sunt remedia. Deinde sic purgabitur.

℞. Massæ pilularū cocciarum, & de sagapeno, vtriusque ℥. ℥. agarici troch. ℥. i. cum qxy melle scillitico, aut syrupo stœchadis, forma pil. vi. deauratas quas cap. post primum somnum. Si has deuorare nequit cap. sequentem potionem.

*Potio phleg-
magoga.*

℞. Agarici troch. ℥. i. elect. diacarthami ℥. vi. infundantur simul per noctem super cineres cal. in decocto polypodii, arthemisiæ, scordii, sem. dauci eretici, florum, thymi, senne mund. & caryoph. integr. Vel in parte vna decocti præscripti apozematis. Expressum detur summo mane. Deinde

Bolus.

℞. Terebinthinæ abietis decocto hordei lotæ, ℥. vi. pul. vesicæ aprii, aut suillæ, ℥. i. fiat bolus deuorandus cum obæliis horis tribus ante primum pastum. Vel

*Alter bo-
lus.*

℞. Theriacæ veteris & probatæ, aut mithridatii etiam probati, ℥. iii. cum saccharo fiat bolus vt supra sumendus.

Linimentū.

℞. Succu nicotianæ, ℥. ii. oleorum nicotianæ, & scorpionum comp. & rutacei, vtr. ℥. i. β. galbani, & opopanacis, vtr. ℥. β. castorii, ℥. ii. spicæ celticæ, & calami aro. vtriusque ℥. i. bulliant omnia simul in phiala super cineres cal. ad succi termè cōsumpt. Colaturæ liqua terebinthinæ, aut balsami Liquidambar ab incolis nuncupati, ℥. i. fiat linimentum quo pubes & perinæum post forum aut infessum illinentur calidè, spatio horæ quadrantis. Huic linimento adde cantharid. ℥. β. cucurbitæ iisdem partibus admotæ cum leni scarificatione iuuare possunt. Si neque his vrina non fluit ob humoris lentorem, & crassitiem, concedi potest decoctum sudorificum paratum ex decocto gaiaci, aut rad. chinæ, aut sarzæ parillæ, & ligno sassafras, quod non minus vrinas quam sudores mouet, quia materiam crassam, lentam, & viscidam incidunt, attenuant & ab-

*Decoctum
hydroticū.*

forbent. Denique tanquam ad sacram anchoram confugiendū ad aquas Chalcanteas si datur facultas, vel ad balnea naturalia, qualia sunt Aquisgrani Allobrogū: hæ aquæ sunt magnarum virium non solum calculosis, & vlceribus renum, & vesicæ, verum etiam ad obstructions aperiencias, ad vrinarum depulsionem. In omni remediorum genere componendo seu

*de bilncis
& aquis
viriolatis.*

*Canon ob-
seruandus
in compo-
nendis re-
medijs.*

interno, seu externo semper basis est constituenda, quæ tota substantia, aut qualitate manifesta, aut vtraque simul agat in affectum præter naturam, qui actiones interpellat, cui miscenda sunt quæ eius vires in partem male affectam deducant, & nonnulla alia quæ eius actionem meliorem reddant: denique alia quæ eius facultatem intendant, si imbecilla fuerit, atque alia quæ effrenem (si quæ sit) cōtemperent: exempli gratia, in his symptomatis curandis, si causa est frigida, quarta pars calidorum medicamentorum erit miscenda, ne partis calor insitus extinguatur multitudine frigidorum. Contra, si causa effectrix est calida, paritor quarta pars frigidorum calidis præsi-

diis erit miscenda, ne partis vires exoluantur multitudine calidorum. Medium tenuere beati.

Si à tumore frigido oritur, curabitur malacticis, quibus aliqua digerentia calida sunt miscenda, vt in sequenti catapl. apparebit. *Curatio si à tumore.*

℞. Rad. althææ, bryoniæ, & liliorum alborum, singul. ℥. i. sem. lini, & fœnuigr. vtriusque ℥. β. fol. brançæ vrinæ, & parietariæ, vtr. m. i. coque in aqua suffi. cum fœuum recētium, pa. *Cataplasma.*
 iiii. magma pistetur in mortario, & cernetur super cribrum inuersum, tum recoque in parte vna colaturæ cum farinæ fœnuigr. & pul. inulæ camp. florum chamæmeli, & iridis nostratis, singul. ℥. β. gummium galbani, & ammoniaci in altera parte colaturæ solutorum & ad mellis crassitudinem coctorum, vtriusque ℥. vi. axungix gallinæ, olei liliorum, & terebinthinæ, singul. q. s. fiat cataplasma pubi (vbi est tumor) tepidè applicandum, & quotidie renouandum. Per vices indetur iūcus, vel candela cerea cum filo retorto parata, & læuigata, quæ longè est vtilior algalia, aut cathetere, & minus lædit, si eam admittere potest, sic per eam fit vrinæ aditus, & vrinæ transcolari possunt. In tam ancipiti morbo, omnia sunt tentanda. Ante cataplasmatum vsum, optimum erit fouere pubem & perinæum ex foru malactico ac digerente, & si aluus non fluit, iniicere oportet clysterem altera pagina descriptum. Si ex rupto abscessu scaturit, & pus in vesicam retinetur, crassescit, & *Curatio si ex rupto abscessu.*
 vrinam intercipit, tunc iniicienda erit iniectio parata ex decocto hordei, glycyr. sem. malux, sicub. passulis exacinatis, & sebesten cum melle ros. Vel iniiciatur serū lactis, vel lac asininū tepidum. Deinde vtendum colleticis, 1. glutinantibus, quibus puris acrimonia retunditur: hinc epuloticis, 1. cicatricem inducentibus, tam sumptis quàm iniectis. Lac vaccinū chalybeatum, aut ad medias coctum, & iniectum, est optimum colleticum: cui si dissolueris amyllum, bolum armenam & similia, epuloticum medicamentum efficies. Si quis plura desiderat, euoluat quæ scripserunt Gal. Auic. & neoterici, & post hos, ipse cap. 14. partis 3. nostri Enchiridii.

℞. Sem. 4. frig. ma. mund. portul. & papaueris albi, singul. *Puluis.*
 ℥. i. seminis althææ, & nucleorum pini recentium vtriusque ℥. ii. pul. elect. diatragac. frigidi recentis ℥. iii. conserux rosarum sicæ ℥. vi. penidiarum ℥. ii. fiat pul. cui adde pul. vesicæ apri, vel suillæ ℥. iiii. cuius quotidie mane cap. ℥. iii. aut ℥. β.

cum syrupo viol. ꝯ. i. & hydromellis vel ptisanæ ꝯ. ii. horis iii. ante pastum diu continuando.

Per vices vtatur terebinthina lota cum pul. præscripti ꝯ. ii. boli instar cum obæliis, vel cū hydromelle, aut syrupo capilli ven. Huic negotio plurimū commendatur aquæ chalcanthez sponte nascētes, quia ocysimè eluunt renes, & vesicā ab omni illuue. Si harū aquarum vsus interdicitur ob locorū distantia

*Curatio si à
grano san-
guinis.*

vel aëris cōstitutionē frigidā aut pluuiosam, vt edū erit troch. gordonij, deinde troch. de terra sigillata ad vlcēris exsiccationem. Ex ictu, aut casu, aut magni oneris gestatione, aut equitatione succufante: si venæ emulgētes, vel quæ ad vesicā pertinent, rūpuntur, sanguinis pars serosior, sensim per vrinas reiecta: crassior verò sæpe coalescit, & ductū vrinæ obturat, sic ischuriam patit, nisi breui occurratur. Sāguis sic cōcretus in vesica, paria inducit symptomata qualia venenum, cum corporis angore, extremitatū frigiditate & lenta febricula, & sudore frigidus circa frōtē, & ceruicē, inde mors cōsequitur. Aëtius li. ii. c. 27. hinc fit, vt cogamur (præter sequentia) cōfugere ad alexiteria, & cardiaca: nēpe ad lap. bezeardicū, theriacā, ad mithridarium, cōfēct. alchermes, de hyacintho, pulueres diamoschi, diambra, de gēmis, & c. epithemata, & cōseruas cardiacas. Nūc ad pensum redeo. Si alius non fluit supponetur clyster pag. 710. descriptus. Deinde mittatur sanguis ad reuulsionē ex axillari dextra: & paulo post ex poplite vel malleolo ad deriuationem: sic ægri vires conseruantur.

*Potio san-
guinem cō-
cretum dis-
soluens.*

℞. Arthemisæ orig. bethonicæ, singul. m. β. bac. lauri, ꝯ. ii. florum nymphææ, ꝯ. i. coque in aqua ad ꝯ. iii. oxymellis scillitici, ꝯ. i. coaguli hædi, aut cuniculi, ꝯ. i. fiat potio illico sumenda & iteranda si necessitas postulat. Deinde iniiciatur sequens iniectio, quæ idem præstat.

Iniectio.

℞. Decocti virgæ aureæ, scorzonæræ, betonicæ, bac. lauri & spicæ celticæ, ꝯ. vi. dissolue oxymellis simpl. ꝯ. iii. succi limonū, ꝯ. i. olei vitrioli, ꝯ. i. fiat iniectio per siphonē in vesicā. Si fortio-rem requiris, simplicia coquantur in lixiuio æri. Quinetiam huic negotio conueniūt fomenta, infessus, frictions, cucurbitæ, cataplasmata, vnguenta, emplastra & calorifica pag. 710. descripta. Si his gramus non dissoluitur, aperiatur perinæum nouacula iuxta eius futuram, & non supra eam (ne fiat vlcus immedicabile) ab aliquo experto chirurgo. Satius fuerit hanc viam tentare præmissis prognostico, quam presbyteris cada-uer committere in supremum diem Iudicij.

Si à calculo vrina supprimitur, recurrendum ad ea quæ an- Curatio f. à
calculo.
notauit cap. 69. pag. 679. quoniam præfente causa efficiente, morbus curari nequit. Si calculus est magnus, præcipuum remedium erit recurrere ad aliquem peritum lithotomum, qui calculû extrahat, eo extracto vrina effluet & liberabitur æger. At si paruus, & mollis fuerit, qui vrethram obstruat, lithotomia non erit necessaria, sed mitioribus erit vtendum: videlicet comprimere penem & ceruicem manu: sic contritus vna cum vrina effluet. Si fieri nequit, dissolui poterit, iniecta iniectione parata ex succo raphani cum pauco succi limonum corpore inflexo vt monui. Si verò paulo grandior fuerit per algaliã in vesicã est repellendus, vt vrinæ pateat aditus, præmissis clystere, si alius non fluxerit, & fotu ex malacticis composito.

Si vitio renum vrina supprimitur, vel quia ad se serum non Curatio f.
vitio renũ.
attrahunt, vel quia intercepta est via, vrina non transmittitur in vesicã, sed in abdomen, hinc hydrops ascites nuncupatus. In huius curatione algalia frustra tentatur, & reliqua remedia supra annotata: sed veniendum ad causã & causæ principium vt loquitur Hip. lib. 2. epid. ad finem sect. 4. Syluam remediorum reperies cap. de Ascite.

Caruncula, à Græcis ὤσθρακισις nominata, nihil aliud est, Curatio f. à
caruncula.
quam carnis ex crescentia in vrethra enata, ab vlcere virulento præpostere curato, quæ vrinã intercipit, aut cum difficultate, & labore reijcitur. Huius curationem delineauit Hip. aphor. 82. sect. 4. Ὀκώσισις ἐν τῇ ὑρήθρῃ φύμα φύεται, τῆ τῶσισι Διγ-
πήσαυλος ἢ ἐκράγυλος λύσις: i. Quibus in meatu vrinario nascitur tuberculum, eo suppurato & rupto, solutio. Et prænotione 473. cap. 22. coacatum ὅσοι δὲ φύμα φεῖ τῆ κύστι τὸ παρέχον
τῶ δυσουλίῳ, παλίοις χημάλια θύσις ὀχλῶσιαι: λύσις δὲ τῆ γίνεταρ
πὺς ἐκράγυλος: i. At quibus tuberculum est circa vesicã, quod exhibet Dysuriam: quouis illi modo sint collocati, torquentur: sanatio huius atque libertas fit pure prorupto. Cum hæc caruncula à natura vinci nequit, necesse est, vt curetur cathetericis post scribendis aut similibus præmissa purgatione vniuersali, & topicis compositis ex malacticis, rarefacientibus, cum areoticis, quæ carunculã emolliant, relaxent, & rarefaciant: qualia sint cap. 7. partis 3. nostri Enchiridii diximus. De cathetericis quoque cap. 15. eiusdem partis egimus.

℞. Æruginis, auripigmenti, vitrioli, & aluminis rupæ, sing. Pul. cathetericus.
℥.ii. perfusa aceto acerrimo, super matior cum lapide du-

ctili tenuissimè læuigentur: deinde soli ardenti, aut hypocausto siccentur. Pul. denuo 3. 4. 5. 6. 7. & 9. aceto acri affusus, siccatus & puluerizatus vsui seruetur. Hac arte acrimonia tollitur & virtus hic expetita seruetur.

℞. Olei rosati, ℥. 4. lithargyri auri loti sub. triti ℥. ii. coque in emplastrum, cui extra ignem iniice pul. præscripti ℥. ii. aut ℥. i. β. si corpus est imbecillum. Ex hac massa forma candelas cum filo contorto læuigatas, quæ (reiecta vrina) in vrethram introducantur, filo alligatæ, vt ex animi voto retrahi possint, quoties æger meire voluerit: sic continuando dum exesa fuerit caruncula. Vel

Linimentū

℞. Olei amygd. dul. ℥. ii. ceræ albæ 3. iii. hac liquata extra ignem iniice pul. præscripti, & pompholigis veræ & non turtiæ, vtr. 3. ii. fiat linimentum in quo turundæ duræ ex panno lineo paratæ mergantur, vel cooperiantur filo suspensæ quæ per algaliæ argentæ aut plumbeæ argento viuo illitam ad carunculam vsque deducantur, & retrahantur quoties meire voluerit, & vrina reiecta nouæ turundæ vt priores indantur: sic continuando dum caruncula profus exesa apparebit. Si hoc remedium carunculam non exedit, algaliæ, aut cathetere dirumpere oportet. Sedato dolore, & sanguinis fluore, si quis fuerit, candela cerea alba indetur, & maneat per multos dies noctesque. Ea extracta curiosè est prospiciendum in qua parte fuerit compressa, circa quam conducendum erit remedium. His remediis fœlici successu sum vsus in Canonico huius vrbs anno à Christo nato 1578. nomine Chabot. Mercatus Regis Hispaniæ Medicus refert suum escharoticum ad quendam Lusitanum, cuius nomen subticuit. Exesa, caruncula, aut rupta, ad cicatricem perducatur sequenti epulotico.

Vng. epuloticum.

℞. Lithargyri auri ℥. i. olei ros. & succi solani aut plant. vtr. q. s. nutriantur in mortario plumbeo cum boli Armenæ, pompholigis, cerusæ & plumbi cum mercurio præparati vt alias docui singul. 3. ii. fiat vnguentum quo illinentur turundæ carunculæ exesæ, aut ruptæ admouendæ & iterandæ donec vlcus ad cicatricem perductum fuerit. In hoc vnguento acetum non conuenit, quia sua acrimonia vlcus exasperat & mordicat.

De Urinæ Incontinentia.

CAP. LXXV.



VRINÆ Incontinentiam, Græci ἐνυρσιον appellant. Est pariter symptoma de genere excretorum, vt stranguria, dysuria atque ischuria: quæ nihil aliud est quam urinæ præter voluntatem excretio. Distat à diabete situ: in eo quod hic propriè sit affectus renum: illa verò est affectus sphincteris vesicæ. Causæ sunt multiplices, quarum aliæ sunt euidentiores, vt casus, ictus, imperitia lithotomi, vrinatio in aqua frigida, aut longa sessio super lapidem frigidum. Aliæ causæ sunt internæ, veluti falsa imaginatio in somnio, aut intemperies frigida & humida totius corporis, vel musculi vesicæ, ex qua fit paralytis: vel imbecillitas facultatis retentricis vesicæ, qualis obseruatur in senibus, defectu caloris insiti, vel à multitudine excrementorum quibus abundant: Alias compressu vesicæ ab imprægnatione: alias à fœcibus induratis, comprimendo vesicam: alias à luxatis vertebris nullo dolore vesicam infestante, vt obseruauit Gal. lib. 6. locorum affectorum cap. 4. Huic malo obnoxii sunt pueri ab anno septimo, ad decimum quintum, & senes vt annotauit Hip. prænotione 471. lib. coacarum. Ο δὲ παρὰ τὸς ἑπτα ἔτος ἀπὸ τῆς παιδείας, μάλιστα τ' ἐπὶ ἐπίων, ἵσταιν πεντηκίδιχταμα γίνεται: i. Hæc morbi species, potissimum septennes pueros inuadit, donec decimum quintum ætatis annum attigerint.

De causis.

Qui prænotens.

Signa per se sunt satis nota, quæque ab ægro, vel à domesticis disci possunt. Hip. prænotione 474. coacarum sic vaticinatur οἷσι λαυβάει τὸ ὕρον παρὰ τὸν ἄνδρα: ἐκλύοντα ἀεὶ ληπτῶσι: i. Quibus urina clam illabitur ad pudendum: exoluuntur desperati. Reuulsio pudendi est laboris grauissimi argumentum, ac periculum testatur mortiferum. Si senibus acciderit, est immedicabilis, & tabem accersit, si perseverat. Curatur iisdem remediis quibus dysuria, aut ischuria, quæ fit à paralyti aut ex vesicæ imbecillitate, seu à causa frigida ortis. Victu nèpe & remediis calidis & siccis tã in sumendis quã ad mouendis: imprimis aër sit calidus & siccus, (& non pluuiosus, caliginosus,

Curatio.

pa. x. mixerum pa. vi. sem. carui, dauci & anisi, singul. ʒ. iii. florum hyperici, sambuci, & thymi, singul. p. i. singula quo decet ordine bulliant in fictili vitrato angusti oris cum aquæ lb. 4. ad tertias. Colatura clarificetur cum syrapi conferuat. corticis citrii, ʒ. iii. vel 4. aromar. cinnamo. pro 4. matutinis. Tum

Iterentur potio purgans, vel pilulæ præscriptæ, cap. finito apozemate.

℞. Theriacæ veteris & probatæ, aut mithridatii, & conferuæ florum rorisem. aut stœchadis, aut saluæ, aut myrobalanarum conditarum, aut corticis citrii conditæ vtriusque ʒ. ii. cum sacch. fiat bolus sequenti die à purgatione deuorandus. *Bolus.*

℞. Rad. ialap, & mechoacam, vtr. ʒ. i. rhab, & cinnamo. & cerebri leporis siccati, aut gutturis galli vsti & triti, singul. ʒ. i. fiat pul. cuius cap. mediam partem cum vino albo, & alteram post quadriduum. Hic pul. reuellit humores à vesica in podicem. Si his non conualuerit, vtatur sequentibus. *Puluis.*

℞. Rad. chinæ recentis & non cariosæ in taleolas dissectæ, ʒ. iiii. ligni sassafras minutim incisi, ʒ. i. aquæ, lib. 8. *Decoctum sudorificum.* Infundantur per noctem super cineres cal. in fictili: Deinde coquantur ad tertias: sub finem iniijce vini albi, lb. i. glycyrrh. recentis rasæ & contusæ, ʒ. i. ʒ. vuarum damasc. integrarum, paria xii. Si pro diuitibus comparatur, loco glycyrrh. dulcoretur sacch. & condiatur cinnamo. cap. mane hora 4. & secunda pomeridiana ʒ. v. pro dosi, sudando per horam, aut sesquialteram in lecto, aut conopeo in id parato. Corpore siccato, quiescat per horam. Prandebit hora 8. & cœnabit hora 6. sic per multos dies continuando, donec intemp. frigida & humida emendetur, & æger in meliorem statum redeat.

℞. Sarzæ patillæ minutim incisæ, ʒ. ii. aquæ, lib. 9. coque in eodem fictili ad duarum lb. aquæ consumptionem. Paulo ante finem iniijce vvas damasc. & glycyrrhizam pari pondere vt supra. Vel colatura dulcoretur saccharo, & condiatur cinnamomo, præ potu ordinario. Si æger est pauper aut agricola, parentur vtrumque decoctum ex ligno indico quod vilius emitur, & cum melle despumato. Nutriatur carnibus boni succi, assis, potius quam elixis, nisi diebus purgatio-

num, & pane biscocto, & initio pastus, prunis costis ex aqua & saccharo, & in fine vuis damascenis, aut corinthiacis, & auellanis tostis, aut amygdalis dul. etiam tostis cum putamine in clibano: sic sensim redundans humiditas quæ huic mali ansam præbuit absumentur.

Si hæc non sufficiunt, & detur facultas, & æ-is constitutio permiserit, consulat thermas sulphureas, nitrosas, aut bituminosas: sin minus, parentur infusiones, fomenta, ex plantarum partibus calidis & siccis: & brachio aut popliti admoueat cauterium potentiale.

Cataplasma ℥. Rad. personatæ, vulgo bardanæ, & helenii, vtriusque ʒ. i. fol. verbasci, vlmariæ, betonicæ, & pulegii, singul. m. i. coque in aqua suffi. magma pistetur in mortario, & super cribrum inuersum cœnetur. Deinde adde axungiz anseris, & mithridatii mediz ætatis, vtriusque ʒ. i. pul. castorii, ʒ. β. fiat cataplasma perinæo, & pubi tepidè applicandum & renouandum. Vel

Linimentū ℥. Olei de gaiaco arte chimica extracti ʒ. i. ladani puri, ʒ. β. pul. castorii, ʒ. ii. siphyl. ʒ. i. fiat linimentum quo partes eædem illinentur post fotum aut infessum, & etiam ante vsu cataplasmatiss.

De simpl. medic. quæ à qualitate manifesta agunt. Sequentia tam simplicia, quam composita conferunt incontinentiæ vrinæ: & iis qui imprudenter in lecto meiuunt: vt acorus, calamus aromaticus, cyperus, cyminum, chamæpitys, helenium, fœniculum agreste, lignum aloës, laurus Alexandrina, mumia, ostraca, granapini, cortex populi, sisymbrium, & scolopendrium. Inter composita quæ in pharmacopoliis extant sunt confectio anacardina, mithridatium, theriaca antiqua, tryphera magna, trochisci alchechengi, & de terra lemnia, hiera comp. & logadii, atque pachii, & vinum chalybeatum. Oleum laurinum, de lateribus, de euphorbio, de castorio, de piperibus, oleum vulpinum, nardinum, costinum, oxymel scilliticum, flos leucanthemi.

De medicamentis quæ à forma specifica agunt. Inter medicamenta quæ à forma specifica agunt, quæque ab antiquis sunt explorata, pulmo hœdi moderatè assus in clybano (citra panem) largè ad triduum in cibo acceptus. Leporis cerebrum, & eius testiculus derafus, atque ren puluerizatus, cum vino optimo potatus ex Aëtio & Paulo probantur.

Vesicam apri assatam & comestam commendat Sextus Phi-

Iosophus Platonicus coagulum leporis, oboli pondere, cum polenta subactum, reclinatis in lecto datum confert, & præcipue si addideris axungia anseris ꝓ. i. guttur galli vstum, & tritum cum aqua tepida ieiunis bibendum porrigit Aëtius, & Paulus.

Vesica porcina & ouila vsta, & potui data: lingua anserina cocta & per triduum data. Si quis ea tentare voluerit, non rejicio. Medio tempore, danda opera, ægrum à somno excitare, vt meiat, & sumat ꝓ. i. mithridatii veteris: deinde oportet illinere pubem, & perinæum linimento præscripto, aut aliquo ex præscriptis, vel oleo petrolæi, aut agaiacini, aut oleo caryophyllorum, aut hyperici, aut beniuini, aut balsamo: aut vnguento martiano, aregone, aut Agrippæ, aut althææ comp. cum pul. castorii, calamenti, myrrhæ &c.

Curatio

Si ex ictu aut casu luxantur lumborum vertebrae, ita vt urinam non contineant imprimis danda opera vt manuali opere reducantur, & cucurbitulis sæpe iteratis, & emplastris epispasticis, & venæ sectione (vt dixi pag. 718. Deinde ad mouere oportet vnguenta, aut emplastra astringentia, quæ humorum decursum à toto corpore in partem malè affectam impediunt.

urina in- continen- tia, si ab ictu aut casu fuerit.

Si fiat ex paralyti vesicæ, aut sphincteris, inungere oportet sanguine vulpis. Vel sequens cataplasma eleticum seu epispasticum admouere.

Si ex paralyti, curatio

℞. Rad. sigilli beatæ Mariæ, quod est ciclamini altera Diosc. crudæ, (quia coctione eius vis vanescit) & in mortario contusæ ꝓ. 4. pul. aristol. longæ, & rotundæ, vtr. ꝓ. ꝓ. sem. nasturtii, & euphorbii, vtriusque ꝓ. ii. cum paucis terebinthinæ, fiat cataplasma, quod lumbis, & ossi sacro admoueat, & renouetur quoties videbitur: singulis vicibus admouendo cucurbitam, quoniam huiusmodi vertebrae difficilè reducuntur ob earum crassitiem. Si quis plura desiderat consulat Gal. 6. loc. affect. cap. 4. Aëtium lib. 11. cap. 24. & neotericos. At si vertebrae ad externas partes sunt luxatae, cucurbitæ non erunt necessariae: sed (dextra manu) reducendæ.

Cataplasma Epispasti- cum.

De Gonorrhœa.

CAP. LXXVI.

Descriptio. **G**onorrhœa Græcis, Seminis profluuium Latinis dicitur. Est nomen compositum, ex *γόνις*: i. Semen genitale, & *ρῆσις*: quod fluere significat. Gal. 6. loc. affect. c. 6. Est seminis præter voluntatem, citraque pudendi tentiginem excretio: quæ provenit ex facultatis retentricis imbecillitate, quod sine venere, aut nocturnis imaginationibus, aut intento coe, semper fluit, quæque temporis spatio tabe hominem consumit autore Celso lib. 4. cap. 21. Contingit viris hoc symptoma, raro mulieribus. Viris maximè pubertatem transgressis citra 14. annum: Imo etiam aliis ætatibus: quia hæc affectio est instrumentorum seminis, & non pudendi. Aëtius.

De causis. Causa præcipua est imbecillitas facultatis retentricis parastatum, & aliorum vasorum quæ ad ipsas terminantur. Causæ huius imbecillitatis sunt multiplices: Veluti intemperies humida, & calida: seminis quantitas & qualitas: conuulsio, & parastatum paralytis. Ad humidam intemperiem referuntur victus ratio humectans, quæ conquiritur ex longo vsu fructuum crudorum: aut piscium, ex longa natatione in aqua frigida, aut potu largo aquæ frigidæ, aut sessione super lapidem frigidum, veneris nimius aut intempestivus vsus, qui parastatas, & facultatem retentricem eneruat: adeo ut semen adhuc crudum, tenue, & aquosum elabi sinit: ut in paralyti harum partium apparet, & quæcumque alia quæ corpus humectare possunt. Ad intemperiem calidam referuntur victus ratio calida, ut meracioris vini largus potus: ciborum acrium vsus: equitatio longa, exercitium violentum, &c. quæ supra modum lumbos & renes calfaciunt, quæ suo calore & acrimonia facultatem retentricem vellicat, & ad excretionem impellit. Idem præstat seminis quantitas in vasis seminalibus retenta, quæ vasa grauat & ad expellendum cogit, quæ alias sine sensu, alias cum quadam voluptate effunditur: ut accidit iis qui longo vsu veneris sunt vsi, mox in viduitate degentes (ut castius vivant) abstinent. Ad qualitatem refertur

feminis acrimonia quæ ab iisdem causis quibus intemperies calida, quæ facultatem retentricem impellit.

Est præterea alia causa huius profluij, nempe conuulsio magna ac repentina quæ vasa seminalia conuellit, (vt in multis epilepticis apparet) qui tempore paroxysmi suum semen effundunt. Est denique alia causa huius profluij, nempe coitus impurus, cuius virus mox eiaculatum parastatis ac reliquis vicinis partibus impartitur, deinde hepatis, tandem in toto corpore: hinc alopecia, & vlcera in collo vesicæ, & in cole, hinc lues venerea, quæ miserè libidinosos torquet.

Signum quo distinguitur gonorrhœa vera, à conuulsione, describitur à Gal. ad finem cap. 4. lib. 3. de causis symp. Si (inquit) pudendo non intento euenerit; retentricis facultatis in seminariis vasis imbecillitatem sequitur. Si verò intento pudendo acciderit, conuulsioni similis erit affectus. Signa?

Si ex feminis acrimonia fuerit, dum æger meit in colis extremitate percipit dolorem, & ea quæ excernuntur, non referunt feminis speciem, sed vario colore sunt tincta, & fœtida, si à virulento concubitu fuerit. At si prodeat ex externis occasionibus ex laborantis relatione disci possunt.

Si gonorrhœa diu perseverat sine venere, aut insomniis imaginationibus, hominem tabe consumit, autore Celso lib. 4. cap. 21. quia colliquatur corpus. Vera gonorrhœa frequentius viros: at spuria, mulieres quam viros adoritur: rarissimè virgines, vt scriptum reliquit Gal. cap. 1. lib. 2. de semine. Si ex gonorrhœa virulenta, eaque inueterata, miserè toto vitæ decursu hominem varia accidentia torquent. Prægnostica

Imprimis videndum num recens sit, an inueterata, & causam effectricem considerare. Si recēs fuerit, dum constant vires purgare corpus oportet, ab humoribus superfluis metu bubonis, & testium inflammationis, renum, & lumborum doloris, &c. quibus facillè vexarentur ægri. Contra si inueterata, & vires sunt deiectæ, alimentis boni succi in parua quantitate, & sæpè oblati, sunt reficiendæ, & topicis astringentibus, seminis profluium compescere medicamentis paulo post annotandis. Curatio sumitur à tribus.

Si causa profluij est calida & sicca, semen quod effunditur, erit acre, curabitur victu refrigerante, & humectante, qui sit astrictionis particeps: qualis est is qui fit ex fructibus recentibus, quales sunt pira cocta, mala cydonia, dactyli, sorbæ, me- De victu in causa calida.

spilli, acetaria, iura carniū alterata, portul. lactuæ, oxalidis, centinodia, vt sit in cibo medicina: vis damascenis integris, & hordeatis, cum lacte amygd. dul. auellanis, & amygd. dul. assatis cum putaminibus in clibano post panem extractum. Pro potu vtendum ptisana, ex aqua chalybeata, cum aliquo syrupo astringente, qualis est cydoniorum, myrthillorum, rosarum siccarum, aut iulepus Alexandrinus. Æger dormiat super vnū aut alterum latus, & super lodicem ex lana paratam, super quā sternantur folia viticis, aut eiusdem flores. Vitabit iram & aromata calida, salsa & acria omnia, & vinum, & venerem, & colloquium impudicum, & lectiōem lib. impudicorum. Occupet animum rebus grauib. Loco exercitij, vtatur quiete, & frictionibus extremitatum.

*De victu
in causa
frigida.*

Si à causa frigida & humida scaturit: Imprimis aër sit calidus, & siccus. Pro potu vtatur vino optimo aromatis condito. Et si æger est abstemius, vtatur decocto rad. chinæ non cariosæ, aut sarzæ parillæ cum ligno sassafras dulcorato sacch. & aromatizato cinnamomo Cœna, prædio sit frugalior. Carnes sint boni succi, quæ facile non corrumpantur: elix in prandio cum foliis saluix, calamenti, rorism. rutæ, &c. In cœna carnes sint assæ fartæ caryophyllis, & similibus. Et si sunt flatu, in omnibus obsoniis discutientia sunt miscenda. Et si corpus iam fuerit emaciatum, nutriatur alimentis quæ in parua quantitate plurimum nutriunt, quæque non facile resoluntur, & sæpe oblatis. Supinus decubitus aduersatur: aluus libera esse debet, fugiat omnem cruditatem. Si à feminis vbertate paucis cibis sit contentus; ieiunium vile.

*De venæ
sectiōe.*

Sanguis educatur ex venâ poplitis, aut malleoli, vt vult Gal. lib. de sang. missione per venæ sectionem. Vel ex cubito vt vult Auic. plus minusue pro viribus, ætate, plenitudine, anni tempore, consuetudine, hæmorrhoidarum aut mensium suppressione. Ante venæ sectionem supponetur sequens

Clyster.

℞. Fol. maluæ, viol. mercurialis, & absinthij p. ma. singul. m. i. rosarum rub. m. s. sem. rutæ, & agni, vtriusque ꝑ. s. agarici, ꝑ. ii. coque in aqua ad ℥. i. colat. dissolue hieræ Gal. ꝑ. i. mellis mercur. & olei rosati, vtr. ꝑ. i. s. fiat clyster. Si vitæ totius corporis, cathartici benignis purgabitur hoc modo.

*Potio pur-
gans astringendo.*

℞. Nardi Ind. aut malabathri, ꝑ. i. rhabarb. selecti, & myrobal. citrearum, & cepularum oleo cotoneorum confricatarum, singul. ꝑ. i. catholici, ꝑ. vi. infundantur omnia simul per

noctem in infusione, aut succo rosarum rub. fiat potio.

℞. Centinodix, cichorij, portul. & capreolorum vitis viferæ, & acetosæ, singul. m. i. rosarum rub. m. s. vuarum Damasc. integrarum, pa. x. sem. agni, ℥. s. florum nymph. p. ij. coque in aqua chalybeata ad lb. i. syrupi omphacij, aut granatorum, ℥. iii. fiat iulepus clarific. & aromat. santalo citreo pro tribus dosibus mane sumendis.

Syrupus in causa calida.

℞. Calamenti, maioranæ, saluix, & rorism. singul. m. i. absinthij p. & mentæ siccæ, vtriusque m. s. sem. viticis, & rutæ, vtriusque ℥. ii. stœchadis Arab. & rorism. vtr. p. i. coque in aqua ad lb. i. syrupi conseruat. cort. citrii, aut mentæ, & de absinthio ma. vtriusque ℥. i. s. fiat iulepus clarific. & aromat. pul. calami arom. aut aromatizati, pul. diagalangæ, pro iii. dosibus. Iteretur eadem potio purgans præscripta, quam cap. finitis iulepis. Vel

Iulepus in causa frigida.

℞. Massæ pil. imperialium ℥. i. pul. hieræ simpl. Gal. sine asaro, ℥. i. cum syrupo absinthij fiant pilulæ vi. deauratæ, cap. vice potionis, si his delectatur.

Catapota.

℞. Conseruæ rosarum, & myrobalani conditæ, vtriusque ℥. ii. pul. intestinorum gallinæ aqua rosarum lotorum (si causa est calida) aut vino albo (si causa est frigida) ℥. ii. cum saccharo, fiat bolus postridie deuorandus horis iii. ante primum pastum.

Bolus.

Vomitum semel in hebdomade cicere conuenit: per eum humores crudi in ventriculo contenti euacuantur, qui alioqui vasa seminaria refrigerarent. Si seminis profluum sit à paralyfi, aut à conuulsione, recurrendum erit ad propria capita: cap. 14. pag. 277. & cap. 11. pag. 245. huius Tractatus.

De vomitu.

Si à lue venerea, purgato corpore, & celebrata venæ sectione, vtendum erit hydroticis præsiidiis & alexipharmaco suo loco scribendis. At in remediis tam internis quam externis in curanda hac gonorrhœa describendis: canon annotatus in curatione stranguriæ pag. 712. est obseruandus. Conferentia medicamenta tam simplicia quam composita calida, & frigida hæctenus fuerunt descripta cap. 53. pag. 571. & 572. Nunc quæ peculiari dote gonorrhœam sanant, sunt referenda: imprimis, agni, 1. casti folia: semen, flores, & succus quouis modo aptentur: coriandrum, rutæ; nymphææ radix, folia, flores: castorium cum succo agni: semen erucæ: cuminum assum: semina lactucæ, & portul. & cannabis vltum: menta sicca: lamina plû-

Medicamenta que à forma specifica agunt.

bi tenuissima lumbis admota, plurimum renes refrigerare ratio & experientia docent. Qui plumbi duritiem perferre nequeunt, sternent in lecto folia, vel flores agni, vel rosarum: vel folia lactucæ, portulacæ, vel cicutæ, vel cauliculi vitis viniferæ, ex Aëtij consilio, cap. 34. lib. 11. calamentum, semen vrticæ, lac capræ, serum lactis, & caphura, & lentium decoctum. Solis frigidis non vtendum, ne renum calor insitus, per ea extinguitur, sed mixtione calidorum sunt temperanda, vt annotaui pag. 713. Vel horum loco

Tabella.

℞. Seminum cannabis & cymini assorum, & sem. agni singul. ℥. ii. mentæ siccæ, & coriand. præparati, vtriusque ℥. i. conferuæ rosarum, & myrobal. sacch. conditæ vtriusque ℥. iii. sacchari aqua rosarum soluti & cocti, ℥. iii. fiant tabellæ pondo ℥. ii. aut trium, cap. vnam mane & alteram hora decubitus continuando.

*Oxyperos
seu pul. digestus.*

℞. Ramenti eboris, cornu cerui vsti, cineris intestinorum gallinæ, sem. rutæ, & cannabis assi, singul. ℥. ii. pul. arom. rosati ℥. iii. coriand. præparati, ℥. ii. cort. citrii sacch. conditæ, & conferuæ rosarum, vtriusque ℥. vi. panis albi assi, & puluerizati ℥. iii. sacch. rosati ℥. vi. fiat pul. de quo ante & post singulos pastus cap. cochlear vnum, per multos dies continuando.

○ Extrinsecus parentur fomenta, infessus, cataplasmata, linimenta, vnguenta aut empl. ex stipticis refrigerantibus mixtis nonnullis calidis, si causa est frigida; vel frigidis, si causa est calida, ob rationes annotatas. Inter præcipua externa remedia, sunt balnea naturalia aluminosa, qualia sunt Aquisgrani Allobrogum si datur facultas: sin minus arte comparentur. Pauperes confugiant ad aquarum frigidarum lotionem aut totius corporis demersionem. Vesica caprilla, aut ouilla vsta cum posca hora somni pondo ℥. i. sumpra prodest: aut huius loco testiculus leporis in vino odorato feruefactus atque potatus: aut calamintham, & myrrham, in vino ante cœnam bibendam dato: aut obline pudendum cimolia terra cum succo perdicij, i. parietariæ: Gal. lib. 9. Catatopous.

De Priapismo.

CAP. LXXVII.

P^{Priapismus}riapismus: 1. Tentigo. Nomē sumpsit à Priapo satyro, cui tale pudendum fuisse veteres sinxerunt. A nonnullis vocatur Satyriasis, quod satyri arrigere semper crediti sunt. Hos affectus Gal. non distinxit. At Paulus Æg. lib. 3. cap. 56. & 57. discrevit. Priapismus autore Gal. 9. catar. est auctio colis permanētis, in longitudinem atque orbem tumefacti citrarei veneræ appetentiam. Priapismus à satyriasi distat nomine tantū & non re, quòd fiant ab iisdem causis, eadēque methodo, iisdēq; remediis curatur. Distat quidē à gonorrhœa: hæc est vasorū seminaliū propria affectio: ille verò penis, citra seminis profluviū, & rei veneræ appetentiā. Huic malo propensū sunt, qui plurimo abundant sanguine, & qui lōgo tēpore præter cōsuetudinem à cōcubitu abstinerūt, & desides, qui opiparē viuunt. Huic sympto. 2. assignat causas Gal. l. 6. loc. affect. c. 6. vnā externam, & alteram internā. Externa supinus decubitus, ex quo lūbi calidiores redditi, coles extēditur. Interna, est arteriarū, & venarū à vaporoso spiritu plenitudo, qui fit ab humore crasso, viscidoque, à debili calore resolutō: qui apertis venarū & arteriarum orificiis in colē sese diffundit, illūque distēdit, & tumefacit. His succrescit harū partiū inflāmatio, quæ colē distēdit, sine coeundi desiderio. Signa ab agro disci possunt. Accidit potius iuuenibus quā senibus autore Gal. li. 14. methodi med. hoc malū non est despiciendū, autore Aë-
De causis,
De prognō-
sticis.
De cura
tione.

Nā ex præcipiti perire solēt, nisi cōfestim eis auxilium feratur. Quum verò moriuntur, ventre inflantur, & frigidum exudant, quod etiam accidit iis qui conuulsionis modo perimuntur. Curandi methodus versatur in causarum effectricum ablatione. Si propter venarum, atque arteriarum orapotentia, aut ab earum caliditate, aut sanguinis vbertate, aut ab ætate iuuenili: prōtinus educatur sanguis ex poplite aut malleolo, ad maiorem reuulsionem: Deinde ex cubito ad deriuationem, præmisso sequenti clystere.

Clyster.

℞. Herb. 4. emollientium, & portul. singul. m. i. prunorum pa. vi. sem. agni & 4. frig. ma. singul. z. ii. florum nymph. p. ii. coque in aqua suffi. ad lb. i. dissol. cassiæ recēs à canna extractæ, & diapruni simpl. vtr. z. vi. mellis rosati, & olei nymph. vtr. z. i. β. fiat clyster supponendus quoties aluus erit pigra. Deinde optimum erit moliri curationem per vomitum, vt reuellantur humores qui deorsum feruntur. Ob id medicamenta quæ deorsum purgant, & omnia diuretica improbantur. At si vomitum æger formidat, & vitiosis scatet humoribus, purgari poterit manna, aut syrupo ex pluribus ros. infusionibus cum myrobal. & rhabarb puluerisato, quod vtramque bilem constringendo purgat. Aut sæpe iteretur clyster præscriptus. Et si pauper fuerit, vtatur balanis.

Extrinfecus admoueantur fomenta ex temperatis potius quam valdè refrigerantibus, & astringentibus comparata, ne flatuosa materia ad resolutionem fiat contumacior: necnon vnguenta, aut ceratum album Gal. aut rosatum Mes. aut santalinum, lumbis & perinæo admota, vsui esse poterunt. Sunt quamplurima alia remedia tam simplicia quàm composita cap. præcedenti descripta à forma specifica, quæ huic negotio aptari poterunt. Si malum perseuerat, cucurbitæ cum scarificatu & hirudines aqua pura repurgatæ, vsurpari poterunt. Semen extinguentia vsurpanda. Contra, semen generantia & omnia flatulenta sunt vitanda: victus ratio esto eadem qualis descripta fuit cap. præcedenti. Inclinate malo, status discutientibus vtendum erit, qualia fuerunt descripta in curatione tympanites pag. 650. Mulieres à priapismo raro corripuntur: quæ si forsân aliquando cruciantur, eadem methodo ac remediis curari poterunt.

De Phimosi & Paraphimosi

CAP. LXXVIII



VTERQVE affectus est organicus: inter se tamen differunt: quia in Phimosi balanus detegi nudarique nequit à suo præputio. Contra in Paraphimosi obtegi vestiri que non potest balanus. Nomen est deductum ab ἀπο τῆ φικῆ, & à verbo Græco φικώω i. obliigo, aut obstringo fiscella, capistro, Gallis, cheuestre. Hoc vitium non solum accidit balano, verum etiam in omnibus mèbris & locis quæ natura deduci possunt: vt oculis, labiis, ano, vtero, in præputio. At in hoc cap. dicturus sum de ea quæ fit in præputio, & non de reliquis quæ fiunt in reliquis partibus. Est glandis obstructio à præputio aded àrcta, vt nudari nequeat.

Causæ, aut sunt insitæ, aut ascititæ. Insitæ à prima conformatione sunt curatu difficillimæ, & sæpe immedicabiles, inde mors consequitur.

Ascititæ scaturiunt, aut ex interna præputii cicatrice, vel hyperfarcinate, vel ex inflammatione, sæpe vlceribus comitantibus.

Omnis Phimosi non tantum seminis, sed etiam vrinæ excretionem liberare cohibet: atque aded molestissimam ischuriam accersere solet. Quæ ex callo, aut cicatrice est relicta à curatis vlceribus: oportet per vncos præputium extendere & dilatate: Deinde interiorem cutim (intacta exteriori cute) cum scalpello intus immisso tribus vel quatuor locis æquè distantibus diffindere. Si forte præputij foramen tam angustum fuerit, vt vix speculum excipiat, tum immissa fistula plumbea in collem, vt per eam meire assuescat, aliquo oleo, vt amygdal. dulcium, aut liliorum, aut axungia gallinæ emolliatur, & dilaterur callus, ac præputium: sic per multos dies continuâdo. Si ex hyperfarcosi ab vlceribus venereis malè curatis, præmissa purgatione, & phlebotomia ad dixtâ, veniendû erit ad particularia, quæ fient lotionem ex medicamento ficcante, & tergente, qua

Curatio si ex cicatrice

Curatio si ex hyperfarcosi.

lauabitur hyperfarcocis, siue in præputio, siue in glande extiterit, quæ per catheterem iniiciatur, huic negotio emplastrum cathetericum, aut linimentum in curatione carunculæ descriptum pag. 716. aptari poterunt.

*Curatio si
ex inflam-
matione.*

Quoniam ex præputii, glandisque præ dolore sæpe superuenit inflammatio, gangræna, & sphacelus neglectis, vel temere curatis, inuitabilis mors consequitur: ab initio victus ratio tenuis, frigida & sicca, cum summa animi & corporis quiete, est instituenda: tum humor est reuellendus clysteribus, clementi purgatione, & satis copiosa phlebotomia in cubito dextro, quæ viribus respondeat. Deinde percussione, & resolutione per topica, pro 4. morbi temporibus varianda. Si in gangrænam vergit, ea crebris scarificationibus curetur, ne copia sanguinis, pars à natiuo calore suffocetur. Deinde eadem pars lauetur aqua marina, aut salsa tepida, vt sanguis impurus effluat. Si deniq; in sphacelum degenerat, pars emortua tota & nigricans scalpro est rescindenda: moxque membrum sectum candente ferro hæmorrhagia comprimatur, ita tamen vt escharæ casus, ante nouæ carnis regenerationem non acceleretur. Eodem tempore fistula plumbea ad mictionis necessitatē, & consuetudinem vtrinque pertusa in vrethram inferenda: Phimosi vteri eadem ferè methodo curabitur, Aëcio autore lib. 22.

Ex conceptu tria excludi solent: nempe effluxus, abortus & partus: effluxus, à Græcis *εμπίσις* dicitur, qui fit ante fœtus formationem à sexto die, ad 49. vsque. De hoc abortu meminit Hip. lib. de natura pueri, narrans historiam cuiusdam ancillæ, quæ contra heræ voluntatem conceperat, quæque iussu Hip. septies saltu repetito genituram à sexto die conceptam in terram effudit, contra suum iuramentum.

Abortus verò *ἀπόφορος* Græcis dicitur, nomen deductum ab *ἀπό τῆ διαφθερεῖν*: i. abortire. Attici *ἀμβλῶσι* nominant teste Gal. cōment. 1. in lib. 6. epid. text. 1. Est fœtus iā à suis partibus formati exclusio præter naturā facta. Causa externa pēdet aut ab aëre frigidus, pluuioso, australi, aut aquilonio. Hip. lib. 3. aphor. animi & corporis motus violentus, alimēti penuria, &c.

De causis

Causa interna prouenit, vel ex vitio vteri, vel matris, vel fœtus. Vteri quū eius facultas expultrix est abolita, aut debilis. Abolita quoties fœtus in vtero retinetur præter naturā, vt excludi nō possit. Eo extincto manu medici coguntur, vel ferro extra-

here ne simul cum foetu mater extinguatur. Facultas vteri debilis dicitur, quum immaturus excluditur 2. 3. 4. 5. aut 6. mense: quia acerabula referta sunt pituita crassa, lenta, & frigida, sine occasione manifesta vt docuit Hip. aphor. 45. sectio 5. Succrescit, foetus moles, quum vterus ob eius imbecillitatem perferre nequit. Ex parte matris, fit abortus, quoties aliqua febre, aut conuulsione, aut tinesmo vexatur. Hip. aphor. 55. sect. 5. & Gal. Ex parte foetus, quum est monstruosus aut inusitatae magnitudinis, suo pondere vterum aggraunte, & eius facultatem expultricem irritante, sic abortit. Signorum alia sunt quae abortum futurum, alia quae praesentem denuntiant: futurum, mammaram extenuatio, ob alimenti defectum, teste Hip. aphor. 37. sectio 5. Si mulier geminos ferat, & extenuatur dextra, marem: si sinistra, foeminam abortit, aphor. 38. Si foetum est perditura, ei mammae extendantur. Contra, si durae fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua fatigabit, nec abortiunt: aphor. 53. Quae praeter naturam tenues vterum gerunt, abortiunt, donec habitiores fiant. Mulier vterum gerenti, si alius multum fluit, periculum est ne abortiat.

Signa futuri abortus.

Si praegnant in vtero fiat erysipelas, aut aliquis morbus acutus, veluti febris continua, epylepsia, conuulsio, tetanus, apoplexia: lethale. Mulier in vtero ferens, secta vena, abortit, idque magis quo foetus fuerit grandior: quia tunc temporis copiosiore eget alimento, quo detracto abortiat necesse est. Aphor. 30. 31. 34. 43. 44. eiusdem sect. & 53. Praesentem, sunt sanguinis aut seri, citra manifestam causam effluxus, ante foetus integram & absolutam maturitatem. Non solum mammae extenuantur, & lac sponte defluit, verum etiam imus venter dolet, atque insuper os ventriculi morfu vellicatur.

Signa abortus praesentis.

Identidem leipothimiae repetunt: nullus motus admota manu ventri percipitur. In quodcumque latus foemina deuoluitur, foetus extinctus graui pondere mox procumbit, veluti mola, aut lapis. Si acciderit febris, facies rubescit, horror, rigorque inaequaliter subit. Inest capitis grauitas, & dolor vsque ad rad. oculorum pertingit, teter & foetidus spiritus ab ore & naribus efflatur. Vapor qui expira-

tur, ori, cordi, cerebroque est grauis. Oculi excauantur, in quibus quod album esse debet, obscurum fit. Nasus & extrema auricularum frigescent. Contra desidendi cupiditas, aut vrinæ stillicidium comitatur: refrigeratur venter, ac sæpe frigida ceruix, per quam quædam sanies putris & foetida illuuiet plerumque manat. Ab his febris intenditur, omniaque alia symptomata dum foetus excutitur. Hinc grauis sopor, conuulsio, syncope, sudor frigidus, tandem mors consequitur, nisi breui occurratur.

θρασύια
Abortus.

Priusquam fiat abortus, medicus imprimis causam considerare debet, vt ei occurrat, quantum fieri poterit, & tempus in quo abortire consuevit. Si causa est plenitudo, ante id tempus educatur sanguis ex axillari plus minusue pro ægræ viribus, ætate, victus ratione. Si causa est cacochymia eaque biliosa, expurganda erit balanis, clysteribus, aut eccoproticis, qualia sunt manna, cassia, rhabarbarum, myrobalani, thamarindi, syrupus rosatus ex multis infusionibus, & violatus, catholicum, diaprunum simplex, elect. lenitium. Vitanda sunt aperientia & diagraediata: Interea gestet in brachio lapidem ætiles, & vtatur astringentibus cap. de mensium immoderatorum fluxu describendis, ad quod recurrendum erit. At si mulier iam abortiuit, præter astringentia tam sumpta quam admota, vires sunt reficiendæ alimentis euchymis & cupeptis, quæ plus ex abortu, quam à vero partu deiciuntur.

Et si iam est mortuus foetus, quibus remediis sit vtendum sequenti cap. docebo. Mulier vitabit omnem motum tum corporis cum animi, coitum & omnia acris, salsa, piperata, flatulenta, iram & vociferationem, & quiescat in lecto.

De Partu difficili.

CAP. LXXX.



PARTVS à Græcis *τόκος* dicitur. Est fœtus perfecti & omni ex parte absoluti in utero exclusio. Partus omnis aut est *χαλαφύσιον*, aut *ὠκυθύσιον*: i. Secundum aut contra naturam. Vel diuiditur in legitimum qui à Græcis *εὐτόκος*, & illegitimum, ab iisdem Græcis *δυστόκος* dicitur. In naturali partu, tria requiruntur: Primum vt sit par contentio fœtus & matris. Quod si vtriusque aut alterius aliquid desideratur, partus erit illegitimus. Secundò, vt in caput prodeat, vt delineauit Hip. lib. de morbis mulierum, & lib. de natura pueri, & lib. de partu octimestri *χρῆσι δὲ ἐπὶ κεφαλῇ εἰ χαλαφύσιον*: i. Fertur in caput puer, si modo secundum naturam prodeat. Huius partus rationem reddit Hip. *βαρύτερα χρῆσι αὐτῷ τὰ ἀπὸ ἐκτὸς ὀμφαλῶσαι μερόμενα*: id est, Partes pueri superiores sunt grauiores ex vmbilico appensæ, tanquam è statèra quadam, & ea quidem ad amussim posita. Quod si in caput prodeat partes reliquæ sunt cereæ ac flexiles: sic partui non possunt esse impedimento. At si in pedes, brachia extendi possunt & dilatari, vt reliquo corpori aditum intercludant teste Hipoc. lib. de octimestri partu. Quicumque alia figura eduntur partus, illegitimi dici debent. Qui si in latus, aut duplex appareat (quia non est facile manu obstetricis aut Chirurgi in meliorem statum reducere) ex tali partu, mater aut puer, aut ambo simul versantur in magno vitæ discrimine, vt cecinit Hip. lib. 1. de Morbis mulierum & lib. de Natura pueri: *χαλεπὸν δὲ εἰ μὴ ἐπὶ ποδῶν χάρσιον, ἢ πόλλαξις ἢ αἰ μίλις ἀπὸ ὀλλοῖο, ἢ τὰ παρὰ δία ἢ εἰ ἀμφω*: i. Periculum est in pedes prodire. Sæpe enim eo partu mater, aut puer, aut ambo simul extinguitur. Tertia naturalis partus conditio: vt sit velox, facilis, & sine symptomatum vehementia. Adhæc partus legitimus dicitur qui suo tempore prodit: illegitimus verò, qui ante diem, aut post diem erumpit. Nunc silentio prætereo portentosos partus, ne

Quid est
 partus.

De causis.

plus iusto hoc volumen excrescat. Causæ externæ effectrices, sunt ingens frigus diuellendo ligamenta, aut calor exurens, qui parturientis vires exoluit: aquilonia constitutio; ver pluuiosum, & australe, timor, inædia, coitus tempore gestationis, quo quæ abstinent, facilius pariunt. Hip. lib. de superfectione: Rhasis 4. continentis cap. 27. & Auic. fen 21. 3. tract. 2. cap. 2. quia crebro concubitu, fœtus corrumpitur, dehiscente utero, qui toto gestationis tempore, ita clausus manere debet, vt ne specilli mucronem admittere possit, autore Gal. lib. 1. de vsu partium, & 6. locorum affect. cap. 6. Difficile quoque partum efficit obstetricum imperitia, quum præposterè vtuntur altringentibus in partibus obscœnis, & odorata naribus admouent. Hip. lib. *Ὅτι φύσις παιδὸς* causam refert ad alimenti defectum: sic paulo ante finem cecinit.

De causis internis.

Ἔτι δὲ καὶ τὸ παιδίον, ὀκλίαι ἀδελφῆ, ἐκ ἐπιδύαται ἢ μήτηρ, τῶ φιλῶ παρέχει ἀρκέσαι κτήριον ὃ πλείω τῶ φιλῶ τῆς παρέσεως τὸ ἐμβρυον, ἀσχελεῖον ὀγκυσι τῆς ὑμῆας καὶ λυθεῖ τῆ δισμῶ, χερσὶ ὀμῶ ἔω: i. Sic etiam vbi aductus fuerit puer, mater non amplius sufficiens alimentum ipsi exhibere potest. Vberius itaque alimentum puer quærens, calcitrando membranas dirumpit, & vinculis exolutus simul foras prodit. Interdum causa difficilis partus provenit ex parte mulieris, quum est valdè iuuenis, aut prouectæ ætatis: si est imbecilla, tumida, crassa, aut obæta: si uterus est exiguus, obliquus, aut durus. Si ante tempus pariat: si uterus inflammatione, abscessu, aut calculo laborat: si est aluo duriore, & eius intestina sunt plena flatuum, aut copia excrementorum.

Ex parte fœtus, si est inusitatæ magnitudinis (vt diximus) si caput est solito maius, si biceps, si debilis, si gemellus, si monstruosus, aut si mortuus, si in pedes, aut manus, si obliquus aut transuersus procedit.

Ex parte membranarum, si duæ priores amnios scilicet & alantois dirumpuntur, & non chorion ob eius densitatem, & crassitiem: alias ob earum tenuitatem citius rumpuntur, sic euacuantur aquæ, quæ suo tempore vias lubricas reddere deberent: quibus euacuatis, præ nimia siccitate fœtus non mouetur, sic matrem non iuuat, hinc maior pariendi difficultas:

Præiugis.

gravidæ quæ sine causa euidente extenuantur, periculum est ne abortiant, aut cum periculo pariant, indicat matris & fœtus imbecillitatem. Si prægnanti tinesmus superuenerit, sic

abortus,

abortus, ob sympathiam quam intestinum rectum cum utero habet, aphor. 27. sect. 7. Tussis anhelosa ex catarrho in pulmones, est mala, abortum minatur. Hip. prænot. 514. & 536. lib. cœac. Si inquit prægnanti aquæ ante partum prorumpunt, perniciosum. Mulier grauius ex abortu quam partu afficitur, vt non raro moriatur: Dum mortuus est foetus, mulier in magno vitæ discrimine versatur, nisi breui egrediatur, aut robore naturæ, aut medici auxilio. Primiparæ grauius afficiuntur aliis expertis. Hip. lib. de Nat. pueri. Mulier difficulter parienti, sternutamentum superuenire, bonum, aphor. 35. sect. 5. qui ex concussu corporis, uteri facultas expultrix concitatur, & excutitur, quod in partibus tenaciter est impactum, autore Gal. Ex difficili partu, quamplurimæ mulieres perierunt, & sæpe foetus ipse extinguitur, & sæpe vtriusque fit iactura.

Imprimis causæ omnes (si fieri potest) summoueri debent, *De contra-* ac timidis est addendus stimulus: & si vires sunt prostratæ, *ctone aute-* modis omnibus reficiendæ alimentis boni succi, & remediis *partum.* in curatione syncopes cap. 42. pag. 471. descriptis, modo non alstringant.

Si aër est frigidior, aut calidior quam par sit, à contrario *De victus* temperetur. Cibis liquidus, solido est præferendus, qui sit *ratione.* euchymus & eupeptus, ne in eius coctione à scopo auertetur natura, vt docuit Hip. aphor. 18. sect. 2.

Τῶν τεφρόλιαν ἀθρόως ἔ τὰ χέως, τὰ χέως ἔ αἰ ἀλαφρόσιες χίτροισαι.
i. Eorum quæ confertim, & celeriter alunt, celeres etiam excretiones esse solent. Si mulier est expers febris, pro potu utatur vino rubro optimo, quæ si absterma fuerit, utatur hydrofaccharo aut ptisana si inest febris. Si aluus non fluit, sollicitanda erit balanis potius quam clysteribus, ne comprimeretur uterus. Crebra variaque ambulatione corpus est exercendum: quinetiam blanda crurum frictione vtendum, præsertim quando ad nouum mensem peruentum est, vel coitu, si est nupta, autore Aristot. lib. 9. cap. 4. de animalibus, & non in medio gestationis, vt dixi: vel huius loco, si vidua est, utatur pessario crasso & oblongo quo vtuntur aulicæ mulieres ex serico rubro & pulueribus aromaticis, moscho, ambare, & zibetto si diues fuerit & nolit parcere sumptibus composito. Hæc partum faciliorem reddunt. Hoc remedium videtur sodomicum & improbandum.

Si partus difficultas fit ex frigore uterum comprimente &

condensante, sternutamenta, inessus, & suffitus ex medicamentis calidis, erunt ex usu: necnon vtile erit illinire lumbos, & pubem oleo moschelino, aut oleo nucis moschatz.

Si ex calore exolvente, medicamentis condensantibus, & astringentibus erit vtendum. Si ex locorum angustiis, relaxandę erunt partes inferiores in sessione aut fotu emolliente, qualis paulo post describetur, & maximę in aquilonia constitutione: aut si mulier fuerit ætate prouectiore, aut vteri ceruix strictior, rugosiorque fuerit. Deinde muliebria post forum illinentur linimento ex malacticis comparato, cui adde parum croci, & cinnamomi, & iridis pul. Vel horum loco iniice pul. aristolochiæ & grana aliquot moschi, ambaris, & zibetti si diues fuerit, quum partus instat. Vel horum lituum loco, suffiantur partes obscenę ex puluere aromatum, aut troch. galliæ mosch. styrace, beniuino & similibus. Hęc omnia sunt consulenda vltimo gestationis mense, donec tempus parienti instet, quo etiam vteri ceruix deliniri potest, & post vrinę & alui excretionem.

Quid agendum in ista re partu.

Imprimis parturiens loco tepente contineatur, & crebra blandaque ambulatione corpus promoueat, nec protinus operi accingatur, aut sellę insideat: sed quum dolorum insultum presentiscit. Lumbis potius quam coccigi insideat, & innixa robustis viris, aut externis adminiculis suffulta, vel lectulo depressis clunibus incumbens, sibi ipsi opitulerur quam maxime poterit, idque diductis cruribus, compresso anhelitu & contractis intentisque abdominis musculis, totisque viribus nitatur ad fœtum strenuę excludendum. Neque inter hęc parturientis vultum intueri par est. At si in tam arduo & difficili opere deficit, addatur stimulus ab Hip. descriptus, aphor. 35. sect. quintę. Mulieri hystericę, aut difficulter parienti sternutamentum prodest. Interea recreentur vires haustu vini aromatici, quod hypocraticum dicunt, aut iure carniū boni succi cum cinnamomo & croco: aut detur sequens potio cardiaca, quę etiam meatus vteri aperit.

Potio parturienti.

℞. Pul. pulegii sicci, ℥. i. cinnamomi interioris, ʒ. β. confect. alchermes aut pul. diamoschi ℥. ii. syrapi de v. rad. ʒ. i. vini aromatici aut aquę cinnamomi vel arthemisię, ʒ. ii. fiat potio illico propinanda. Vehementioribus remediis fœtum impetere non expedit, nisi extrema necessitas cogat. Quum autem in angusto spes est, ad trochiscos de myrrha deveniendum, vel

ad compositiones quæ rubiam, aristolochiam, myrrham, dictamnium, sabinam, calamentum, aut castorium recipiunt. Atque ut breuiter complectar, quæcumque menses ciere nata sunt, eadem foetus mortuos euocant, & secundas trahunt. Sed hic blanda validioribus sunt tutiora: qualia quæ sequuntur.

℞. V. rad. aperientium à matrice mund. & contusarum, *Apozema*
singul. ℥. i. herbarum arthemisiæ, parthenii, prassii albi, pule- *fæti mor-*
gii, origani, & betonicæ, sing. m. i. mercur. & chamæmeli, vtr. *tuum ex-*
m. β. sem. dauci cretici, apii, & fœniculi, sing. ℥. ii. coquantur ex *pellens.*
arte in aqua suffi. ad ℥. i. colatura clarificetur cū sacch. & arom.
mat. cinnamo. & croco pro 4. dosibus per interualla sumēdis.
Cauendū ne supra modū muliebria calidis pannis siccescant.

℞. Fimi accipitris ℥. i. cinnamo. & cort. cassiæ purgatiuis, *Potio partū*
vtriusque ℥. β. croci, ḡ. vi. cum vino albo, aut aqua arthemisiæ *accident.*
fiat potio mox sumenda.

℞. Myrrhæ, & castorii, vtr. ℥. ii. cinnamo. ḡ. 4. cum aqua flō- *Potio illa*
rum aurantii si extiterit, aut arthemisiæ, aut betonicæ, fiat po- *idonea pro-*
tio quamprimum sumenda. *stare.*

Inter simplicia medicamenta quædam sunt quæ à proprie- *Quæ a for-*
tate agunt: qualia sunt corallium, lapis ætites interiori coxæ *ma specifi-*
prope pudendum alligatus, styrax calamites, coriandrum viri- *ca agunt.*
de. Sunt nonnulli qui pro comperto habent, rad. polygoni
dextro cruri alligatam. His pauperes vti poterunt. Alii verò,
stercus accipitris pondo ℥. i. vel tantundem cinnamo. vel cort.
cassiæ ægyptiæ, cum vino albo, aut aqua citrangularum: aut
tantundem borracis albi, cum aqua melissæ, aut sabinæ.

Quibus ex vastitate foetus, difficilis partus metuitur, iis
quarto vel quinto mense prægnationis, aliquid ex solito cibo
subtrahendum atque si videtur, parum sanguinis vacuandum
est. Si mulier est obæsa, instante partu, diductis cruribus, mu-
lier prona, lectulo incumbere debet: hoc situ facilius pariet:
sic propendens abdominis moles vuluam minus comprimit.
Si membrana solidior foetum retinet, hanc digitis oleo dulci
perunctis auellere, & leniter perfringere par est, vel discinda-
tur nouacula, ut consulit Aërius lib. 16. cap. 23. Si iam dudum
profusè aquarum copia loci sicci manent, lubricus fiet exitus,
inieceto tepente oleo, vel pingui humore sæpius illito. Si quæ
vteri vitia ceruicis sunt, antequam partus instet suis remediis *De chirur-*
submouenda sunt. Si foetus alieno situ prodit, decumbente *giâ admi-*
fœmina conuenientiore facere decet, & iniecstamanu oleo *nistranda.*

peruncta dirigere, partim vellendo, partim adducendo, partim flectendo, partim in rectum agendo.

At si manum pedemue præmiserit, non oportet extrahere quia magis firmaretur, vel luxaretur, vel abrumperetur, sed funiculo aliquo laneo oblongo manus vel pes ligandus, deinde repellere oportet & in cōuenientiore ordinem, id quod exit restituere, & dextra manu obstetricis vel Chirurgi fœtum inuertere (si fieri potest) sin minus, alterum pedem si pes, trahere: tum alterum pedem funiculo alligatum: quibus attractis, sensim fœtum. Si altera manus appareat, similiter funiculo longo liganda, deinde reponenda, & Chirurgus sequatur brachium ad caput vsque, quo inuento pedetentim deorsum trahat, supinus aut pronus quoquouersum fuerit. Si duplicatus, vel transuersus, vel pronus fertur: sursum prius ipsum ab vteri ore sublime blandè impellere, deinde prehensum rursus ad os vuluæ sensim in caput dirigere. At in gemellis maiori prudentia atque industria opus est. Qui magis obuius, is prius educatur, idque paulatim & citra contusionem omnia fiant, oleo locis perunctis, vt Paul. refert lib. 6. ca. 74. & Aëtius loco cit. Deinde iuuetur partus sequenti sternutatorio.

Sternutatorium.

℞. Ellebori albi, vel euphorbii, ꝑ. i. nucis moschatæ, vel pyretri, vel rad. cyclaminis, vel ptarmicæ herbæ, ꝑ. ii. fiat pul. subtilis per nares trahendus, vel per tubum calami in nares insufflandus præmissa glande, potius quam clystere. Si his non excutitur, vtendum erit sequentibus.

Infectus in causa frigida.

℞. Rad. valerianæ ma. rubiæ tinctorum, eryngii, liliorum, & althææ, singul. ꝑ. ii. herbarum parthenii, calamenti, pulgii, origani, mentastri, & chamæmeli, singul. m. ii. sem. dauci cretici, cymini, & fœnug. sing. ꝑ. i. fol. Indi, nardi Ind. & schœnanthi, singul. ꝑ. β. coque in aqua suffi. pro encathismate, in quo madeat ad vmbilicum vsque. Aut diminuta dosi, paretur fomentū quo partes obscœnæ cum spongiis foueantur, si nulla est febris. ℞. Fol. salicis, vitis, caprifolii, & ros. rub. singul. m. i. florum chamæmeli, meliloti, & rorism. sing. m. β. balaust. sumach, & bac. myrthi, sing. ꝑ. β. Coque in aqua fabrorum pro foru partium obscœnarum, & lumborum cū spongiis. Vel ex eadē materia, aucta dosi, paretur semicupium præmissa balano. Vel. ℞. Pul. trium santalorum ꝑ. iii. ros. rub. coralli rub. & gran. tinctorum & troch. de caphura, sing. ꝑ. ii. aquarum ros. plāt. & solani, sing. ꝑ. β. vini albi, & non aceti, quia vtero aduersatur

Fomentum in causa calida.

Epibema ad idem.

autore Hip. lib. de victu acutorum §.iii. fiat epithema iisdem partibus admouendum cum panno rub. denso.

℥. Olei mastiches §.i. olei nucis moschatæ §. β. pul. iridis flo. §.i. styracis calam. & troch. galliæ mosch. vtriusque §. β. cinnamo. §.i. fiat linimentum cum oleo liliorum, quo lumbi, pubes, & pudendum post fotum tepidè illinentur.

V. In causa frigida.

℥. Oleorum myrthini, nymph. & rosati omphac. singul. §. β. pul. trium santalorum & coralli albi, singul. §.i. caphuræ, §. β. ceræ albæ parum, fiat linimentum vsui dicto.

V. In causa calida.

℥. Rad. bistortæ, & troch. aliptæ moschatæ, vtriusque §. β. thuris, & masticis, vtr. §. ii. caryoph. nucis moschatæ, calami ato. folii Indi, beniuini, & styracis calam. singul. §. i. ambaris, moschi, & ziberti, singulorum grana vi. cum terebinthina, fiât pastilli in suffitum, quorum vapor per tubum infundibuli dirigatur in vterum cauendo ne fumus ad nares perueniat, sæpe continuando. Si prægnans abortire solet, humero lapis ætites alligetur. Contra interiori coxæ alligatus, partum accelerat. In tam ancipiti morbo, acceleranda sunt remedia, & per varia vagari.

Suffitus vterum ab illuue ex-purgans.

℥. Pul. polii montani, & sabinæ, vtr. §. i. muscerdæ, & salis gemmei, vtr. §. ii. pul. hieræ Gal. §. i. mellis cocti, §. i. fiat balanus, cui adde granum vnum salis, vt sit efficacior.

Balanus partum in-uans & aluum ex-nerans.

℥. Calamenti, arthemisæ, malux, & violarum, singul. m. i. sem. lini, & fœnugr. vtr. §. vi. aristol. §. β. sem. dauci cretici. §. iii. florum chamæmeli, p. ii. coque in aqua ad 4. tria. Colaturæ dissolue bened. lax. §. i. olei liliorum vel anethi si sunt flatus §. ii. fiat clyster, quo vice balani vti poterit. Deinde

Clyster vterinus partum in-uans.

℥. Hydromellis, lb. i. in eo coque agrimonix, arthemisæ, millefolii, herbæ roberti, quæ est tertia geranii species, & chamæmeli, singul. m. vnum malicorii, & rosarum rub. vtr. m. β. colaturæ dissolue syrupi de absinthio, vel de rosis siccis, vel mellis rosati, §. iii. fiat iniectio in vterum, cui adde pul. diamoschi §. i. Ne à partu mulieres torminibus cruciantur, illis detur sequens pul.

Iniectio vterum ab illuue ex-purgans.

℥. Sem. saturæ §. ii. rad. symphyti ma. §. i. nucleorum persicorum, & nucis moschatæ, vtr. §. ii. succini, §. β. ambaris, §. i. si diues, vel §. β. si mediocris fortunæ, fiat pul. subtilis, cuius statim à partu cap. §. i. cum vino albo, si est expers febris: vel cum iure pulli, si adest. Origanum crudum, & contusum māmis appositum cataplasmatibus instar, lac concretum si fuerit dis-

Pul. adner-sus mulierum tormi-na.

Effectus origani.

*De vene
sectione.*

solue: si non concretum concretionem impedit: quia incidit, tenuat, & exsiccat. Idem præstat menta & eius oleum.

Venæ sectio probatur, quum abortus imminet, aut quum mulier abortire consuevit, & est iuuenis, & etiam febris est expers, idque primis mēsis gestationis & non postremis. Ac si tenetur febre acuta, aut peripneumonia, aut pleuritide, aut angina, aut vteri inflammatione, in maiori copia sanguis detrahi debet, quia agitur de fœtu, & matris interitu. Ea neglecta, sanguis citatiore cursu in vterum recurrit, & fœtum extinguit. Ob id, vt Medicus omnem vitæ calumniam marito aut parentibus optimum erit periculum prædicere. Interdum à parte remanet membrana secunda quæ à Græcis *δευτεριον χαειον* sic nominatur, quod alantoïdem membranam cingat, ex cuius retentione, facile putrescit & varia inde mala consurgunt, quibus remediis excuriatur, docendum.

*Quibus re-
mediis par-
tus mortu-
us, & secū-
da remota
ex excursi
debeant.*

Si iam fœtus est emortuus, validioribus remediis erit vtendum. Quæcunque vehementer menses cient, eadem mortuos conceptus, & à partu secundas extrahunt sumpta, admota & indita: vt radix aristol. rot. & longæ, gentiana, rubia maior, anonis, asarum. Herbarum arthemisia, parthenium, pulegium, orig. calamentum, sabina, dictamnus, phu maius, polium, prassium album, & apiastrum. Semina dauci cretici, cymini, siseleos, petroselinum macedonicum, & montanum: cortex cassiæ Ægyptiacæ, cinnamomum, piper, crocus, myrrha, castorium, grana tinctorum, borax, &c. Ex quibus parentur sequentia.

*Potio fœtū
mortuum
expellens.*

℞. Boracis sub. triti, ʒ. i. myrrhæ, & castorii, vtr. ʒ. β. syrupi arthem. ʒ. i. cum vino albo, aut decocto pulegii fiat potio illico sumenda: Vel

℞. Pul. boracis ʒ. i. vini albi ʒ. i. succi sabinæ aut ononidis ʒ. ii. fiat potio

Vel ex præscriptis simplicibus paretur pessus iustæ longitudinis, hoc modo.

Pessus.

℞. Rad. cyclaminis, & aristol. longæ, & myrrhæ, singul. ʒ. i. agarici, castorii, & sabinæ, singul. ʒ. ii. vetatri, ʒ. i. colocynth. ʒ. β. cum succo mercur. & adipe anserino, fiat pasta qua paretur pessus cum serico rubro vel panno lineo tenui filo suspensus naturalibus indendus, & extrahendus quoties libuerit. Vel

℥. Myrrha, ℥. β. vngulæ asinæ, ℥. iii. rad. ellebori nigri, ℥. ii. cum felle, fiant pastilli ad suffitum partium superiorum, cui adde galbani, opopanacis, & castorij, singul. ℥. i. Nec omittenda sunt sternutamenta, & reliqua quæ versa pagina sunt descripta, necnon cucurbitæ satis magnæ internis coxis prope pudendum applicandæ & sæpe repetendæ. Si neque his expelli nequit, priusquam corrumpantur sequentibus vtendum erit.

*Chyferuic-
tinnu*

℥. Rad. althææ, & liliorum alborum, vtr. ℥. i. rad. iridis, & aristol. rot. aut longæ vtriusque ℥. vi. bac. iuniperi, sem. lini, & fœnugræci, vtriusque ℥. iii. parthenii, arthemisiæ, pulegii, sabinæ, calamenti, & betonicæ, singul. m. i. florum chamæmeli, & sambuci, vtr. p. ii. coquantur in hydromelle ad lb. i. β. colaturæ dissolue mellis scillitici, & rosati, vtriusque ℥. ii. fiat iniectio in vterum iniicienda cum metrenchite, ter in die eleuatis clunibus. Atque dum putruerunt dissolue vnguenti basilici, ℥. i. sic sæpe continuando. Cumque maiore vi opus erit, decoctioni adde rad. cyclaminis, ℥. β. florum centaurij minoris p. i. hæc si minus iuuant, ad chirurgiam properandum adhibito ferro, vt docuerunt Hip. loc. cit. Celsus lib. 7. cap. 29. & Paul. lib. 6. cap. 74. & 75. Sunt nonnulli morbi qui medicamentis curari possunt; alii ferro candente. Alii verò qui neque medicamentis neque ferro curari possunt, hi solo prognostico sunt relinquendi, ne diffamentur remedia, quæ in aliis affectibus vtilia esse possunt, ex Gal. consilio: cui opinioni dissentit Celsus, qui suadet deploratos absque aliquo præsidio non esse relinquendos, ne ægri desperent: cui lubens subscribo.

De Strangulatu Vteri.

CAP. LXXXI.



RIVS QVAM vltra progrediar, nonnulla sunt præmittenda ex anatome sumpta, quod faciunt ad huius symptomatis & causarum effectricum dignotionem. Vterus à Græcis variè nominatur: frequentius tamen *Μήτηρ* & *ὕστερον* nominant.

De nomi-
ne.

Μήτηρ, i. matrem matricem ve, quia factuum est mater, qui ex ipsa nascuntur: ἢ ὅτι τὰ ἐσχίστους αὐτῆι μητέρας ποιεῖ: Id est, quod matres efficiat. *ὕστερον* verò, i. postremam vocarunt, non quod generatione sit vltima: sed ὡς τὸ ἐσχάτην κείσθαι τῶν ἀπλαγχιῶν, quia situ est viscerum vltima. Vterum Latini dicunt, quod in eo veluti in vtre foetus contineatur.

De sita.

Situs est in hypogastrio, inter vesicam, & rectum Intestinum medius. Eius substantia est membranosa, vt claudi, & dilatari possit: constans duabus venis, & totidem arteriis, & nervis exilibus, & triplici villorum genere, & duobus ligamentis laxis, vt moveri & distendi possit. Eius membrana est duplex, vtraque crassa. Prior à peritonæo originem ducit. Altera est interior, & illi propria. Prima vena, spermatica dicitur: altera hypogastrica, quæ ad interiorem, tum vteri, tum cervicis faciem riuulos diffundit. Has comitantur arteriæ, & nervi: illius oscula, acetabula Latinis, & κοτυλέδρες Græcis dicuntur. In eius fundi lateribus emicant duo processus ad ilia inclinantes, quos vulgus cornua appellat, non ita conspicui in mulieribus, ac in brutis. Triplici villorum genere est intertextus, rectis, obliquis, & transuersis. Hic, magnam habet sympathiam cum cerebro per nervos sextæ coniugationis, & eos qui à rachite cum septo transuerso exoriuntur. Cordi per arterias: & hepatis per venas. Cum vesica, & recto intestino, per villos quamplurimos & viciniam: quo inflâmato sequitur tinesmus & stranguria ex Hip. lib. de natura muliebri, & primo de morbis mulierum, & aphor. 58. sect. 5. Ad renes, per venas spermaticas, quarum sinistra ab emulgente ramo scaturit. Triplici mo-

tu mouetur: naturali scilicet, quum semen virile prolestat, & ad conceptionem contrahitur, & ad foetus & secundarum, aut aliarum rerum in eo contentarum exclusionem. Hic motus quia fit à facultate animali, dicitur naturalis. Alter motus est symptomaticus, & conuulsiuus, de quo nunc agimus, qui semper fit à causa morbifica, qualis est eius strangulatio. Tertius, dicitur mixtus: quia partim fit à facultate animali, & partim à causa morbifica. Quoquouerfum mouetur ex Hip. loco cit. & 3. de articulis textu 100. Κατὰ τὰς τῶν ὑστερῶν πλάτυσιν ἔλω- τασίας : 1. Vterus huc atque illuc mouetur & contrahitur: id est, sursum, deorsum & ad latera. His præmissis ad pensum redeo. ἢ πινξ ὑστερῶν : 1. Strangulatus, seu suffocatio vterina: Est symptoma conuulsiuū motus facultatis vteri deprauatus, qui magnam habet affinitatem cum apoplexia, catalepsi, epilepsia, lithargia, conuulsione & syncope. Ab apoplexia differt, sensu, respiratione, & stertore. In strangulatu mulier non omnino priuatur sensu: nam si acu pungitur, sentit quidem sed obscure, & manu collo apposita, indicat se suffocari, & nullus apparet stertor.

Vterus tri-
plici motu
mouetur.

Descriptio
strangula-
tus vteri.
A quibus
symptoma-
tis stran-
gulatus
vteri affi-
nitatē ha-
bet.

A catalepsi, quia in ea nullus est rigor, neque rigida manet, neque oculos apertos veluti larua quædam retinet. Contra, audit, & videt, sed loqui nescit. Ab epilepsia distat, quod in hac mulier non recordatur eorum quæ dicta & facta sunt, & in fine paroxysmi circa os spuma non apparet, nisi suffocatio epilepsiam accersit, & nerui contrahuntur: contra fit in vteri strangularu. A lithargia, febre, dolore, & pulsu. Lithargicus febricit, dolet capite, & eius pulsus est vndosus, & magnus. Contra mulier suffocata non febricit, & manu admota, indicat mali originem, & eius pulsus est conuulsiuus, rarus, & ita paruus vt vix percipiatur.

A conuulsione, digitorum compressione: nam dolorem si persentiscat, strangulatio est, sin autem conuulsio autore Hip. parte 4. lib. victus acutorum paulo ante finem. Ἐπὶ ὑστερῶν πηρομενῶν γνωσὶς πύσαι τοῖσι δακτύλοισι κλύει διασπῆται, τὰ ὑστερῶν ἐπὶ τῷ δὲ μὴ σπασμῶδες : 1. Vteri strangulatum vt dignoscas, duobus digitis comprimito, & si sentit, vteri strangulatio est. A syncope quoque distat, quoniam in hac est mador, & color faciei est similis hominis mortui, & odoratis iuuatur: in syncope nullus apparet pulsus. Contra, in strangulatu pulsus est læguidus, & color faciei tantum est pallidus, & odoratis læditur,

nisi partibus obscenis adhibeantur, foetida naribus admota, iuuant: in syncope nocent. Hæc sex symptomata inter se conueniunt, quod repenteprehendunt.

*Quæ huic
malo sunt
propensæ.*

Huic symptomati obnoxix sunt mulieres, iuuenes, salaces, & carnosæ & opiparæ nutritæ, & moniales sponte sua continententes, & quæ marito parû mulieroso nuptæ, & viduæ, ex marito salaci, & quæ abundant sanguine & semine, & quibus suppressi sunt menses, & maximè seniores frequentius quàm iuuenes in quibus sanguis, & semen facillè putrescunt. Quibus semen est retentum, & vitiatum, quam quibus menses suppressi aut vitiati, grauius afficiuntur teste Hip. li. de morbis mulierû.

De causis.

Causæ externæ multiplices esse possunt, quarum nonnullæ ab ipsis mulieribus disci possunt: vt abortus, partus difficilis, immaturorû fructuum esus, aquæ frigidæ potus largus &c. quæ vterum refrigerant, & strangulatum concitare possunt. Aliæ verò causæ aliunde sunt petendæ quam à mulieribus: vt capitis, vel alterius partis fluxio frigida in vterum: vel acris frigidi susceptio, quorum ratione inflatur vterus, comprimuntur intestina, & ventriculus, deinde diaphragma, hinc strangulatio. Interdum fit ex inanitione, quoties vterus sicciior redditur, vel à calore, labore, inædia, inflammatione, fluore muliebri, aut vlcere cancroso, vt obseruauit in vxoribus Quæstoris & ludicis huius prouinciæ, ex cancro vteri, quæ sæpe strangulabantur, nullisque remedijs tam internis quam externis iuuabantur. Apertis cadaueribus, cancri vlcerati in vtero fuerunt reperti: sic causa strangulationis tam frequentis mihi cognita fuit.

Causæ internæ ad intemp. frigidam & humidam non sunt referendæ, quia esset morbus & non symptoma: sed ad vteri insignem refrigerationem, cû qualitate maligna & venenata vndequaq; prouenire possit, quæ tam magna est, & facillè permeabilis, vt corpus vniuersû refrigerare potest, & partes principes afficere; ob sympathiâ magnâ quâ cû his partibus habet, ratione venarû quibus vterus est cõpositus, arteriarum & neruorû vt initio huius ea. ex anatome docui. Interdû fit ex mensiû aut feminis suppressione, vt obseruauit in quadam vidua quæ obiit ex semine corrupto, & nõ vacuato. Nõ solû ex semine corrupto strangulatio fieri potest: verum etiã ex quouis humore in vteri cavitare retecto, qui sua crassitie, & lictore, acetabula occludit, ex quibus putrefactis maligna ac venenata qualitas subsequi-

tar, quæverū cōuellit, & laceffit. Hæc qualitas sursum sublata, non solū hepatis per venas, & per arterias, carotidibus & cordi, & nervos cerebro: verū etiā per totius corporis spiracula, partes quas attingit, offendit, & earum functiones intercipit.

Alias etiam fit proprio vitio vteri, & non solum ex seminis aut mensium corruptela. Quod ita fit, quamplurimas mulieres videmus, quæ stans temporibus benè purgatur, & quæ vtero gerunt, & viri congressu fruuntur, quæ hoc symptomate cruciantur. E diverso, multas moniales videmus quæ opiparè viuunt, & sunt desidiosæ: & virgines annosas & eufarcas, quæ hoc symptomate non fatigantur. Non igitur tantum ex semine corrupto, vel ex mēsisbus retētis, sed potius ex proprio vterivitio: vt doctè cecinit Hip. li. i. de morbis mulierū. Viduæ pariter virorū cōgressu destitutæ, somniādo, aut ex colloquio libidinoso cū viris, aut osculo, cōtractu, aut titillatione, semen in vteri cavitare reiciunt, & foras non emissum, ibi retentum putrescit, & venenatā qualitātē acquirit, quā cæteris partibus præcipuis impartitur: hinc strāgulatio. Idē sentiēdū de monialibus, & virginibus salacibus cybariticè viuētibus, quibus menses sunt suppressi, siue invenis, siue in vteri cavitare facile corrumpuntur, quorū qualitas maligna vterū laceffit, & suffocationem cōcitāt. Quinetiā sanguis quum in vasis cumularus æqualiter, vterus sursum mouetur: quia vasa, (vt cætera omnia mollia) in latū & profundū extēduntur quidē, sed breuiora sūt. Sic cōsentēdū de sanguine inæqualiter retēto in vasis, ad coxas, aut ad alterū latus desinens, in ea parte qua vehementius inclināt, vterus retrahitur ad suā originē, venā cauā scilicet & arteriā aortam. De his extat historia apud Hip. 3. epid. curatione 90. vbi agitur de vxore Polemarchi. Nulla (inquit) fides mulieribus adhibēda, quæ asserūt vterū ascendere ad cor, & ad collū boli instar, aut ad cerebrū. Gal. 6. locorū affect. c. 5. quod falsum est: sed verisimile est, ex contractione vteri, intestina, ventriculus & diaphragma (quod est præcipuū respirationis instrumentū) cōtrahi, ex qua contractione strāgulatio facilè consequitur.

*Signa f
strāgula-
tus fit vte-
ri vitio.*

Signorum diagnosticorum alia sunt quæ futurum paroxysmum, alia sunt quæ præsentem, & alia quæ solutionē denunciant. Quæ futurum, sunt nausea (sine vomitione) ventriculi oppressio, & ventris inflatio, cibi fastidium, intestinorum rugitus, & murmur: dyspnœa, mentis & sensuum stupor: toxicus corporis, & maximè crurum tanta imbecillitas, vt non

*Signa qua
futurum
paroxysmū
nosant.*

*Signa quæ
præsentem
paroxysmū
ostendunt.*

nisi cum difficultate stare possunt: quia coxæ à corde, & cerebro longius absunt, & parti primariò affectæ sunt propinquiores: cordis palpitatio, faciei pallor, & aspectus est mœstus, mœror sine causa manifesta: dolor circa vterum, ascensus vaporum, delirium, sitis ex putri halitu sursum sublato, capitis dolor, labiorum, & oculorum rubor, pulsus debilis, & veluti sopitus apparet. Signa quæ præsentem paroxysmum denotant, sumuntur à causis efficientibus, nempe ab vteri refrigeratione, siue ab humore frigido, aut putri, cum quadam qualitate venenata, aut tantum maligna, aut à menstruo sanguine, aut à semine, aut à proprio vteri vitio (vt dictum est) veluti sopor, apncea, aponia, asphixia (id est nulla venarū pulsatio) delitiū, furor, conuulsio brachiorum & femorum, risus, lachrymæ, vel vtrunque vicissim pro natura humoris atrabilarij, vel sanguinis menstrui, vel casus subitus in dorsum, sensuum & memoriæ & respirationis priuatio: pulsus est adeo obscurus & paruus, vt percipi vix possit. In nonnullis hæc symptomata sunt longe mitiora, quod nonnullæ vident, audiunt & sentiunt, sed voce priuantur ex compressu diaphragmatis. Si hoc malum in fauces irruit, mulieres quasi vinculo constringi videntur, profusq; spiritū interciperè magno suffocationis metu. Vbi verò arcem cerebri conscenderit, interdum furorem vterinū cum garrulitate, iracūdia & inquietudine mouet. Alias soporē inducit, quo mulier corruens, veluti attonita iacet sine motu, sine villo sensu, sine respiratione, aut saltem parua, ac si iam esset extincta. Paroxysmus durat, quoad discussa sit eius causa effectrix. Si à pituita putri, vt vetulis accidit, aut iuuenibus prauo victu vtentibus, aut à potu largo ac intōpestiuo aquæ, vini, esu fructuum crudorū, &c. Aut si à retētis mēsis vterus sursum, aut deorsum ad coxas, aut ad latera contrahitur, ea parte qua vehementius inclinatur, venæ quæ ad vterum pettingunt supra modum repletæ abbreviantur: sic vterum & eius vincula contrahunt obstructis viis à crassitie illius humoris.

*Signa si à
putri pi-
uita sit.*

Signa inclinantis paroxysmi sunt, quum humor quidam ex locis muliebribus excurrit, siue sponte, aut titillatione digitorum obstetricis fuerit allectus, aut intestinorum obmurmur, aut quum oculi aperiuntur, aut malæ rubent, & quum intellectus, sensus ac motus restituitur, aut corpus firmari incipit: coxæ & cerebrum à crassis ac venenatis vaporibus liberantur, & vterus ad suam sedem curatur.

Hyeme & autumnò , & quouis anni tempore superuenire potest, licet in hyeme & autumnò frequentius, quia tunc temporis venus languet, & vapor qui strangulationem concitat, à frigore condensatur & coërcetur pituita succrescente. Ex hac strangulatione multa symptomata subsequi solent, quarum alia sunt leuiora, quæ facillè curantur: alia grauiora & lethalia. In his pulsus & respiratio intercipitur, & veluti extinctæ iacent, remanente respiratione, quia earum calor est exiguus & ferè extinctus ex nimia vteri & partium principum refrigeratione cum quibus magnum habet consensum, & paucus calor sufficit ad conseruandam vitam, vt apparet in serpentibus & aliis animalibus quæ per hyemen in latibulis viuunt sine alimento & sine inspiratione aut expiratione aut saltem pauca: perinde accidit mulieribus strangulatis. Ob id rectè veteres censuerunt, non esse sepeliendas ante triduum, quia nõnullæ reuiuiscunt dissipato vapore maligno, quæ mortuæ videbantur. Strangulatio quæ tantum fit vitio vteri, aut ab aliqua causa externa, aut ab humoribus frigidis, aut à mensibus suppressis, est lenior ea quæ fit à semine putri ac venenato. Peior si coniuncta est syncope aut epilepsia, quia spatio paucarum horarum interficere potest. Accessionum longitudo ac vehemens semper est perniciosa. Contra earum breuitas est tuta. Si spuma circa os appareat, cum vehementia symptomatum est mortis inditium. Quæ locellorum præfocatione corripiuntur, si coëant cum viris, facillè concipiunt. Mortis & vitæ inditium sumitur ex pennis leuissimis, aut hapso lanae aut gossipio carpto, ori appposito, aut scypho aquæ pleno thoraci admoto: sed hæc signa mortis aut vitæ sunt incerta: sed aliunde exploranda, veluti ex sternutatorio vt docuit Hip. aphor. 35. sect. 5. Γυναίκι Ἐπὶ ὑστερικῶν ἐπιγλυφίδων ἢ δυσκοίτη παρμὸς ἕπι γυνήδεος ἀγαθόν. i. Mulieri hystericae, aut difficulter parienti sternutamentum superueniens bonum. Idem cecinit lib. 1. prorrh. comment. 3. textu 119. & prænotione 554. lib. coacarum. Ne mirum videri debet, si ex qualitate maligna ac venenata in vtero contenta, vnde quaque prouenerit, tam sæua symptomata & plerumque mors mulieribus accidunt, cum ex angusto vulnere, scorpiones, vipersas &c. suum virus eiaculantes in minori quantitate, homines iugulare videmus.

Cum strangulatus vteri à variis causis tam externis quam internis oriatur, & vnaquæque causa suam efflagitaret curatione.

tionem, ne hoc caput in volumen excrescat, reducam in duo membra, nempe in prophylactica & therapeutica. Illa futuram strangulationem prohibebit, hæc urgentem accessio- nem submouebit. Cum causæ præcipuæ referuntur ad sanguinis menstrui, aut alterius humoris retentionem: aut seminis vel vteri vitium cum maligna ac venenata qualitate, curabitur triplici remediorum genere. Victu scilicet, venæ sectione, & purgatione.

De vitio.

Plenitudo quæ animaduertitur in virginibus salacibus, viduis monialibus opiparè viuentibus ac desidiolis & quibus suppressi sunt menses minuenda erit victu tenui refrigerante & parum nutriente: vt pane hordeato, potu aquæ, piscibus fluuiatilibus, carne friabili præditis, oleribus, & eorum iusculis, acetariis, fructibus horariis ac recentibus, laboribus, studiis grauibus, ieiunio, & piis cogitationibus.

Contra fugiat colloquia libidinosa, & si menses sunt retenti, mouendi: fugiat quoque vinum generosum, vsum carniū, lac, oua, legumina, aspectum virorum formosorum, decubitu- tum super culcitram plumeam, sed potius super tomentitiam aut paleam, aut super folia herb. refrigerantium quales sunt folia viticis, vitium, salicis, & nenupharis. Fugiat quoque omnia acria, salsa, piperata, flatulenta, & quæ sanguinem calidior- em reddere possunt.

De venæ sectione.

Si plenitudo est à suppressis mensibus, demenda erit venæ sectione ex cubito eo tempore quo menses fluere consue- runt: Deinde ex malleolo, non semel tantum, sed iteratis vici- bus. Si quid eam dissuadet, affigatur cucurbitulæ magnæ cum multa flamma umbilico, pubi, & coxis parte interna, cum sca- rificatione, præmissa balano, aut clystere, aut cathartico leni, ne materia peccans & maligna in vterum deducatur & paro- xysmum accersat. Si deorsum vterus vergit, siue in dextram, siue in sinistram partem. Si ad dextram saphena dextra, si ad si- nistram, sinistra aperiat. Si sursum vertitur, ambas venas ape- rit. Hip. parte 4. lib. Victus acutor. textu 23. & 24. docens cu- rationem vocis interceptæ sic: τὸ δὲ ἀφανόλιχε ἐξήφνης γινέσθαι φλεβῶν σκοπιήμας λυπέσθαι, καὶ ὑγκρίοντι τὸ δὲ ζυμβῆ ἀνευ παρῳάσιος, ἢ ἄλλης αἰτίας ἰσχυρῆς, φλεβοτομέειν οὐκ ἀπὸ τῆς βραχίονος τῆς δεξιῆς τῆς ἑσῶ φλέβας, καὶ ἀφερεῖν τὰ ἀμαίωτα, καὶ πλεονέξιν, καὶ πλεονηλικίην ἀφελόντες, ὅμοιοι τὸ πλεονέξιν καὶ τὸ ἐλασσόν: 1. Quum quis repente voce de- fecerit, venarum interceptiones affligunt, vbi id benè valenti citra manifestam occasionem aut validam aliam causam con-

tigerit venam incidere oportet brachii dextri internam, & sanguinem detrahere, habita secundum habitum & ætatem pluri aut minoris ratione. Hanc doctrinam sequuntur Auic. fen. 23. tertii tract. 4. cap. 18. & Rhasis & Neoterici. Contra si ex semine corrupto & venenato fiat, venæ sectio locum non habet, ne vna cum toto corpore vterus plus iusto refrigeretur, & venenum in maiores venas transferatur, & accessionem vix solubilem accersat, præcipuè si mulier est vidua, iuuenis, eufarca, aut monialis quæ opiparè viuant: Tales abundant & sanguine & semine.

Si mulier est nupta, sæpe coëat. Tertium curationis genus in purgatione versatur, si mulier est cacochyma: (quia vitiosi humores huic symptomati sæpe ansam præbent & sanguinis menstrui eruptione cohibent) purganda erit, vt conceptis verbis Hip. docuit li. 2. de morbis mulierum curat. 16. sic, *καὶ ἐπισησὶ φάρμακον πύσαι καὶ ὡ ζεῆν. ἢ δὲ μὲν χολάδης ἢ, ὁ πὶ χολικὴ καθαίρει. ἢ δὲ φλεγμάλωδης, ὁ πὶ φλεγμα.* i. Et vbi sanaueris, medicamentum deorsum purgans potui exhibendum, quod bilem purget, si quidem biliosa fuerit: si verò pituitosa, quod pituitam: Sic censendum de humore melancholico. Purgationi præponenda est humorum coctio & præparatio ex eodem Hip. aphor. 9. sect. 2. *Τὰ σώματα ζεῆν, ὅκτι ἀνὶς βέλονται καθαίρειν, εὐροα ποίειν.* i. Quum quis corpora purgare volet, ea fluxilia faciat oportet. Si mulier non est nupta, nubat. Si non licet ob votum, obseruet ad vnguem victum institutum. Si ex intempestiuo labore, quies est imperanda. Si ex calore, victu refrigerate tam sumptis quã admotis est moderandus. Si ex inædia aut ieiunio lōgiore, vtatur liberaliore victu euchymo & eupepto. Si ex catarrho in vterum decerrante oritur, qui illū plus iusto refrigeret, & aliquam malignam qualitatē conquirat, præter victum congruum, purgare oportet medicamentis phlegmagogis, si pituita: nēpe agarico trochiscato & pilulis de hiera, aut fœtidis maioribus, aut elect. diacarth. aut indo, & similib. quib. semper sunt miscenda aliqua hysterica cal. ob vteri refrigeratione & venenata qualitatē correctione quæ huic symptomati ansam præbuerunt tam in sumptis quã admotis, & flatus discutientia, & maximè quoties ab illis causis extenditur & prominet. Si ex bile vitellina, cholagogis: si ab humore melancholico, melanagogis: Si à flatibus, eos discutientia sunt imperanda: qualia sunt semina agni, rutæ, castorium, pul. diasymini. Vel sunt petenda ex curatione colici doloris à flatibus cap. 54.

De purgatione.

Si ex vitio vteri, per contraria corrigatur. Si ex inflammatione, aut à retentis mensibus, ad propria capita recurrédum, in quibus varia præsidia scribuntur, quibus nonnulla hysterica (vt dixi) sunt miscenda. Si à grumo sanguinis in vtero cōcreto & putri cum maligna aliqua qualitate quæ vterum conuellit, erit dissoluendus medicamentis amaris secundo ordine calidis, quæ eum dissoluant, & detergeant: qualia sunt coagulum leporis, mumia, eupatorium, apium, melissa, absinthium maius, scordium, prassium, myriophyllum, betonica, hypericum, anagallis, bryonia, calamētum. Decoctum vnius horum aut plurium: aut horum succi per metrenchitem iniecti cum terebinthina aut melle rosato cum aloë aut myrrha puluerata. Syrupus absinthii minor, & non maior D. M. Hæc omnia huic negotio congruunt, quibus quisque suo Marte componat. Vel

Balanus lauis.

℞. Pul. muscerdæ, & salis gemmei, vtriusque ʒ. β. pul. hieræ Gal. cum agar. ʒ. i. saponis genuensis ʒ. β. malaxentur in mortario absque liquore, & forma balanos teretes podici indendæ. Vel sequens quæ etiam menses mouet.

Balanus altera menses mouens

℞. Pul. sem. dauci cretici, polii montani, sabinæ, & castorii, singul. ʒ. β. ambaris, & moschi vtr. grana duo si diues: minus pul. diamoschi aut troch. galliæ mosch. ʒ. β. cum melle cocta fiat balanus vt supra indenda. Et si in vtero est vlcus cancriformum parabitur sequens.

Balanus ad vlcera cancriforma.

℞. Plumbi cum mercurio præparati, & subtilissimè triti, ʒ. ii. boli armenæ, & lapidis calaminaris, cerusæ & cineris cancrorum fluuiatilium, singul. ʒ. β. cum sapone genuensi fiat pasta (sic diutius conseruantur) de qua parentur balani plures teretes, & non ita longi vt hodie multis in locis fit, vsui. Non solum ad vteri vlcera præsunt, verum etiam ad alui profluvia & ad menses redundantes, quæ filo longo alligari debent, vt retrahi possint. Glandes ad vlcera, duriores esse debent quam in aliis affectibus. Vel vtere sequentibus clysteribus.

Clyster refrigerans ad vteri inflam. & ad bilem vitellinâ.

℞. Mal. viol. lact. borrag. singul. m. i. prunorum, pa. vi. sem. 4. frig. ma. & dauci cretici, sing. ʒ. ii. florum chamæm. roris. nymphææ, & thymi, singul. p. i. coque in aqua ad ʒ. i. colaturæ dissolue cassiæ cum sacch. & hieræ simpl. Gal. vtriusque ʒ. vi. mellis mercur. & olei chamæmeli, vtr. ʒ. i. β. fiat clyster. Si causa efficiens est pituita,

℞. Calamenti, origani, pulegii, rutæ, singul. m. i. bac. lauri, ʒ. β. agarici,

℞. β. agarici ℥. ii. florum chamæmeli, thymi, & saluiz, singul. *Clyster in*
 p. i. coque in aqua ad ℔. i. dissolue hieræ pachii, ℥. vi. mellis an- *causapi-*
 thofati, & olei anethi, vel rutæ, vtriusque ℥. i. β. fiat clyster sup- *emrofa.*
 ponendus quoties necessitas postulabit.

℞. Fol. maluæ, viol. fumariz, lupuli, borrag. & melissæ, sing. *Alter si ab*
 m. i. mercur. m. β. ficuum, pa. 4. sem. 4. frig. ma. & dauci cretici, *humore*
 singul. ℥. ii. florum sambuci, hyperici, & chamæmeli, singul. p. i. *melancholico.*
 coque in aqua suffi. ad ℔. i. Colaturæ dissolue catholici, vel
 elect. lenitiui, & confect. hamech, vtr. ℥. vi. mellis mercur. &
 olei sambuci, vel irini, vtriusque ℥. i. β. fiat clyster.

℞. Rad. valerianæ ma. ℥. i. arthemisiz, parthenii, melissæ, & *Alter mē-*
 calamenti, singul. m. i. sem. vrticæ, dauci, & fœniculi, sing. ℥. ii. *ses moner.*
 florum hyperici, thymi, & chamæmeli, sing. p. i. coque in aqua
 ad ℔. i. colaturæ dissolue bened. lax. & hieræ pachii, vtr. ℥. vi.
 succi mercur. ℥. i. oleorum liliorum, & chamæm. vtr. ℥. i. β. fiat
 clyster. Vel horum loco ad exonerandam aluum

℞. Cassiæ recens extractæ, ℥. i. elect. de citro sol. ℥. iii. rhab. *Eccoproti-*
 selecti, ℥. iii. agarici, ℥. ii. caryoph. & cinnamo. vtr. ℥. β. infun- *cum chol-*
 dantur omnia simul in decocto betonicæ, & mercur. per no- *gogum.*
 stem super cineres cal. Expressum detur summo mane: Vel
 cum saccharo sine decocto paretur bolus. Vel

℞. Polypodii querni contusi, ℥. vi. carthami, & fennæ mūd. *Aliud*
 vtr. ℥. iii. calamenti, m. i. chamæmeli, m. β. sem. dauci, & agni, *phlegmag.*
 vtr. ℥. iii. caryoph. integ. nu. 3. coque in aqua ad ℥. iii. colatu- *& mel-*
 ræ infunde agarici troch. ℥. ii. rhab. ℥. 4. diaphœnici ℥. vi. Ex- *nagogum.*
 pressum detur summo mane. Si pituita est educenda vice dia-
 phœnici, substitue tantundem elect. diacarthami quod etiam
 melanch. conuenit.

℞. Rad. acori vulg. & pæoniæ, vtriusque ℥. i. corticis citrii *Si exca-*
 sicæ, ℥. β. herbarum betonicæ, sampsuchi, melissæ & prassii *tarho aut*
 albi, sing. m. i. stœchadis Arab. m. β. passul. mund. pa. x. sem. si- *pituita*
 leris mont. ℥. β. florum torism. & buglossi & hyperici, singul. *apozema.*
 p. i. coque in aqua ad ℔. i. oxymellis simpl. ℥. iii. fiat apozema
 clarific. & aromat. pul. diamoschi ℥. i. pro tribus dosibus mane
 sumendis.

℞. V. rad. aperient. mund. & contusarum, & valerianæ ma. *Aliud si d*
 singul. ℥. i. herb. calamenti, matricariæ, arthemisiz, & sabina, *suppr. men-*
 singul. m. i. sem. dauci cretici, ℥. β. florum thymi, hyperici, & *fibus.*
 buglossi, sing. p. i. coque in aqua ad ℔. i. sacch. albi, ℥. ii. fiat apo-
 zema clarific. & arom. cinnamomo pro iii. matutinis.

*Apozema
ad usum
inflammationem.*

℞. Rad. lapati acuti, graminis, rusci, valerianæ ma. & asparagi singul. ℥. i. cichorii, lupuli, fumarix, seriolæ, borrag. lactucæ, & portul. singul. m. i. sem. acetosæ, papau. albi, melonis, & anisi, singul. ℥. i. β. florum nymph. p. ii. coque in aqua ad ℥b. i. syrupi de granatis, ℥. iii. fiat apozema clarific. & arom. pul. diatriasant. in iii. doses.

*Aliud ad
humorem
melancholicum.*

℞. Succorum de pomis redol. & fumarix, vtr. ℥b. β. syrupi conseruat. rad. buglossi, sacch. & non melle conditarum ℥. iii. fiat apozema clarific. & aromat. puluere diambrix, ℥. i. pro tribus dosibus. In alterius succi penuria suc. mercurial. substituat. tur concocta materia, sequentibus remediis erit expurganda.

*Castoria
plegma-
goga.*

℞. Castorii ḡ. 4. agarici troch. ℥. i. pul. hieræ, & pil. foetidarum, vtr. ℥. β. cum guttis aliquot aquæ matricariæ, fiant pil. vi. deauratæ cap. post primum somnum.

*Potio pur-
gans adidæ*

℞. Agarici troch. turbith, & myrobal. cepularum, oleo amygd. dul. confricatarum, sing. ℥. ii. elect. Indi ma. ℥. vi. infundantur omnia simul in decocto polypod. fennæ, cymini, & caryoph. per noctem super cineres cal. Expressum detur.

*Potio cho-
lagoga.*

℞. Nardi Ind. minutim incisæ, ℥. β. rhabarb. ℥. ii. elect. de psyllio aut rosati Mes. ℥. vi. infundantur simul in parte vna decocti apozematis ad bilem præparati super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi violati ex 9. infusionibus, ℥. i. fiat potio.

*Melanago-
ga.*

℞. Polypodii querni contusi, ℥. vi. fennæ mund. ℥. iii. epithymi, ℥. ii. veratri nigri veri & non adulterini, & sem. cymini vtr. ℥. i. caryoph. integrorum nu. 4. coque in sero lactis ad ℥. iii. colaturæ infunde confect. hamech, aut trypheræ persicæ, ℥. vi. myrobal. indarum, oleo violato confricatarum, ℥. iii. Expressum detur mane. Dosis horum purgantium augeatur aut minuatur pro cuiusque ægræ viribus, ætate, cœli statu, & regione. Gal. commendat suum diospoliticum & diatrium piperum & agaricum, pondo ℥. i. cum vino albo potatum. Rhasis suas tabellas: sic:

*Tabella
Rhasis.*

℞. Seminum agni, portul. acetosæ, & cuscutzæ, sing. ℥. i. sem. mentæ, & calamenti vtr. ℥. ii. fiat pul. subtilis dissoluendus in sacch. albi aqua mentæ soluti & cocti ℥b. β. & forma tabellas, cap. vnam quotidie mane pondo ℥. ii. & alteram hora somni superbibendo ℥. iii. aquæ stillatitiæ in alembico vitreo mētæ, aut calamenti cum ℥. β. succi cydoniorum, per multos dies sic cōtinuando. Matthiolus iactat se vidisse mulierem quãdam quæ singulis ferè diebus strangulabatur, quæ ysu vini albi in quo

℥.i. rad. bryoniae parum coxerit semel in hebdomade spatio vnius anni, à quo vsu omnino sanata fuit. Celsus & Aëtius lib. 16. ex autoritate Philagrii probant suum castorium. Nos verò probamus vsu mithridatii veteris & probati, & tabellas diambrae, aut diamoschi, & balnea sulphurea. Nicotiana folia probè calfacta vmbilico, & regioni vteri imposita, est praesens remedium. Quod si animi deliquium subsequatur, eorundem fumus naribus obiectus strangulatas mulieres illico liberare scripsit Manardus lib. 10. Epistola 5. Mesue laudat suam zazeneam. Si mulier est nupta & coire desierit, ob mariti longam absentiam, vel vidua *εὐσαρχα* aut *πολυαιμύς*, aut monialis, vel virgo salax quae huic symptomati sit obnoxia & fluunt menses, & ex semine vitioso in vtero patetur sequens.

Si vitio seminis curatio.

℥. Rad. aristol. & nymph. & dictamni, singul. ʒ. ii. calami arom. iridis flor. folii indi, pulegii, matricariae, blattae bisantiae, & seminum agni, rutae, & castorii, singul. ʒ. 4. styracis, & beniuini, vtr. ʒ. ii. fiat pul. excipiendus musa aenea siue zazeneam si extiterit, vel mithridatio, aut theriaca veteri, quantum satis erit in massam satis duram cum panno cannabino nouo & raro, paretur pessus sex digitorum longitudinis cum quo coeat quoties sola fuerit, loco viri.

Pessus pro paupere obnoxia strangulationi.

℥. Pul. ligni aloës, & troch. galliae moschatæ, vtriusque ʒ. iii. cinnamo. macis, styracis cal. & beniuini, singul. ʒ. ii. ambaris, moschi, & zibetti, singul. ʒ. i. cum theriaca veteri & probata, pul. excipiat in massam duram qua cum serico rub. paretur pessus 6. digitorum longus in vterum indendus hora somni. Emissio semine seruabitur in alias noctes. Si virgo, vtatur sequenti. ℥. Olei nucis moschatæ, ʒ. β. pul. diagalangæ, ʒ. β. moschi, ambaris, zibetti, sing. ʒ. β. fiat linimentum quo illinetur vulua digito eo illito in lecto. ℥. Terebinth. venetae aqua acetosæ lotæ, ʒ. iii. pul. sem. dauci, & viticis, sem. agni, vtr. ʒ. β. cinna. ʒ. vi. cum conserua florum roris. fiat bolus mane deuorandus horis 4. ante prandium: vteri colluuiem eluit. Vel

Pessus pro diuise.

Linimentum pro virgine Bolus.

℥. Rad. rubiae ma. & medianae cort. cassiae fistularis, calami arom. & medullae sem. paxoniae, sem. siseleos, pulegii, singul. ʒ. iii. moschi orientalis, (sumptus & subditus vteri strangulationum inhibet) & nardi Ind. vtr. ʒ. β. cum succo arthemisiae fiat massa, è cuius dragma fingantur pil. vi. cap. duas vel iii. interpolatis dieb. post primum somnum. Has probat & comendat Montagnana ad finem consilii 226. Quae inquit, non sunt sumendae

Pulula de moscho Montagnanae.

dum menses fluunt: Dosis est à ʒ. i. ad ʒ. i. ʒ.

*Iniectio
sanguinem
concreta
dissolvens.*

℞. Succorū scordij, apii, agrimonij, & matricarij, sing. ʒ. ii. his dissolue coaguli leporis, vel hœdi, ʒ. ʒ. pul. myrrhæ, & aristol. longæ, & aloës sing. ʒ. i. mellis rosati, ʒ. ii. fiat injectio cum metrenchite in vterum eleuatis clunibus injicienda: cui adde terebinthinæ abietis ʒ. i. Nunc de genuina strangularis vteri curatione. Inclinate paroxysmo quum iam de vita cōstat perfricare oportet coxas & poplites, cum panno aspero, aut cum manibus oleo sambucino, aut irino inunctis, cui salis, aut aceti tantillum insit. Deinde summos pedum digitos, atque interdum crura arctissimè deligare conuenit, spatio horæ semissis. Quinetiam cucurbitulæ cum larga flamma inguinibus & imo ventri sunt defigendæ cum leni scarificatione. Hinc

Clyster.

℞. Pulegij, scordij, parthenij, & melissæ, singul. m. i. chamæmeli, & rorism. vtr. m. ʒ. sem. dauci, ʒ. ʒ. centaurii minoris, p. i. coque in aqua suffi. ad t̄b. i. dissolue hieræ pachii, ʒ. vi. mellis mercurialis, & olei chamæmeli, vel de castorio, vtr. ʒ. i. ʒ. fiat clyster injiciendus (si aluus non fluxerit) vel balanum in prophylacticè (si ad manum habeas) descriptum, injice. Si strangulatio scaturit ex seminis, aut vteri vitio, aut à retentis mensibus corruptis, si vapor sursum repit, odorata post scribenda vuluæ admoueantur, & naribus fœtida, vt cōceptis verbis docet Hip. lib. 2. de morbis mulierum curatione 12. Contrà si deorsum vergit, fœtida vuluæ, & naribus odorata admouere oportet, ex eodem Hip. ne quid præposterè agatur: vterus delectatur odoratis, & fœtida respuit. Inter fœtida, sunt galbanum, sagapenum, opopanax, assa fœtida, bitumen, castorium, oleum è gagate, modo ægra epilepsij non sit propensa, secus officeret autore Diosc. Inter mitiora, sunt fumus ex corio combusto, aut cornu, aut ex plumis perdicis, aut lana combusta, aut pilis exustis, aut elichnio recens extincto, aut matula ex veteri vrina, & similibus fœtidis. Inter odorata primas tenent moschus, deinde ambar cineritium, zibettū, troch. galliæ moschata, cinnamo. nux moschata, styrax calamites, beniuium, xilaloës, santalum citreum &c. Si grauis sopor obrepit, gumi aceto acerrimo dissolue: euphorbium olfaciendum dari potest, modo nulla euidentia plethora aut cacochymia cerebrum occupauerit, alioquin verendum esset ne fusis liquatiffue humoribus aut catarrhus aut grauior sopor aut apoplexia succederent. Nunc formulas subijciamus.

*De medic.
fœtidis.*

*De medic.
odoratis.*

℞. Galbani, assæ fœtidæ, castorii, pencedani, & sulphuris, *Sufficiens*
singul. ℥. β. cum oleo petrolei, fiant pastilli instar auellanæ. Im-*facidus.*
ponatur vnus carbonibus semiaccensis, & dirigatur fumus in
laborantis nares. Ex portione huius pastæ formetur pomum
assiduè naribus admouendum.

℞. Troch. alyptæ moschatæ ℥. ii. folii Indi, macis, caryophyl- *Alter, sed*
lorum, & xilaloës styracis cal. & beniuini, singul. ℥. i. moschi, *adoratus*
ambaris, & zibetti, singul. ℥. β. fiat pul. aqua lauendulæ vel *pro medio-*
auranciorum excipiendus, & fiant pastilli lupinares quorum *cribus for-*
fumus per tubum infundibuli dirigatur in vuluam si vterus *tuna.*
sursum mouetur, vel ex eadem materia paretur pessus cum se- *Pessus pro*
rico rubro raro indendus naturalibus. Vel accipe troch. gal- *diuibus.*
liæ mosch. ℥. ii. moschi & ambaris vtr. grana vi. & forma par-
uum pessum cum serico rub. & aqua rosarum in partibus ob-
scœnis indendum filo oblongo ligatum coxæ vt extrahi pos-
sit.

℞. Calamenti, pulegij, & melissæ, & confect. neræ, sin- *Alter pro*
gul. ℥. i. pul. diamoschi, styracis cal. beniuini, caryophyllorum, *pauperibus*
singul. ℥. i. fiat pul. excipiendus aqua rosarum in partem qua
formetur pessus vt supra, naturalibus inditus. Quoniam blan-
dus agendum cum virgine aut moniali quam cum nuptis
aut viduis, loco pessi vtatur linimento aut suffitu hoc mo-
do paratis.

℞. Olei caryophyllorum, vel nucis moschatæ, ℥. i. dissol- *Linimentū*
ue confect. neræ ℥. ii. vel confect. alchermes ℥. i. troch. galliæ *pro diuite.*
moschatæ, ℥. β. moschi, & ambaris, vtr. ℥. β. fiat linimentum
quo vteri ceruix illinetur, etiam in vuluam immisso digito sa-
tis diu titillando vt semen retentum exiliat.

℞. Olei muscellini ℥. i. styracis cal. & beniuini, vtriusque *Aliud pro*
℥. i. caryophyllorum, blattæ bizantis, & calami aromat. iridis *paupere.*
flo. singul. ℥. i. pul. diamoschi, aut diambæ grana tria cum tã-
tillo ceræ fiat linimentum, aut sine ea, si oleum nucis mosch.
(loco muscellini) vsurpaueris, quo vtere vt dixi.

℞. Florum lauendulæ, origani, calamenti, pulegii, singul. *Sufficiens*
℥. ii. caryophyl. macis, styracis cal. & beniuini, singul. ℥. β. fiat *pro paupere*
pul. aqua lauendulæ aut naphæ, aut rosarum, parentur orbi-
culi quorum vnus aut alter prunis semiaccensis imponatur, *Alter, pro*
indeque vapor per tubum infundibuli exceptus, dirigatur in *diuite pa-*
vuluam. Pro diuite paretur suffitus præscriptus. Præterea sunt *reitur præ-*
vellicandæ aures, & maximè pili pubis, & clamoribus altis, & *scriptus.*

repetitis sunt vocandæ. Postremò, si his non discutiatùr hù-
mor, aut vapor malignus, sternutamento excitetur parato ex
pipere, nigella, veratro, euphorbio, sinapij castorio, & simili-
bus.

Quod si longius accessio prorogetur, veniendum erit ad
ea quæ tetros vapores absumunt & flatus discutunt: qualia
sunt quæ colica dicuntur, adiectis systericis tam in sumptis
quam in admotis. Sed in iis diligenter animaduertendum sim-
plex ne sit, an solitaria vteri suffocatio cum febre complicata,
aut cum melancholia hypochondria connexa, & maxime in
assumptis calidioribus quibus prorsus abstinendum esset,
ne febrem exasperent. Pariter à dulcibus, quia calido iam irri-
tato non parum aduersantur.

At in cæteris remediis nihil istiusmodi delectus est haben-
dus, vt in sequenti clystere apparet.

Clyster.

℞. Fol. bismal. mercurialis, calamenti, origani, parthenii,
singul. m. i. bac. lauri, viticis, rutæ, & cymini, singul. ʒ. ii. florum
chamæmeli, hyperici, & rorism. singul. p. i. fiat decoctio in aqua
suffi. ad ℥. i. colaturæ dissolue hieræ pachii, ʒ. β. elect. de bac-
cis lauri, ʒ. vi. mellis mercurialis, & olei rutæ, vtr. ʒ. i. β. fiat cly-
ster: vel supponetur balanus flatus sic discutiens.

*Balanus
flatus dis-
cutiens.*

℞. Mellis, ʒ. i. succi rutæ, ʒ. β. coque. Deinde adde pul-
cymini, salis gemmei, & iridis flo. singul. ʒ. β. fiat balanus.
Exonerata sic aluo pessum qui aperiat, & flatus discutiat, &
præclusam vuluam laxet, admixtis odoratis præscribere oportet;
qualis est moschus, ambar, zibettum, gallia moschata, &c.

Plurima quæ ciendis mensibus pessi forma aptantur, & stran-
gulatui, vteri forma pessus ad causam continentem hystericæ
affectiois, aptari possunt.

*Pessus ad
causam
continenti.*

℞. Gentianæ, myrrhæ, aristol. longæ, iridis, dictamni cretici,
calamenti, melissæ, cinnamo. macis, cymini, dauci cretici, viti-
cis, baccarum lauri, & salis gemmei, singul. ʒ. i. galliæ mosch. &
beniuini, vtr. ʒ. ii. folii Indi, & nardi Ind. vtr. ʒ. i. croci, mo-
schi, ambaris, vtr. ʒ. β. si diues: sin minus, singul. ʒ. iii. omnia
trita serico rub. inclusa, forma pessum cum serico rub. & pul-
pa ficuum. Erit longè præstantius (modo haberi possit) pul-
uerem excipere felle testudinis, vel miscere eiusdem testudi-
nis iecur puluerizatum pari pondere. Vel

*Alter ad
idem.*

℞. Confect. è baccis lauri, vel theriacæ veteris & proba-
tæ, ʒ. β. sem. rutæ, viticis, & cymini, singul. ʒ. i. troch,

gallix mosch. ꝑ. ii. cum serico, fiat pessus: extrinsecus salubriter admoventur fomentum, facculi, olea, vnguenta, cataplasma quibus illuuias digeratur, qualia sunt, quæ menses cient, si mali origo à retentis mensibus fuerit: vel à flatibus: aut à semine corrupto. Si à flatibus, quæ flatibus discutiant, si à semine corrupto, vtere iis quæ corruptum semen expurgant, quale est quod sequitur.

℞. Fol. arthemisæ, matricariæ, orig. calamenti, pulegii, absinthii ꝑ. ma. sabinæ, & rutæ succorum, singul. ꝑ. i. sem. lini, dauci cretici, cymini, sileris montani, ameos, & bac. lauri, & iuniperi, singul. ꝑ. ꝑ. omnia contusa distillentur in duplici vase vt docui in nostra Paraphrasi gallica sectione de oleis per ascensum, cum florum stæch. Arab. rorisem. anethi, & chamæm. singul. ꝑ. ii. & vini optimi & aquæ vitæ vtriusque ꝑ. iiii. aquæ fontium ꝑ. iiii. hoco leo (ab aqua separato) imus venter ad vmbilicum vsque illinetur. In frigido temporis statu adiici potest cinnamo. piperis, pyretri, zedoariæ, iridis, & zingiberis, singul. ꝑ. i. Si in vtero quædam durities imminet, huic oleo adde rad. liliorum alborum ꝑ. ii. quia vuluam emollit & præclusam laxat, & styracis, & myrrhæ, cuiusque ꝑ. ꝑ. Sunt qui miris laudibus efferunt in vuluæ strangulatione silicem tusam & coctam cum absinthio ꝑ. maiore, ruta, & sem. lenistici, in cataplasma ventri medio impositum. Solus vterum non iuuaret, quia ei aduersatur, sed mixtus iuuat.

*Oleum cō-
positum.*

*Cataplas-
ma.*

Si hoc remedio vuluæ strangulatio non discutitur: emplastrum ceroneum medio ventri imponendum quod digerit, & conclusam illuuiem absomit, potius quam empl. pro matrice nuncupatum quod in officinis prostat. Vel huius loco vttere empl. è galbano cuius descriptio talis erit.

℞. Galbani succo rutæ, vel aceto soluti & cocti, ꝑ. i. bdellij, vel myrrhæ electæ, ꝑ. ii. pul. matricariæ ꝑ. i. sem. dauci, & calamenti sicci, vtriusque ꝑ. ꝑ. fiat empl. super alutam extensum ad formam rotundam vmbilico admoendum: suo fœtore vterum subsultantem deturbat, si maturè imperatur, & aluus prius sit exonerata suis excrementis balano, vel clystere; & pariter vterus abundè expurgatus videatur pessis acrioribus præscriptis. Si ne his etiam foemina reuiuiscit, dropaces tandem aut sinapismi extremo spinæ & super imum ventrem sunt imponendi, dum corpus tibeat: sunt etiam pedibus applicandi.

*Descriptio
empl. de
Galbano.*

℞. Ficum recentium ac pinguium maceratarum in decocto *Sinapismus*

calamenti, rutæ & arthemisiæ, & in mortario pistatarū ℥. iiii. pul. sinapi, ℥. i. β. cymini, dauci, sem. viticis, & rutæ, singul. ℥. i. β. castorii, ℥. i. euphorbii, ℥. β. aut ℥. i. Si mitiorem requiris, fiat pasta partibus enunciatis admouenda dum rubeant siue cum febre, siue sine febre vteri strangulatus fuerit hæc aptari possunt ob vitæ periculum. At in assumptis non est eadem ratio. In desperatis rebus probatur à nonnullis sine ipse inurere ferro rutilante. Vel oleis odoratis de spica, vel moschellino feruentibus, in quibus nunquam temeraria medicina locum habet. Iam de minus grauis strangulatus.

Curatio minus grauis vteri strangulatus est.

Quum verò hysterica accessio minus grauis, aut inducias quibusdam horis dederit, sequentibus vti licebit, & maxime si est expers febris. Inter simplicia sunt semina pastinacæ syluestris, vel vrticæ, pōdoz. i. cum vino albo aut potius cū decocto arthemisiæ, mulierum suffocationes ac dolores leniunt. Simili modo grana xv. sem. pæoniæ, aut iuniperi vuluas strangulantes aperiunt. Item radix imperatoricæ, & pæoniæ, anisum, cyminum: sed imprimis castorium, pondo ℥. β. cum aqua arthemisiæ, aut eiusdem decocto, vel sabinæ, &c. Inter composita censentur diacyminum, diagalāga, diacalaminthe, theriaca antiqua, & mithridatium probatum, confectio neræ, musa ænea siue zazæna Mes. Denique omne genus remedij quod attenuare & discutere status potest, & colicos cruciatus lenire potest. Sed quæ mox subiiciam erunt longè efficaciora.

Potio strangulatum vteri emendans.

Oleum terebinthinæ strangulatum sanat.

℥. Sem. dauci cretici, ℥. ii. cymini, & bac. iuniperi, aut lauri, vtr. ℥. i. viticis ℥. β. nardi Ind. grana v. fiat pul. subtilis qui cum oxymellis scillitici, aut syrups de calamento (si extiterit,) ℥. i. & decocto arthemisiæ fiat potio inclinante paroxysmo sumenda. Sed mirum est quod Alexander Benedictus scriptum reliquit, guttas iii. aut iiii. olei terebinthinæ aut eiusdem aquæ suæpras, aut naribus inditas fœminas strangulatu vuluæ, celerimè reuocari, licet grauius oleat. Quod si pilulas deuotare licet, sequentes iuuabunt.

Pilule inclinante accessione salutares.

℥. Assæ fœtidæ, ℥. i. sem. dauci, & castorii, vtriusque ℥. β. sem. agni, ℥. i. nardi Ind. ℥. β. cum oxymelle scillitico, aut succo nepetæ, vel apii, fiat massa, è cuius ℥. i. formentur pilulæ sex: dentur tres in meliori statu accessionis: aut quotidie mane tempore intermissionis. Aut

Pilule alia ad idem.

℥. Mithridatii veteris & probati, ℥. ii. assæ fœtidæ, ℥. j. castorii, & sem. dauci cretici & nō vulgaris qui in nostro solo nascitur,

tur, qui nihil aliud est quam pastinaca syluestris, vtr. ꝑ. ꝑ. cum syrupo arthemisia, forma pilulas sex quarum cap. tres in accessionis intermissione aut ea imminente. Aut vtatur sequentipul. ex quo parari poterunt tabellæ: ambo menses euocabunt & semen absument & strangulatas mulieres iuuabunt.

℞. Rad. aristol. rot. fol. citrii siccorum, sem. viticis, hīscleos, *Puluis polychrestus.* dauci, calamenti, singul. ꝑ. ii. cinnamo. macis, dictamni, singul. ꝑ. i. cymini, ꝑ. ꝑ. croci, ꝑ. i. fiat pul. subtilis, cuius cap. ꝑ. ii. pro dosi cum vino albo mane, si nimis ingratus, adde tantundem sacchari puluerizati, diu continuando.

℞. Pul. præscripti ꝑ. iii. cort. citrii conditæ ꝑ. vi. sacch. albi aqua arthemisia soluti & cocti, ꝑ. iii. fiat elect. in rhombos pondo ꝑ. ii. cap. quotidie mane vel alternis matutinis, vnum, horis tribus ante primum pastum, continuando. Si à retento semine strangulatio fit, pulueri præscripto adde sem. portul. & rad. nymph. albæ, vtr. ꝑ. i. ꝑ. aut duas: quibus si nondum stimulus veneris retunditur, adde sem. cicuta, aut papaueris albi, ꝑ. i. Sunt qui certissimo euentu succum viticis cum pari pondere vini albi, aut aquæ stillatitiæ eiusdem viticis, aut parthenii, ex alembico vitreo foelici successu præbent. Alij sem. viticis puluerati ꝑ. i. cum ꝑ. i. mellis rosati vtiliorem iudicant quotidie mane per multos dies continuando. Eodem spectant pilulæ præscriptæ à quacunque causa fit, & potio descripta: quin etiam castorium quod vnum illis fuit.

Theriaca quoque, & mithridatium vetus, quia vim veneni concepti extinguunt. Probantur quoque diacyminum, & diagalanga, & horum electuaria, & triphera magna sine opio (si nulla est febris) erunt ex vsu. Si adest febris, erunt temperanda permixtione refrigeratiu. Elect. molle vteri strâgulatū arcens.

℞. Pul. elect. de seminibus, vel eo deficiente pul. diagalangæ, & diacymini, vtriusque ꝑ. i. ꝑ. sacch. albi aqua arthemisia soluti & cocti, ꝑ. iii. fiant tabellæ: vel cum syrupo è calaminte fiat elect. molle cuius quotidie mane c. ꝑ. ꝑ. vel huius loco propinetur bolus descriptus pag. 754. qui vterum eluit ab omni illuue.

℞. Rad. iridis nostratis, imperatoris, & rubiæ maioris, singul. ꝑ. iii. herbarum pastinacæ syluestris seu dauci vulgaris, calamenti, origani, arthemisia, matricaria, sabinæ, rutæ, & florum chamæmeli, & lauendulæ, singul. m. i. baccarum iumiperi, & lauri, vtriusque ꝑ. i. ꝑ. sem. dauci, cymini, & anethi sin-

gul. ʒ. vi. florum hyperici, thymi, & roris mar. singul. p. ii. coquatur in æquis partibus aquæ & vini pro encathismate in quo madeat ad umbilicum vsque per horam vacuo ventriculo. Si efficacius requiritur adde salis nitri, & sulphuris puluerizati, vtriusque ʒ. ii. in cuius exitu cucurbitulæ imo ventri, vel duæ coxis admoueri possunt cum scarificatione: vel ex eadem materia (diminuta dosi) paretur fomentum quo pubes cum vulua foueatur. Si datur facultas & anni tempus permittit consulat thermas sulphureas, aut nitrosas, per aliquot dies prius purgato corpore, vt in prophylactice docuimus. Et si mulier, aut vidua fuerit coeat cum marito aut altero homine salaci, vel vtratur ex præscriptis. Si ad cor ascendant vapores, non erit muniendum cardiacis odoratis, vt aliæ partes principes topicis, quia officerent; sed obscænis partibus admouenda. Prospicietur dyspnœæ, accliuu situ corporis, solutis omnibus ligamentis, & laxatis vestibus, vt liberius spiret præcordiorum compressione manibus & fasciis facta, vt thorax & diaphragma ab oppressione liberentur. Citra damnum vtrique popliti admoueri potest cauterium potentiale ratione venarum quæ vtero & cruribus sunt communes: vt illuuius quæ in vtero retinetur, sensim educatur, sic iuuari poterit. De his satis.

De Mensium Suppressione.

C A P. L X X X I I.

Denomine. **H** *Ἐπιτοξίς τῶν Καταπιέσεων*, Græcis: Suppressio mensium Latinis dicitur. Nomen non à propria substantia, sed ab accidente est inditum, quod singulis mēsis eius excretionē natura moliat. Est symptoma facultatis expultricis abolitæ.

Quid. Menses mulierum sunt excrementum vtile secundæ & non tertiæ coctionis omnium Medicorum consensu. Supprimuntur naturaliter, aut præter naturam. Secundum naturam virginibus, vt plurimum quæ nondum annum 14. attigerunt, & vengulis post 50. annū: grauidis vt plurimū, lactantibus, saltatrici-bus, & agrestibus mulieribus quæ cibis parum nutriētibus alūtur & multum laborant, & sterilibus. In nonnullis citius, in aliis tardius erumpunt, & desinunt, pro ætate & educatione.

De causis naturalibus.

Menses præter naturam retinentur, aut vitio vteri, aut totius corporis, aut vitæ genere, aut mensium quantitate, qualitate, aut viarum angustia, aut ratione alicuius morbi acuti, seu diurni: aut ira, mœrore, longo timore, labore, inædia: aut quia auertuntur per hæmorrhoidas, nares, sedem, vomitum, asperam arteriam, puris vomitam, sudores, venæ sectionem largam, aut rui fluorem.

De causis præter naturam.

Vitio vteri, si calidior aut frigidior: si calidior & siccior fuerit, materiam mensium exsiccet: si frigidior, frigiditate suam condensat & obstruit.

Si vitio vteri.

Alias vitio totius corporis, aut humoris: corporis, quoties est calidius, frigidius, durius, aut obæsius. Si calidius menses absumit: Si frigidius, eos condensat, & os vteri internum obstruit: Si durius ab aliquo tumore scirrhuso, aut inflammatione, menses fluere nequeunt: si obæsius, epiploon vteri os coarctat: vel quia maior sanguinis pars in adipem vertitur: alia verò pars necessaria est ad mulieris nutritionem: sic non fluunt menses. Hip. & Gal. comment. in aphor. 46. & 54. sect. 5. Si vitio humoris, aut quia peccat quantitate, qualitate, substantia, aut horum trium simul. Quantitate, quum sanguis exuperat, aut deficit ex inædia, labore, vigiliis, aut quum per alios ductus supraenunciatos auertitur, hinc mensium suppressio. Alias quum sanguis sua crassitie, & lentore, viis hærens eas obstruit, ita vt menses fluere nequeunt. Contra, si quantitate est diminuta, nihil vrget, neque vim expultricem sollicitat: tutior tamen & minus insalubris quam prior. Qualitate, si sanguis est calidior, & siccior, materiam absumit: si frigidior, crassior, & viscidior, venas quæ ad vterum pertinent obstruit. Ad vitæ genus pertinet, si mulier vitur largiore potu frigido, aut fructibus acerbis, atque austeris, aut alimentis glutinosis, & crassis: hæc omnia cotiledones obstruunt, sic menses retinentur.

Si vitio totius corporis.

Si vitio humoris.

Si ex vitæ genere.

Si ex viarum angustia.

Si vitæ per quas expurgatur vterus sunt angustæ, aut eius vasa sunt imbecilla, aut si facultas expultrix est debilis, & re-tentrix valida, à suo excremento expurgari nequit.

Si ab aliquo morbo acuto.

Si ab aliquo morbo acuto, aut longo, veluti à cancro, aut à cicatrice inducta, supprimuntur menses. Ex vt paucis cõplectar, causa efficiens est obstructio. Huic symptomatis sunt propèsa virgines moniales, viduz in ætate florèti, quæ à coitu abstinent, quæque

Quæ propèsa sc.

pleniore victu euechymo vruntur, & sunt desides, & quæ ampliori sunt pectore, & humeris latioribus, & natibus ac lumbis amplioribus & pilosis teste Aëtio lib. 16. cap. 51.

Hallucinantur qui existimant mulieres expurgari per singulas lunæ quadraturas, freti cuiusdam sententiæ falso Aristoteli attributz: Luna vetus veteres, iuuenes noua luna repurgat: quod falsum sit, ipsa *ἀντιψία*, docet, & Aristot. autoritas qui li: 7. de animalibus initio c. 2. scripsit profluuium mensium de crescente luna contingere. In nonnullis citius, in aliis tardius fluunt, & detinentur. Paucis, menstrua singulis mensibus mouentur: sed vno intermisso plurimis: facilius agitur cum iis, quibus breui tempore, hoc est biduo aut triduo profluunt, quam quibus longiori: quia tunc temporis corpus grauatur, quandiu effluit humor.

*Designis
in genere.*

Quamplurima signa mensium suppressorum, à Gal. 6. loc. affectorum c. 5. sunt descripta, vt nauzea, cibi fastidium, grauitas totius corporis, lumborum, & scapularum: capitis dolor, & circa oculorum radices, & horror inæqualis: Si virgo aut mulier cupit aliena comedere, veluti cimoliam, carbones, & similia malacia laborantibus communia, vt distinguatur an ab imprægnatione aut ab aliqua duritie, retenti sunt menses. Obstetrix vteri ceruicem digito tangat: si citra vteri duritiem clausus inuenitur, eam esse grauidam coniciet. Cõtra si cum duritie clausus deprehenditur: iudica in vtero esse aliquem affectum. Præterea digito indito exploret, si in aliquam partem declinat, aut trahitur: sic iudicabis sedem affectam ipsius vteri ex dolore in coxã, & crus quod est è regione, & grauitate, tunc per incessum claudicat. Si adest febris cõtinua, vrinæ nigricat, cum quadam sanie rubra, perinde ac si aquæ ex quibus nuper mactatz fuerint carnes essent ablutz. In nonnullis vrina difficulter redditur: in aliis suppressitur. Hinc graues, & diuturni morbi de quibus meminit Hip. li. 1. de morbis mulierũ. Si fœmina temperamento est frigido à natura, erit somnolenta, & segnis, & colore albidior, aut plúbeo: eius vrinã est aquosa, & pituitã iugiter excreat, & interdum puram euomit, & in fundo matricis frigiditatem percipit, & ex coitu parum delectatur.

Signa frigidæ infæperici.

Signa calidæ.

Signa temperiei calidæ, commemoratis prorsus sunt contraria: coitum appetunt, earum vrina est intensa, vergens ad citrinitatem, & palpebræ citrinescunt. Alia signa à mulieribus disci possunt, quæ silentio prætereo, ne lectori tædium pariam.

Si à multis mensibus suppressi sunt menses, nec corpus à medico est vacuatum, verendum est ne tumor præter naturam in ilibus exoriatur, & suppuretur, qui non nisi longo tempore sanari poterit. de prognosticis.

Mulieri sanguinem euomentis, menstruis erumpentibus fit solutio, ex Hip. aphor. 32. sect. 5. quia per ea fit reuulsio, & euacuatio. Menstruis deficientibus sanguis ex naribus fluens, bonum; aphor. 33. eiusdem sect. quia huiusmodi vacuatio, fit sine molestia & læsione. Mulieri menses decolores, nec semper per idē tempus venientes, purgationem indicant esse necessariam: aphor. 36. eiusdem sect. quia colorum varietas, nō aliunde provenit quam ex miscella variorum humorum crassorū, qui sunt expurgandi. Si mulier non prægnans, neque puerpera, lac habet in mammis, ei menstrua defecerunt: aphor. 39. sect. 5. quia fit *μτασίσις* sanguinis menstrui àb utero ad mammas. Menstruis abundantibus morbi eueniunt, & subsidentibus accidunt ab utero morbi aphor. 57. eiusdem sect. Ex venarum quæ ad uterum pertingunt obstructione aut sanguinis crassitie, vel calore, vel frigidityte, subsequi potest phlegmone, aut erysipelas, scirrhus, aut cancer, Gal. in comment. huius aphor. Mēstruorum retentio sæpe conceptum impedit, corpus calfacit, venas implet, atque distendit, vesicam premit, urinam cohibet, suffocationem excitat, & dolorem lumborum, & coxendicum molestat, & interdum suppurat, & putrescit teste Hip. lib. de Natura pueri. His addunt Arabes, & eorum sequaces, deliria, comitiales, abscessus, corporis grauitatem, inappetentiam, facultatis coctricis debilitatem, nauseam, ructus, tusses, dyspnœam, hydropem, febrim, arthritim, animi angustiam, fœdum faciei colorē, capitis & radice oculorum dolorem, oletulorum, i. fœcum exitū. His succrescit Paul. Æg. qui lib. 3. cap. 61. fatetur post experientiam ex suppressione mensium multas ac diuturnas ægritudines fieri posse. Urina lactis modo, alba, modo densa, obscura, & liuens, mēsum suppressorum aut locellorum affectorum argumento est. His addit Aëtius vlcerum cicatrices penitus esse immedicabiles. Nonnullis statim ab initio pellicula quædam circa uteri collum, aut eius osculum nascitur, quæ curari nequit, nisi perforetur, aut reseretur: quemadmodum accidit iis quæ imperforatæ appellantur. Lego apud Hip. lib. 1. de morbis mulierum: Si (inquit) menses à sex mensibus retenti fuerint,

curationem non admittunt: quæ sententia pugnare videtur cum historia ab eo scripta lib. 4. epid. de quadam ancilla nuper empta, cui à septem annis non fluxerant, quæ tamen post mensium profluxum conualuit Gal. etiam textu 29. sect. 3. lib. 6. epid. Gloriatum se sanasse mulierem iam emaciatam cōtra medicorum sui temporis sententiam ex sectione venter celebrata ad f. tres, cui à mensibus octo retenta erant menstrua: nec non experientia, quæ est rerum magistra. An erroris est accusandus Hip.? non: sed potius interpretandus.

Eo loci Hip. loquitur de fœmina quæ variis grauibusque symptomatis (præter mensium suppressionem) à trimestre vexata fuerat, quæ si perseverauerint ad sextum vsque mensem, viribus iam deiectis sanari nequit, sic vera loquitur. Quibus menses ante 14. ætatis annum erumpunt, sunt breuioris vitæ.

Contra quibus tardius diutius viuunt. Tempore Hip. quo homines sobriè viuebant, mulieres podagra non laborabant, nisi menstrua defecissent superfluis mensibus in ignobiles partes detrusis. Contra hodie animaduertitur in multis mulieribus desidiosis opiparè viuentibus, etiam mensuris statis temporibus fluentibus quæ sæpe arthritide vexantur: aphor. 29. sect. 6.

*Decorati-
one.
Quibus
nulla re-
media sunt
prescri-
benda.*

Ne mali aut ignorantis medici nomen subeamus, nulla remedia sunt præscribenda iis quæ ex mensium retentione nulla subeunt incommoda: neque lactantibus, neque grauidis, neque sterilibus, vetulis, neque agrestibus fœminis, quæ magno & iugi labore se fatigant, neque iis quæ præ inopia facultatum parciorè vtuntur alimento, neque obæsis, neque monialibus quæ præ nimio ieiunio sese macerant, neque iracundis, neque mæstis, neque iis quæ ab aliquo morbo acuto aut diuturno, veluti scirrho, cancro, vlcere, aut cicatrice inducta, cachexia, hydrope, aut atrophia laborantibus: neque iis quæ perenni aliqua vacatione fit aut per nares, hæmorrhoidas, vomitum, sputum, sudores aut vrinas: in his omnibus nulla sunt tentanda remedia. Quæ vtero conferunt: alia suppressos menses mouent: alia retinent: alia humorum illuuiem expurgant: alia corroborant. Quæ menses, diuiduntur in tres ordines, quoniam omnibus causis mensium retentionem efficientibus, non sunt proficua. In primo ordine quæ clementer mouent, sunt, rad. gram. rusci, asparagi, & pentaphylli: herbæ ci-

chorii fatiui, & erratici: adiantum omne genus, rumex omnis, eupatoriū, brassica marina, lactuca agrestis, Diosc. quam pharmacopœi nostri endiuiviam appellant: flores papaveris rhœas, hyperici folia, flores & semen, & eius oleum quod in officinis paratur: ficus, passul. amygdala amara &c.

*Primus
ordo aperientium.*

Secundi ordinis aperientium sunt radices, folia, flores & sem. raphani fatiui, & erratici, myrridis, ericæ, capparis, iridis, rubiæ maioris, cyperi, aristolochiæ rot. & longæ, gentianæ, inulæ, alphodeli, cryngii, centaurii maioris Diosc. peoniæ vtriusque, & semen, allii, cepæ, porri & semen, pencedani, distamni, agarici. Herbæ sunt absinthium, abrotanum, arthemisia, parthenium, betonica, menta sicca, pulegium, calaminthe, origanum, polium, phu, asarum, thymus, meam, satureia, hyssopus, serpillum, maiorana, salvia, scordium, smyrnium, stachis, crithmum, coniza, heliotropium marrubium album melissa, gingidium, chamædrys, chamæpitys, panacis rad. folia & semen, mercurialis, anemone, ruta folia & semen, linaria, sabina. Semina sunt erucæ, nasturtii, gallitrici, ocimi, chelidonii, agni, r. casti, cerefolii, apii, petroselini, anethi, anisi, foeniculi, ameos, carui, dauci, libistici, fileris mont. siseleos, saxifragiæ, vrticæ, milii solis, lolii, gith, cymini: baccæ lauri, iuniperi, & hederæ, flores rorismarini, sambuci, chamæm. meliloti, stœchadis vtriusque, caryophylli nostrates, Gallis Oillets, schœnanthum, crocus, leucoiorum omne genus &c. Inter aromatica sunt calamus arom. verus, & acorus verus, falso in officinis calamus arom. nuncupatus, amomum, cinnamo. cassia arom. cardamomū vtrumque, xilobalsamum, carpobalsamum, xilaloë, nardus vtraque, costus, zingiber, galanga vtraque, piper, cubebæ, castorium, blatta bizantia: moschus, ambar, styrax, calamites, beniuinum, myrrha, bdelliū, terebinth. aloë, œsypus, bitumen, nitrum, sulphur, alumen scissile, sandaraca Arabū, gages lapis: gummi ammoniacum, galbanū, assa fœtida, opopanax, sagapenū. Inter cōposita sunt hiera simplex, cōposita, logadii, ruffi, pachii, & trochisci de myrrha. In tertio ordine cē-

*Secundus
ordo.*

*Tertius
ordo aperientium.*

sentur sequētia quę valentissimè menses cōcitant, veluti elleb. vterque, bryonia, pyrettrū, rad. cyclamini & cucumeris agrestis, & ex eius fructus elateriū, turbith. staphisagria, sinapi, siliquastrū, colocynthis, thymælea, cham. tithymalorum genera, lac ficuū, scam. euporb. cantharides, fella animalium &c. Cōposita, sunt theriaca, mithridatium, tryphera magna sine opio,

diacalaminthe, diatriū piperorū, syr. de hyssopo, de prassio, de calamento, de arthem. Ex his simplicib. aut cōpositis aut mixtis superius enunciatis solers Medicus suo Marte utetur, pro cuiusque vitæ genere, regione, tempore, ætate, sexu & viribus & causarum morbificarum varietate. Vel utatur nostris in hoc solo exploratis. Ut sit voti compos, considerare debet Medicus an menses sunt suppressi vitio totius corporis, aut alicuius visceris aut non, ut ei prouideat: nempe victu idoneo, purgatione, sanguinis missione & topicis.

Si vitio vteri, supprimuntur menses, aut ab aliquo tumore, scirrho, aut carcinomate, aut simili, curatio erit petenda ex propriis capitibus: Deinde ad mensium prouocationem erit progrediendum.

Si ab obæitate, curabitur victu tenui, ieiunio, vigiliis, laboribus, animi curis, & medicamentis quæ corpus emaciant, vel exilius reddunt: ut frequenti deiectione, & vnguentis euaporantibus descriptis à Gal. 14. meth. med. & 6. sanit. tuendæ.

Si ab atrophiam, erit curada, ut feb. hect. hoc est, victu eūchymo & eupepto liquido potius quam solido, quia facilius per vniuersum corpus distribuitur. Placentæ tamen & marciopanes, pignolatum, pasta regia, & carniū gelatina sint pro omni cōdimento. Si his mulier carnosae euadit, res in tuto erit: quia menses sua sponte erumpent. Quod si non euenerit, sequentibus utatur.

*Tempus
obseruandū
Curatio si à
pituita.*

Si menses sunt retenti à pituita crassa, & lenta sine temporis obseruatione in sumendis medicamentis, medicatio sæpe irrita erit. Ob id veteres tempus medicationis obseruarunt: nempe dies iii.iiii. & x. ante tempus consuetum purgationis: quia tunc temporis humores euacuari soliti turgent, quos remediis concitati, natura (recollectis viribus) sibi infensos expellit. Si igitur pituita sua crassitie, & lentore vteri venas obstruit: ea imprimis est incidenda, tenuanda, & detergenda, deinde purganda catharticis primo benignis, deinde validioribus. Sic expurgato corpore, vena poplitis (quæ opponitur rotulæ) vel saphena, ob rationes à Gal. annotatas lib. de sanguinis missione per venæ sectionem cap. 18. est aperienda.

*De venæ
sectione &
cucurbitu-
culis.*

Si quid eam dissuadet, admoucantur cucurbitulæ cum scarificatione coxis, aut cruribus. Et si ægra est duriore aluo, supponetur sequens clyster.

℞. Herbarum mercur. m. ii. parthenii, arthemisiæ, & pulegii, singul. m. i. florum chamæmeli, m. β. bac. lauri, & iuniperi vtr. ʒ. β. agarici, ʒ. ii. coque in aqua ad ℥b. i. dissolue hieræ Gal. vel logadii, mellis anthosati, & olei anethi, singul. ʒ. i. β. fiat clyster ante phlébotomiam injiciendus. *Clyster.*

℞. Agarici troch. ʒ. i. elect. Indi ma. aut diacarthami, aut diaphœnici. ʒ. vi. infundantur simul per noctem super cineres cal. in decocto arthemisiæ, dictamni, sem. dauci cretici, & florum rorism. Expressum detur sequenti die à venæ sectione summo mane. Vel huius loco capiet sequentes pilulas. *Minorans.*

℞. Agarici troch. ʒ. i. pul. hieræ Gal. & massæ pilularum foetidarum, vtr. ʒ. β. cum succo porri, fiant pilulæ 8. quas cap. post primum somnum vice potionis. *Catapotia.*

℞. Rad. rubiæ ma. eringii, fœniculi, & apii à matrice mundatarum, & contusarum, & in parua quantitate vini albi infusarum, singul. ʒ. i. eupatorii, & cichorii, (vt calida temperentur) betonicæ, prassii albi, calamenti, & pulegii, singul. m. i. florum chamæm. hyperici, papaueris rhœas, & buglosi, sing. p. i. sem. siseleos, oreoselini, i. apii montani sing. ʒ. iii. singula quo decet ordine bulliant in fictili vitrato angustî oris operculato, ex aqua suffi. & extra ignem injiciatur vinum in qua maduerint radices, & semirefrigeratis fortiter exprimentur: Expressum clarificetur, & dulcoretur saccharo, vel syrupi de hyssopo ʒ. iii. & aromatizetur pul. diagalangæ, aut pul. diacalaminthes, ʒ. β. fiat apozema per triduum aut quatrimum fumentum. Si ab initio secta vena non fuerit (vt monui) exercitato corpore sub horam 2. aut 3. pomeridianam aperiatur. Contra non aperienda si sanguis est tenuis aut paucus, ex tenui victu, aut aliunde fluxerit, veluti per hæmorrhoides, aut nares, aut per aluum, aut per mutilationem alicujus membri, &c.

℞. Zingib. ʒ. β. agarici troch. ʒ. i. elect. Indi ma. ʒ. β. cassiæ recens extractæ ʒ. i. infundantur in infusione rosarum pallidarum per noctem super cineres cal. vel in decocto chamædrios. Expressum detur mane. Vel *Purgatio pblegma- goga.*

℞. Massæ pil. de agarico, foetidarum, & de benedicta, sing. ʒ. i. vel ʒ. β. cum guttis aliquot succi mercur. vel porri, fiant pilulæ 7 aut 8. si mulier est diues deauratæ, vel cum pul. glycyrrhæ aspersæ si pauper. *Pil. ad idē.*

℞. Pul. diacalaminthes, aut diatrium pipercon, aut diagalangæ, ʒ. i. mithrid. veteris & probati, ʒ. ii. conseruæ cort. citrii, *Bolus.*

aut rad. helenii, ʒ.iii. cū sacch. fiat bolus postridie deuorandus horis 3. aut 4. ante primum pastum. Si suppressi sunt menses, & conceptus est suspectus, vtere sequenti puluere à Scrapione in suo breuiario descripto tractatū quinto, paulo ante finem cap. 30. à Rhase, & à nonnullis neotericis probatus, in eum qui sequitur modum paratus.

*Pul. Ioan-
nis Scra-
pionis.*

℥. Castorii, & acori veri falso in officinis calami aromar. nuncupati, sem. anisi, & apii, singul ʒ.i. subtilissimè trita & per densum secernicularū traiecta cap. quotidie mane ʒ.i. cum vino albo. Si est prægnans, foetum calcificet & roborabit sine noxa: si non concepit, menses mouebit. Vel vtere sequentibus.

Tabella.

℥. Succini, cort. cassiæ fistularis, & cinnamomi, singul. ʒ.i. myrrha ʒ.ii. chalybis præparati, & corticis citrii, vtriusque ʒ.4. sacch. aqua stillatitia arthemisiæ soluti & cocti, ʒ. iii. fiant tabellæ pondo ʒ.ii. cap. vnam alternis matutinis, superbibendo cochlearia duo vini albi horis iii. ante primum pastum.

Opiata.

℥. Tryphera magnæ sine opio, ʒ. iii. theriacæ probatæ, & mithrid. veteris, zingib. viridis sacch. cōditi, sing. ʒ. β. castorii ʒ.i. fiat opiata de qua diebus intermediis cap. instar nucis iuglandis mane etiam superbibendo parum vini albi aut aquæ arthemisiæ. Adde rad. scorzoneræ conditæ, ʒ.i. vel tantundem rad. eryngii conditæ: sic vtriusque vicissim diu continuando vtatur.

Interea deambulatio, vel frictions coxarum, & crurum cum linteis calidis, aut cum manu calida deorsum versus mane & ante cœnam: nec non ligaturæ in iisdem partibus factæ iuuabunt. Simili ratione equitatio, tripudium, & vectio in curru succufante, hæc omnia concitare possunt menses: aut vtatur encathismate aut balneis naturalibus, sulphureis, aut nitrosis, aut arte paratis hoc modo.

Infessus.

℥. Rad. cyperi, aristol. iridis nostratis, cyclamini, phu, & rubiz ma. singul. ʒ.iiii. rad. althææ, ʒ.ii. herb. lauendulæ, vel spicæ nostratis, sabinæ, arthemisiæ, parthenii, mentastri, pulegii, mercur. singul. m.ii. bac. lauri, iuniperi, & hederæ, sem. feseleos, apii mont. seu oreoselini Græcorum, dauci, lini, & foen. singul. ʒ.i. florum hyperici, roris m. saluiæ, & chamæmeli, singul. p.ii. schoenanthi, folii Indi, & cinnamo. parum contusi, singul. ʒ.β. coquantur ex arte in duabus partibus aquæ & vna

vini albi, fiat infessus seu semicupium in quo madeat bis in die vacuo ventriculo per horam ad umbilicum vsque, & inde propina ꝓ. i. pul. castorii cum vino albo, vel tantundem pul. diacalaminthes, aut diatrium pipereon, vel pul. Ioannis Serapionis præscripti, vel ꝓ. ii. trypheræ magnæ sine opio: vel sequentis pul. pondo ꝓ. 4. cum vino albo. Vel cum decocto pulegii, & dictamni cretici, mox ab infessu.

℞. Boracis mineralis, ꝓ. ii. cinnamomi selecti, ꝓ. ii. croci *Pulvis.*
grana quatuor, fiat pul. subtilissimus: cap. mediam partem cum decocto pulegii vel parthenii, vel aqua stillatitia ex alembico vitreo & non plumbeo: & alteram sequenti die in exitu semicupii. Deinde indetur sequens pessus, quem Paulus *περυσια* appellat, quia naturalibus mulierum admouentur, siue ad mouendos menses, siue ad sistendos, quæ tamen magis vsitato nomine *πυρρι* pessus vocari solent.

℞. Troch. de myrrha, & rad. aristol. rot. vtr. ꝓ. ii. pul. agarici, & hieræ Gal. vtriusque ꝓ. i. sabinæ, ꝓ. β. pul. excipiatur tryphera magna sine opio & cum pauco fellis, paretur pessus longitudine sex digitorum cum serico rub. aut panno lino tenui & raro, qui naturalibus inditus filo longo coxæ alligari debet vt post horam trahi possit, ne longiori mora ab eius acrimonia febris subsequatur, quæ retundi potest mixtione alicuius lenientis, vt muccaginis, vel cremoris hordei, vel succo portul. vel butyro, vel adipe anseris, vel vnguento paulo post descripto.

℞. Pul. castorii, hermodactyllorum, succini, & agarici, *Alter.*
singul. ꝓ. i. gummium galbani, ammoniaci, & assæ foetidæ, singul. ꝓ. ii. subigantur in mortario calido cum tantillo adipis anseris, aut butyri, aut cremoris hordei, & ex pastu paretur pessus, vt supra detinendus & extrahendus. Si mulier est nupta aut vidua his vti potest: si est virgo, non: sed sequenti vtetur.

℞. Styracis cal. beniuini, trochi. galliæ, & aliptæ moschatae pulueratorum, singul. ꝓ. i. excipiantur mithridatio, *Nodulus, sed glans pro virginibus.*
& fiat glans seu nodulus cum lana pexa, vel gossipio, vel linteo tenui & raro, vel serico rub. qui prope pudendum ligetur vel in pudendum indatur si admittere velit & coxæ ligetur, vt cum libuerit extrahi possit. Si virgo est pauper vtatur aliquo ex sequentibus

℞. Frustum radic. tapsi barbati, aut helenii, aut iridis *Pro paupere.*

nostratis, aut rubiæ ma. aut aristolochiæ rotundæ, aut raphani agrestis superficie derasa: aut mercurialem contusam linteo raro exceptam, quæ naturalibus indetur, prius oleo nucis moschatae, vel iosemini, vel liliorum illitam, vel simili quoticus iterabuntur. Si validiorem requiris, paretur sequens.

*Nodulus
validior.*

℞. Rad. gentianæ, ꝑ. ii. sabinæ, sem. melanthii, staphidis agriæ, cyclamini, & colocynthidis, singul. ꝑ. ʒ. β. fiat puluis succo cucumeris agrestis, vel mercurialis & theriaca, fiat pasta satis dura, qua paretur glans aut nodulus vsui dicto: pro natura mollibus, & delicatis non describendum hoc remedium.

Aulicæ mulieres edoctæ à Florentinis Italiæ mulieribus, (vt refert Arnaldus Villanouanus lib. 3. c. 9. suæ Praxi) vtuntur (metu imprægnationis) pefso ex aurichalco parato, quod genus remedii iure optimo improbat tanquam sodomicum, & ab Ecclesia veritum. Formulas dedimus pag. 755. & 756.

*Clyster
vterinus
mensis
mouens.*

℞. Succorum mercurialis, absinthii ꝑ. maioris, & parthenii, vel catariæ herbæ, vel arthemisiæ, vel abrotani, singul. ꝑ. ʒ. ii. in his dissolue pul. aristol. rotundæ, castorii, & calamenti, singul. ꝑ. i. fiat iniectio in vterum cum metrenchite eleuatis clunibus in parua quantitate iniicienda, sed sæpe iteranda.

Fomentum aut encathisma, aut balneum ex superioribus in secundo ordine descriptis parari poterit, ea lege vt ingredientium dosis augeatur aut minuatur pro genere remedii, quod eris compositurus.

Linimentū

℞. Axungia anseris, anatis, & gallinæ, olei liliorū, vel amygd. dulcium, singul. ꝑ. i. pul. rad. aristol. rotundæ, & asari, vtr. ꝑ. ʒ. 4. croci, ꝑ. i. fiat linimentum quo pubes ad vmbilicum vsque repide illinetur post fotum, aut infessum, aut balneum: vel huius illinentur pessi seu prosthera, quod horum acrimoniam demulcet. Quoniam plures sunt mulieres, ac virgines quæ pessos & clysteres vterinos non admittunt; quorum loco facillè vtuntur suffumigiis, quæ componuntur ex aromatis, vt cōsulit Hip. apher. 28. sect. 5. modo ex capitis grauitate non laborent, nam aromata fere omnia, capitis dolorem commouere solent. Horum suffituum vapor dirigatur in vterum per tubum infundibuli, si est nupta vel vidua, & corpus vndique accingatur, ne vapor sursum efferatur, & carinariam augeat. Gal. in commentario huius apher. Si virgo, foueantur partes

obscœnæ cum spongiis ex decocto aromatum. Velex iisdem aromatis contusis paretur sacculus interpunctus parum coctus in duabus partibus aquæ, & vna vini albi, vuluæ admoueat. Velex eadem materia sic bullita & in mortario contusa eidem parti calidè cataplasmatris instar applicetur, vt consulit Haly Abbas lib. 8. cap. 11. regalis dispositionis hoc modo.

℥. Acari veri falso calami arom. appellati, cyperi, & iridis nostratis, singul. ℥. i. cort. citrii siccæ, ℥. β. herbarum matricariæ; hyssopi, melissæ, calamenti, origani, & pulegii, singul. m. i. cinnamo. & caryophyl. leniter contusorum, sem. carui, singul. ℥. iii. coque vt dixi in 2. partibus aquæ, & vna vini albi in fictili vitrato oris angustii obturato ne quid spiret, vsui dicto. Ora vasorum aperit, humorem crassum, & lentum incidit, attenuat & obstructionem liberat: Si paratur sacculus sine coctura, calfaciendus super laterem calentem vino irroratum: deinde pubi & vmbilico admouere oportet. Si his remediis non erumpunt menses, ob humoris lentorem, eadem remedia sequenti mense & inclinante luna per 8. aut 10. dies ante tempus consuetum eruptionis mensium erunt iteranda.

*Fomentū,
sacculus &
suffitus D.
Haly Ab.*

Dum his vititur, Victus sit calidus, incidens, & attenuans ratione pituitæ, & parum nutriens. Vti tamen poterit vino fuluo, & antiquo diluto decocto farzæ parillæ, aut rad. chinæ non cariosæ. Et si est abstemia vratur hydro saccharo, aromatizato cinnamo. & exercitio. Vescatur carnibus auium montanarum. A cibo quiescat ab omni motu tum corporis cum animi, ne quid crudi humoris in maiora vasa transferatur. Acerum quamuis incidat & attenuet vitandum: quia vtero est infensum autore Gal. post Hip. textu 39. commentarii tertii, in lib. de victu acutorum, & reliquis partibus neruosis.

*Curatio si humor melancholicus est causa
suppressionis mensium.*

*Potio mi-
norans me-
lanagoga.*

℞. Polypodii querni contusi ꝑ. z. vi. fol. melissæ, & buglossi, & asplenii, singul. m. ß. fennæ mund. z. iii. epithymi, z. ii. sem. cuscute, z. i. caryoph. integrorum nu. ii. coque in hydromelle ad z. iii. colaturæ infunde catholici, z. vi. confect. hamech, z. iii. expressioni dissolve syrupi de pomis Saporis vel de fumaris ma. z. i. fiat potio summo mane propinanda. Deinde sequenti syrupo digeratur humor.

*Syrupus in
tres doses.*

℞. Syrupi de succo fumaris, & de buglossi, & conseruat. cort. citrii conditæ singul. z. i. decoctionis fumaris, lupuli, chamæd. parthenii, asplenii, prunorum, sem. portul. & agni, florum sambuci, & viol. quantum sufficit, fiat syrupus clarificatus, & aromat. cinnamo. pro tribus matutinis. Dum his vitur oportet tundere venam poplitis sinistri si fieri potest, vel tali primo die ad z. iii. & secundo tantundem ex venis oppositis. Si quid eam dissuadet, & interioribus coxis vel cruribus cucurbitas cum scarificatione admouere oportet: Vel podici hirudines famelicæ & repurgatas in aqua pura, ut faculentus sanguis deorsum trahatur, qui sæpe est causa efficiens suppressionis. Deinde iteretur eadem potio purgans præscripta aucta dosi purgantium, si alius ex priore non fluxerit ex animi sententia.

Bolus.

℞. Theriacæ probatæ, & trypheræ magnæ sine opio, vtriusque z. i. conseruæ rad. bugl. vel cort. citrii sacch. conditæ, z. ii. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus horis quatuor ante primum pastum. Nisi satis fuerit purgata,

*Syrupus
magistralis*

℞. V. rad. aperientium mund. & contusarum, singul. z. i. cort. capparorum, tamaricis, sambuci, & vlmii, singul. z. ß. herbarum lupuli, fumaris, endiuæ, borrag. chamæd. chamæpit. melissæ, & pulegii, singul. m. i. chamæmeli & absinthii p. parui vtr. m. ß. feminis violarum, cuscute, portul. endiuæ, & daucicretici, singul. z. ii. florum sambuci, bugl. & tamaricis, vel genistæ, singul. p. i. cicerum rub. p. ii. coquantur ex arte in aqua suffi. ad lb. ii. in duabus partibus colat. coque polypodii quer-

ni contusi, ℥.iiii. sem. carthami, & sennæ mund. vtr. ℥.ii. epithymi, ℥.i. sem. apii, ℥.ß. cymini ℥.ii. & caryoph. integr. ℥.ß. In altera verò parte infunde salis gemmei ℥.i. rad. ellebori nigri veri & non adulterini ℥.iii. agarici troch. ℥.vi. aut ℥.i. quæ pituitæ pariter & melancholiæ conueniunt super cineres cal. prior colatura super colum medicum bis aut ter traiecta pro omni clarificatione, coquatur in syrupū cum mannæ cal. & syrupi violati ex 9. infus. aut rosati vtriusque ℥.iiii. Eo cocto affunde expressam infusionem & recoque lentis prunis, vt seruari possit: dosis erit ℥.ii. cum decocto chamæd. & pulegii, semel aut bis in hebdomade.

℞. Rad. althææ, & liliorum alborum, vtriusq; ℥.iiii. bac. lauri, ℥.ii. sem. lini, & fœnugr. vtr. ℥.i. fol. maluæ, borag. & centaurii minoris, lupuli, fumarizæ, & sauinæ, singul. m. i. florum chamæmeli, sambuci, & rorism. singul. m. ß. coque in aqua suffi. pro infessu, quo vtatur vt superius dictum fuit: deinde petat cubile & indetur sequens pessus coxæ alligatus.

Eucathisma, i. Infus.

℞. Rad. liliorum alborum sub cineribus coctam, tusam, & cretam, ex ea paretur pessus cum serico rub. vel linteo raro addito croci ℥.i. vsui dicto.

Pessus.

℞. Cremoris hordei ℥.iiii. mellis mercurialis, ℥.i. pul. castorij, sem. melanthii, & bac. hederæ, singul. ℥.i. fiat iniectio in uterum cum metrenchite statim ab egressu semicupij, priusquam indetur pessus præscriptus. Deinde illinetur pubes ad vmbilicum vsque ex vnguento præscripto.

*Clyster
veterinas.*

℞. Limaturæ ferri, vel chalybis preparatæ & pul. trypheræ magnæ sine opio, vtriusque ℥.ii. conferuæ rad. buglossi, & eryngij, vtriusque ℥.ß. sacch. albi aqua arthemisiæ soluti & cocti, ℥.iiii. fiat elect. in rhumbos pondo ℥.ii. cap. vnum quotidie mane horis iii. vel iiii. ante prandium.

Tabellæ.

℞. Cōfect. alchermes ℥.iiii. pul. diacalaminthes, & dialacæ, & rad. isialap. singul. ℥.ii. conferuæ rad. buglossi, & cort. citrij conditæ, vtr. ℥.ii. fiat electuarium molle de quo alternis matutinis cap. instar nucis iuglandis. Intermediis verò diebus, vtetur tabellis præscriptis. Si vtrunque electuarium nimis ingratum videtur, superbibat cochlearia duo vini albi sic vicissim per multos dies continuando.

Confectio.

Si his non fluxerint menses: præscriptis addendum erit aliquid eorum quæ in pituitosa curatione diximus, semper incipiendo à mitioribus: deinde ad validiora progredi.

Victus sit humidus temperatè calidus qualis descriptus fuit in curatione febris quartanæ intermittentis pag 96. primi Tractatus. Vitare oportet omnia flatulenta, legumina, caseum, carnes duras & nigras, animalium terrestrium, & volatilium, & pisces cœnosos. Contraria his prosequatur: pro potu utatur vino rubro diluto decocto graminis: necnon piscibus saxatilibus carne friabili præditis, ovis tremulis, butyro recenti, exercitio temperato: & somno nocturno, aut matutino & non diurno. Aluus liberaesse debet: animi perturbationes violentæ nemini sunt frugiferæ.

- Caratio si à bile incrassata.*
De victu
- Si menses detinentur à bilis assatione incrassatæ aut à pituitæ falsæ mixtione, curari poterit victu, phlebotomia, purgatione, & particularibus. Aër sit frigidus, & humidus, qui si talis non fuerit, arte paretur, qualem in curatione febris tertianæ continuæ docuimus, pag. 54. eiusdem Tractatus, sed non in cæteris partibus. Utatur ptisanâ, aut lacte amygdalino, loco alterius potus: & pro cibo, utatur iuribus carniùm boni succi alteratis herbis refrigerantibus, & humectantibus, cum paucis hyssopi, aut satureiæ, vel maioranæ, vel petroselini. Inter carnes boni succi numerantur gallina, hœdus, veruex, vitulus, aues montanæ, & reliquæ quæ sunt boni succi, & facilis coctionis: hordeat bene coctum, (quia flatulentum:) pisces saxatiles & marini carne friabili præditi, oua sorbilia; pruna ex aqua & saccharo elixa initio pastus, & vux damascenæ exacinatæ, & corinthiæ, & ficus recentes. Aëtius lib. 16. cap. 53. concedit cucumeres: & si vires sunt deiectæ, vinum album tenue, dilutum & non vetus. Somnus solito sit longior: quies tum corporis cum animi imperanda: fugiat immodicos animi affectus, veluti iram, mœstitiâ, timorem & similes. Vena poplitis vel tali aperiri potest ut diximus pag. 766. Purgatio sic instituenda.

Clyster.

℞. Decoctionis mercur. violarum, borrag. & calaminthes, florum chamæmeli, hyperici, & papaueris rubri q. s. colaturæ dissolue hieræ Gal. ℥. β. cassiæ cum saccharo ℥. i. mellis mercur. & olei chamæm. v. ℥. i. β. fiat clyster ante venæ sect. supponendus.

Minoranti.

℞. Diaphœnici ℥. β. cassiæ recens à canna extractæ, ℥. i. infundantur simul in infusione rosarû pallidarum, vel decocto communi mechæ per noctem super cineres cal. Expres-
sioni

fioni dissolue syrupi de cichorio dupl. rhab. ℥. i. fiat potio. Vel huius loco dissolue mannae Cal. in iure ciccerum rub. si est aluo facili. Deinde

℥. Scorzonera, i. tragopagi hortensis, acetosa, graminis, rusci, & asparagi, singul. ℥. i. herbarum eupatorij, cichorij sativi, & erratici, borrag. lactuca, oxalidis, portul. & vtriusque adianti, albi scilicet & nigri singul. m. i. matricariae, & florum chamæmeli, hyperici, sambuci, & violarum, singul. p. i. sem. petroselini, & 4. frig. ma. singul. ℥. iiii. schœnanthi, ℥. ii. coquantur ex arte in aqua suffi. ad 4. 5. fiat apozema clarificatum cum sacchari albi vel syrupi violati ℥. iiii. & aromatis. cinnamo. pro 4. matutinis. Deinde concocta materia, sic purgabitur.

℥. Nardi Ind. minutim incisa, ℥. β. aut cinnamo. 3. β. rhab. selecti, 3. ii. elect. de psyllio, aut rosati Mes. aut Nicolai, 3. vi. infundantur simul in parte vna decocti præscripti per noctem super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi violati ex nouem infusionibus si extiterit, aut rosati sol. ℥. i. β. fiat potio finito apozemate sumenda.

℥. Conserua florum cichorii, & cort. citrii saccharo condita, vtr. 3. ii. mithrid. veteris & probati, ℥. i. cum sacch. fiat Bolus? Vena se-
bolus postridie deuorandus ante prandium. Post secundam dosim apozematis, circa secundam horam pomeridianam, exercitato corpore, aut præmissis frictionibus coxarum, & crurum deorsum versus, aperiantur venæ poplitis (si fieri potest) etio vt celebranda.
vel malleoli, & primo die educatur sanguis ad ℥. iiii. & tantundem sequenti die ex altero pede simili hora, & præmissis frictionibus. Si plethora inest ad vasa, primo educatur sanguis ex axillari dextra ad ℥. i. & altero die ex altero brachio ad ℥. β. lato vulnere diducto: quia sanguis est crassus ratione pituitæ salis & incrassatione bilis. Hæc quantitas sufficiet, licet Gal. comēt. Historia Gal.
in sect. 3. lib. 6. epid. textu 29. gloriatur se contra medicorum sententiam (sui temporis) curasse quandam mulierem emaciatam, cui ab octo mensibus menstrua suppressæ erant venæ sectione ter repetita ad ℥. iiii. At tutius erit minus educere, ne plus iusto agræ vires deiciantur quæ conseruari debent. Si Gal. bene successit, non sequitur vt perinde cæteris contingat: deraro contingentibus nihil certi determinatur. Deinde venæ poplitis, vel tali aperiri poterunt: si plethora non sit satis minuta, vt Gal. docuit lib. de sanguinis missione per venæ se-

tionem cap. 18. & post eum Auic. iteretur.

*De curbi-
culis.*

Contra, si quid venæ sectionem dissuadet, prope pudendum interiori coxæ admoueantur cucurbitæ duæ cum scarificatione, præmissis ligaturis in suris, aut frictionibus deorsum versus, aut fotu aut infessu hoc modo paratis.

*Encarbis-
ma.*

℞. Rad. valerianæ, & althææ, vtriusque ℥. ℥. ℥. sem. lini, & scæ-nugr. vtriusque ℥. iii. fol. maluæ, viol. mercur. cucurbitæ, salicis, & arthemisiæ, singul. m. iiii. florum chamæmeli, sambuci, hyperici, centaurii minoris, & absinthii p. ma. singul. m. i. schænanthi ℥. i. coquantur in aqua suffi. pro infessu in quo mane & hora secunda pomeridiana vacuo ventriculo per horam madeat ad vmbilicum vsque. Simplicium doses includi possunt duobus sacculis in eadem aqua bullitis. In vno insidat, & alterum admouebit naturalibus: in exitu, & siccato corpore educendus erit sanguis vt dixi, vel cucurbitæ admouendæ cum scarificatione. Deinde

Linimentū

℞. Oleorum amygd. dul. & sambuci, vel hyperici, vtr. ℥. ℥. adipis anatis, capi & butyri recētis singul. ℥. i. pul. sem. peoniz, ocimi, & gallitrici, singul. ℥. ii. croci ℥. i. cum tantillo ceræ fiat linimentum quo pubes cum osse sacro & perinxo tepidè illinentur post infessum, venæ sectionem, & cucurbitulas. Deinde propinetur cremor hordei cum sem. 4. frig. ma. mundatis, præparatus. Vel

*Potio sumē-
dam exitu
infessu.*

℞. Trypheræ magnæ sine opio, ℥. i. confer. florum cichorii, ℥. iii. cum decocto cicerum rub. fiat potio statim ab egressu semicupii loco cremoris hordei sumenda. Si quis pessum admittere voluerit, paretur vnus ex ante scriptis. Quod si his nō fluunt menses ad validiora antea scripta, erit recurrendum. Vel præscripta præsidia erunt repetenda sequenti mēse inclinate luna octo vel decem dies ante tempus consuetum eruptionis, vt iam diximus. Si fortè mulier renuit potiones, & pilulis delectatur, parentur sequentes.

Catapota.

℞. Massæ pil. imperialium ℥. ii. pul. hieræ Gal. cum agarico & rhabarb. selecti, vtriusque ℥. i. cum stillatio liquore cichorii fiant pil. vi. aut vii. deauratæ, quas cap. post apozema præscriptum vice potionis. Simili ratione ex iisdem medicamētis simplicibus, vel mixtis in rem præsentem parari poterunt pulueres, tabellæ, opiatæ, clysteres vterini, emplastra, & suffumigia in curatione pituitosa, descripta, aut similia.

*Si ex vteri
distortione.*

Si mensium retentio sit ex utero (in aliquam partem) distor-

to, difficile (nisi manu obstetricis) curatur, vt doctè annotauit Hip. lib. de natura muliebri: quoniam diuretica illi aduersantur: sed horum loco (post totius corporis leues purgationes suadet fomenta ex fœniculo, absinthio, mercuriali & similibus parare, continuando donec menses fluere incipiant. In id quoque conueniunt exercitium, equitatio, vectio in curru succusante, & balnea sulphurea nitrosa, aut arte parata, tripudium, saltus, aptari possunt, vt ex corporis agitatione in pristinum locum reducatur, necnon vnguenta, emplastra, catapl. dorso apposita. At obstetricis manus, his est præponenda.

Si ex cachexia, aut vitio alicuius visceris menses retinentur, ei imprimis succurrendum, deinde aperientibus meatibus reclusos & menses mouentibus superius, & indicatis vtendum erit: deinde viscera roborantibus præscribere oportet.

Si vitio alicuius visceris fit.

Si sanguis menstruus ob sympathiam quam vterus habet cum cæteris partibus, transfertur: Sæpe fiunt inflammationes, phrenitides, peripneumonix, hydropes, dysenterix ex aliquo membro mutilato, deorsum est repellendus venter sectione malleolorum, cucurbitulis, frictionibus, ligaturis, blanda purgatione, &c.

Si per sympathiam alicuius partis.

Si ex callositate menses retinentur, medicamentis emollientibus inditis & admotis opitulandum erit. Nonnullis pellicula quædam ab initio circa collum vteri adnascitur, veluti his quæ imperforatæ appellantur. Tales mulieres curari non possunt, nisi pellicula perforetur. Aët. cap. 51. lib. 16.

Si ex callositate aut pellicula fit.

Si vsu præscriptorum remediorum menses non fluunt: aut sine his, sunt varii coloris, nec semper eodem tēpore prodeunt, purgationem indicant esse necessariam, vt annotauimus ex aphor. 36. sect. 5. Hip. & li. 1. de morbis mulierum. Imprimis color est considerandus, quia indicant humorem præpollentem: qui si flauus, cholagogis: si albus aut pallidus, phlegmagogis: si niger, melanagogis vtendum.

De Mola.

CAP. LXXXIII.

Denomine.

Mola quæ.



OLA à Græcis Μόλη, dicitur, à rotunditate, & gravitate Molæ pistrini: vel à nomine Græco Μολυσσις: 1. cruditas: quia Mola fit à materia cruda & indigesta: nempe à semine crudo aut vitiato, ex quibus impeditur partium corporis discretio. Ac quæ fit accretio, est phytica, & informis: quia potius vivit tuberum mors, quam stirpium. Est cōceptus præter naturam informis, & inutilis in muliebri utero, veluti caro quædã sine ossibus, sine intestinis, & sine visceribus, quæ cute & membranis obducitur: mulier sola sine viri congressu Molam non gignit, quoniam semen eius est frigidius & humidius, si Græcis & Arabibus & maiori numero neotericorum fides adhibenda, veluti Hip. li. 1. de morbis mulierum: & lib. de sterilitate: & post eum Aristot. li. 4. de generatione animalium c. 7. & Gal. lib. 14. de vsu partium cap. 7. & lib. 14. methodi: & inter neotericos Fernel. Gorreus & Lud. Duretus. Inter Arabes Auic. fen 21. tertij c. 18. tract. 2. & Franciscus Pedemontanus additionibus suis in Mesues praxim, cap. 15. summa quarta. Possè quoque fieri citraviri cōgressum scripsit Gnainerius. Contra, cap. 32. sui tractatus de morbis mulierum: quum mulier abundans semine, illud ab utero allectum, attrahit menstruum sanguinem, & ex hac mixtione, interdum fieri Molam: hæc scripsisse (opinor) ad stuprum velandum. Plinius lib. 10. naturalis Historiæ cap. 64. ait (vt nonnulli putant) gigni, vbi mulier non ex mare, verùm ex semetipsa tantum cōcepit. Ideo nõ animari, quia non fit ex duabus. Hæc ratio improbari potest quod Mola fieri potest ex semine viri frigidioris & in fœcũdo, nec eo vsque valens progredi, vt hominis formam effigiat. Id enim vegeti caloris natiui spiritusque opus est. Sed nõ sic gallinæ: solæ namque sine coitu ova *ιπυύμα*: 1. subuentanea concipiunt, quæ planè Molæ muliebri respondent. In causa est licior volucrum temperatura, humoris frigidi redundantiam in semine absumens.

Mola est morbus in numero, quia fit ratione formationis abolitæ: quæ duobus modis fit: vnus dicitur inutilis, quod nihil animatum producat, sed tantum carnem informem, quam molam nuncupamus. Alter quippiam animatum, vt monstrum, de quo forsan alias si Deus voluerit scribemus.

Causa pendet vel ex materia vitiosa, vel ex causa efficiente languida. *De causis.* Materia Molæ, est semen & sanguis menstruus. *Materia Mola.* Illud peccare potest quãtitate aut qualitate, quod sit adcò paucum vt menstruo sanguini dominari nequeat quia crudum & illaboratum est, quale est impuberum aut senum veneri indulgentium. Menstrui quoque vitium, est duplex: qui peccat pariter quantitate aut qualitate. Quum exuberat, aut quum sanguis est plus iusto crassior, spissior, ac viscosior: sic vegeti caloris facultatem vincit, ne ab eo naturaliter mutetur & conformetur.

Causa effectrix, est facultas formatrix, quæ cum diuina sit, vitio non caret, sed eius instrumentum, rempe calor natiuus, & spiritus genitiuus, qui obruitur à copia sanguinis, quo non eget, antequam absoluta fuerit fœtus descriptio. *Causa effectrix.* Alias sanguis qui sua qualitate frigida peccat, aut ab ægræ ætate, aut ab aliquo morbo, aut à prauo victu corrumpitur, & pro legitimo conceptu caro informis generatur, aut quid perfectius, quale est monstrum, vt plantæ per radices à terra humorẽ trahunt, quo accretionem suscipiunt: sic Mola per venas, sed nihil conformatur, ob defectum illius caloris & spiritus innati qui omnino est cœlestis, qui alterari nequit, sed eius instrumentum vt dixi.

Mola primis mensibus veram imprægnationem mentitur; quia menses supprimuntur, & venter, & mammæ turgent (sed sine lacte) & paulo post flaccescunt. Differt tamen motu, in- *Signa diagnostica mola & fœtus.* cessu, & dolore, & grauitate.

Fœtus mouetur calcitrando, idque proprio motu: Molæ verò motus omnis est inuoluntarius, qui ab initio est tremulus, siue à spiritu incluso, siue à matrice expellere têtante, motuque matris, quouis modo sese vertat, mouetur siue in dextrum, siue in sinistrum latus procumbat. Et si in dorsum pondus aliquod durum lapidis instar prope pubem & graue sentit, & non prope vmbilicum, vt in vero conceptu. Mulier in mola ad incessum est grauior, & artus gracilescunt: dolor vētrem compingit. In vtroque est cibi fastidium, vt idcirco con-

cepti fœtus magna sit suspitio ; & venter in mola subito eleuatur, contra, ex fœtu sensim attollitur. Certissimum signum est, si legitimi, conceptus tempus, ventris tumor excefferit. A tympanite distinguitur, quia hic subito fit, & toti vtero est æqualis, & si venter percutitur est sonorus : quæ omnia molæ sunt contraria: Ab ascite distinguitur, quod in hoc vrinæ sunt intensæ à feruidiore iecore. In mola à sanis non sunt dissimiles: nulla percipitur in ventre materno fluctuatio, dum inflectitur, vt in ascite, & ex pudendo nihil defluit vt in hydrope: & si digitis venter comprimitur in hydrope vestigia remanent: contra in mola nulla remanent.

Ut mola à vero hydrope distinguitur.

Præfagia.

Molæ materia acetabulis ita hæret, vt non nisi longo tempore euelli possit. At dum recens est, curari poterit remediis post scribendis: Si minus hæret, à matrice tertio, quarto, aut quinto mense expellitur, priusquam ad iustam magnitudinem perducatur. Ad hanc proximè accedunt irriti & inutiles conceptus, quorum frequens est euentus.

Mola accidit fœminis, & non brutis, quoniam menstruo sanguine carent ex Arist. loco citato. Molæ viuaces plures annos & aliquando per totam vitâ durant, & ita obdurescunt, vt saxum referant. Interdum cum mola fœtus gestantur, & simul eduntur. Vna mola, est periculosior duabus, aut pluribus inter se diuisis: quia ob eius magnitudinem ægrius expellitur: hæc verò, ob earum exiguitatem facilius. Quæ supra nouum mensem est, (ex nonnullorum opinione) est valde periculosa: ob id incurabilem reliquerunt: incipientem sunt aggressi: Alii audaciores & incipientem & antiquam sunt aggressi, nixi auctoritate Celsi, Aëtii, & Pauli ne desperarent.

Decurratione vniuersali. De victu.

Medicatio versatur circa vniuersalia & particularia. Vniuersalis consistit in victu, purgatione, & venæ sectione. Particularis verò in sumptis & admotis. Victus sit temperatus, aut calidus & humidus. Alimenta sint boni succi, & pro potu vtatur vino moderato & diluto: fugiat merum violentum ne humores moueantur à toto corpore in vterum, nisi quâ vtitur remediis, tunc motus violentus competit, vt mola deorsum deturbetur: ægra decumbat in domo opaca & modicè refrigerante ex Paulo lib. 3. cap. 69. Si aluus non fluit, sequenti clystere erit sollicitanda.

Clyster.

℞. Sabinæ, mercurialis, abrotani, & pulegii, singul. m. i. baccarum hederæ, lauri, & iuniperi, singul. ℥. β. florum chamæz.

hyperici, & sambuci, singul. p. i. coque in aqua ad ℥b. i. dissolue hieræ pachii, & benedictæ, vtr. ʒ. vi. mellis, anthosati, & olei liliorum, vtr. ʒ. i. β. fiat clyster. Vel paretur sequens potio.

℞. Rad. aristol. rotæ & dictamni cretici, vtr. ʒ. ii. centaurii *Minorans.* mi. & mercurialis, vtr. m. β. sem. gallitrici, ʒ. iiii. sem. rutæ, ʒ. ii. coquantur in aqua ad ʒ. ii. dissolue syrupi rosati sol. cum agarico ʒ. i. β. elect. Indi ma. ʒ. β. fiat potio mane sumenda.

℞. Massæ pil. foetidæ, ʒ. i. agarici troch. ʒ. i. troch. alhan- *Catapotia.* daal, & castorii, vtriusque grana tria: cum guttis aliquot aquæ arthemisæ, fiant pilulæ vi. cap. post primum somnum vice potionis si his potius delectatur.

Sic expurgata corporis prima regione, & appareat plenitudo, educatur sanguis ex vena axillari, ad ʒ. viii. aut ad ℥b. i. si est *De vena* iuuenis, & eusarca, & sequenti die sub horam secundam pomeridianam ex utroque poplite, vel saphenis, ad ʒ. iii. aut iiii. *seccione.* ut molæ alimentum minuatur, & facilius deturbetur, & inædia contabescat, præmissis frictionibus coxarum & crurum deorsum versus. His peractis præscribantur iulepi aut apozema, deinde purgetur iisdem medicamentis, quibus foetus extinctus aut secundina retenta excutiantur, ut videre est ca. 80. Deinde veniendum ad sequentia particularia.

A purgatione veniendum ad causam coniunctam, aceta- *Particula-* bula obstruentem tam sumptis quam admotis per pilulas, ele- *ris curatio* ctuaria mollia, & solida, infessus, fomenta, balnea naturalia, *mola.* aut arte parata, pessos, suffumigia, vnguenta, sinapismos, dropaces & Chirurgiam, præmissis prognostico (superioribus emollientia sunt miscenda) ob Molæ duritiem.

℞. Galbani, assæ foetidæ, sagapeni, castorii, opopanacis, sty- *Massa pi-* cis cal. bdellii, myrrhæ, singul. ʒ. ii. boracis, ʒ. i. succini, asari, *lularum.* cinnamomi, sabinæ, & sem. melanthii, singul. ʒ. i. β. cum melle scillitico fiat massa pilularum, cuius alternis matutinis pro do- si cap. ʒ. i. superbibendo duo aut tria cochlearia vini hypocratici dicti, aut tantundem decocti aperientis.

Si his non curatur, & cogamur ad Chirurgiam deuenire: imprimis digitis immixtis, si apprehendi nequeat ob eius magnitudinem & rotunditatem & duritiem, utere instrumento Chirurgico recuruo, quod Gallis *Pied de Griffon* dicitur: vel nouacula incidendam, ut frustatim educatur. Deinde utere aliqua iniectione suppurante, in qua dissolue vnguentum basilicum cum oleo lini, vel liliorum, cum nonnullis deter-

gentibus, aut huius loco infundantur, (ob fœtorem) vnguentum Ægyptiacum cum decocto agrimonix, absinthii. Hanc cutationem aggredi non licet ante prognosticum, vt vitemus calumniam ne mali Medici aut ignorantis nomen subeamus.

Si præter molam, venter tumet à flatibus, vt in tympanite diximus, aliqua (omnibus præsiidiis tam internis quam externis) flatu discutientia sunt permiscenda, & imo ventri cucurbitæ cum multa flamma sine scarificatione sunt admouendæ. Interea ante & post singulos pastus vtendum erit puluere sequenti qui ventriculum, & vterum roborabit, & flatu discutiet.

*Pul. digestus oxy-
poros di-
ctus.*

℞. Pul. aromat. rosari. ℥. ii. interioris tunicæ gallinæ vino albo lotæ & pulueratæ ℥. ii. coriand. præparati, sem. dauci cretici, & anisi singul. ℥. iii. cort. citrii sacch. conditæ ℥. i. medullæ panis albi assæ & puluerizatæ ℥. iiii. sacchari albi ℥. viii. fiat puluis vsui dicto. Ventri admoueantur sequentes sacculi sæpe repetiti.

*Sacculi
flatu di-
scutientes.*

℞. Milii, ℔. i. salis, ℔. β. baccarum lauri contusarum, ℥. ii. sem. 4. cal. ma. lini, & fœnugr. singul. ℥. i. herb. malux, viol. saluix, sampfuchi, & stœch. singul. m. i. castorii, ℥. β. omnia in sargagine fricta excipiantur sacculis duobus aut tribus ex panno lineo & calidè vicissim pubi admoueantur & sæpe renouentur, sic per multos dies continuando.

De Immoderato Mensium Fluxu.

C A P. L X X I V.

A Μετρος νέωσις ἢ ἡ καταλύσις Græcis, immoderata Mensium euacuatio Celso dicta. Est symptoma de genere excretorum immodicè fluentium: cuius beneficio vires deijciuntur. Neque omnis immoderatus mensium fluxus est cōpescendus: sed tantum is qui est præter naturam, ex imbecillitate facultatis retentricis, & valida expultrice, quique vires deijcit.

*De causis
externis.*

Causæ externæ huius symptomatis sunt ictus, casus, saltus, tripudium, vectio in curru succufante, exercitiū violentum, coitus

coitus frequens, pudendum virile, in magnitudine excedens, partus laboriosus, aut abortus, animi excandescencia, vsus balnei naturalis, sulphurei, bituminosi &c. Frictiones coarum & crurum, rhagadiæ, vlcus: potus vini albi largioris: esus acrium & similiū, & medicamentorum diureticorum longus vsus: pomatii, piratii recentis & piscium salforum ac aliorum alimentorum vsus &c. immoderatos menses concitare possunt.

Causæ internæ effectrices sunt multiplices, veluti sanguinis *De inter-* quantitas aut qualitas, aut vasorum ad vterum pertinentium *nis.* raritas, aut imbecilla retentrix facultas, & expultricis robur, quoties corpus ab humoribus noxiis sese exonerat, malus vteri habitus, & eius intemperies natia, aut ascititia, ex victus ratione. Gal. 6. locorum affect. capite 5. & Aëtius lib. 16. cap. 64.

Ut ritè causæ diuersæ huius immodicæ excretionis inuesti- *De signis.* gentur: imprimis duo sunt consideranda, multitudo sanguinis erumpentis, & delationis modus. Ex his disces num ex vasorum ruptura, aut reseratione aut erosione fiat. Si sanguis fluit ex *ἀνασφύμασι*, cognosces ex motu vehementi qui præces-

fit, aut ex frigore, vel ex copia sanguinis. Nam si ex magnis vas- *Signa si ex* sis, confertim & sine dolore fluit: Et si à minoribus, vice versa *ἀνασφύ-* *μασι.*

calida dispositio præcessit: vel mulier est vsa balneis calidis: aut inhabitat solum calidum, aut est vsa alimentis acribus, sal- *Signa si ex* sis, piperatis, aut vino albo meraco in magna quantitate: tunc *Διδύπωσις* aut *Διτρίπωσις* & sanguis non confertim, sed paula- *Διδύπωσις* *ἢ Διτρί-* *πωσις.* tim fluit, idque cum dolore: quia fit ab humoribus biliosis, sal- *Signa sum-* *pta à quan-* *titate.* sis, aut nitrosis, à toto corpore in vterum fluentibus. Si ex san- *Signa sum-* *pta à quan-* *titate.* guinis tenuitate, fit diapedesis, quoties sanguis est serosus, & *Signa sum-* *pta à quan-* *titate.* venæ sunt raræ: tunc paulatim & guttatim fluit, & sine dolo-

re. Plura cap. 35. pag. 400. de cruenta spuitione. Alii, alia signa *Signa sum-* *pta à quan-* *titate.* sumunt à sanguinis quantitate, qualitate, eius substantia, aut à *Signa sum-* *pta à quan-* *titate.* vasorum ruptione, à vulnere inflicto, aut ab aliquo tumore.

A quantitate, quum sanguis augetur ex victu euchymo, ex vi- *A qualita-* *te.* ta desidiosa, in aëre temperato, & regione calida & humida, & austrina constitutione, tunc immoderatus fluunt menses cum agræ dispendio ni breui occurratur. Si à qualitate, cognoscitur ex colore humoris præpollentis vt docuit Hip. lib. 1. de Morbis mulierum: Si inquit, sanguis in arenam effunditur, & æstuante cœlo & soli ardenti siccetur: aut si linteam in

co demersum atque in umbra siccatum: si eius color est flauus, bilem: si ater, melancholiam: si albus, pituitam denunciat: & si varius, cacochymiam: si floridus & vitæ cruori recens mactatæ persimilis, sanguinem: si tenuis & serosus, ex largiore potu vini albi, aut vsu diureticorum medicamentorum prouenit: quale est aloë illota autore Mes. quæ venas vteri & sedis aperit. Vsus quoque alimentorum salforum, acrium, & piperatorum vt diximus idem præstat.

Aruptione

Interdum fit à vasis ruptis, vel ab imperitia obstetricis: vel à manu Chirurgi foetum mortuum aut molam de qua superiori capite egimus extrahentis, aut à foetu grandiore, aut à partu difficili, aut ab abortu, quæ omnia sciri possunt, vel ab ægra, vel ab assidentibus. Alias immoderatè fluunt ab erosione vasorum, quoties ab aliquo humore acri, falso, nitroso aut corrupto, aut ab vtraque bile eroduntur. Si ab aliqua causa euidente, veluti ex casu, ictu &c. ab eadem ægra aut à parentibus disci poterit. Sic censendum si à vulnere fiat.

Ab erosione.

de prognosi

Ex immoderato mensium fluxu inquit Hip. aphor. 57. sect. 5. quamplurimi morbi eueniunt, nempe virium imbecillitas, anorexia, bradipepsia, fædus faciei color, pedum & reliqui corporis tumor œdematosus, hydrops. Et febris continua, aut hectica ex bilis feruore: senium, sterilitas aut lipothymia & sæpe syncope, & mors consequitur. Mulieri menses decolores, nec semper per idem tempus venientes, purgationem indicant esse necessariam. Hip. aphor. 36. sect. 5. Talis fluxus iuuenibus est molestissimus: senibus verò vt plurimum est lethalis: quia ex nimia hepatis refrigeratione consequitur hydrops, vel ora vasorum callum contraxerunt. Si mensium fluxus immoderatus acciderit, quum eclipsis Solis, & Lunæ fit, sisti non potest, teste Apuleio Platonico, fluxus mensium criticus, aut qui fit præ nimia sanguinis copia, vt in plethoricis, non sistendus: sed tantum symptomaticus qui plus iusto vires deijcit. Ex diapedesi, aut ex partu grandiore paruum imminet periculum, quia plerumque sua sponte cessat Paulo auctore lib. 3. cap. 63. Ex diæresi maius periculum: Ex anastomosi maximum: qui si fit vitio vteri, omnium difficillimè curatur: quia vterus est veluti totius corporis sentina, in quam fluunt humores.

Curationem huius symptomatis in tria membra diuidemus: in primo de ἀναστόμωσι in secundo de ἀγασπρωσι: in vltimo de ἀγπίδωσι, agam.

Anastomosis siue à causa euidente siue ab interna scaturiat, repellentibus curabitur: non quibusuis: quoniam alia incrassant sine stupefactione, alia cum stupefactione. Quæ sine stupefactione incrassant possunt esse materia remedii indicatione sumpta à sanguine, à morbo aut à viribus. Quæ verò cum stupefactione non possunt esse materia remedii indicatione sumpta à viribus, quæ cum debiles sint, instaurari debent à medicamentis cardiacis, calidis & suauè olentibus, quæ mensum fluxum auerent, & non sisterent. Adhæc crassefacientium, alia crassefaciunt & astringunt, vel citra lentorem, vel cum lentore. Quæ citra lentorem probantur præsertim in anastomosi de qua nunc ago: Quæ cum lentore in diarræsi seu diaurosi: quia refrigerant, & humorum acrimoniam recondunt, de quibus agemus quum peruenero ad secundum membrum curationis huius symptomatis. Hæc etiam diapedesi aptari possunt: qualia sunt Hip. docuit lib. 2. de Morbis mulierum, & nos post eum & reliquos Græcos, Arabes, & neotericos capite 28. de Hæmorrhagia, & capite 35. de Cruenta Spuitione, tam simplicia quam composita diximus, ad quæ lectorem ablegamus, ne toties videar eundem calculum reuoluere. Ex quibus solent Medicus suo Marte varia componere potest præsidia, pro ægræ ætate, viribus, regione, morbi & anni temporibus, vel utatur nostris.

℞. Pul. nardi Ind. vel sem. peoniz, vel sulphuris, vel corticis ouorum assi, vel cineris stercoris caprarum, ʒ. i. cum vino tortiuo aut vstulato, aut succo vel aqua plantaginis mane vacuo ventriculo spatio trium dierum, immoderatos menses sistunt. Vel horum loco cap. cum ovo sorbili ʒ. ii. pul. diplosici. Vel dissolue pul. cum succo porri potionis instar. Vel tantundem scoriz ferri tenuissimè tritz prius ex aceto & aqua rosarum maceratæ horis 24. & igni siccatur cum succo achilleæ sideritis, teste Diosc. lib. 4. cap. 36. Potenter sistit menses sed mulierem sterilem facit, autore Diosc. lib. 5. ca. 93. Millefolii folia recentia in mortario contusa pessarii instar, vuluæ indita, & pubi admota menses sistunt. Matth. commentar. suo in Dioscorid. vnguis odoratus per se suffitu, aut coriorum segmenta cum gallis suffita per infundibulum, aut sedem perforatam conueniunt. In hunc vsum Gal. commendat ʒ. 4. succi plantag. per quatrduum sumpti mane. Pariter emplastri modo fulig. aut rasura fundi cacabi: vel

Curatio
fit ex anastomosi.

ixauuala
empirica
pro pauperibus.

Reliqua
ischa mara
simpl. &
composita
sunt de-
scripta pag.

407.

gypsum vstum cum oleo myrthino, vel ouorum albumine, vel succo vrticæ mortuæ, vel muceag. sem. psyllii cum succo verbasci extracta, pauco aceto additò & pilis leporinis adiectis, salubriter imo ventri admouetur.

Vulgus Medicorum laudat chelidonium recens tritum & mammis appositum : necnon pannos in aceto acri mersos ibidem tepidè admotos. Nonnulli laudant puluerem è pettunculis quæ è Compostellæ mari comportantur, potui datum cum aliquo succo astringente. Lapidés iaspidis, onychis i. corallinæ, succini, & hæmatitis, coralli rub. Annulus aut in pul. redactus, vel collo suspensus, vel digitis manuum alligatus, aut mammis appositus menses sistit. Sacculus ex ranarum cinere paratus, & mammis appositus, menses sistere creditur. Pro comperto Mercatus cap. 8. habuit ʒ. i. pul. corr. rad. mori cum vino astringente mane per multos dies continuatus. Nunc ad particularem therapeiam descendendum quæ commodè fiet quatuor auxiliorum generibus, victu scilicet, reuulsione, deriuatione, & purgatione tam sumptis quam admotis post dicendis.

*De victu
in causa
calida. i.*

Primum genus curationis erit victus, qui (vt cætera præsidia) pro causarum diuersitate institui debet. Nam in causa calida, aer debet esse frigidus, & alimenta frigida, cum astrictione : qualia sunt lentes bis coctæ, oriza, milium, panicum, panis coctus in iure pedum vituli, agni, hædi, cum pauco omphacii. Pro potu vtendum erit aqua chalybeata cum aliquo syrupo astringente, aut lacte vstulato. Et si ægræ vires sunt deiectæ, vtatur vino tortiuo, & non albo in parua quantitate: panis sit hordeaceus: puls ex farina tritici cum lacte, butyro, & vitellis ouorum parata, aut semola: gelatina quoque ex pedibus vituli, & veruecis conuenit. Item iura carniū boni succi, alterata, portul. plantagine, centinodia, & cymis rubi, & brassicis bis coctis, quoniam primum ius aluum mouet, & menses concitat: secundum verò, sistit.

Carnes auium montanarum, & domesticarum, affæ, elixis sunt præferendæ: in fine pastus, vtendum erit sorbis, mespillis, cornis, cydoniis, vuis damascenis cum acinis probè masticatis, aut pitris coctis. Vitanda sunt vinum album, coitus, saltus, tripudium, scalarum descensus, quod sanguinem non modo moueat, sed deorsum magis mouet. Vitanda quoque animi pathemata. Contra animi & corporis quies & somnus

est consulendus : quoniam hic omnes immoderatas vacuationes compescit exceptis sudoribus. Aluus quoque libera esse debet.

De Victu in causa frigida:

IN causa frigida: aër sit temperatus vel tepidus: quia calidus concitat menses. Viæus igitur sit modicè calidus & siccus, crassus, & glutinosus, cum modico cinnamomo, & mentæ in iuribus carniû: & vtatur vino astringente. Vitare oportet crocum, & omnia diuretica licet calida, coitum, & omnes motus, tum corporis cum animi. Aluus sit libera: quies, & somnus longus, iuuant.

Reuulsio fit sectione venarum cubiti, narium, sedis per hirudines, aut scalpellum, aut hæmorrhoidas, cucurbitulas, ligaturas, & frictiones partium superiorum. Si anastomosis sit à casu, ictu, aut à copia sanguinis, & mulier est iuuenis, & vires adhuc constant, educendus erit sanguis ex axillari dextra, aut sinistra, prout vterus in alterutram partem procumbit ex angusto vulnere ad 3. i. aut sesquialteram, idque iteratis vicibus ex eadem vena: sic auertitur sanguis, & vires conseruantur; quæ si videntur ad eò deiectionæ, aperiri poterit saluatella quæ inter annularem & auricularem digitum excurrit. Vel hæmorrhagia narium admotis fetis porcinis, vel faucis aculeatis præriteretur, vel admotis sanguisugis sedi, prouocentur hæmorrhoides. Si quid phlebotomiam dissuadet, sanguis reuellatur cucurbitulis satis magnis, admotis sub mammis cum multa flamma vt monet Hip. aphor. 50. sect. 5. necnon hepatis, lienis, & lumborum regionibus admoueri possunt cum & sine scarificatione. Ligaturæ fortes brachiorum probantur, cum frictionibus: modo singulis horis soluantur, ne calor insitus extinguatur, inde gangræna sequeretur. Hac arte sanguis qui ad vterum mouetur, sursum reuellatur. Gal. lib. 1. ad Glauc. Frictiones item duræ & asperæ scapularum, axillarum, & brachiorum eadem ratione iuuant. Contra ligaturæ vt frictiones partium inferiorum officiant. Si ægra est aluo duriore iniiciatur sequens clyster qui quoties opus erit iteretur.

℞. Decocti communis clysteris, ℥b. i. dissolue catholici, clyster,

HHHhh iij

De reuulsione 2. generis curacionis.

De ligaturis & frictionibus.
3.

Clyster. mellis rosati, sacch. rub. & olei cydoniorum, singul. ℥. i. fiat clyster. Qui hieram, colocynthidem aut scammonium recipit reiiciendus, quia fluxum concitant: Deinde sequentibus utendum.

Iulepus. ℥. Syrupi myrthini, & cydoniorum, aut de rosis siccis, vtr. ℥. i. β. decoctionis hippuris, spongiæ cynorrhodi, & lisimachix, q. s. fiat iulepus clar. & arom. in tres doses. Vel

Apozema. ℥. Rad. bistortæ, ℥. i. β. medianæ cort. quercus, ℥. i. herbarum centinodix, dipsaci, cymarum rubi tenerrimarum, malicorii, & millefolii, singul. m. i. mespillorum, & sorborum immaturorum, (huiusmodi fructus si sunt maturi non astringunt) vtriusque pa. iiii. sem. rhois, & myrthi, vtr. ℥. iiii. florum nymph. p. i. coque in aqua fabrorum ad ℥. i. syrupi omphacii, & de granatis, vtriusque ℥. i. in fiat apozema clarific. & arom. santalo albo, & rubro, pro iiii. matutinis. cap. post singulas doses tabellam vnam diacydonites sine speciebus: sequens ferculum non contemnendum à Gnainerio descriptum cap. 16. tract. de morbis mulierum.

Ferculum Gainerij. ℥. Flo. plantag. & florum phlomi, ʒ. i. rapsi barbati, vtriusque m. i. rad. symphyti ma. incisæ, ℥. i. coque in aqua suffi. deinde pistentur in mortario, & cernentur super cribrum inuersum, tum iniice momentum casei recentis, & adipis renum capratū, aut veruecis, & cum luteis ouorum, & farina tritici tenui fiat pasta in morsellis siccandis: quorum vnus coquatur in iure carniū, & detur esui.

Elect. molle. ℥. Cōseruæ rosarū antiquæ, & pulpæ cotoneorū cōditæ, vtr. ℥. ii. pul. diacydonitē sine speciebus, ꝑ. iiii. troch. de succino, ꝑ. ii. coralli rub. lap. hæmatites, & cineris putaminū ouorū, singul. ꝑ. i. fiat elect. molle de quo quotidie mane c. instar nucis iuglādis horis tribus ante primū pastū, superbibendo parum succi achilleæ, aut millefolii, aut centinodix depurati. Si ægra pauper fuerit cap. ieiuna ꝑ. iiii. cineris stercoris capræ sub. tritæ cū aqua chalybeata, aut fabrorū per multos dies continuando.

Injectio d' Gal. explorata. ℥. Succi plantag. ℥. iiii. iniice in vterū cū metrechite: sic per quatrīduū cōtinuato hoc remedio, cal. l. experimētōrū gloria- tur se sanasse mulierē quæ nullis aliis remediis sanari potuerat.

De externis. Fomentū. ℥. Rad. bistortæ, ℥. i. β. cort. citrii siccæ, ℥. i. hæc (suo calore astringētia altius subire facit, secus essent inutilia) fol. lentisci, & myrthi, si extiterint vel alterius, veluti, lisimachix, centinodix, hippuris, millefolii, absinthii p. maioris, rosarum rub. sin-

melio^rem cōficiat, qualem descripsimus in curatione anastomoseos: humor acris quoque corrigitur iulepis, apozemaris, non quidem primo insultu adstringentibus vt in anastomosi, ne fixius partibus hæreat; sed ijs qui humoris acrimoniam demulceant, & detergeant, vt is qui sequitur, qui bilis acrimoniam vincit & deterget.

Iulepus.

℞. Syrupi de portulaca si extiterit, vel de agresta, ℥. ii. mellis rosati, ℥. i. aquæ portul. & symphiti ma. vtriusque ℥. v. fiat iulepus in tres doses. Vel

*Apozema
ad bilem.*

℞. Rad. symphiti maioris, ℥. ii. rad. acetosæ, ℥. i. herbarum portulacæ, m. ii. seriolæ, borrag. lentis palustris, & v. capillarium communium, singul. m. i. passularum mund. iuiubarum, & sebesten, singul. par. vi. sem. portul. ℥. iii. papaueris albi, & 4. frig. ma. (bilem per vrinas reuellunt) singul. ℥. ii. florum nymph. & viol. vtr. p. i. coque in aqua ad ℥b. i. syrupi de granatis acidis, ℥. iii. fiat apozema clarificatum & aromat. santalo vitreo, pro tribus matutinis. Si decoctioni addideris cort. citrii siccæ, ℥. β. & absynthii p. ma. m. β. ad omnia erit efficacius, & florum rorism. p. i. quia suo calore alia frigida & astringentia subire faciunt, sine quibus ad vterum non peruenirent ob ventriculi distantiam.

*Alind ad
pituitam
salsam.*

℞. Rad. acetosæ, capsii barbari, & cyperi, singul. ℥. i. corticis citrii siccæ, ℥. β. herbarum partheniæ, betonicæ, & mentæ siccæ, singul. m. i. rosarum rub. m. β. passul. integrarum pa. x. dactyllorum immaturorum pa. vi. sem. plantag. portul. papaueris albi & malux, singul. ℥. ii. florum hyperici, sambuci, & rorism. singul. p. i. coque cum hydromellis ℥b. tribus ad tertias in fictili vitrato angusti oris operculato. Colatura dulcoretur sacch. vel syrupo de hysopo in quatuor doses.

*Apozema
si ab humore
melancholico.*

℞. Rad. buglossi, ℥. ii. corticis citrii siccæ, ℥. vi. herbarum fumariz, lupuli, chamæd. cichorii, endiuiz, borrag. singul. m. i. florum chamæmeli, & rosarum rub. vtriusque m. β. sem. portul. ℥. β. sem. papaueris albi, vrticæ, & melonis, singul. ℥. ii. glycyrrh. ℥. vi. florum cord. & nymph. singul. p. i. coquantur ex arte in aqua suffi. ad ℥b. i. syrupi de succo fumariz, ℥. iii. fiat apozema clarif. & aromat. cinnamo. pro tribus dosibus. Medio tempore si alius non fluit supponetur glans aut clyster: castigata sic humoris aeris acrimoniam, sequentibus erit vacuan-

*De humore
acris
vacuatione*

℞. Nardi Ind. minutim incisæ ℥. β. myrobalanorum citreorum

rum, & rhabarbari leniter torrefacti, vtr. ꝑ. iiiii. cassiæ recens extractæ, ꝑ. i. infundantur omnia in decocto cichorii, portul. & rosarum rub. per noctem super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi de cichorio dupl. rhab. ꝑ. i. fiat potio quam cap. finitis iulepis ex artis instituto.

℥. Spicæ celticæ, ꝑ. β. agarici troch. ꝑ. i. myrobal. cepularum, & bellericarum, leniter torrefac. vtriusque ꝑ. iiiii. catholici, & diacarthami, vtr. ꝑ. iii. omnia simul infundantur in infusione rosarum pallidarum. Expressum detur summo mane.

Phlegmagogum.

℥. Folii Indi, aut schœnanthi, ꝑ. β. myrobal. indarum oleo violato confricatarum, ꝑ. iiiii. rad. ellebori nigri veri & non adulterini, ꝑ. ii. confect. hamech, ꝑ. vi. infundantur omnia simul in sero lactis per noctem. Expressioni dissolue syrupi de pomis Saporis, ꝑ. i. fiat potio quam cap. diluculo ex artis instituto. Vel

Melanagogum.

℥. Massæ pil. imperialium, ꝑ. iiiii. cum syrupo violato forma pil. vi. deauratas quâs cap. post primum somnum.

Catapota cholagoga.

℥. Agarici troch. & pil. alephanginarum, vtriusque ꝑ. i. cocciarum, ꝑ. ii. cum melle rosato, aut oxymelle simplici, fiant pilulæ vi. aut vii. deauratæ, cap. post primum somnum.

Phlegmagoga.

℥. Massæ pilularum Ind. aut de lapide lazuli, ꝑ. ii. agarici troch. ꝑ. i. pul. sennæ orientalis ꝑ. β. ellebori nigri veri, grana vi. cum syrupo de epithymo, aut de fumarina maiore, aut de pomis Saporis, fiant pilulæ vii. aut viii. cap. etiam post primum somnum. Si præ nimio dolore ægra est infomnis parentur sequentes pilulæ.

Melanagoga.

℥. Massæ pilularum de bdellio, ꝑ. β. de cynoglossa, ꝑ. β. cum guttis aliquot syrupi nymphææ, forma pil. tres aut quatuor quas cap. hora somni. Aut harum loco cap. ꝑ. β. laudapi seu nepenthes spagyricorum. Aut huius loco cap. diacodii ꝑ. ii. aut philonii recentis, ꝑ. i. aut tantundem theriacæ recentis, aut mithridatii, aut requiei Nic. myrep. aut antidoti asyncriti, ꝑ. ii. hora 9. noctis. Si narcoticis addideris grana tria (ad eorum castigationem) castorii; erunt efficaciora. Vel horum loco propina syrupi de papauere ꝑ. i. & aquæ portulacæ, ꝑ. iii.

Hypnotica.

℥. Infusionis vel succi rosarum pallidarum, ℥. ii. in ca coque polypodii querni contusi, ꝑ. iii. fol. sennæ mund.

Syrupus magistralis

℥. i. β. Epithymi ℥. vi. sem. anisi ℥. β. caryophyllorū integrorū,
 ℥. β. coquantur ad medias. In media parte colaturæ infunde
 rhabarb. selecti & myrobal. citreorum (si bilis præpollet)
 vtriusque ℥. β. aut tantundem agarici troch. & myrobal.
 cepularum, & bellericarum, si pituita : aut tantundem elle-
 bori nigri veri & non adulterini, (si humor melancholicus)
 cum sem. cymini, ℥. ii. & sem. vrticæ, ℥. ii. Altera vero parte
 colaturæ trajiciantur super colum medicum bis aut ter pro
 omni clarificatione : In qua coque in syrupum mannae cala-
 bræ ℥. viii. deinde effunde expressionem infusionis, & lentis
 prunis recoque in syrupum vt seruari possit: dosis erit ℥. ii.
 cum iure pulli insulso, bis in hebdomade continuando.

℥. Indicatio
 cōtinu-
 rationis.

His legibus sine laborantis dispendio, humor morbificus
 sensim educitur, qui tandem reuellendus erit venæ sectione,
 cucurbitulis, ligaturis, & frictionibus vt in anastomosi dixi-
 mus. Erosio siue fiat in vtero aut in eius ceruice curari debet
 medicamentis quæ mediocriter & sine morfu detergunt, ex-
 siccant & carnem generant & cum lentore astringunt: qualia
 fuerint docui cap. 28. pag. 357. & cap. 35. pag. 407. vel vten-
 dum sequentibus.

℥. Clysterie-
 rimus de-
 tergens &
 glutinans.

℥. Rad. symphyti maioris, ℥. ii. rad. pyrolæ, ari, cycla-
 minis, angelicæ syluestris, & aristol. rotundæ, singul. ℥. i.
 herb. symphyti medij, & parui, alchimillæ, i. pedis leonis,
 scrophulariæ, virgæ aureæ, herbæ roberti 4. geranij species,
 & sambuci, singul. m. i. cancerorum fluuiatiliū, aut astaco-
 rum luna plena carptorum & in clibano post detractum pa-
 nem assorum nūm. 8. contusis omnibus infundantur in fictili
 cooperto super cineres cal. in duabus partibus aquæ, & vna
 vini rubri horis 24. Deinde in eodem fictili bulliant ad ℥. ii.
 expressioni dissolue mellis rosati, ℥. iii. terebinthinæ in duo-
 bus vitellis otiorum dissolutæ ℥. ii. gummi elenii, ℥. i. huius
 liquoris inijce ℥. ii. in vterum per metrenchitem eleuatis clu-
 nibus & depresso capite, bis aut ter in die reiecta vrina, ne
 comprimatur per eam vterus : sic diebus sequentibus conti-
 nuando donec vlcus abunde detersum, & glutinatum fuerit.
 Si decreueris simul vlcus siccare, huic iniectioni dissolue bo-
 lum armenam aqua pediculi rosarum lotam q. s. & per vices
 ægra cap. 3. i. pil. de bdellio: & pubi, & lumbis admoue em-
 plastrum, aut vnguentum præscriptum pag. 789.

Διαπιδ-
 σεος δια-
 πειδ.

Diapedesis curatur victu magis incrassante sanguinem re-

nuem ex hip. quia fit à sanguine tenuiore & serosior qui sensim defluit ex venarum raritate.

Ob id cibus sit glutinosus, qualis comparatur ex pedibus animalium, consummatis, gelatina, iuribus carniū, hordeatis, pane loto, cimolia, oriza, pulte, ex farina tritici cum vitellis ouorum parata, & similibus: carnes auium montanarum & elixis domesticorum animalium sunt præferendæ. Pro potu vratur lacte vstulato: aut syrupo cotoneorum, aut omphacii, aut portulacæ, aut oxyacanthæ, cum decocto hordei, passularum integrarum, aut acinorum, malorum puniceorum & glycyrrhizæ. Vitet omnem motum violentum tum corporis, cum animi, & omnia acria, salsa, & aromata, & maximè crocum, & coitum. Alnus semper libera esse debet, quæ si talis non fuerit vratur clystere in anastomosi descripto. Ore sumendis remedijs iam descriptis, tuto misceri possunt nonnulla diuretica temperata; & nonnulla hydrotica: qualia sunt rad. graminis, rusci, asparagi, plantag. mechoacaro, ialap. soldanella &c. vt humores tenues & serosi ab vtero in habitum corporis, aut per vrinas, reuellantur: in reliquis parum dissentit à curatione crosionis ad maiorem reuulsionem venæ sectio in muliere plethorica aut cucurbitulæ cum & sine scarificatione, & ligaturæ, & frictiones, vt in anastomosi scripsimus, erunt ex vsu. Deinde viscera corroborentur, tabellæ conditis in sequentem modum paratis.

℞. Conseruæ rad. symphyti maioris, & rosarum, vtriusque *Conditum.*
 ℥. i. β. carnis cythoniorum satch. conditæ, ℥. i. pul. diatriasantalii, ℥. iiii. troch. de succino D. Rhasis 9. ad Almansosem cap. 77. potius quam Mes. quia minus opij recipiunt, & terræ sigillatæ, vtr. ℥. ii. coralli rub. margaritarum, & masticis, ℥. i. fiat conditum, de quo quotidie mane cap. inter nucis iuglandis horis iiii. ante primum pastum superbibendo parum aquæ pediculi rosarum aut cuculorum glandium, aut florū rubi canini. Extrinsecus aptari possunt linimenta, emplastra, suffumigia, encathismata, pelli, & clysteres vterini superius descripti: nisi quis simplicioribus remedijs empyricis pag. 788. & 789. enunciatis, vt maluerit.

De Muliebri Stillicidio.

CAP. LXXXV.

PŌVS γυναικίος, vel PŌVS ἰσθμίου Græcis, Fluor muliebris, vel vteri Stillicidium; Latinis dicitur: vulgus menses albos nuncupat. Est symptoma deparauatum facultatis expultricis vteri, & non semper vteri, quia interdum fit vitio eius ceruicis. Alias capitis, hepatis, lienis, ventriculi, aut totius corporis sese exonerantis in vterum, veluti fieri solet per vrinas & sedem, quæ sunt veluti sentina in quam humores vitiosi solent sese exonerare, vt videre est apud Gal. 6. locorum affectorum & 6. de symptomatum causis cap. 4.

In quo differt à excessu vteri fluxibus.

Sic fluxus differt à menstrua purgatione, ab anastomosi, ab anaurosi, à diapedesi, & à gonorrhœa, vt ex sequentibus apparebit.

1. A menstrua purgatione distat, quod hæc statis temporibus, & diebus fit, vt mulierem à multis malis vindicet & eius sanierem conseruet ex Hip. lib. de humoribus, & in epid. cuius color similis victimæ recens mastatæ. Contra in hoc fluxu sanguis non est purus, & syncerus, sed potius ichor seu sanies, est dicenda, quæque est varii coloris, pro ratione humoris hunc fluxum procreantis, qui non confertim, & statis diebus profluit, sed guttatim: alias sine dolore, alias cum dolore, alias continenter, alias per interualla.
2. Differt ab anastomosi, in eo quod hæc fit à venarum apertione, & confertim fit cum laborantis dispendio, licet sit sine dolore: hic verò fluxus non confertim fit, & sæpe cum vteri, aut eius ceruicis erosione, & paulatim fit, & per vices cessat,
3. alias recurrit. Ab anaurosi quoque differt, quod hæc per erosionem semper fiat, & (nunquam cessat) cum dolore, etiam vtero malè affecto: alias frequenter fit ab vtero non malè affecto, quoties à pituita, tunc est indolens, & recurrit.
4. A diapedesi distat quod hæc fit à reseratis vasis, per quæ sanguis tenuis & serosus guttatim & sine dolore semper fluit. At in hoc fluxu, humor non semper fluit, sed per interualla, &

ſæpe cum dolore, quum fit ab humore acri, vterum aut eius ceruicem vlcerante; tunc eſt varii coloris.

Differt quoque à gonorrhœa ſeu virulenta, ſiue non fuerit (quæ perinde mulieres ac viros moleſtat) in hac gonorrhœa non virulenta, materia abſque vlla veneris titillatione, non ſolum in vterum, ſed in eius ceruicem deſluit alba, pauca, craſſa, acrimoniæ & fœtoris expers: alias cum fœtore (ſi eſt virulenta) neque aſſiduè fluit, ſi à vaſis ſpermatidis oritur. In hoc verò fluxu, materia quæ deſluit, non ſemper à vaſis ſpermatidis, ſed interdum aliunde venit, licet fœtoris, & acrimoniæ ſit particeps, & id quod deſluit, eſt album, aquoſum, & tenue, & non craſſum, ſed lactis ſero, aut piſanæ cremori ſimile, modo citrinum aut pallidum, modo ſubuiride, adeo acre & erodens, vt quaſcumque partes attigerit, eas erodat & leniter exulceret, & modo terrum, modo graucolens, modo nullo odore eſt moleſtum ex Hip. lib. 2. de Morbis mulierum, & poſt eum Aretæus lib. 2. cap. 11. de cauſis & ſignis morborum diuturnorum. His ſuccreſcit, ſi gonorrhœa eſt virulenta, ſemper ſigna morbi Neapolitani præ ſe fert: fluor verò mulieris odoritur, etiam virgines quæ nunquam coierunt.

Cauſæ huius ſtillicidi ſunt externæ, aut internæ. *Externæ De cauſis externis.* ſcaturiunt ex aëre & victu calidiore, frigidiore, & humidiore, & motu valido, & ſuccuſſante, & animi pathematis, & ab intempèſtuo peſariorum vſu, ex acribus & malignis medicamentis. Internæ cauſæ ſumuntur ex vitio vteri, aut eius ceruicis, & vaſorum, qui ob eius imbecillitatem malè conficit proprium alimentum: ob id tenuia, cruda, & ſeroſa excrementa excernit; modo pallida, modo putrida, alias fœculenta, hoc vel illo colore, vel odore affecta. Interdum ex robore facultatis expultricis, quæ quod ſibi eſt inſenſum exonerat. Alias ex inflammatione ſuppurata, aut tumore aliquo duro, degenerante in cancerum vlceratum. Sæpiſſimè accidit vitio alicuius viſceris, vt ventriculi, hepatis, lienis, capitis, aut totius corporis exonerantis in vterum noxia ſua excrementa, tanquam in ſuam ſentinam. Hic fluxus recurrit, & deſides fœminas odoritur, potius quam agreſtes. Hic reſuſus pendet à quantitate excrementorum, & à qualitate, quibus plus abundant vrbanæ, quam agreſtes. Quum excrementorum quantitas eſt maior quam vterus ſuperare poteſt, cum laceſſit, & ſenſim expellit: quæ ſi acria fuerint, aſſiduo illiſu cum vlc-

rant. Contra si pauca fuerint, & minimè acria, aut maligna; facilius resistit donec cumulata: tunc eius facultatem expultricem concitant, & rejicit. Hinc fit vt in nonnullis quotidie fluunt cum dolore: in aliis sine dolore & recurrunt. In nonnullis post mensium purgationem: in aliis tantum inter duas purgationes propelluntur. Ex his causis vterus læsus, alimentum proprium malè conficiens multa excrementa gignit, quæ foras elabuntur, & ob eius imbecillitatem excidunt.

Que propense.

Quæ huic symptomati sunt propensæ, docuit Hip. initio lib. 2. de Morbis mulierum. Ρόος λευκός ἐν τῆσι νεωτέροις τῶν γυναικῶν μᾶλλον γίνεται ἢ ἐν τῆσι παλαιότεροις: i. Fluor albus senioribus magis quam iunioribus contingit, fuluus vtrisque, ruber iunioribus. At neoterici Medici pro comperto habent, hunc fluxum non tantum maturas ætate, verum etiam virgines quas pallor decolorat, inuadit.

De signis.

1.

2.

3.

Signa tam diagnostica, quam epigenomena sumuntur ab excrementi (quod guttatim distillat) substantia, quantitate, & qualitate. A substantia crassa, tenui, aut mediocri. A quantitate, si illud excrementum est paucum, aut copiosum: si paucum, vterum malè affectum portendit. Si copiosum, aut viscus aliquod aut corpus vniuersum malè affectum denotat. A qualitate, signa sumuntur à colore, dolore, & odore. A colore, si id quod effluit est album, aquosum & tenue sero lactis aut prisanæ cremori simile, modo citrinum aut pallidum, modo subuiride aut nigrum. Si album, pituitam, & vrinam asini similis, & dolor imum ventrem occupat, cum lateris mollitudine. Sunt tumores crurum, ac manuum, & caua eleuantur, & oculi humidi sunt, & color arquatus, & interdum albus fit, & cum iter facit, anhelat. Sic loquitur Hip. lib. de Natura muliebri. Οκόται δὲ λευκός ὁ ρόος ἐγγένηται, οἷον ἔρρι φαίνεται, καὶ ὀδῶν ἐχει πλεονάζοντα γαστέρα, καὶ τὰς ἰσχῆρας, καὶ τὰς κνησῆνας: καὶ οἰδήματα τῶν ποσῶν καὶ τῶν χειρῶν: καὶ τὰ κοῖλα αἰρεται, καὶ ἡ ὀφθαλμοὶ ὑγροὶ: καὶ ἡ ζεοὶν ἰσπερῶδης καὶ λευκὴ γίνεται. καὶ οἰκόται πορεύεται ἀσυνίτη. i. Cum fluor albus subortus fuerit, vrina qualis asini apparet, & dolor imum ventrem, lumbos ac laterum inanitates detinet, crura ac manus intumescunt, oculorum caua eleuantur, & oculi humescunt, color auriginosus & albus redditur, cumque deambulat anhelatione corripitur.

Nonnulla alia signa annotauit Paul. lib. 3. cap. 63. ægra (inquit) est decolor, cibum fastidit, & sine dolore, & per inter-

ualla recurrit, & eius pudendum ab humore redundante, assidue humectatur, dolor in unum ventrem occupat, ex viri congressu non delectatur, neque offenditur, & sæpe hydrops consequitur. Leuatur copia excrementi reiecta, paulo post grauari incipit, donec aliquid denuo expellat, alias ructus acidus. Si excrementum est citrinum aut flauum, bilem vitellinam potendit, quæ sua acrimonia erodit, & vlcerat vterum, aut eius ceruicem: hinc dolor, febris, humor perpetuo distillat, & foetet, & nunquam recurrit, sitis adest, oris amaror, aut salus, si pituita falsa à capite defluit. Si est serosum & tenue, à sanguine originem ducit. Si est nigrum veluti sæx, ab humore melancholico, quod raro accidit, nisi quom scirrhus aut cancer excitatur: Mulier coitum non admittit, aut ab eo læditur si admittat. Huius fluxus paucioribus verbis signa Hip. libro de Natura muliebri & lib. 1. de Morbis mulierum expressit. Si linteum (inquit) aqua frigida lauetur, & ymbra siccetur, colorem humoris efficientis demonstrabit.

Hoc symptoma difficilè curatur, ratione partis affectæ, & situs in quam excrementa facilè decumbunt, ob venarum multitudinem eo pertingentium, & propter consuetam naturalem purgationem, ex qua plerumque fiunt in vtero vlcera, & maximè quoties ea sunt acria, erodentia, virulenta, aut biliosa: hinc carcinomata, si ab humore melancholico fuerint: veluti si putrida, aut sordida, & à pituitosa materia scaturiunt. Ex hoc stillicidio mulieres fiunt steriles ex Hip. aphor. 62. sect. 5. *Ὀκώσαι ψυχρὰς ἔχουσι τὰς μήτρας ἔχουσι καὶ κίσκαροι, καὶ ὀκώσαι καὶ ὑγρὰς ἔχουσι τὰς μήτρας, ἔχουσι καὶ κίσκαροι, ἀποσβεύονται γὰρ αὐταῖς ὁ γόνος. ἔχουσι ἕνεκα πολλοῦ καὶ θερμότητος. εἰδέναι γὰρ τὸ πρῶτον φέρεται τὸ σπέρμα. ὀκώσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κρᾶσιν ἔχουσι συμμετροῖ, αἱ ποικίλαι ἔπιτέκνοι γίνονται.* i. Quæ frigidos & densos locos habent, in vtero non concipiunt. Et quæ præ humidos habent, grauidari nequeunt: Extinguitur enim in ipsis genitura. Et quæ sicciore & æstuosos: nam alimenti defectu semen corrumpitur. Quæ verò ex vtraque oppositione moderatam naturæ sunt locorum temperationem, ex fecunditate valent. Et aphor. 56. eiusdem sect. *Ἐπὶ βίῳ γυναικείῳ ἀσθμὸς καὶ λεπτοθυμία ἢ ἐπιγένεια, κακόν.* i. Si mulier profluuo conuulsio, aut animi defectus superueniat, malo est: quia pars affecta est neruosa. Si diu perseverauerit, hydrops subsequitur, tandem mors: quia plus refrigeratur iecur. Vigētes ætate (vt plurimū) rubra fluxio infestat: Declinantes vero ætate, alba: Actius.

De prognosticis.

De cura
tione idio-
pathica.

Curatio huius fluoris est duplex. Vna idiopathica, altera sympathica. Illa (vt quæ fit à causis externis) duabus indicationibus absoluetur. Vna vt vteri intemperies corrigatur per alterantia contraria, & eius substantia ab humore laxiori astringatur. Altera vt humor excrementitius coniunctus, ab vtero detrahatur: victu idoneo, purgatione & topicis post scribendis.

Sympathica verò quæ fit vitio alicuius partis, aut totius corporis, illico non est sistenda, metu hydropis, aut alterius mali: sed quum vires deiciuntur, & prostratus est appetitus, idque variis indicationibus, habitatione cauz anteedentis & coniunctæ per idoneum victum, purgationem, venæ sectionem, vomitum diuretica, & hydrotica temperata, cucurbitulas, frictions & ligaturas sæpe repetitas.

Si vterus sine materiæ affluxu nuda intemperie laborat, simplicem per contraria exposcit curationem: Si verò cum affluxu materiæ, curabitur victu, purgatione, venæ sectione, reuulsione & deriuatione, ne intus suppressa illuies, obstructionibus, scirrhis, hydrope, aliisque funestis morbis, nobiliora viscera implicet. Denique vterus à causa coniuncta liberetur, tandemque corroboretur.

De victu. Victus sit varius pro humoris diuersi redundantia & diuersitate, qui magis aut minus exsiccet, & astringat. Alimenta sine euechyma & cupepta, assa potius quam elixa, & auium montanarum potius quam aquatilium. Pro potu quotidiano vtatur aqua chalybeata sola, aut cum aliquo syrupo astringente, aut cum succo omphacii, aut mali punici (si syrupos renuat) idque in parua quantitate. Et si vires sunt deiectæ, vtatur vino cortiuo, & non albo aut tenui, ne in ipsum aliunde humores corruant, & morbum foueant. Fructus astringentes concedi possunt, & miua simplex cotoneorum, quam gelatinam vocant, aut horum pulpa saccharo condita initio pastus. Ieiunium & sitim ferat, & vtatur mediocri exercitio. Vitet omnes tum corporis cum animi motus violentos. Hip. libro de Natura muliebri. Si mulier ex longo muliebri fluxu fuerit emaciata, lac bubulum in magna quantitate sumptum mane tantum cum saccharo rosato ad dies 40. quod maximè nutrit ab Hip. probatur loco citato. Contra si non fuerit emaciata, & adsunt obstructiones, ab eo abstinendum. Fœlix semel atque iterum fœlix, atque Apolline dignus est medius qui singulorum

lorum symptomatum causam distinguere nouit, vt idonea præsidia instituere possit: secus omnia erunt fortuita & Apolline indigna. Si alio est duriore, iniiciatur sequens clyster.

℞. Decocti mercur. malux, violarum, & matricariæ, quartaria tria, aut ℥.i. dissolue bened. lax. aut catholici, vtriusque ʒ. vi. mellis rosati, & olei chamæmeli, vtriusque ʒ. i. β. fiat enema supponendum quoties opus erit. Vel

De purgatione 2. Clyster.

℞. Myrobal. citrearum (si bilis, aut quiuis humor acris præpolleat,) & rhab. selecti, vtr. ʒ. iiii. cassiæ recens à canna extracta, ʒ. i. β. infundantur omnia simul per noctem in infusione rosarum, aut succo earum super cineres cal. Expressum detur summo mane. Si delectatur pilulis, parentur sequentes.

Eccoproiticum.

℞. Agarici troch. ʒ. β. pul. hieræ Gal. ʒ. i. massæ pilularum foetidarum, ʒ. ii. cum syrupo prassii aut succo porri, fiant pilulæ vi. deauratæ cap. post primum somnum.

Catapotia.

℞. Syrupi granatorum ʒ. iii. decoct. mercur. matricariæ, cichorii, absinthii pont. parui, ros. rub. passul. integrarum, florum cord. & rorism. q. f. fiat syrupus clarific. & aromat. sant. citreo pro tribus matutinis. Initio curationis diuretica & hydrotica sunt vitanda, ne causam antecedentem in partem malè affectam deducant & morbum augeant. At in aliis morbi temporibus sunt vtilia: quia humores (ab vtero) ad renes & cutim reuellunt.

Syrupus digestiuus.

℞. Nardi Ind. minutim incisæ, ʒ. β. myrobal. citrearum, & cepularum, vtr. ʒ. ii. rhab. selecti, ʒ. iiii. catholici, ʒ. vi. infundantur omnia simul in succo rosarum aut in infusione ros. pallidarum per noctem. Expressum detur summo mane. Vel

Potio purgans.

℞. Massæ pil. aggreg. & imperialium, vtr. ʒ. ii. cum melle rosato, fiant pilulæ vi. deauratæ quas cap. post primum somnum, & sequenti mane cap. bolum sequentem.

Catapotia.

℞. Conseruæ ros. & cort. citrii sacch. conditæ, vtr. ʒ. ii. theriacæ mediæ ætatis, ʒ. ii. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus. His præmissis paretur sequens syrupus purgatorius nisi melius se habuerit.

Bolus.

℞. V. rad aperientium & valerianæ mund. contusarū & in parua quantitate oxymellis simpl. maceratarum, sing. ʒ. i. rad. peoniæ, & cort. citrii siccæ, cyperi, sing. ʒ. β. herbarum parthenii, mercurialis, prassii albi, millefolii, soldanellæ, & cupatorii, sing. m. i. ros. rub. & absinthii p. minoris, vtriusque m. β. passularum integrarum, & sebesten, vtriusque pa. x. sem. apii, lise-

Syrupus magistralis

leos, dauci eretici, & melonis, singul. ʒ. ii. florum rorism. & buglossi, vtr. p. i. coque in aqua suffi. in fictili vitrato angusti oris operculato ad ʒ. i. ʒ. In duabus partibus huius colaturæ coque polypodii querni diligenter contusi, ʒ. iiii. sem. carthami, & sennæ mund. vtr. ʒ. ii. sem. anisi, ʒ. ʒ. caryophyl. integr. ʒ. ʒ. in altera verò parte infunde cinnamomi, ʒ. ii. agarici troch. ʒ. ʒ. ʒ. myrobal. citrearum, cepularum, & rhab. selecti, singul. ʒ. i. medio tempore secundum decoctum (pro omni clarificatione bis aut ter super colum medicum traiectum) coquatur in syr. cum syrui ros. pallidarum & mannæ calabræ, vtriusque ʒ. sem. Deinde sub finem iniice infusionem præscriptâ, quam recoque lentis prunis vt seruari possit citra corruptionem. Huius syrui capiet pro dosi, ʒ. ii. cum iure pulli insulso, aut aqua stillaritia arthemisæ, aut iure cicerum rub. aut simili, bis in hebdomade: interea vtendum frictionibus (ad reuulsionem cum linteis) partium superiorum, vel cum melle cocto & refrigerato vt fecit Gal. in curatione vxoris Boëthi lib. de prænotione cap. 8.

*De reuul-
sione 3.*

Reuulsio fit per vomitum, & venæ sectionem. Per vomitum, quoties ventriculus refertus erit excrementis, ne in vterû defluant. Per phlebotomiam, quoties humores acres & biliosi in vasis continentur, aut inest febris, aut inflammatio, & ægra est iuuenis, & constat vires, & diætâ opipara præcessit, aperiri debet axillaris vena, & nõ poplitis, vel malleoli, ad ʒ. vi. aut viii. ex angusto vulnere ad maiorem reuulsionem. Si quid eam dissuadet, Aëtius lib. 16. cap. 66. aperit venam frontis vel nasi: aut humeris admouet cucurbitulas cum scarificatione. Nisi his conualuerit deriuandi erunt humores ad cutim sequenti decocto.

*De deriu-
tione 4.
Primum
decoctum
sudorificû.*

ʒ. Rad. chynæ recentis, & non cariôsæ per taleolas dissectæ, aut sarzæ parillæ minutim incisæ, ʒ. 4. ligni sassafra minutim incisi, aut contusi, ʒ. i. aquæ ʒ. viii. coque ad medias in fictili vitrato obturato: iniiciendo paulo ante finem glycyrrh. rasæ, & contusi, ʒ. i. ʒ. vel huius loco dulcoretur saccharo, pro ægræ palato, & condiatur cinnamo. cap. mane, & hora secunda pomeridiana ʒ. v. Tegendõ plus solito corpus sudabit per sesquihoram aut alteram: sic per quindecim aut viginti dies continuando.

*Secundum
decoctum
pro posu
ordinario.*

ʒ. Sarzæ parillæ recentis rasæ & contusæ aut minutim incisæ, ʒ. ii. aquæ ʒ. octo, coque in eodem fictili ad aquæ quartæ

partis consumpt. sub finem iniiciendo glycyrrh. contusæ, ℥. i. β. colatura aromat. cinnamo. pro potu ordinario. Interea vescatur pane asso cum semine anisi & carnibus boni succi, assis, potius quam elixis, & initio pastus, prunis ex aqua & saccharo coctis, & in fine vis damascenis integris præbullitis, aut piris saccharatis, aut pulpa cotoneorum saccharo condita. Interea si aluus non fluit, iniiciatur clyster præscriptus. Vel paretur sequens puluis.

℞. Rad. ialap. ℥. β. rad. mechoacam veræ, & non bryoniæ, ℥. ii. rhabarb. & cinnamo. vtr. ℥. iiii. sem. ebuli, anisi, & soldanellæ, singul. ℥. i. fiat pul. subtilis: dosis erit à ℥. i. ad ℥. i. β. cum vino albo si nulla est febris, vel cum iure pulli insulso si adest, semel in hebdomade. Vel

℞. Gummi guttæ gambæ sub. tritæ ḡ. x. vini albi ℥. ii. fiat potio summo mane sumenda: si nulla est febris, vel si adest, cum iure pulli aut decocto idoneo. Vterum corroborantiū in sequenti curatione sympathicæ formulas dabimus. Nunc de topicis.

Si uteri corpus aut eius cervix vlceratum fuerit ex inflammatione, aut ex tumore aliquo suppurato, eluendum erit clysteribus vterinis descriptis cap. 84. pag. 792. Vel si datur facultas, vtatur aquis mineralibus chaleantheis quales sunt in Aruernia, Spa & in agro Niuernensi dicto Pougues & Plombieres. Denique aluminosis quales sunt Aquisgrani Allobrogum. Quibus verò non datur facultas, vtantur infessibus, cataplasmatibus, vnguentis, emplastris, suffitibus, prosthethis, i. pessis paulo post scribendis.

Curatio Fluxus muliebris sympathici.

SYmpathicus Fluxus vt idiopathicus 4. auxiliorum generibus curabitur, nēpe victu, purgatione, reuulsione & totius corporis & partis obsessæ (à qua duxerit originem) robore, ne deinceps recurrat tam sumptis quam admotis.

Victus secundum sex res non naturales, est instituendus, qualis fuit in idiopathico fluxu paucis additis aut immutatis pro causarum diuersitate. Alterum & præcipuum curationis genus versatur in humoris purgatione, (si corpus est

cacochymum) aut venæ sectione (si est plethoricum.) Si corpus est cacochymum, ab initio expurgandum erit benignis catharticis, ne cursu citatiore, à validioribus pharmacis concitati, à toto corpore in vterum confluant. Humores vitiosi, inter quos si bilis præpollet, sequentibus purgabitur quæ constringendo purgant: qualia sunt rhaponticum, rhabarbarum myrobalani, succus & infusio rosarum rub. & qui ex his componitur syrupus. Diuretica initio curationis (vt prædixi) non conueniunt. Inclinate verò malo ad humoris deriuationem vsurpari possunt.

Bolus. ℥. Cassiæ recens à canna extractæ ʒ. vi. pul. rhab. optimi ʒ. ii. myrob. citrearum, ʒ. i. nardi Ind. ʒ. iiii. cum saccharo fiat bolus mane deuorandus. Vel

Potio cholagoga. ℥. Nardi celticæ, ʒ. ʒ. myrobal. citrearum, ʒ. i. rhab. selecti ʒ. i. ʒ. cassiæ recens à canna extractæ ʒ. i. ʒ. infundantur omnia simul in succo rosarum, aut infusione earundem, per noctem super cineres cal. Expressum detur summo mane. Vel

Catapotia. ℥. Massæ pilularum imperialium, ʒ. i. rhab. selecti, & myrobal. citrearum, vtr. ʒ. ʒ. masticis, ʒ. iiii. cum syrupo rosato forma pilulas vi. deauratas, quas cap. post primum somnum, leuicæna præcedente.

Vena se-
ctio. Expurgata sic corporis prima regione, optimum erit educere sanguinem ex vena axillari dextra ad ʒ. vi. ex angusto vulnere, & per vices digito vulnus claudere oportet & paulo post laxare: sic corpus magis refrigeratur, & maior fit reuulsio, & bilis acrimonia retunditur. Deinde sequenti decocto humor digeratur.

Apozema. ℥. Rad. cich. ʒ. iiii. herb. seriolæ, lupuli, fumariz, endiuiz, portul. agrimoniz, & capill. commun. soldanellæ, singul. m. i. ros. rub. rorism. vtr. m. ʒ. passul. integrarū, pa. xii. sem. acet. portul. & melonis sing. ʒ. ii. florum cord. p. i. coque in aqua ad ʒ. i. syr. rupi omphacii, aut granat. aut oxyfacch. simpl. ʒ. iiii. fiat iulepus clarific. & arom. santalo citreo pro ʒ. marutinis. Si mulier est delicata: ex aliquo syrupo ex præscriptis cū stillatitia aqua endiuiz, aut cichorii parerur iulepus in tres doses.

Bolus. ℥. Conseruz rosarum, ʒ. ʒ. pul. diacydoniten sine speciebus, ʒ. i. cum saccharo fiat bolus postridie deuorandus horis 4. ante prandium. Deinde

Catharticū ℥. Nardi Ind. ʒ. ʒ. myrobal. citrearum, ʒ. i. rhab. optimi, ʒ. ii. diaphœnici, (si bilis vitellina est educenda) & catholici,

aut elect. lenitiui, vtr. ℥. β. infundantur omnia simul per noctem in parte vna apozematis, aut in infusione rosarum, aut sero lactis, per noctem super cineres cal. expressum detur summo mane. Vel huius loco si potiones reuatur, iterentur pil. præscriptæ. Vel

℥. Massæ pilularum aggregatiuarum, ℥. i. rhabarb. ℥. i. cum *Catapotis.*
syrupo de cichorio dupl. rhab. fiant pilulæ vi. deauratæ quas cap. vt dixi.

Si tanta cacochymia inest, quæ ex præscriptis expurgari non potuerit vtere sequenti syrupo cathartico in multas doses.

℥. Polypodij querni, ℥. iiii. rad. cichorii, ℥. ii. rad. acetosæ, ℥. i. herb. cichorii, seriolæ, borrag. fumaricæ, endiuicæ syluestris, eupatorii, & mercurialis, singul. m. i. absinthii p. minoris, soldanellæ, rosarum rub. & cymarum rubi tenerrimarum, singul. m. β. passul. mund. p. x. sem. dauci cretici, apii, & asari, singul. ℥. ii. florum cord. & rorism. vtr. p. i. coquantur ex arte in aqua suffi. ad ℔. i. β. in media parte colaturæ coque sennæ mund. ℥. i. β. thamarindorum ℥. i. anisi ℥. ii. caryoph. integr. ℥. β. colatura hæc traiecta super colum medicum bis aut ter pro omni clarificatione, coquatur in syrupum cum mannæ calabræ & syrupi violati ex 9. infusionibus, aut rosati sol. vtr. ℔. β. sub cuius finem iniice expressum sequentis infusionis, & recoque vt seruari possit.

*Syrupus
magistralis*

℥. Nardi Ind. minutim incisæ, ℥. i. myrobal. citrearum, ℥. vi. rhabarb. optimi, ℥. i. β. infundantur simul per noctem in altera parte decocti præscripti, & expressum iniice syrupo vt dixi: dosis erit ℥. i. β. aut ℥. ii. pro cuiusque ægrotantis facilitate, semel aut bis in hebdomade, cum pauco iure pulli insulso. Nisi his conualuerit, vtere diureticis, & hydroticis, iecur & veterum roborantibus, vt Gal. fecerat vxori Boëthi lib. & cap. citatis.

℥. Rad. farzæ parillæ minutim incisæ, aut rad. chinæ non cariôsæ, ℥. ii. rad. 5. aperientium mund. singul. ℥. i. asari, ℥. β. herbæ brassicæ marinæ, m. ii. eupatorii, cardui bened. melissæ, cichorii, & mercur. singul. m. i. sem. apii, dauci cretici, vtr. ℥. ii. florum hyperici, rorismarinæ & buglossi, singul. p. i. coque in aqua suffi. ad quartaria 5. syrupi de granatis vel oxyfacch. comp. ℥. iiii. fiat apozema clarificatum & aromat. cinnamo. pro quatuor dosibus. Sequenti verò die detur dosis vna syrupi

*Apozema
diureticum
& hydro-
ticam pro
morbi de-
clinatione.*

purgantis præscripti. Deinde iteretur idem apozema præ aliis 4. matutinis : quibus finitis detur alia dosis eiusdem syrui purgantis. Vterum & hepar roborantia paulo post scribentur. Topica à nobis scripta pag. 789. in curatione fluxus mensium immoderati, ab anastomosi erunt ex usu.

*Curatio
huius fluxus
si à pituita.*

Si causa huius stillicidii est pituita in ventriculo, aut in cerebro, aut in toto corpore contenta, quæ defluat in vterum, pariter curabitur per purgationem phlegmagogam, aut vomitum si sursum natura vergit (ad reuulsionem) diætã, & per detergentia, frictions, sudores, & corroborantia sumpta, & topica admota. Circa initia corpore sese exonerante, non resistendum. Perseuerante verò, & vires deiciente sequentibus remedijs occurrendum.

*De victu
1.
De vomitu
2.*

Imprimis victus calidus & siccus atque parcus esse debet, cum astrictione, ratione humoris frigidi & humidus, & partus affectæ natura. Deinde per vomitum euacuare humorem in ventriculi capacitatem contentum, qui si non spontaneus fuerit, arte est sollicitandus, modo ægra in eum sit procliuus: secus esset turpe eam cogere, quæ difficulter vomit ex Galeno, & Aërio: cuius loco expurgandus erit pilulis de hiera cum agarico, aliphanginis, assaiæ, aggregatiuis, stomachicis D.M. Et si mali origo fuerit à capite, pilulis cocciis, de agarico, aut sine quibus: Et si à toto corpore, pil. fœtidis cum agarico, indis &c. Si mulier admittere nequit pilulas, sic purgabitur.

Potio phlegmagoga.

℞. Nardi Ind. minutim incisæ, ꝑ. i. myrobal. cepularum, aut bellericarum, & rhabarb. selecti, singul. ꝑ. 4. catholici, ꝑ. i. infundantur simul in decocto mercur. absinthij ꝑ. Chamæmelum Diosc. lib. 3. cap. 154. potu & infusione menstrua pellere, scripsit. Passul. mund. sem. anisi, & florum hyperici, per noctem. Expressioni dissolue syrui rosati sol. cum agarico, ꝑ. i. ß. fiat potio. Si magis phlegmagogam requiris, loco catholici infunde electuarii indi ma. 3. vi. Sic expurgata corporis prima regione: mulier si est iuuenis, & plethorica, aut obstructionibus referta, optimum erit venam cubiti aperire: sin minus non: quia materia morbifica extra venas continetur, & per eam corpus refrigeratur, & frigidior & contumacior redditur. Deinde vtatur sequenti decocto.

De phlebotomia.

℞. Rad. pœoniæ, ꝑ. i. ß. cyperi, & cort. citrii siccæ, vtriusque 3. vi. herbarum absinthij pont. ma. mentæ siccæ, arthemisiæ, mercur. & cichorii, singul. m. i. stœchadis, m. ß. sem.

*Decoctum
gastricum
detergens.*

℞. Rad. pœoniæ, ꝑ. i. ß. cyperi, & cort. citrii siccæ, vtriusque 3. vi. herbarum absinthij pont. ma. mentæ siccæ, arthemisiæ, mercur. & cichorii, singul. m. i. stœchadis, m. ß. sem.

ocimi, gallitrici, & dauci cretici, singul. ʒ.ii. florum hyperici. rorismar. & chamæm. singul. p. i. hydromellis lb. iiii. coque in fictili ad medias. In parte vna colaturæ coque polypodii querni contusi, ʒ.ii. sem. carthami, & sennæ mund. vtriusque ʒ. i. turbith, & sem. anisi, vtr. ʒ. i. caryoph. integrorum num. vi. pro duabus dosibus, dissoluendo vnicuique dosi syrupi rosati sol. cum agarico, ʒ. i. elect. Indi ma. aut diacarthami, ʒ. iii. priorem cap. ante sequens apozema, & posteriorem eo finito.

Purgans.

℞. Alteram partem superioris decocti, quam clarificabis cum oxymellis simpl. (si humor est viscidus) aut cum syrupo stœchadis si à capite aut mellis rosati, ʒ.ii. & aromat. cinnamo. pro iii. matutinis, inter duas doses præscriptas sumendis.

Detergens.

℞. Cort. citrii sacch. conditæ, aut myrobal. condit. aut zingiberis viridis sacch. conditi, ʒ. iii. mithridatii veteris & probati, ʒ. i. cum saccharo, fiat bolus postridic à purgatione vltima mane deuorandus horis 4. ante primum partum.

Bolus.

Si his non conualuerit, humor est reuellendus, & exsiccandus, & in habitum corporis deducendus decocto ligni indici, aut rad. chinæ, vel sarzæ parillæ, cum ligno sassafras, spatio 20. aut 30. dierum. Medio tempore ægra erit epicrasticè purganda anacharsi si sursum, vel catharsi si deorsum natura vergit cum syrupo purgante præscripto aut simili.

Si humor morbificus à capite, aut à toto corpore deriuat, cucurbitulæ scapulis admotæ, sine scarificatione & sæpè iteratæ, interdum cum scarificatione, & frictiones partium superiorum, & non inferiorum ad deriuationem erunt vtilis. Si adhuc restant morbi seminaria quædam, per 15. aut 20. dies vtatur aquis vitriolatis: deinde balneis aluminosis.

Si ab humore melancholico oritur, (quod raro accidit) isque acrimoniæ est particeps, curatio instituetur, qualem in fluxu bilioso diximus melanagogis, mixtis alterantibus, & purgantibus. Contra si nulla acrimonia percipitur, instituat curatio, qualem in fluxu pituitoso diximus, pariter additis melanagogis: qualia sunt polypodium, senna, epithimum, elleborus niger, myrobalani nigræ, semen cucurbitulæ, fumaris, lupulus endiuia vulg. quæ nihil aliud est quam lactuca agrestis Dioscoridis, mercurialis, buglossum

Curatio si ab humore melancholico.

utrunque, asplenium, phillitis, melissophyllum, chamædrys, &c. Et inter composita syrupus de fumaris tam simplex quam compositus, de epithymo, de lupulo, de succo endiuizæ, & buglossi, & borrag. è cortice citrii, de pomis simplex, & com. de rosis solutius: elect. diacarthamum, diacatholicum, lenitiuū: pilulæ ind. è lapide lazuli, è lap. armeno, ex quibus parari poterunt boli, iulepi, apozemata, syrupi magistrales purgantes humorem melancholicum, cuius sedes est in liene, idque liquidis potius quam solidis, est purgandus. Vel iuribus capi veteris, cuius venter fuerit fartus catharticis benignioribus pro delicatioribus. Pilulæ de bdellio D. Mes. huic negotio præmissis superioribus maximè conueniunt, quia parum, aut nihil purgant. Nunc ad vterum corroborantia veniendum ne morbus recidiuet, vt fecisse legimus Gal. in vxore Boëthi loco citato.

Vterum corroborantia in causa calida. ℞. Cornu cerui vsti, ramenti eboris, & corticis citrii siccæ, singul. ℥. i. pul. diamargariti frig. ʒ. i. conseruæ rosarum, pulpæ cotoneorum sacch. condit. & rad. bugl. sacch. conditæ, singul. ʒ. i. fiat elect. molle, de quo cap. mane ʒ. β. horis tribus ante primum pastum superbibendo parum aquæ buglossi.

In causa frigida. ℞. Pul. diacydoniten cum speciebus, & pul. diambraz, vtriusque ʒ. i. zingib. viridis, conditi ʒ. ii. aut cort. citrii conditæ, ʒ. β. sacch. albi aqua stillaticia cinnamo. aut arthemisiz soluti & costii, ʒ. iii. fiant tabellæ pondo ʒ. ii. aut trium, cap. vnam mane etiam horis tribus ante primum pastum alternis diebus. Vel

Opiata. ℞. Blattæ bisantis, & croci, vtriusque ℥. β. folii Indi, caryophyllorum, galangæ minutæ, & xilaloës, singul. ʒ. β. mithridatii veteris & probati, ʒ. β. trypheræ magnæ sine opio, ʒ. i. myrobal. condit. & nucis moschatæ vtriusque ʒ. ii. fiat opiata de qua diebus intermediis cap. ʒ. β. superbibendo parum vini rub. austeri.

Elect. molle à quavis causa. ℞. Pul. olibani albi, ʒ. β. pul. croco martis, ʒ. vi. conseruæ rosarum & pulpæ cotoneorum sacch. conditæ, vtriusque ʒ. ii. fiat elect. molle, de quo cap. spatio 15. dierum ʒ. β. aut ʒ. iii. superbibendo parum vini rub. Variâ præsidia simili modo quisque suo Marte componat, mutando formam & non materiam ex Auicenna.

De topicis. ℞. Ladani puri, ʒ. i. cort. thuris, calami arom. aut xilaloës, nardi indicæ, & maiticis, singul. ʒ. β. troch. galliæ moschatæ (si diues

diues fuerit) ʒ. ii. vel si pauper, styracis cal. & beniuini, vtr. *Suffins.*
 ʒ. i. moschi, ʒ. β. fiat pul. crassus muccag. gummi Arab. ali-
 quo succo astringente vel aqua pediculi ros. extracta forma
 pastillos lupinates, pro suffitu vuluæ sedente ægra in cathedra
 deiectoria, dirigendo vaporem per tubum infundibuli pan-
 nis vndique inuoluta, ne vapor ad nares perueniat. Hic suffi-
 tus vterum ab omni illuic exsiccat. Vel

Ex materia superius descripta parari poterunt prostheta
 seu pessi, fomenta, infessus, vnguenta, emplastra, vel petenda
 ex cap. præcedenti.

℥. Hordei, absinthii p. ma. matricariæ, abrotani, millefo- *Clyster*
 lli, & agrimonix, singul. m. i. centinodix, mercur. & lupino- *uterinus*
 rum contusorum, singul. m. β. rad. bistortæ, & nardi ind. *desergens.*
 vtriusque ʒ. β. coque in vino tortiuo ad lb. i. colaturæ dis-
 solve syrupi de ros. siccis, ʒ. iiii. huius colaturæ iniice bis aut
 ter in die in vterum, ʒ. ii. aut tres cum metrenchite eleuatis
 clunibus & capite depresso, tepidè & non frigidè.

Ex stercore porci, paretur pessus cum panno cannabino ra- *Pessus pro*
 ro filo suspenso, vuluæ indendus. Vel ex rubigine ferri, aut *pauperibus*
 cineribus glandium, cum succo polygoni paretur pessus vt su-
 pra indendus, & filo suspensus, vt retrahi possit.

℥. Ladani puri in mortario calido soluti, cum picis na- *Emplastrū*
 ualis, & resinæ, singul. ʒ. i. terebinthinæ, ʒ. β. deinde adde pul.
 masticis, rosarum rub. sang. draconis, boli armenæ, nucum
 cupressi, & acaciæ, singul. ʒ. ii. caphuræ, ʒ. i. cum pauco
 olei lentisci, & ceræ vtr. q. s. fiant emplastra duo super alu-
 tam extensa: alterum ad magnitudinem mediæ philuræ pa-
 pyros lumbis admouendum, & alterum pubi. Vel huius lo-
 co vtere emplastrò de mastiche, aut contra rupturam. Aut il-
 line vnguento styptico Fernelii aut V. Comitissæ, aut oleo
 lentisci, & similibus mixtis aliquot hysteriis. Dum his vti-
 mur, superueniente mensium purgatione, abstinendum, ne
 malum duplicetur. Si his non curatur præmissa convenienti
 purgatione per medicamenta quæ astringendo purgant vt di-
 xi, consule balnea aluminosa qualia sunt Aquisgrani Allobro-
 gum, quæ artificialibus sunt potentiora. Si à capite ducit origi-
 nem, ceruici admoue cauterium potentiale inter primam &
 secundam vertebra: aut moue sudores decocto rad. chinæ,
 aut sarzæ parillæ, cum ligno sassafras, ad redundantis humidi-
 tatis desiccationē. Vel huius loco, vtere hypocausto, velaquis

chalcantheis spontè fluentibus, quales reperiuntur in aliquo pago Aruerniæ Villeconte nuncupato, & in quodam Niuernensi agro Pougues dicto, & in alio agro Santurban nominato, huius prouinciæ, in Spa & alibi, quæ vigent æstuantibus mensibus Maij, Iunij, Iulij, Augusti & Septembris: quia plurimum vterum, renes & velicam detergent.

Si quod effluit est fœtidum, post iteratas purgationes eluc vterum ex hydromelle, aut lacte asinæ, aut capræ vstulato, & melle rosato.

Si est vlcus cancrosum, recurre ad remedia in cancro vteri descripta: vel para pessum ex theriaca & succo mercuriali cõtusæ muliebribus indendum, vel para sequentem iniectiõnem quæ omnem illuuiem ab vtero deterget, & dolorem compescit, & humoris acrimoniam demulcet.

Iniectio.

Decocti hordei, ℞. i. terebinthinæ abietis lotæ in sero lactis, ℞. ii. vitellos duos aut tres quorum, croci, ℞. ii. fiat iniectio in vterum tepidè iniicienda. Si quis remedia alia desiderat, requirat ex capite præcedenti.

De Uteri Inflammatione.

C A P. L X X X V I.

Φ *Λέγεται ὄστραξις seu mīlegs: Latinis Inflammatio vteri seu matricis.*

De causis

Causæ externæ sunt, casus, ictus, coïtus cum homine, cuius veretrum est longius, aut crassius quam par sit, abortus, aut partus illegitimus, multitudo flatuum in vtero concludorum, longa intentaque ambulatio per niues, aut loca ædita ac frigida, frigus ingens, longa sessio super sellam duram, vectio in curru succufante, aut grauis equitatio, imperitia obstetricis in nixa parturientium.

Causæ internæ sumuntur à sanguinis menstrui suppressione, qui purus & simplex si fuerit, phlegmonē parit: si bilis miscetur, fiet erysipelas, si pituita, œdema. Interdum fit à semine cohibito, sed raro: quia semen dum retinetur, in veneni naturam conuertitur, & strangulatum vteri potius quam inflam-

mationem generat. Frequentius fit ab humore acri qui ex vena caua in minores quæ ad vterum pertingunt, retento, & non expurgato, sensim putrescit, & inflammationem parit. Alias fit ex magna plethora: alias ab vlceratione: interdum inflammatio vteri corpus vniuersum obſidet: alias partem anteriorem, alias posteriorem, alias interiorem, alias eius latera: rarissimè accidit, vt vteri pars aliqua inflammetur, quin pariter & totum corpus. Si corpus eius vniuersum, vterus vndiquaque dolet: si anteriorem, dolor partes vmbilico vicinas pubemque occupat, pressaque vesica, difficultas vrinæ excitatur: si vero posteriorem, dolor lumbos & renes vexabit, rectoque intestino compresso, excrementa retinebuntur. Lateribus autem correptis, tensio circa inguina, grauitas circa crura, cum difficultate motus, superuenit. Si autem in interiore parte inflammatio fuerit, tactu percipitur, osque durum, clausum, & feruidum deprehenditur: frequentius fit in eius ceruice, quam in corporis substantia. Hip. li. 20. de morbis mulierum, & post eum Aëtius lib. 16. ca. 83. & Paul. lib. 3. cap. 64.

*ovved pe-
vōra om-
meia.
De signis.*

Vt in cæteris inflammationibus internis inest febris acuta, ob consensum quem vterus per arterias cum corde habet: sequentia symptomata sunt magna, aut parua pro magnitudine, aut paruitate inflammationis, & quatuor morbi temporibus: nempe capitis dolor, ad radices oculorum, vomitus, nausea, brachialis, digitorum, & colli conuulsio, atque in aduersum declinatio. Mensum suppressio, paraphrænesis, stomachi dolor, difficilis respiratio, ob diaphragmatis compressionem: sumpto cibo, peius se habet mulier, quam ante cibi sumptionem, sincipitis dolor, sudor frigidus, circa frontem & extremitates, animi deliquium, singultus, vrinæ, & alui suppressio.

*Διαγνώ-
σις.*

Pulsus paruus, & frequens, pulsatilis dolor in pube, pudendo, & lumbis. Et si digitus in os vteri submitatur, occurrit ad contactum durum, clausum, feruens, ac retrahendum, præsertim si in ipso aut in collo fuerit inflammatio.

Et plerunque vterus ad inflammatum locum retrahitur, atque ob hanc causam os, & collum eius auertitur. Durities quæ animaduertitur immisso digito distat ab imprægnatione mollitie, autore Hip. & Gal. comment. in aphor. 51. Inflammatio quæ plures vteri partes occupat, est deterior ea quæ

*Prognosti-
ca.*

pauciores: sic censendum quæ os, aut eius cervicem fatigat, minus est periculosa, quam quæ eius fundum seu cavitatem, quoniam promptius curatur.

Quæ fundum occupat, est immedicabilis, teste Auic. fen 27. tert. tract. 4. ad finem cap. 11. vteri erysipelas est perniciosum, Hip. aphor. 43. v. Si inflammatio degenerat in scirrhum, aut cancrum, nunquam curatur.

Contra, si suppuratur, & remittuntur symptomata, & pus album, læue & equale, minimèque fœtidum, curari poterit, sed cum magna difficultate.

Contra si quod effluit est fœtidum, virulentum & diuersi coloris pessimum.

Curatio 4. auxiliorum generibus curari debet, victu nempe, venæ sectione, catharticis & topicis. Victus ratio refrigerans & humectans sit: Collocetur ægra in cubiculo amplo ac obscuro ac temperato, in quo quiescat, cruraque à motu prohibeantur. Si sit æstas, pavimentum irrigetur frigida, aut sternantur folia plantarum refrigerantium. Si sit hyems, non luculento sed mediocri igne aër temperetur. Vigiliæ solito sint longiores; somnus sit brevis, ne reuocato calore ab extimis partibus ad interiores, inflammatio augeatur: motus omnis tum corporis, cum animi aduersatur: contra, quies probatur, veluti brachiorum & non coxarum aut tibiarum frictionses.

Cibi frigidi & humidi parsimoniam colat, non tamen tridui inædiam, in nostro seculo voraciori non ferendam. Vesceatur pane loto cocto, ex aqua & butyro recenti, vel lacte amygdalino, vel hordeatis cum saccharo. Aut si ægram horum obsoniorum tædeat, iusculis pullorum alteratis foliis refrigerantibus, cum paucis omphacii. Initio pastus vtatur prunis elixis vel pomis coctis & saccharatis, & in fine piris etiã coctis, vel vis damascenis exacinatis, pariter coctis. Oua sôrbilia concedi possunt, & non vinum: cuius loco vtatur decocto hordei cum syrupo omphacii, aut granatorum, aut succo horum si dulcia reuicit. Et si aluus est pigra, sollicitanda sequenti

Curatio.
De victu.
1.

Clyster.

℞. Decoctionis fol. mal. viol. lactucæ, borrag. prunorum, sem. 4. frig. ma. & florum nymphææ, ꝑ. viii. dissolue cassiæ cum sacch. & diapruni simpl. vtr. ʒ. vi. mellis violati, & olei nymph. vtr. ʒ. i. β. fiat clyster mox supponendus.

Eo reiecto educatur sanguis ex cubito & vena axillari, ad *De venæ*
 §. viii. aut ad tb. i. si est iuuenis, & vires ferant, sin minus par- *fectiōe.*
 tiatur, ad reuulsionem. Et altero aut tertio die (ad deriuatio-
 nē) aperiatur vena poplitis, vel tali interna, ex Gal. 2. ad Glau-
 conem. At si exigua est phlegmone, aut vires sunt deiectæ, (vt
 puta) à dolore ingenti, aut abortu, aut vacuatione aliqua in-
 signi, tum omiſſa phlebotomia, ſolis frictionibus ac ligaturis
 brachiorum & cucurbitulis natibus cum ſcarificatione, & ad
 hypochondria apponendis confidendum eſt: nunc de purga-
 tione: deinde ſi cacochymia eſt aliqua ſuſpicio, eſt minuenda
 leni cathartico, veluti ex caſſia, cum rhab. forma boli, vel po-
 tionis: aut ex manna, aut ſyrupo violato ex 9. infuſionibus ſi
 extiterit, aut diaprūno ſimpl. aut catholico, aut elect. lenitiuo,
 aut clyſtere præſcripto ſæpe iterato. His reuellitur humor *Depurga-*
 qui ad vterum fluit: Deinde vt monet Hip. lib. 2. aphor. 9. *tione 3.*
 Corpora quum quis purgare volet, ea fluxilia faciat oportet,
 iulepis, aut apozematibus alterantibus. Vt

℞. Syrupi nymph. & de ſucco endiuia, vtriuſque §. ii. aqua- *Iulepus.*
 rum ſtillatitiarum cichorii, & oxalidis, vtr. §. vi. fiat iulepus
 in tres doſes: Vel

℞. Rad. acetofæ, & plantag. vtriuſque §. i. ſ. herb. cichorii *Apozema.*
 cum rad. portulacæ, ſeriola, borrag. lactucæ, & lentis palu-
 ſtris, ſingul. m. i. matricaria, m. ſ. prunorum pa. viii. ſem. ace-
 tofæ, portul. papaueris, & dauci cretici, ſingul. ʒ. ii. florum
 nymph. chamæ. vel anthos, & violarum, ſingul. p. i. coquan-
 tur in aqua ſuffi. ad 4. ʒ. ſyrupi granatorum, vel de agreſta, §. 4.
 fiat apozema clar. & aromat. bac. oxyacanthæ, ʒ. i. ſ. pro qua-
 tuor doſibus. Deinde

℞. Nard. Ind. minutim incifæ, ʒ. i. rhab. ſelecti, ʒ. ii. thama- *Potio pur-*
 rind. ʒ. iii. caſſiæ ex tempore à canna extractæ, ʒ. i. ſ. infundan- *gans.*
 tur ſimul in parte vna decocti apozematis, vel ſero lactis, per
 noctem ſuper cineres cal. Expreſſum detur mane, ſi inflam-
 matio eſt eryſipelatodes, & ægra agreſtis eſt naturæ, adde elect.
 de pillio, vel roſati Meſ. ʒ. iii. Si verò œdematodes, elect. ind.
 ma. tantundem, & ſyrupi roſati ſol. cum agarico, ʒ. i. in aliis
 verò naturis quæ ſcammonium aut colocynthidem recipiunt
 aduerſantur. Vomitus non prætermittenda quia reuellit in-
 flammationis cauſam antecedentem ex Auicennæ ſententia
 cap. 12. loci citati.

Topica pro 4. morbi temporibus ſunt varianda, vt docuit *De topicis.*

Gal. 6. catat. & 13. meth. med. cap. 6. Nam initio inflammationis repellentia sunt ex usu, quibus aliquid diaphoreticum (veluti octaua pars) est miscendum, ut huius tenuitate, repellentium vis altius subeat. In augmento, diaphoreticorum dosis est augenda: ut si repellentium dosis est ζ . duarum, diaphoreticorum dosis erit ζ . i. in statu verò dosis vtriusque erit æqualis: in declinatione sola diaphoretica sunt vsurpanda, ut in sequentibus formulis apparebit. Horum remediorum alia induntur & iniiciuntur: alia admouentur.

Induntur pessaria & iniiciuntur clysteres vterini: Admouentur epithemata, fomenta, encharismata, vnguenta, emplastra, & cataplasmata. Vt

*Remedia
phlegmo-
nes initio
vsurpanda.
Pessus.*

\mathcal{R} . Polygoni contusi, m. i. ficus recentes duas, etiam in mortario contusas, quibus adde pul. rosarum rub. ζ . β . pul. trium santalorum, singul. ζ . i. caphuræ, \mathcal{D} . i. fiat pessarium magni digiti crassitudine, & longitudine sex, cum serico rubro vel linteo tenui & raro, quod vuluæ indatur filo oblongo alligatum & suspensum, ut extrahi possit quoties meire voluerit.

Iniectio.

\mathcal{R} . Succorum plantag. solani, semperuiui ma. singul. ss . β . aceti rosati, ζ . ii. β . in his coque cœnugræci, ζ . ii. colaturæ dissolue albumina duo ouorum & cruribus cum clunibus eleuatis, in vterum cum metrenchita iniiciantur ζ . iii. deinde eius pudendum obturetur bombace carpta aut linteis conduplicatis ne effluat.

*Pessus pro
pauperibus*

Ex magmate cum farina hordei, parentur plures pessi (ut dictum est) indendi si inflammatio vteri latera obsidet, portio succorum iniiciatur in vesicam, altera in rectum intestinum, contactu inflammationem demulcet, quæ si tanta est, illis iniice mucag. sem. psyllii, & opii, quantum videbitur. Vel horum loco para iniectionem ex lacte bubulo, vel caprillo eum luteis ouorum.

*Iniectio
vterina.*

Hæc remedia sæpe mutanda, ne cum incalauerint, caliditatem partis vicissim foueant, & ingeminent. Hæc topica remedia ab initio repellentia & astringentia mitiora esse debent quam in aliis inflammationibus, ne in duritiem tumor conuertatur (tenui resolutio) sed ad duos tresue dies dictis astringentibus & repellentibus vtendum.

Epithema.

\mathcal{R} . Aquarum (si hyems) vel succorum plantag. & solani, vel polygoni, (si sit æstas) vtriusque ss . β . aceti, ζ . i. β . pul. boli orient. & sang. draconis in lachrymis, vtriusque ζ . β . fiat epi-

thema hypogastrio & lumbis applicandum tepidè. Vel

℞. Rad. bistortæ, ℥. ii. sem. lini, fœnug. rhois, myrthi, mali-
corii, & nucum cupressi, singul. ℥. i. summitatum rubi, bursæ
pastorix, polygони, rosarum rub. & absinthii pont. singul. m. i.
balaustiorum, & equiseti, vtriusque m. s. coquantur in æquis
partibus aquæ fabrorum, & vini tortiui, pro fotu prædictarum
partium. Vel triplicata horû dosi, paretur encathisma in quo
vacuo ventriculo & aluo exonerata, bis in die ingredietur, &
resideat per scsq̄uoram aut alteram: si virgo fuerit quæ non
facilè admittit neque iniectiones, neque pessos; huius vapor
per tubum infundibuli sedente in cathedra deiectoria diriga-
tur in vterum: In cuius exitu illinentur hypogastrium, & lum-
bi vnguento Comitissæ: Vel sequentis,

Fomentum

*Encathis-
ma.*

℞. Boli orient. in aceto rosato lotæ, ℥. iii. terræ lemnix si-
militer lotæ, ℥. i. sang. draconis in lachrymis, & masticis, vtr. ℥. ℞.
s. nucum cupressi, gallarum, balaustiorum, & aluminis rupa-
ni vsti, & farinæ lini, & fœnugræci, singul. ℥. ii. vnguenti Co-
mitissæ, q. s. fiat magdaleon quo parentur duo empl. alterum
hypogastrio, alterum lumbis admouendum. Vel huius loco
vtere emplastro de matrice vel eadem partes illinentur oleo
aliquo astringente, vt lentisci, myrthini &c.

*V. astring-
gens.*

Morbi incrementum à principio distinguitur à maiori tu-
more, dolore, ardore, rubore, duritie, & febre. Quamuis ex su-
perioribus repellentibus magna vis fluxionis sit repressa &
non omnino, illis tertia diaphoreticorum pars illis miscēda: vt

*Sequentia
erunt vsur-
panda in
augmento.*

℞. Fol. plantag. polygони, & cymarum rub. sing. m. i. absinthii
p. ma. rosarum rub. fol. bismalux, chamæm. & meliloti, singul.
m. s. ficus pingues num. tres, sem. lini, & fœnugr. vtr. ℥. i. co-
que in oxycrato sufficienti: cuius portio cum pauco mellis ro-
sati injiciatur in vterum si eius fundum fuerit obsessum: vel
in vesicam & anum si eius latera aut pars anterior aut poste-
rior est obsessa eleuatis femoribus & depressio capite, qui est
obturandus, ne resiliat vt dixi.

*Iniectio,
fomentum
& cata-
plasma.*

Ex reliquo colati foue hypogastrium & lumbos cum spon-
gia. Magma huius decocti pistetur in mortario, & cribretur,
eique adde farinæ hordei, & axungix porci, vel gallinæ, vtr.
℥. ii. fiat cataplasma quod eisdem partibus applicetur super
stupas cannabinas benè pexas. Si virgo fuerit quæ iniectionem
non admittat, dirigatur vapor in vterum vt dictum est.
Deinde illinentur eadem partes vnguento resumptiuo, &

Vnguentū.

dialthæx, cui adde pul. ros. santal. calycum glandium, pſidix, ſing. pares portiones vnguentorum & puluerum. Vel vtriuſque vnguenti ℥.β. & ſing. pul. quoque ℥.β. ſic tota doſis erit ℥. trium.

Cataplaſma anodynū.

℥. Medullæ panis albi in lacte caprino, aut vaccino cocti, ℔.β. vitellos tres ouorum, pul. ſorum chamæmeli, ℥.vi. croci, ℥. i. fiat catapl. partibus enunciatis tepidè admouendum, & quotidie bis aut ter renouandum. Vel paretur ſequens.

Aliud.

℥. Rad. althæx, ℥.ii. liliorum alborum, ℥.i. fol. mal. & viol. vtr. m. i. β. coque in aqua ſuffi. deinde piſtentur in mortario & cernentur, cum adde pulueris ſorum chamæmeli, meliloti & farinæ lini, ſing. ℥. i. olei chamæmeli, axungiæ gallinæ, & anferis, ſing. ℥. i. β. fiat cataplaſma eiſdem partibus tepidè applicandum. Sineque anodynis mitescit dolor, paretur ſequens narcoticum.

De narcoticis.

℥. Fol. papaueris, & hyoſcyami, vtriuſque m. i. inuoluta papyro ſub cineribus coquantur & in mortario piſtentur & reducantur in vnum aut alterum peſſum filo alligatum qui in vtero indatur & renouetur ſi opus fuerit. Vel huius loco ſi virgo fuerit, capiet pilulam vnam aut alteram laudani chimicorum, quod nonnullis nepenthe dicitur: i. omnem dolorem leniens, ſua vi narcotica: vel huius loco totidem pilularum de cynogloſſo: vel ℥. i. philonii Romani recentis cum ptifaſa: vel tantundem theriacæ recentis, poſt ſextum menſem: vel diacodii vel ſyrupi de papauere, ℥. i. cum pul. diamarg. frig. ℥. β.

Sequentia in ſtatu aprari poterunt.

Status adest quum ſymptomatum ſyndrome vigent, velut tumor, ardor, dolor, & febris, tunc digerentium ac repellentium æquali portione vſus conuenit. Vt

℥. Rad. althæx, & liliorum, vtr. ℥. i. β. fol. abſinthii p. maioris & plantaginis, & centinodix, roſarum rub. calamenti, ſing. m. i. ſummiratum anethi, & ſorum chamæmeli, meliloti, ſingul. m. β. ſem. lini, & ſœnugr. vtr. ℥. vi. coquantur in aqua fabrorum & vino tortiuo ad ℔. iii. Et ex huius colaturæ ℥. iii. & lactis caprini, ℥. i. β. cum mellis roſati ℥. i. fiat iniectio in vterum: & ſi virgo fuerit, huius vapor dirigatur (calens) in vtero per tubum infundibuli, & ex reliquo decocti foue hypogaſtrium, & lumbos cum ſpongia. Ex vero magmate trito & creto, paretur cataplaſma cum farina lini, ſœnugr. & oleo roſato peſtini admouendum.

La declinatione

In declinatione morbi diaphoretica (reiectis apocrousticis) sunt vsurpanda, modo valdè acria non sint, ob metum inflammationis, & fluxionis.

In declinatione sequentia

℞. Ladani, ℥. β. styracis cal. fol. matricariæ, vtr. ʒ. ii. cū axungia anseris, fiat pasta quæ paretur pessus cū serico vel panno lineo tenui & raro, qui filo coxæ alligatus demittatur in vterum, quo retracto iniiciatur sequens iniectio.

vsurpentur Pessus.

℞. Decoctionis arthemisiæ, pulegii, matricariæ, calami arom. florū chamæmeli, & meliloti, ℔. iii. in parte vna colaturæ dissolue mellis scillitici, ʒ. i. fiat iniectio in vterum cum metrenchyte, ex altera parte, saxe fove hypogastrium, & lumbos, & ex magmate ruso in mortario, & creto cum axungia anseris, & oleo chamæmelino, & medulla cerui, aut vituli, & farina fœnugræci paretur cataplasma iisdem partibus post fotum applicandum.

Iniectio.

Cataplasma diaphoreticum.

Celebratis his remediis videndum num curata sit inflammatio aut si ad suppurationem vergat; si curata est, ne reciduet paretur sequens fomentum.

℞. Fol. equiseti, tapsi barbati, cymarum rubi, spongiæ cynorrhodi, bac. berberis, & myrthillorum, singul. m. i. nucum cupressi, psidix, balaustiorum, ros. rub. & aluminis, sing. ʒ. i. bulliant in vino tortiuo & aqua fabrorum, & cum spongia ante vtrumque pastum: per horam fove vterum per aliquot dies continuando.

Fomentum vterum roborans.

Contra si ex proficuis remediis non curatur, sed tumor, dolor, & febris in dies augmentur, suspicari licet inflammationem ad suppurationem vergere, vt docuit Hip. aphor. 47. sect. 2. Dum pus conficitur, dolores & febres accidunt magis, quam confecto: iuuanda est natura malacticis, ne puris virulentia scirrhum, aut cancerum accersat, quibus vterus est obnoxius, vt dictum fuit, sequenti cataplasmate vtendum.

℞. Rad. althææ, & liliorum alborum, vtr. ʒ. ii. sem. lini, & fœnugræci, vtr. ʒ. i. macerentur in decocto ficuum pinguium per noctem super cineres cal. Deinde parum bulliant & in ℔. β. mucaginis coque axungia gallinæ, anseris, & medullæ cerui, vel vituli, singul. ʒ. ii. ad mucaginis mediæ partis consumptionem, tum adde gummium ammoniaci, & bdellii, in vino vel aceto solutorum, & ad mellis consistudinem coctorum, vtriusque ʒ. i. cesipi humidæ, ʒ. β. pollinis & farinæ lini, fœnugræci, & pul. iridis flo. singul. ʒ. vi. reducantur in catapl.

Cataplasma emolliens & suppurans.

quod hypogastrio admoveatur & renouetur donec tumor suppuratus fuerit. Deinde videndum qua parte pus fluxerit per vuluam, aut podicem, aut per vrinas. Si per vuluam, iniectione detergente vtendum.

Si pus per vterum expurgatur quid agendum. Si ex malacticis componatur fomentum & eo foueatur cum spongia vterus, catapl. potentius suas exeret vires: atque si ex eadem materia paretur pessus, citius tumor suppurabitur: rupto abscessu, iniiciatur sequens iniectione.

Iniectio detergens.

℞. Lactis caprini, ℥.iii. mellis rosati, ℥.i. terebinthinæ in decocto hordei lotæ, & succi apii depurati, vtr. ℥.β. vitellum oui, i. fiat iniectione in vterum eleuatis clunibus: si dolor perseuerat, dissolue opii, ℥.β. aut ℥.i. pure mundificato fiat sequens

Iniectio sarcotica.

℞. Thuris (in parte humida, est sarcoticum: in sicca pus mouet) aloës, sarcocollæ in lacte mulieris nutritæ, sang. draconis in lachrymis, cineris arundinis, & corticis cucurbitæ

Si pus per podicem excernitur.

singul. ℥. i.β. fiat pul. subtilis dissoluendus in lactis vaccini ℥. vi. fiat iniectione in vterum iniicienda vt supra. Si pus expurgatur per anum,

Clyster detergens.

℞. Decoctionis hordei ℥. i. aut ℥. viii. dissolue mellis rosati, & sacch. rubri, vtriusque ℥. i. vitellos duos ouorum fiat clyster: olea non addo quia vlcera sordidiora reddunt.

Alter detergens & refrigerans.

℞. Hordei integri, lentium excorticatarum, & fol. plantaginis, rosarum rub. singul. m. i. ficus pingues vi. numero coquantur in aqua ad ℥. ii. dissolue mellis rosati & butyri recentis, vtr. ℥. iii. fiant tres clysteres ante pastum supponendi idque quotidie continuando vsque ad perfectam puris mundificationem. Si ad vesicam pus deriuetur, ne ab eius acrimonia ulceretur sequentibus occurrendum.

Si pus ad vesicam deurgat.

℞. Nucleorum pini recentium, ℥. ii. sem. 4. frig. ma. & althææ mund. & papaueris albi, singul. ℥. i. decoctionis hordei, ℥. i. syrupi violati, ℥. iii. fiant tres doses hora somni sumendæ, & quotidie mane hauriat scyphum lactis asinæ cum saccharo rosato puluerato recens multo horis 3. vel 4. ante primum pastum continuando donec pus mundificetur, deinde vt ad cicatricem perducatur cum lacte vaccino vstulato, cui dissolue trochiscos Gordonii, quibus si vis adde boli orient. lotæ aqua pediculi ros. ℥. ii. in singulas doses.

De curatione Phlegmones Erysipelatodes uteri.

HÆc Phlegmone est illegitima, quia bilis est particeps vnde illi cognomen: curatur eadem methòdo ac remediis tum internis tum externis, sed magis refrigerantibus & humectantibus, ratione bilis calidæ & siccæ & cholagogis benignis, vitanda scammonium & antidota illud recipientia & omnia acria cuiuscumque sinę naturæ. Si est prægnans cautius quam si non prægnans se gerere oportet. Alius semper fluida esse debet: quæ si à natura talis haud fuerit, erit sollicitanda clysteribus refrigerantibus, aut eccoproticis, veluti thamarindis, cassia, syrupo violato ex 9. infusionibus, aut rosato sol. cum infusione rosarum pallidarum. Alterantia frigida & humidæ esse debent: topica initio curationis quæ in vterum iniiciuntur parentur ex succis potius quam aquis herbarum astringentium, & quæ extrinsecus apponuntur sæpe sunt mutanda. Neque diu in repellentibus immorandum ob rationes supra annotatas.

De uteri Phlegmones Oedematodes curatione.

HÆc Phlegmone quoque illegitima dicitur, quod pituitæ crassæ, lentæ, ac frigidæ sit particeps, vnde cognominatur. A simplicia legitima distinguitur ex tumore laxo, inflatione hypogastrii, manuum, & pedum grauitate, & dolore paruo in illis partibus. An sit in vteri cavitare, ceruice, aut anteriori aut posteriori parte, an lateribus, ex signis in vera phlegmone enunciatis cognoscetur, quoniam quisque tumor propriam & peculiarem exposcit curationem. Hæc illegitima phlegmone curabitur aëre, & victu calidiore & sicciore & vberiore, ratione pituitæ frigidæ, & morbi longitudine. Pro potu vtatur vino albo diluto aqua bullita, & condita cinnam. aut coriandro. Vtatur pane albo cum pauco salis, & carnibus assis boni succi: vitabit volucrum aquatiliu[m] carnes, & boum, & porci, & pisces cœnosos, & quæcumque crassum lentumque, ac viscosum sanguinem procreant. Inter fructus laudatur nuclei pinci, vux damascenæ exacinatæ, & corinth.

Contra fructus humidi & crudi, necnon legumina, flatulenta, caseus, & lactinia improbantur.

Alterantia medicamenta incidentia, tenuantia, & detergentia esse debent: qualia sunt oxymel simplex, & compositum. Syrupus fœechadis, mel anthosatum & c. Purgari poterit elect. de citro, diacarth. diaphœnico: vel pilulis cocciis, de agarico, sine quibus, syrupo rosato sol. cum agarico & similibus.

Phlebotomia improbat, nisi in magna plethora, idque parçè.

Topica mixtis medicamentis variari debent pro 4. morbi temporibus.

De Uteri Scirrho.

C A P. L X X X V I I.

De scirrho legitimo.



SCIRRHVS est duplex: vnus legitimus, alter illegitimus. Legitimus est tumor præternaturam durus & doloris expertus. Fit ex melancholia naturali à sanguine secreta forasque expulsa in habitum: hic raro occurrit. Eius durities provenit ex humoris siccitate, crassitie & lentore: hinc doloris priuatio.

Vbi enim crassus & lentus humor inania partis alicuius spatia subierit, & nervos nervosaque alia corpora (velti in utero) repleuerit, facile viam intercludit spiritui animali, à quo vis omnis sentiendi proficiscitur, gummi instar omnia quibus inciderit spiracula oblinens atque obturans.

Illegitimi scirrho diuisio.

Illegitimus est triplex: phlegmonodes, quoties sanguis illi humori miscetur: erysipelatodes, quum bilis: œdematodes, quum pituita. Hinc fit vt scirrhus alius alio durior, magisque dolorificus euadat quia est sensus particeps.

De causa.

Causæ huius tumoris effectrices sunt aut externæ, aut internæ. Externæ vt victus cacochymus à Gal. descriptus lib. 3. locorum affect. cap. de melancholia: internæ sunt intemperies frigida siccaque hepatis, & lienis debilitas. Hepatis, quum sanguinem melanch. etiam ex cibo euchymo multiplicat. Lienis, quum præ nimia eius infirmitate, aut intemperie aut

obstructione vel humorem non attrahit, aut eundem non expellit à venis maioribus, sed in visceribus cumulat. Interdum causa effectrix, pendet ex prauo ac intempestiuo remediorum refrigerantium, astringentium, aut calidorum resoluentium usu: exempli gratia.

Si uterus inflammatione laborauerit (nulla temporum distinctione) & quis præter modum repellentibus utatur, in scirrhum degenerabit. Contra, si ab initio etiam nulla temporum distinctione quis resoluentibus utatur, quod tenue inflammationis fuerit, resoluetur, & in scirrhum immedicabilem migrabit. His succrescit, scirrhum non semper à melancholia naturali fieri, verum etiam à quouis humore crasso & lento & frigidus: ut in mulieribus melancholicis, & pituitosis accidit quum sanguis menstruus improbè purgatur, & in eius venis quibus scateret, retinetur ob crassitiam, & lentorem pituitæ, sensim incalescit, & resoluta eius portione in duritiem migrat, & (quod deterius est) in vniuersi uteri duritiem migrat. Plura leges apud Gal. 14. Meth. cap. 4. & 6. & lib. de atra bile.

Signa sunt tumor valdè durus, qui ab initio videtur parvus, sed sensim in insignem tumorem crescit, tactui renitens, doloris expers, si est exquisitus, si non exquisitus, sensus est particeps, licet hebes, ut dixi: color fuscus, grauitas in imo ventre, pube & sede molesta, incessus difficilis, & totum corpus pigrum reddit.

*De signis
in genere*

Interdum hic tumor totum uterum occupat, alias eius ceruicem tantum: alias partem anteriorem, alias posteriorem, alias eius latera, sequentibus signis distinguenda. Si corpus uteri & non eius ceruix obduruerit, uterus in coxam plerumque & in dorsum incumbit, & ibidem dolor percipitur. Si verò in ceruice fuerit, à viri congressu offenditur, & obstetricis digito malum attingitur & osculum durum apparet. Si in superiori colli parte sit, ex cōpressu tumoris vesica læditur: Si in inferiore, rectum intestinum: si in altero latere contingat, dolor & tumor in eo inguine percipietur. Hip. 5. epid. in historia vxoris Gorgiæ, cui menses per quadriennium retenti erant, quæ concepit, & 9. mense peperit puellam, & conualuit. Distat à mola quæ utero adhæret, in illa menses quidem fluunt, sed inordinatè: in scirrho verò aut supprimuntur, aut ordinatè fluunt: quia cotyledones obstruuntur. Item in mola, dum foemina stat, in os pubis incumbit, & mammae lacte

Signa si totum uterum occupat.

Signa si in ceruice.

Signa si in superiori.

Signa si in inferiore.

turgent, in scirrho verò extenuantur, & tumor non procedit, vt in mola.

Simplex & legitimus qui est doloris expers est immediabilis. Illegitimus verò difficulter curatur idque longo temporis curriculo, ac remediorum vsu. Gal. lib. 2. ad Glauconem, cap. de Scirrho.

*De cura-
tione.*

De victu.

Curatur tribus scopis, dixta nempe, vacuatione, & topiceis. Dixta secundum 6. res non naturales humectans declinans ad caliditatem esse debet, quia humor morbificus frigidus & siccus existit, sed siccitas præpollet frigiditati; ex Hip. aphor 15. sect. 1. vt in febribus, sic in hoc morbo, victus humidus prodest. Alimenta sint boni succi ex carnibus recentibus pullorū gallinaceorum, agni, vituli, veruecis, cōparata, eaque liquida & elixa, & alterata bugl. borrag. atriplice, caltha, violis, &c. Hordeata & oua forbilia sunt concedenda. Contra, quæcunque crassum lentumque succum generant, sunt vitanda: qualia fuerint docuit Gal. 3. loc. affect. cap. 6. Vitanda quoque salsa, piperata, flatulenta, & acria. Pro potu vt licet vino albo aut rubello diluto decocto rad. bugl. aut aqua chalybeata quæ non solum lieni indurato, verum etiam omnibus visceribus induratis, siue à melancholia siue à bile assata: longe melius foret si loco chalybis auri catena candens extingueretur, quibus datur facultas At si pituitæ melancholia miscetur, dilue vinum ptisana, aut hydromelle, optimè despumato, quia eam deterget cum guttis aliquot aceti, quòd eam incidit, & attenuat, aut huius loco, omphacii, aut succi malorum punicorum.

Fructus siccati, vt pruna initio pastus cocta ex aqua & saccharo, & vuz damascenæ exacinatæ, corinthiæ, ficus siccatæ, & nuclei pini recentes, &c.

*De vacua-
tione.*

*De venæ
sectione.*

Panis erit triticus bene fermentatus & coctus & non salus; & alius sit fluida. Vacuatio in duabus consistit, in venæ sectione & pharmacia. Venæ sectio, cacochymia est præmittenda, quoties inest plenitudo, & causa efficiens est mensium suppressio, tum ad reuulsionem ex cubito, & ad derivationem ex poplite vel malleolo, parte interiore, præmissis clystere, si ægra est aluo duriore. Si nulla est plethora, aut quid aliud phlebotomiam ex cubito dissuadet, podici admoueat vna aut altera hirudo famelica, sic sanguis fœculentus vacuatur ex venis ab vtero proximis.

℞. Decoctionis mal. viol. borrag. melissæ, prunorum, sem. li-
ni, & cuscutzæ, florum chamæmeli, q. s. colaturæ dissolue
cassia cum saccharo, & elect. lenitiui, vel catholici, vel diaprui-
ni simpl. vtr. ʒ. vi. mellis violati, & olei chamæmeli, vtriusque
ʒ. i. ʒ. fiat clyster ante phlebotomiam supponendus.

Pharmacia versatur in humoris alteratione & purgatione: *Depurga-
none.*
illa purgationi præponenda, vt consulit Hip. aphor. 9. sect. 2.

Τὰ σώματα ἄρῃ, &c. Vt

℞. Syrupi de succo fumarizæ, & de pomis, aut conseruat. rad.
buglossi, vtr. ʒ. ii. aquarum stillatitiarum borrag. lupuli, & me-
lissophylli singul. ʒ. iii. fiat iulepus. Vel *Iulepus.*

℞. Cort. rad. buglossi, ʒ. ii. rad. polypodii, ʒ. i. cort. citrii, ʒ. ʒ. *Apozema.*
fol. borrag. pimpinellæ lupuli, fumarizæ, end. asplenii, & cichorii,
singul. m. i. matricariæ, m. ʒ. passul. mund. pa. viii. ficuum recens
siccatarum, pa. iii. sem. cuscutzæ, portul. & acetosæ, singul. ʒ. ii.
florū thamaricis, vel genistæ, bugl. vtr. p. ii. coque in aqua ad ʒ.
i. syrupi de succo end. & de succo fumarizæ, vtr. ʒ. ii. fiat apoze-
ma clarif. & arom. santalo citreo, pro 4. matutinis. Deinde

℞. Polypodii querni contusi, ʒ. vi. sennæ mund. ʒ. iii. epithy-
mi, ʒ. ii. rad. ellebori nigri veri & non adulterini, & sem. cusc-
utzæ, vtr. ʒ. iii. caryophyl. integrorum nu. iii. coquantur in parte
vna decocti præscripti apozematis ad ʒ. iii. colaturæ infunde
diacatholici, ʒ. ʒ. cassiæ recens extractæ, ʒ. i. expressioni dissol-
ue syrupi de pomis Saporis, vel de fumarizæ ma. vel de epithy-
mo, ʒ. i. fiat potio diluculo sumenda ex artis præscripto. *Potio me-
lanagoga.*

Iterentur semel atque iterum apozema, & potio vt supra.
Confectio hamech si sine scammonio & colocynthide præ-
parata diminuta dosi myrobalanorum reperitur, plurimum
conferret. Vel

℞. Pul. folliculorum sennæ, ʒ. ʒ. rad. ellebori nigri, & sem. ani-
si, vtr. ʒ. i. lap. cyanei loti aquis buglossi, vel borrag. loti, ʒ. ʒ. pro
dosi cap. ʒ. ʒ. aut ʒ. i. tum sero lactis bis in hebdomade: citra
molestiam humorem melancholicum purgabit. Dosis augeri
& minui potest pro viribus, & loco. *Pul. mel-
nagogus.*

℞. Cort. rad. buglossi, citrii, & satyrii erythronii, vulgo
Tartofles, & tragopogi hortensis quod Hispanis Scorzionera
dicitur, tristitiam discutit, hilaritatem conciliat, ob id morbis
ab humore melancholico procreatis & moribus viperarum
& pestiferis conferre experientia est probatū: singul. ʒ. ii. cro-
co martis ex aceto præparati, & tenuissimè leuigati, ʒ. i. myrrhæ *Electuariū
molle.*

turgent, in scirrho verò extenuantur, & tumor non procedit, vt in mola.

Simplex & legitimus qui est doloris expers est immedicabilis. Illegitimus verò difficulter curatur idque longo temporis curriculo, ac remediorum vsu. Gal. lib. 2. ad Glauconem, cap. de Scirrho.

De curatione.

De victu.

4.

Curatur tribus scopis, dixta nempe, vacuatione, & topicis: Dixta secundum 6. res non naturales humectans declinans ad caliditatem esse debet, quia humor morbificus frigidus & siccus existit, sed siccitas præpollet frigiditati; ex Hip. aphor 15. sect. 1. vt in febribus, sic in hoc morbo, victus humidus prodest. Alimenta sint boni succi ex carnibus recentibus pullorū gallinaceorum, agni, vituli, veruecis, cōparata, eaque liquida & elixa, & alterata bugk borrag, atriplice, caltha, violis, &c. Hordeata & oua sorbilia sunt concedenda. Contra, quæcunque crassum lentumque succum generant, sunt vitanda: qualia fuerint docuit Gal. 3. loc. affect. cap. 6. Vitanda quoque falsa, piperata, flatulenta, & acria. Pro potu vt licet vino albo aut rubello diluto decocto rad. bugl. aur aqua chalybeata quæ non solum lieni indurato, verum etiam omnibus visceribus induratis, siue à melancholia siue à bile assata: longe melius foret si loco chalybis auri catena candens extingueretur, quibus datur facultas At si pituitæ melancholia miscetur, dilue vinum ptisana, aut hydromelle, optimè despumato, quia eam deterget cum guttis aliquot aceti, quòd eam incidit, & attenuat, aut huius loco, omphacii, aut succi malorum punicorum.

Fructus siccati, vt pruna initio pastus cocta ex aqua & saccharo, & vuz damascenæ exacinatæ, corinthiacæ, ficus siccatæ, & nuclei pini recentes, &c.

De vacuatione.

De venæ sectione.

Panis erit triticus bene fermentatus & coctus & non salus; & alius sit fluida. Vacuatio in duabus consistit, in venæ sectione & pharmacia. Venæ sectio, cacochymiz est præmittenda, quoties inest plenitudo, & causa efficiens est mensium suppressio, tum ad reuultionem ex cubito, & ad derivationem ex poplite vel malleolo, parte interiore, præmisso clystere, si ægra est aluo duriore. Si nulla est plethora, aut quid aliud phlebotomiam ex cubito dissuadet, podici admoueat vna aut altera hirudo famelica, sic sanguis fœculentus vacuatur ex venis ab vtero proximis.

℞. Decoctionis mal. viol. borrag. melissæ, prunorum, sem. li-
ni, & cuscute, florum chamæmeli, .s. colaturæ dissolue
cassia cum saccharo, & elect. lenitiui, vel catholici, vel diaprui-
ni simpl. vtr. z. vi. mellis violati, & olei chamæmeli, vtriusque
z. i. β. fiat clyster ante phlebotomiam supponendus.

Pharmacia versatur in humoris alteratione & purgatione: *Depurga-
tione.*
illa purgationi przponenda, vt consulit Hip. aphor. 9. sect. 2.

τὰ σώματα χη, &c. Vt

℞. Syrupi de succo fumarizæ, & de pomis, aut conseruat. rad.
buglossi, vtr. z. ii. aquarum stillatitiarum borrag. lupuli, & me-
lissophylli singul. z. iii. fiat iulepus. Vel *Iulepus.*

℞. Cort. rad. buglossi, z. ii. rad. polypodii, z. i. cort. citrii, z. β. *Apozema.*
fol. borrag. pimpinellæ lupuli, fumarizæ, end. asplenii, & cichorii,
singul. m. i. matricariæ, m. β. passul. mund. pa. viii. ficuum recens
siccatarum, pa. iiii. sem. cuscute, portul. & acetosæ, singul. z. ii.
florū thamaricis, vel genistæ, bugl. vtr. p. ii. coque in aqua ad fβ.
i. syrupi de succo end. & de succo fumarizæ, vtr. z. ii. fiat apoze-
ma clarif. & arom. santalo citreo, pro 4. matutinis. Deinde

℞. Polypodii querni contusi, z. vi. sennæ mund. z. iii. epithy-
mi, z. ii. rad. ellebori nigri veri & non adulterini, & sem. cuscute,
vtr. z. iii. caryophyl. integrorum nu. iiii. coquantur in parte
vna decocti przscripti apozematis ad z. iii. colaturæ infunde
diacatholici, z. β. cassiæ recens extractæ, z. i. expressioni dissolue
syrupi de pomis Saporis, vel de fumarizæ ma. vel de epithy-
mo, z. i. fiat potio diluculo sumenda ex artis przscripto. *Potio me-
lanagoga.*

Iterentur semel atque iterum apozema, & potio vt supra.
Confectio hamech si sine scammonio & colocynthide prz-
parata diminuta dosi myrobalanorum reperitur, plurimum
conferret. Vel

℞. Pul. folliculorum sennæ, z. β. rad. ellebori nigri, & sem. ani-
si, vtr. z. i. lap. cyanci loti aquis buglossi, vel borrag. loti, z. β. pro
dosi cap. z. β. aut z. i. cum sero lactis bis in hebdomade: citra
molestiam humorem melancholicum purgabit. Dosis augeri
& minui potest pro viribus, & loco. *Pul. mel-
nagogus.*

℞. Cort. rad. buglossi, citrii, & satyrii erythronii, vulgo
Tartofles, & tragopogi hortensis quod Hispanis Scorzionera
dicitur, tristitiam discutit, hilaritatem conciliat, ob id morbis
ab humore melancholico procreatis & moribus viperarum
& pestiferis conferre experientia est probatū: singul. z. ii. cro-
co martis ex aceto przparati, & tenuissimè leuigati, z. i. myrrhæ *Electuariū
molle.*

3. ii. fiat elect. molle de quo agra alternis matutinis cap. 3. iii. superbibendo parum vini albi diluti aqua borrag. horis tribus ante primum pastum per multos dies continuando.

Elect. solidum.

℞. Pul. laticiz Gal. ʒ. i. croci martis ʒ. iiii. conferuz florum borrag. ʒ. vi. sacch. albi aqua stillatitia melissæ soluti & cocti, ʒ. iiii. fiant tabellæ pondo ʒ. iii. cap. vnam mane diebus intermediis, etiam horis tribus ante primum pastum, superbibendo parum aquæ lupuli, vel fumariz, si inest febris. Chalybs vt ferrum in sua substantia (crudum scilicet) sulphuris & mercurij est particeps, & inter mediocriter escharotica reponitur, quas dotes vstione & latione deponit, remanens vis aperiens & detergens materiam crassam lentamque in visceribus contentam hic expetita, mixtis alijs idoneis medicamentis. Huius dosis minui potest, quia ingrati est saporis: Limatura ferri, vt chalybs præparata idem præstat, & multo potentius.

Tertius scopus curacionis.

Topica pro 4. morborum temporibus variari debent. Nam initio & augmento, malactica cum nonnullis resoluentibus temperatis erunt ex vsu. In statu verò & declinatione resoluentia vincere debent. Ratio est, quia ab initio calidiora vsurpata, crassam lentamque materiam, in duritiem lapideam & incurabilem cogunt. Humidiora nihil resoluunt, sed potius putredinem, cancrumque accersunt. Inter hæc duo extrema medium tenendum, id est, humentia resoluentibus quouis morbi tempore plus minusue sunt permiscenda, vt docuit Gal. loc. cit. cui opinioni malo subscribere, & Rhaf. 7. continentis & neotericos qui mixtis emollientibus ac digerentibus vtendum censent, quam Auic. fen. 3. quarti, tract. 2. cap. 12. qui alternatis vicibus emollientibus ac digerentibus vtendum censet.

Fomentum pro principio & augmento.

℞. Rad. althææ, bryoniæ vel cucumeris asinini, & liliorum, singul. ʒ. 4. sem. lini, & scænug. vit. ʒ. i. B. siccum ping. par. 12. herb. ʒ. emollientium, singul. m. i. florum chamæm. meliloti, & sambuci, singul. m. ʒ. coque in aqua suff. pro fortu hypogastrii cum spongia bis adter. in die spatio vnius horæ, per multos dies continuando. Aut horum duplicata aut triplicata dosi paratur infusus.

Cataplasma.

Ex residua pistata in mortario & creta super cribrum inuersum, paratur cataplasma cum pul. iridis flo. & farina lini, & scænug. singul. ʒ. i. & medullæ ossium cerui, aut vituli, & adipis,

adipis anseris, & anatis, & œsypi humidæ, singul. ℥.i. β. quod imo ventri post fotum applicetur. Vel

℥. Muccag. sem. fœnug. ex vino albo extractæ, & cerati œsypi ex philagrio vtr. ℥.i butyri recentis, axungia gallinæ, & olei de cherua, singul. ℥.i. β. fiat linimentum quo hypogastrium post fotum tepidè illinetur. Vel Linimentū

℥. Empl. de ranis dupl. mercurio ℥.ii. extende super alutam iustæ magnitudinis eidem parti admouendum. Hoc empl. potenter remollit & resoluit. Empl.

Si scirrhus fuerit in vteri ceruice, parentur pessi, ex portione cataplasmatum cum panno lineo raro & tenui, oblongi, coxæ alligati, vt ex arbitrio extrahi possint, vel serico rub. si diues idque post vrinæ reiectionem. At si scirrhus in vteri fundo, aut ad latera, aut in parte superiore, aut inferiore fuerit, pessi non conueniunt, sed clysteres vterini, aut in vesica, aut in lecto intestino erunt iniiciendi, comparati ex duabus partibus emollientium & vna resoluentium. Eadem remedia erunt repetenda, dum scirrhus satis remollitus videbitur.

℥. Rad. cyclamini, vel cucumeris, syl. vel brionis, & althææ, vtr. ℥.iiii. fœnugr. ℥.ii. herb. arthemisæ, parthenii, melissæ, nepetæ, & lupuli, singul. m.i. ficuum pinguium, nu. 12. florum chamæm. meliloti, vtr. m.β. coque in aqua pro fotu hypogastrii cum spongia: sub finem decoctionis iniice vini albi ℔.ii. & vtere: magma pistetur, & cerneretur vt supra annotaui: tum recoque cum farinæ lini, & iridis flo. vtr. ℥.i. gummium ammoniaci, galbani, bdellii, & opopanacis, aceto aut vino solutorum, & ad mellis crassitudinem coctorum, œsypi humidæ, singul. ℥.vi. sæui hircini, & axungia anguillæ, & leonum, aut pardorum, singul. ℥.i. fiat cataplasma hypogastrio tepidè applicandum post fotum, bis in die. Vel Fomentū,
& cata-
plasma quō
scirrhus
fuerit in
sternu ante
declinatio-
ne.

℥. Eadem simplicia fomenti, aucta eorum dosi, & parretur *εργασίωμα*, i. Insessus, in quo per horam aut sesquialteram resideat: Deinde admoueatür cataplasma. Vel Semicupitū

℥. Axungia asinæ, & anseris, & olei liliorum, singul. ℥.i axungia viperæ, vel serpentis, gummium bdellii, ammoniaci, & opopanacis vino albo solutorum, & ad mellis crassitudinem coctorum, & medullæ vituli, singul. ℥.β. pul. iridis flo. farinæ fœnugr. & lentium, singul. ℥.ii. croci, ℥.i. fiat vnguentum quo venter ab vmbilico ad pubem vsque illinetur, post fomentum. Vel Vnguentū

Empl. pro
paupere.

℞. Massæ emplastrî diachylli gummati, ℥.ii. pul.irisidis flo. ʒ. iii. cum oleo chamæmeli subigantur, & parctur empl. hypogastrîo applicandum post fotum. Huic emplastro si addideris ℥. i. emplastrî de meliloto, potentius resoluert.

Si scirrhus scaturit ex medicamentis vehementer digerentibus admotis, curabitur medicamentis quæ plurimum humectant, emolliunt, & modicè calfaciunt: qualia sunt oleum amygd. dul. liliorum, vel dulce, in quo coxerint althæa, malua, viola, vel horum muccagines: vel oleum lumbricorum, aut vulpinum, per multos dies continuando post fomenta, infusiones, vel balnea aquæ dulcis in quo coxerint malactica, &c.

De Vteri Cancro.

C A P. L X X X V I I I.

De nomine

K *Αρκίος & χαρκίνωμα*, idem, Cancer Latinis dicitur. Nomen est deductum à cancro fluuiatili, qui multos pedes reflexos habet, & corpus durum, asperum ac liuidum: & si quid forcipibus suis ceperit, haud facilè dimittit: ita sic humor prominet & tactui renititur, & ægrè tractabilis est, atque vbi semel radices egerit, auelli tollique difficillimè potest. Eius venæ sanguine nigro & crasso sunt plenæ, atque tumentes manifestè apparent, vt cancri animalis figuram referre videantur autore Gal. li. 2. ad Glau. ca. de cancro, & post eum Aëtius lib. 16. cap. 94. & Paul. lib. 3. cap. 67. & lib. 4. ca. 26. Distat ab utroq; scirrho, de quo superiori c. egimus, dolore acuto & pulsatili, qui in scirrho nullus aut saltè paruus apparet. Cancer in principio paruus quidem, sed cito augetur. E diuerso scirrhus sensim & non cito fit. Adhæc cancer venas nigras, fuscas, & conspicuas habet: contra, scirrhus obscuras. Cancer vt plurimum ex seipso incipit: scirrhus vt plurimum alias ægritudines consequitur. Cancer generatur ex melancholia excrementitia, quæ faci vinarix proportionè respondet, quæque ex liene expurgatur. Si in corpus vniuersum effunditur fit elephas Græcorum, seu lepra Arabum. Si in venas, fiunt varices, nisi per ramum mesentericû, aut per aliu expurgetur: tunc fiunt hæmorrhoides. Si præ lienis imbecilli-

Differētia
canceris &
scirrhî.

tate non digeritur, icterum nigrum vocatum excitat. Si per vas breue quod superfluum est in ventriculum deponit, appetitum mouet, qui interdum vomitione reicitur. His succrescit, quod cancer fiat à melancholia vsta: scirrhus verò à melancholia non vsta. Auic. fen 3. quarti tract. 2. cap. 15.

Cancer diuiditur in vlceratum & non vlceratum. Hic siue in vteri corpore, siue in eius ceruice, siue in aliis partibus internis, hepate nempe, liene, intestinis: siue in partibus externis, vt in facie, mammis, &c. dicitur occultus, quia nondum est vlceratus, de quo meminit Hip. aphor. 12. sect. 6. ille verò dicitur vlceratus, quia sanie[m] olidam eructat, & manifestus dicitur, in quauis parte constiterit, siue in vtero, siue in facie, naribus, oculo, palato, mammis, &c. & altero est malignior, & contumacior. Ab iisdem causis externis cancer fit, quibus scirrhus, de quo cap. præcedenti egimus.

Præcipua vteri scirrhi causa interior, est mensium, aut hæmorrhoidarum suppressio: quoties portio sæcis sanguinis crassioris in vteri corpus, vel in eius ceruicem decumbit, nec expurgatur: ex mora, efferuescit, ac putrescit, & acrimoniam acquirit: ex acrimonia dolor, ex dolore noua sæx attrahitur, hinc tumor canerosus, non vlceratus fit, qui si maiore acrimonia cõquirat, vlceratus fit cancer immedicabilis omniũ medicorũ cõsensu. In Alexãdria, & Gallia Brachata, multi sunt elephantici, ob regionis caliditatem, & victus ratione[m]: quia maior pars hominum vescitur pulte, lenticula, leguminibusque, alliis, cochleis, caseo asinino, piscibus & carnibus hircinis, & caprinis falsis, & id genus aliis crassam ac atram bilem generantibus. In Germania verò, Mysia, Burgundia & apud Lactipotas nulli, aut pauci elephantici reperiuntur.

Signa, sunt durities, renitentia, rotunditas, inæqualitas, color fuscus, calor quã in phlegmone minor, dolor ab initio grauis, & torpidus, tandẽq; pungẽs, humore magis incalescẽte & acri iamq; ad vlcerationẽ properante. Initio valdẽ exiguus est tumor, instar ciceris, aut fabæ, sed celeriter accrescens, atque hæc omnia signa cancrum (in vtero) ad pubem, inguina, pudendum, comitari solent. Vlcerati cancri signa sunt, labra dura, tumida, inuersa, albicantia, rubentia, liuentia, sanies serosa, olida, nigricans vel flauescens. Dum in scirrho dolor, & ardor percipiuntur, indicium est cum in cancrum esse conuersum.

De cancri diuisione.

De causis.

*Quæ pro-
pisa in cã-
crum vni-
uersum seu
elephantia-
sim.*

*De signis
cancris non
vlcerati
seu occultis.*

*De signis
cancris vlcera-
ti seu
manifesti.*

*Prognosti-
ca.*

Canceros occultos omnes melius est non curare : curati cito interimunt , non curati longius vitam trahunt. Hip. aphor. 38. sect. 6. quia purgationi non cedit, cum sanè mitiora medicamenta imposita contemnat , & à fortioribus exasperetur.

Omnis cancer qui viscera obsidet , siue vlceratus siue non vlceratus, est incurabilis. Contra qui est euidens & parvus, ab initio curari potest, ex Gal. loco citato: vbi verò in molem insignem creuit, citra chirurgiam non curatur. Quod si huius mali radices adurere in animo sit, neque in hoc paruum erit periculum, modo iuxta partes principes, exustio non fiat: qui nisi totus curetur cum omnibus radicibus, redit : quare cùm in vtero ac aliis visceribus id fieri non possit, merito esse incurabilem dixi.

*De curatio-
ne vteri
canceri.*

Cum vteri cancer, (quique altasiam egit radices) sit immedicabilis, ratione loci, qui non admittit chirurgiã: operæ pretium erit vti remediis initio refrigerãtib; cū leni astrictione, mixtis nõnullis digerentibus, vt eius calor, & dolor moderetur & incrementũ inhibeatur. Contra, incipiens curari potest præseruatione & curatione: illa ad causã antecedẽtis ablationẽ, hæc ad causã cõiũctã vacuationẽ, refertur. Causa antecedẽs, auferitur per phlebotomiã in cubito, primũ ad reuulsionẽ: tum in poplite vel in malleolo ad deriuationem, eruptionemque menses si suppressi sunt, & si suppressæ sunt hæmorrhoides , per hirudines in ano appositas.

*Incipientis
canceri cu-
ratiõ.
De phlebo-
tomiã.*

*De purga-
tione.*

Alter scopus versatur in frequenti purgatione melanagoga, continuata donec omnis humor melancholicus assatus euacuatus appareat, idque benignis catharticeis, qualia sunt polypodium, carthamus, fennæ epithimum, &c. & nõ vehemẽtioribus catharticeis, quibus potius humor exasperatur.

Tertius scopus versatur in proba victus ratione euchyma, & liquida, potius quã solida; calida & humida: quia humor morbificus est frigidus & siccus: qualẽ c. præcedenti descripsimus pag. 818. Si mulier est abstemia aut pauper, loco vini, bibat ptisanam aut serum lactis. Inter alimenta commendantur canceri fluuiatiles, & astaci. Nunc de medicamentis simpl. & comp. quibus hoc malum profligari, aut saltem mitigari possit, recensendum, quæ tam à qualitate manifesta quam occulta agunt.

Radix althææ, buglossi, satyrũ, crithronũ, vulgo Tar-

rosses, tragopogi hortensis seu scorzonera Hispanorum & rad. Tapinambou cal. & humida in 1. ord. polypodium, *Medicamenta simplicia & comp. ab antiquis probata.* carthamus, senna, epithimum, caphura in parua quantitate. Elleborus niger verus & non adulterinus: herba polygonum, scolopendrium seu asplenium, hemionitis, adianthum omne, & omnes intyborum species, portulaca, chelidonium minus, herba roberti, quæ est quarta geranii species, scabiosa, caprifolium, agrimonia, hypericum, plantago, solanum, haliacabum, aizoon ma. bursa pastoris, malua, viola, vtrumque buglossum, fumaria, lupulus &c. Succus, coriandri, semina psyllii, fœnugræci, lini, succus dysfaci & scorzonera. Inter fructus, ficus pingues, & dactyli, lentes decoctæ in aceto, pistatæ & cataplasmatibus instar parti affectæ & appositæ, iuglans rancida & tusa, cochlearum carnes elixæ & tusæ, cancri inflammationem extinguunt & humorem superuacaneum digerunt, ranæ virides, cancri fluuiatiles, astaci, & anadromi, caro viperæ, cinis mustellæ, adipis porci, capi, gallinæ, & butyrum recens. Inter metalla primas tenet plumbum, deinde stybium, pompholix, tutia, cerusa, lapis calaminaris, vitriolum, lithargyrus, lapis smaragdus, & saphyrus gestatus mirificè conferre scripsit Albertus Mag. lib. de Mineralibus: humanum stercurus vstum, & admotum. Inter composita sunt, conserua viol. vtriusque bugl. citrii, & myrobalani conditæ, syrupus violatus simplex, & compositus: de pomis simplex, & compositus, de succis fumaricæ, & endiuicæ, rosatus solutiuis, de epithymo, de fumaria ma. trochisci de viperis, antidotus theriaces, & mithridatii. Diasennæ catholicum, lenitium, hamech sine scammonio & colocynthide diminutis myrobalanis: serum lactis, lac muliebre, & asininum. Olea amygdalarum dul. rosatum omphacinum, myrthinum, cydoniorum, de iunipero, de ranis, de stibio, & de vitriolo arte chimica extractum. Unguenta pompholigos, & de lapide calaminari. Emplastra de cerusa, palmeum, & extemporanea quæ pro re nata quotidie componuntur.

℞. Decocti mal. viol. borrag. & herba roberti, mercurialis, prunorum & florum chamæmeli, & hyperici, q. s. dissolue catholici, & diasennæ, vtr. ʒ. vi. mellis rosati, & olei nymph. vtr. ʒ. i. β. fiat clyster ante venæ sectionem supponendus si aluus est suppressa, vel sequentibus purgabitur. *Depurgatione. Clyster.*

℞. Polypodii querni contusi, ʒ. vi. rad. bugl. vel borrag. ʒ. β.

Potio be-
nigne pur-
gans. sem. carthami, & sennæ mund. & epithymi, singul. ʒ. ii. anis, ʒ. i. caryoph. integ. num. 2. florum cord. p. i. coque in sero lactis ad ʒ. 4. colaturæ per noctem super cineres cal. infunde catholici, & trypheræ persicæ, aut confect. hamech sine scammonio, & colocynthide, compositæ, vtr. ʒ. β. expressioni dissolve syrui de pomis Saporis, ʒ. i. fiat potio summo mane sumenda. Si portionem reijcit cap. sequentes pilulas.

Catapotia. ʒ. Massæ pil. indarum, & imperialium, cuiusque ʒ. ii. cum syrupo violato, forma pilulas vi. deauratas quas cap. post primum somnum cum custodia domus.

Apozema. ʒ. Rad. buglossi, & scorzonæ, vel satyri erythronii, vel solani, vtr. ʒ. ii. herbarum polygoni, asplenii, scabiosæ, lupuli, fumariz, borrag. vel bugl. singul. m. i. passularum mund. pa. xii. ficuum recens siccatarum, pa. vi. dactyllorum, pa. tria. sem. portul. & cuscutæ, & citrii, singul. ʒ. ii. florum cord. p. i. coque in aqua suffi. ad 4. ʒ. syrui de succo fumariz, & de pomis simpl. vel violati, vtriusque ʒ. ii. fiat apozema clar. & aromat. pul. lætitiz Gal. vel santali citrini, ʒ. i. pro 4. matutinis: quibus finitis;

Iteratio purgationis. Iteretur potio purgans vel pil. præscriptæ, quas cap. vt dictum fuit.

Bolus. ʒ. Theriacæ probatæ, ʒ. i. conferæ florum bugl. vel borrag. ʒ. iii. cum sacch. fiat bolus post purgationem deuorandus horis 4. ante primum pastum. Deinde spatio multorum dierum mane bibat seri caprini, aut lactis asinæ, ʒ. vi. in quo per noctem super cineres cal. maduerit fol. sennæ mund. ʒ. β. epithymi ʒ. ii. anisi, ʒ. ii. caryoph. integrorum, nu. 2. sic per multas hebdomadas continuando, tertio quoque die.

Elect. molle. ʒ. Lapidis cyanei aquis pluribus rosarum, vel plantag. loti, & siccati, ʒ. ii. frag. v. lap. pretiosorum, & smaragd. coralli rub. & sem. citrii mund. ramenti eboris, & sem. portulacæ, singul. ʒ. i. confer. rad. buglossi, & florum borrag. & corticis citrii conditæ sacch. singul. ʒ. ii. fiat elect. molle de quo alternis matutinis cap. instar castanæ magnæ superbibendo parum vini albi aqua buglossi diluti horis tribus ante primum pastum per multos dies continuando.

Aliud sed solidum. ʒ. Pul. diarhodi Ab. & diamarg. frig. aut lætitiz Gal. vtr. ʒ. i. myrobalanarum conditarum, ʒ. iii. confer. rosarum, & violarum, vtr. ʒ. β. sacch. albi aqua lupuli, aut callitrici solui & cocti, ʒ. iii. fiat elect. in rhombos pondo ʒ. iii. cap. vnum die-

bus intermediis horis iii. ante prandium superbibendo parum aquæ scolopendrii vel lupuli. Vel huius loco vtatur manu Christi cum vnionibus & confect. alchermes si diues fuerit. Hæmorrhoidum, & mensium prouocatio non minus in cancro quam in scirrho prodest. Non sufficit semel atque iterum purgasse ægram, sed consilio Gal. locis citatis epicrasticè est purganda syrupo magistrali aut opiata sequenti.

℞. Troch. de viperis, & sem. portul. & anisi, singul. ʒ. i. sennæ mund. & epithymi, vtr. ʒ. ii. veratri nigri veri & non adulterini, ʒ. iiii. elect. diacarthami & confect. hamech, sine scammonio & colocynthide præparatæ, diminuta dosi myrobalanorum, vtr. ʒ. ii. pul. rhab. & myrobal. Indarum oleo amygd. dul. confricatarum, vtr. ʒ. 4. cum syrupo de pomis Saporis aut de fumaris maiore, aut de epithymo, aut violato ex 9. infusionibus; fiat opiata de qua (cum syrupo magistrali) alternatim semel in hebdomade vtatur cum sero caprino aut decocto polyp. sennæ, epithymi, & anisi præparato. Dosis erit decernenda pro ægræ viribus, ætate, anni & morbi temporibus.

*Opiata
purgans
melancholicam.*

Quartus curationis scopus versatur in topicis administrandis, indicatione sumpta à magnitudine, à situ, & vlcératione. Nam si magnus, & ægra agrestis potius quam vrbanae est naturæ, fortiora perferet remedia. Et si cancer fuerit in vteri corpore, aut in eius collo, varianda erunt præsidia. Si denique vlcèratus est, alia quoque erunt præscribenda remedia quam in non vlcèrato.

℞. Plumbi liquati in igne, & ab innatantibus sordibus repurgati, ʒ. 4. extra ignem in iuce argenti viui ʒ. i. ʒ. aut duas, & moue donec refrixerit. Deinde sub. tere in mortario & vsibus sequentibus seruetur. Ne cancer crescat defluxu nouæ materiæ, repellere, & discutere, & dolorem lenire sequentibus oportet.

*Plumbi
preparatio*

℞. Succu solani (si æstas) vel semperuiui maioris depurati, ʒ. vi. in eo panni linei duplicati mergantur, & cum baculo in vterum indantur & extrahantur quoties siccati videbuntur, & denuò in eodem succo demersi imponantur, sic ter aut quater in die continuando dum dolor & calor moderari videbitur. Si hoc remedio ardor & dolor non remittitur, adde albumina duorum ouorum, aut muccag. sem. psyllii aqua rosarum aut plantag. extractæ, ʒ. ii. & vtete si ægra hoc remedio vtirecusat, vel quia virgo est, vel ob domestica negotia, vtatur sequenti vnguento.

*Iniectio
cancro in-
espicienti
utilis.*

*Vnguentis
ad idem.*

℞. Olei rosati omphacini, vel myrthini, vel cydoniorum, succi solani, vtr. ℥. ii. cerusæ lotæ, lithargyri loti, & plumbi vt supra præparati, singul. ℥. ii. pompholigis, vel in eius penuria tutiæ diligenter puluerizata & lotæ, ℥. i. thuris, ℥. β. nutriantur in mortario & pistillo plumbeo, sine coctura, & hypogastrium sæpe illinetur raso capillo. Si vis, addere poteris boli armenæ, & terræ lemnix, vtr. ℥. iiii. Si his dolor neque ardor moderantur, paretur sequens.

*Præparatio
olei rana-
rum ex N.
Florentino*

Oleum ranarum viridium quæ in dumetis (æstatis tempore) viuunt præparatum vt docuit Mes. & Nicolaus Florentinus cap. 39. sermonis 7. hoc modo, valet:

℞. Ranas virides quantum libuerit, in ore singulis parum butyri recentis impone, & eas vasi terreo vitrato (cuius fundum variis in locis pertusum sit) & altero vasi terreo (in terra sepulto) illud impone, & suo operculo diligenter obturato ignem in eius ambitu accende, & quod effluet oleum in subiecto vase vsui reponatur: hoc oleum discutit humorem, & dolorem quouis modo aptetur demulcet. Vel

*Iniectio
anodyna.*

℞. Olei vitellorum ouorum, ℥. iiii. agitetur in mortario plumbeo donec plumbi colorem acquirat: Deinde adde plumbi vt supra præparati, ℥. iiii. cineris cancerorum fluuiatilium lotæ aqua caprifolii, ℥. iiii. caphuræ, ℥. i. adde succi solani, vel millefolii, vel succi foliorum coriandri depurati, ℥. i. β. fiat iniectio in vterum, vel huius loco agita cremorem lactis cum vitellis duobus ouorum in eodem mortario plumbeo, & iniice in vterum cum metrenchite, cui addere poteris plumbi vt supra præpar. ℥. β. quod erit longè efficacius plumbo vsto etiam loto.

*Alia ad
idem.*

Emplastrum.

℞. Oleorum myrthini, & rosati omphacini, & succorum bursæ pastoris, plantag. & aceti, singul. ℥. ii. bulliant ad succorum fermè consumpt. Colaturæ liqua ceræ albæ, ℥. i. β. boli arm. litharg. auri, lap. calaminaris, & cerusæ, plumbi præparati, vt supra, singul. ℥. β. caphuræ, ℥. i. fiat emplastrum sub umbilico admouendum, adde cineris cancerorum fluuiatilium vel ranarum viridium, ℥. ii. sic erit efficacius.

*Curatio
canceri vte-
riam vl-
cerati.*

Si neque his dolor quiescit, sed augeri videtur: in vtero, pro certo cancer vlcerabitur, & incurabilis erit. Veruntamen ne desperet, vtere curatione prophylactica, id est palliatia, iniiciendo lac muliebre, vel asinum diu in mortario plumbeo agitatum cū succo solani, aut portulacæ, aut dipsaci depurato, & iniice

& iniice in vterum, vel oleum ex vitellis ouorum, cui adde plumbi præparati, ℥. β. pul. antimonii vsti, & loti, & cerusæ lotæ, vtr. ʒ. ii. Huic negotio quoque conueniunt olea plumbi, aut antimonii arte chimica distillata, & imposita.

Si mulier est pauper, præparetur illi cataplasma ex succo arnoglossi, & stercore humano, siccato & puluerizato, imo ventri admouendum, & iniiciatur oleum ranarum palustrium, vel ouorum, in mortario plumbeo diu agitatum cum plumbo præparato, & cineribus cancrorum, quæ omnia viliori pretio venæunt. Iam non ago de cancris, alias partes obsidentibus, quoniam mei non est instituti. De his Auic. Gal. Guido Caul. & neoterici abundè scripserunt ad quos beneuolos & curiosos lectores relego, breuitatis ergò.

Metallica omnia lota & tenuissimè læuigata moderatè repellunt, digerunt, & citra morsum cancos tam occultos quam manifestos leniunt. Et inter adipes primas tenet seuum hircinum: reliqui verò putrefaciunt. Lachrymæ, vt myrrha, galbanum &c. attrahentia, aut digerentia in his vlceribus curandis non conueniunt. Contra superius descripta tam à qualitate manifesta, quam occultâ, cancro tam occulto quam vlcerato conueniunt. Iniectio sequens vlcerato cancro maximè conuenit ex lacte muliebri, aut asinino parata, aut quæ sequitur.

℥. Herbaræ roberti, scabiosæ, verbasci, chelidonii minoris, & millefolii singul. m. i. coque in aqua solani, vel plantag. ad ʒ. vi. plumbi vt supra præpar. & sub. triti, ℥. β. stercoreis humani combusti, & puluerati, ʒ. iii. cineris cancrorum fluuiatilium loti, ʒ. ii. omnia simul agitentur diu in mortario plumbeo nutriti instar cum vitellis duobus ouorum crudis, & fiat iniectio in vterum eleuatis clunibus tepidè iniicienda per metrenchitem.

De Vteri Ulceribus.

CAP. LXXXIX

Causa.

Eλκος, κ' ἐλκώσις, τὸ ὑπερὸς Græcis, vlcus vteri Latinis dicitur. Est solutio continui in vtero facta: vel ob partus difficultatem, aut fœtus extractionem, aut corruptionem: aut ab acribus medicamentis, aut à fluxione, aut à ruptis abscessibus. Aëtius lib. vltimo cap 88. Paul. lib. 3. cap. 66. Interdum fit ab inflammatione, aut à fluxu muliebri: aliàs à morbo Neapolitano: aut à recrementis retentis, & putrefactis circa vteri pterygia (sunt eminentiæ duæ, quæ vteri sinum ambiunt, à similitudine alarum dictæ, à Græcis pterygia nominatæ) aliàs fit à coitu immoderato. Hæc vlcera, fit aut in vteri corpore, aut in eius collo. Plura Hip. 1. de Morbis mulierum.

*De signis
diagnosti-
cis.*

Signa causarum euidentium ab ægra, aut ab assidentibus disci possunt: interiorum verò aliunde sunt inuestiganda. Nam si vlcus fuerit in collo vteri, (indito digito in vuluam) tactu obstetricis explorari potest: vel per dioptram, i. speculum matricis. Si in eius fundo, per clysterem vterinum acrem ex hydromelle in quo centaurium minus coxerit, præparatum &c. qui dolorem augebit. Si ex inflammatione scaturit, pus quod excernitur, est sanguinolentum, & fœculentum, cum ingenti dolore. Si ex erysipelate, pus est virulentum, & depascens, pungens cum ardore & febre. Si ex scirrho, pus est gangrenosum & fœtidum. Si ex pituita salsa, inest pruritus parti intolerabilis: & paucum, aut nullum excrementum ab vtero profluit, & si quod fluit, est cum fœtore, acrimonia, & paucosanguine. Si quod excernitur, est veluti fæx vini: hinc vlcus canerosum conijcere licet. Si sanies est similis loturæ carnis recens mactatæ: menses suppurari conijciendum est, vlcusque ob id fieri. At si quod excernitur liuidum, viride, nigrumue fuerit, & cum dolore exierit, vlcera esse cacoëthea, corrosiua, ac fistulosa certum est. Si vero ex lue venerea, vlcera dysepulotica & chironia sunt, & vt paucis expediam: vlcera vteri cognoscuntur ex dolore, recrementis, & pure reiecto.

Signa equiuoca, sunt capitis (præsertim syncipitis) dolor, ut capite de Vteri Inflammatione dictum fuit: dolor ligamentorum & radices oculorum, qui ad manus vsque, ac digitos se extendit, Acetius loco cit. pus quod excernitur, non semper per vuluam: sed interdum per rectum intestinum: aliàs per vesicam, quum vteri pars antica inflammata fuerit: sicuti si pars postica inflammata fuerit, per rectum intestinum. Hæc obseruatio plurimum refert ad vlceris curationem, sine qua anceps erit curatio.

Si pus quod excernitur est purum, paucum, æquale sine odore, crassum, & album cum sensus facilitate, vlcus sanari poterit, ex Paulo loco citato. Nullum vteri vlcus est contemnendum ratione partis, quæ est heruosa substantiæ, & totius corporis, veluti sentina in quam defluunt excrementa, quæ assidue vterum humectant. At vlcera seu interna seu externa fuerint exsiccari desiderant. Vlcus quod est conspicuum facilius curatur occulto: & recens, quam inueteratum: & purum quam sordidum: & facilius in iuuenibus, quam in decrepitis, curatur & in ætate, quam in hyeme.

Curatio est duplex: vna vniuersalis, & altera particularis. Illa versatur in victu siccante, & purgatione noxi humoris, si à toto corpore in vterum fluxerit: & euacuatione quæ fit per venæ sectionem, quoties inest plethora, aut retenti fuerunt menses, aut inflammatio præcessit ad reuulsionem, & deriuationem & vomitibus. In his tribus diutius non immorabor, ne toties eundem calculum reuoluere videar: quoniam abundè scripsimus cap. de renum vlceratione cap. 70. pag. 688. & cap. de vteri inflammatione cap. 86. pag. 808.

Curatio particularis versatur in topicis ritè administratis, quæ variari debent pro 4. temporibus vlceris, & causarum efficientium vârietate.

Si vlcus est purum & conspicuum, medicamentis leniter astringentibus & siccantibus est vtendum: qualia sunt ea quæ præparantur ex decocto rosarum, plantaginis, portulacæ, polygonii, lentibus symphyti minoris, quod nostri Pharmacopœi Prunetam nuncupant, quo sæpe lauetur vlcus: huic si addideris mel rosatum, aut syrupum de rosis siccis erit efficacius præcipuè si simplicia coquantur in aqua fabrorum.

Si verò vlcus fuerit in vteri profundo minimeque conspicuum, vtere sequenti

Iniectio. ℞. Hordei integri m. i. sem. fœnugræci, & ficuum recens siccatarum, vtr. ℥. i. coque in sero lactis, & fiat iniectio in vterum eleuatis clunibus, vt facilius intro subeat. Vbi satis deterfum videbitur, alia paretur iniectio.

Alia potensius detergens. ℞. Agrimonix, myriophylli, asplenii, & apii, & centinodix, singul. m. i. coque in aqua fabrorum ad lb. i. fiat iniectio iniicienda post vrinx deiectionem, & vtere vt dixi, sic sensim detergendo vlcus siccetur: dissolue mellis rosati ℥. iii. Si sarcoticum requiris remedium, iniectioni dissolue pul. sarcocollæ in lacte muliebri saturata, ℥. ii. masticis, cort. thuris, myrrhæ, aloës, singul. ℥. i. iridis flor. ℥. ℞. Si dolor ægram diuexat, paretur sequens linimentum liquidum.

Linimentum liquidum. ℞. Olei vitellorum ouorum ℥. ii. mucag. sem. psyllii aqua rosarum extractæ ℥. i. plumbi præparati & sub. triti, vt supra docuimus 829. & cerusæ lotæ, vtriusque ℥. ii. agitentur omnia simul in mortario plumbeo sine coctura, fiat linimentum liquidum vtero iniiciendum per multos dies continuando.

Fomentum. ℞. Aristol. iridis & symphyti ma. singul. ℥. i. foliorum symphyti medii & parui, geranii herbæ roberti dicti, agrimonix, & polygoni, singul. m. i. ros. rub. balauft. & corticis pini, vtriusque ℥. ℞. coque in æquis partibus vini albi & aquæ fabrorum, & cum spongiis aut filtris foueatur imus venter cum perinæo: si his medicamentis euinci nequeat, sequenti suffitu siccetur, si fieri potest.

Suffitus vlcus exsiccans. ℞. Ladani puri, ℥. iii. cort. thuris, masticis, marchasitæ, hypocistidis, styracis rub. sang. draconis, & rosarum rub. singul. ℥. ℞. styracis cal. beniuiini, vtr. ℥. ii. fiat pul. crassus terebint. excipiendus in massam qua formentur troch. pondo ℥. ii. pro suffitu pudendi cum emboto, vel tubo infundibuli agra panis inuoluta sedente in cathedra deiectionaria ne quid expiret, idque ter in die per multos dies continuando. Si vlcus sordidum appareat, detergendum primo erit ex secunda iniectione præscripta. Secundo et dissolue V. Ægyptiacum: vbi deterfum fuerit, vtere iniectione sarcotica etiam præscripta.

Curatio vlcis sordidi. Denique cicatrix inducatur epuloticis, i. cicatricem inducentibus: qualia sunt pompholix, tutia, bolus arm. terra lemnia, lap. calaminaris, scoria ferri, antimonium lotum &c. & inter comp. vnguentum pompholigos &c.

Si vlcus fuerit erodens & depascens, præmissis vniuersa- *Curatio viceris depascens.*
libus, lauetur aqua aluminosa, quia influentes humores valenter repellit, & siccandi vim obtinet.

Deinde iniice succos depuratos solani, plantag. aizoi macum syrupo de rosis succis. Deinde vtere oleo ouorum diu in mortario plumbeo, aut oleo ranarum in eodem mortario agitato donec nigrum euadat. Reliqua remedia erunt petenda ex cap. 70. de Renum vlcere. Et si canerosum appareat, vtere cura prophylactica, vt in eodem cap. diximus. Si ex præscriptis remedijs non curetur, hydroticis potionibus vtendum.

Si ex lue venerca originem ducit, purgato corpore vtere decocto cort. & lighi indici, per multos dies: deinde vnguento neapolitano, aut emplastro de ranis triplicato aut quadruplicato mercurio, aut suffumigijs, aut pilulis de mercurio si mulier est agrestis naturæ vt talia perferre possit remedia. *Curatio si lue venerca.*

De Uteri Procidencia.

C A P. L X X X X.

Procidencia *Græcè*, Græcis, Prolapsus vteri Latinis dicitur quoties vterus foras prominet, idque quod eminet, struthiocameli ouo vel anseris simile est, maioris tantum, aut minoris ratione differens. Causæ sunt multæ, veluti casus ab alto, saltatio vehementior, aut tripudium. *De causa*
Hæ, omnes membranas vterum continentes, ipsumque vicinis partibus connectentes, interdum rumpunt, sic procidit.

Sæpius ex difficili partu, dum secunda ab imperita obstetrice extrahitur. Idem contingit in mortui foetus extractione. Interdum ex nimio conatu in graui pondere attollendo procidit. Interdum etiam ob partuum frequentiam, aut ob humoris plurimi, ac tenacis defluxum laxatis ligamentis matricis, interdum etiam ipsa ligamenta ab vlcere putrida, sunt causa procidentiæ vteri. Aërius cap. 76.

Vteri prolapsus in iuuenibus facile remittitur & maximè *De prognosticis.*
quum recens est: in ætate proeclioribus difficile, & facile re-

Cidit. Si procidit ex peritonci aut ligamentorum ruptione, aut ex paralyfi est incurabilis. Si omnino excidit ad coxas vsque, non facilè reducitur, & facilè ab aère ambiente corrumpitur, & in gangrænam degenerat, aut in cancrum: inde multa consequuntur incommoda ob sympathiam quam cum corde, cerebro & hepate habet. Quod computruit, rescindi potest, citra mulieris periculum, quæ sine vtero viuere potest.

Curatio.

Præcipuus curationis scopus, est vteri in proprium locum reductio: & si quid hanc reductionem impediatur, auferre remedijs vniuersalibus, & particularibus. Vniuersalia sunt venæ sectio, ex vena basilica dextra, si inest plenitudo: & purgatio noxij humoris prædominantis si adest cacochymia, idque mitioribus pharmacis, ne humores à vehementioribus concitati in vterum citatiore cursu eò fluant. Vomitus (euacuando humores) reuellit, & conducit. Ante reductionem si aluus eodie non fluxerit, erit sollicitanda clystere emolliente, & laxante vt dixi in curatione Ani Procidentia cap. 57. pag. 598. Deinde lauetur vino tortiuo in quo coxerint repellentia: his peractis laborantem supinam figurare oportet, vt coxas habeat sublimes, & poplites flexos cruribus dilatatis & inuicem diuaticatis: deinde prolapsum vterum obstetrix manu axungia gallinæ inuncta leniter in proprium locum reponat.

Si ob eius magnitudinem hac via reduci nequeat paretur fomentum aut sequens *ÿxxθλωμα*.

Infusus.

℞. Rad. althææ, ℥. i. rad. liliorum, ℥. β. sem. lini, & fœnugræci, vtriusque 4. i. fol. mercur. betæ, maluæ, viol. & parietariæ singul. m. ii. florum chamæmeli, meliloti, & sambuci, singul. m. i. coque in aqua suffi. pro semicupio, in quo per horam aut sesquialteram madeat ad vmbilicum vsque: tum sensim reponatur, asperso prius aliquo puluere collectico vt firmitus hæreat nec relabatur, hoc modo:

Pul. agglutinans.

℞. Mastice, myrrhæ, aloës, sarcocollæ, boli armenæ & terræ sigillatæ, singul. ʒ. ii. fiat pul. subtilis vsui dicto. Reducto vtero foue pubem & perinæum fotu ex repellentibus medicamentis composito ex vino rubro cum spongijs, qualis descriptus fuit cap. 54. pag. 598. in curatione procidentia Ani, in quo panni linei vel hapsus lanæ maduerit qui vuluæ indatur & sæpe renouetur. Vel vapor huius decocti dirigatur in vterum per infundibuli tubum sedente in cathedra deiectoria. Vel paretur pessus longus ex eadem materia, cuius extremita-

tem illine guttis aliquot olei è gagate quod suo foetore repellit vterum. Deinde naribus admoue odorata, qualia cap. de vteri strangulatu fuerunt descripta pag. 742.

Reductio vtero mulier crura extensa, alterum alteri incumbat, tum cucurbita umbilico, & vtriq; hypocondrio, cum multa flamma admoueatur sine scarificatione: huic vnguento Comitissæ, aut simili, pubes, & perinæum tepidè bis auster in die illinetur, aut admoueatur cataplasma eidem parti ex astringentibus medicamentis compositum, aut emplastrum ceroneum, aut de mastiche, aut contra rupturam ne rursus recidat. His addit Hip. lib. 2. de morbis mulierum curatione 34. lata fascia, aut zona, aut cingulo deligare oportet, ne relabatur. Deinde quiescat in lecto per multos dies, & abstineat ab omni motu tum corporis cum animi, & ab acribus, falsis, & piperatis, & vino albo & vaporoso.

Si ab humiditatibus muccaginosis, matricis appendices laxantibus ortum habeat, quod tum ex mulieris habitu, tum ex copioso humore iam fluxu cognoscitur: huiusmodi humores redundantes sunt euacuandi & coquendi, vt in mensium suppressione à pituita dictum fuit cap. 82. pag. 766. 767. Purgato corpore, si totus procidit, sequenti decocto lauetur.

Curatio si à redundante humore pituitoso.

℞. Fol. lauendulæ, maioranæ, mentastri, & absinthii p. maioris, singul. m. i. bac. lauri, iuniperi, & cyperi, singul. ʒ. ß. florum chamæmeli, meliloti, & summitatum anethi, & rorism. singul. m. ß. coquantur in vino astringente & aqua fabrorum. Deinde cum spongiis in decocto maceratis & expressis per horam foue vterum: deinde puluere colletico aspergatur & ægra figurata vt dixi sensim reducatur. Et post reductionem,

Fomentum.

℞. Galbani, assæ foetidæ, & bituminis, singul. ʒ. ß. castorii, ʒ. ii. cum terebinthina, fiat pasta qua paretur pessus longus sex digitorum filo suspensus & cæca alligatus (vt facillè retrahi possit) vtero indendus, (modo mulier epilepsiæ non fuerit obnoxia) quia hæc facillè paroxysmum concitent. Interea odoret moschum, ambarum, galliam moschatam, &c. Et si mulier fuerit pauper, pessus paretur ex alliis contritis.

Pessus pro diuitibus.

Si vterus fuerit induratus, emolliatur foru malactico præscripto, & in suum sinum sensim reducatur. Reducto, vtere re.

Proprietas.

cucurbitulis, vnguentis, emplastris aut cataplasmaticis, & fasciis venter ligetur vt dixi. Quiescat in lecto figurato vt significauimus, à reductione per multos dies abstineat à coïtu, & omnibus cibis pituitam generantibus.

Si deinceps procidit vtatur diæta sudorifica ex gaiaco, aut rad. chinæ si diues, per multos dies veluti per 10. aut 30. dies. Vel si datur facultas, vtatur aquis sulphureis per 15. aut 20. dies.

De vita
Ne recidiuet optimum erit sæpe purgare pilulis de hiera, alephanginis, imperialibus, benedictis, aut syrupo magistrali, aut sæpe masticare ʒ. ii. rhabarb. optimi, & similibus benignis catharticis. Vescatur alimentis calidis & siccis boni succi, assis, potius quam elixis, &c. Vitet omnia pingua, flatulenta, & quæcunque sunt operosæ coctionis, coïtum, & motum violentum, iram, & vinum album, aut rubrum vaporosum. Alius libera esse debet.

Si uterus totus, aut eius pars procidit, & putridus, corruptus aut canerosus appareat, paulo altius liga lenitè primò, & paulo post arctius, & rescinde quod putre & corruptum apparebit, & candenti ferro aut cauterio potenciali cauteriza, & cura curatione vniuersali. Mulier sine utero viuere potest, quia non est pars principalis, sed tantum ad propagationem necessaria.

De Testium & Scroti Inflammatione.

CAP. LXXXI.

Φ Διγμωνή τῶν ὀρχιδῶν, i. Inflammatio Testium; quæ quidem Inflammatio inter morbos internos & non externos est numeranda. Quatuor tunicis velliuntur: duabus communibus & totidem propriis. Communes sunt scrotum, Græci ὀρχαιο vocant, alteram δαφτῶν Ægineta vocat. Propriæ duæ sunt, interior vna, exterior altera: hæc ἐρυθροειδῆ à colore rubro, ob vaginæ & inuolucris similitudinē dicitur. Illa verò, est valdè dura, & solida, & heruosa, quam Gal. δαφτῶν vocat, & Rufus Ephesius ὑμέτρα νευρώδῆ, & Vesalius ἐπιδιδυμεδα. Testium

stium substantia est cavernosa, glandulæque similis in qua elaboratur semen, prius præparatum in vasis spermaticis. Præparatum semen ad sui nutritionem trahunt, hoc saturati, in vasa deferentia eius reliquias expellunt. Vasa hæc in parastatas sese exonerant, ibique asseruatur ad usum veneris. Sunt etiam venæ & arteriæ quamplurimæ, à vasis spermaticis ortæ, quæ sanguinem & spiritum illis deferunt.

Ex ictu, casuue in scroto inflictio fit dolor, qui à venis arteriisque propinquioribus sanguinem attrahit, & excandescit: sic inflammantur testes, & aliquando scrotum solum. Si scrotum, fit tumor, & durities, rubor, atque calor, & dolor lancinans, qui leni contactu exacuitur febris plerumque comes. Si testes solum, inflammatio in profundo est demersa, tactu melius quam visu comprehenditur. Contra si humores in scrotum effunduntur, omnia foris extant oculis obuia. Interdum causa inflammationis testium est humorum à toto, influxus. Alias remediiorum acrium (naturam testium corrumpentium) appositio. Auic. fen 20. tertii tract. 2. cap. 1. & post eum Ægineta lib. 3. cap. 54. alias tumor prædurus qui inest, & ex mala, & præposterè curata inflammatione fit, calore nempe extincto.

De causis.

Signa s. scrotum,

Signa s. testes inflāmantur.

Tum rubor, dolor, & calor absunt, durities vna persistit immedicabilis, multoties deletur apostema testiculi per tussim accidentem, quia transmutatur materia ad partem pectoris. Auic. loc. citato ad finem. Hæc opinio videtur mutuata ex Hip. lib. 2. epid. sect. 1. qui conceptis verbis ἔστι τῆς χυμῶν, ὅτι ἄλλος οὐδὲν ἄλλος παύσεται ὄρησι οὐδὲν ἀπὸ τῆς χυμῶν πύρρῃ καὶ κωνίῃς ἐπιθῶν, μάστιγι γοῆς, φωνῆς. 1. Nec diuturnæ tusses si in testium tumores desinunt & cessant. Vnde fit vt testis ex tussi intumescens, nos consensionis quæ est genituræ & voci cum pectore & mammis commonefaciat. Causa consensionis testium cum pectore, pender ab arteriis quæ ducunt originem ab arteria aorta: secus quid testibus cum thorace? Idem Hip. in coacis prænot. 494. ὄρησι δὲ ἡ ἀδιδία ἀνασπῆρα, πόνος ἰσχυρὸς σημεῖον, ἡ ἀσπῆρα γὰρ ἰσθμῶν. 1. Testes & pudenda contracta, sæuos dolores denunciant, & conuulsionem mortiferam.

De prognosi.

De curatione.

Curatur victu refrigerante, & humectante, & si alius testis dura, clystere refrigerante & emolliente; quo reiecto educatur sanguis ex vena basilica quæ è directo fuerit, plus minusue pro viribus ægri, ætate, anni tempore, & consuetudinē

ad euacuationem & reuulsionem. Sequenti verò die ad deriuationem, aperiantur saphenæ, vel coxis interius admoueantur cucurbitæ cum scarificatione. Et si corpus videtur cacochymum, purgabitur medicamentis benignis humori præpollenti idoneis, concocto prius humore vt docuit Hip. aphor. 22. sect. I. Topica variari debent pro 4. morborum temporibus.

In principio quid agendum.

Initio refrigerantibus & astringentibus est vtendum: qualia sunt solanum, plantago, semperuiuum, portulaca, bolus armena, cortex mali granati, ex quibus extrahantur succi quibus foueatur testis & partes vicinæ addendo aceti rosari parum. Deinde ex eadem materia præparetur cataplasma cum farina hordei. Et si dolor est magnus adde rad. mandragoræ & hyoscyami, vt qui sequitur.

Pro principio focus & cataplasma

℞. Rad. mandragoræ, aut hyoscyami, ℥. ii. fol. plantag. solani, aizoi, singul. m. i. cort. mali granati contusi, ℥. i. coque in aqua: sub cuius finem iniice aceti parum & foue scrotum, perinzum & pubem cum spongia: & magmati in mortario tuso iniice farinæ hordei ℥. ii. & boli armenæ ℥. i. fiat cataplasma iisdem partibus applicandum post fotum.

Pro augmento.

℞. Muccag. sem: psyllii aqua plantag. extractæ, ℥. iii. farinæ fabarum, lentium, & hordei, singul. ℥. i. cum oleo rosato & chamæmeli, fiat cataplasma post fotum præscriptum, eidem parti admouendum tepidè, cui adde croci, ℥. i.

Pro statu.

℞. Rad. mandragoræ ℥. iii. sem. lini, & fœnugr. vtr. ℥. i. β. summitatum anethi, & florum chamæmeli, singul. m. i. coque in sapa aut lacte. Pistentur in mortario & super, cribrum inuersum cernentur. Decoctioni adde vvas damascenas, & rad. panacis ℥. i. & cum farina orobi, & vitellis ouorum parretur cataplasma vt supra admouendum post fotum huius decoctionis.

Pro declinatione.

℞. Rad. panacis, & iridis nostratis, vtr. ℥. ii. sem. lini, & fœnugr. vtriusque ℥. i. sem. anethi, & cumini, vtr. ℥. β. florum roris. chamæmeli, & meliloti, singul. m. i. coque in æquis partibus aquæ & vini albi, & ex colatura foueantur prædictæ partes. Et ex magmate contuso & creto para cataplasma cum opopañace & oleo amygd. amar. vsui dicto. Vel huius loco, vtere emplastro ceroneo. Aut vnge partem vnguento martiatis, aut dialthæas comp. cum calcithidis tostæ, ℥. β.

Si tumor semper durus remanet vtere malacticus : si suppuratur vtere curatione vniuersali. Si his non cedit, lithotomo remittatur.

De Arthritide.

C A P . L X X X I I .

Aρρορ Græcis, i. Artus seu Articulus, est naturalis ossium compages. Nomen deductum à verbo Græco ἀρθρορ i. articulo; hinc ἀρθρις morbus articularis dicitur. Est tumor dolorificus, & grauis ex solutione continui facta, ab aliquo humore in articularum partes neruosas, quales sunt nerui, tendines, membranæ, periostium, & ligamenta quæ à periostio scaturiunt, vnde sensus inest, quoniam alia ligamentâ sunt, quæ sensu carent; qualia sunt ea quæ ab ossis media parte oriuntur, in quibus nullus dolor & per consequens nulla Arthritidis fieri potest. Nunc in quauis ossium compage fiat Arthritidis dicendum, cum ossa in vniuersum tribus modis intra se coniectuntur: nempe per symphisis, quæ est natua ossium vnio: aut per synarthrosim, quæ est ossium synthesis, quæ neque validum, neque manifestum, sed obscurum & difficilem motum habeat: aut per diarthrosim, quæ motum euidentem habent. In his duabus postremis articulationibus omnis Arthritidis fieri potest.

De nomine
Quid.

In qua ossium articulatione fit Arthritidis.

Sub hoc nomine ἀρρορ non intelligo caput ossis quod inseritur, neque alterius ossis κοτύλλο, sed & ligamenta, membranas, tendines, neruos & quicquid ad articuli structuram firmitatemque natura comparauit, vt dixi. Arthritidis, generis nomen obtinet (teste Aureliano cap. 2. lib. 5. αρρορ) quod prædicatur de pluribus differentibus specie, in eo quod quid est, nempe à partibus obsessis à quibus sortiuntur appellationem.

Arthritidis in quo differas ab aliis articularum doloribus.

Si pedes, ποδάρες: si manus χεῖρες: si genu, γονάρες: si coxendicem, ισχιαδα nuncupatur: si mandibulam inferiorem, mentagra. Non omnis articularum dolor, Arthritidis est: secus Articuli dolor qui fit ex artuum

luxatione, esset arthritis à quavis causa oriretur, siue à casu, ictu aut aliunde, quod falsum est, necnon is qui à lue venerea, in qua acerbissimi artuum dolores fiunt: à qua differt, quod dolor luis venereæ sensim fit, & sine tumore, & noctu ingrauescit, & vt plurimum sequitur bubones venereos, & gonorrhœam virulentam, & mutationes temporum, præcipuè austrinas prædicant ægri, & modico lecti calore, dolor capitis sterni, & omoplatarū augetur: quia periostium, & non nerui, tendines, ligamenta, neq; mēbranz, & vicinæ partes afficiuntur. In arthritide verò, dolor affatim fit, & nō sensim, & æqualiter diu noctuque hominem torquet si vera est arthritis. Et in parte obsessa tumor, dolor, rubor, inflammatio, & pulsatio percipitur & non in lue venerea.

Arthritidis differentiz sumuntur ex humorum discrimine: alia enim fit à sanguine præpollente. Alia à bile: alia à pituita (idque sæpe) & à sero seu ichore mixto vt fit illi vehiculum; alia à melancholia, idque raro: alia à variis simulque mixtis humoribus: alia à flatu, tunc derepente adoritur dolor, sed cito soluitur, autore Ægineta lib. 3. cap. 78.

*De causis
externis.*

- Causæ arthritidis quamuis sint multiplices, referri tamen ad quinque possunt. Nempe ad humoris quantitatem, & qualitatem, ad viarum laxitatem, ad robur partis mandantis humores in articulos, aut ad recipientium imbecillitatem. Quantitas humoris partem (vbi continetur)
1. aggrauat, & ad expellendum insurgit. Qualitas noxia,
 2. facultatem expultricem irritat. Viarum laxitas quoque requiritur, sine qua humores non fluerent. Laxantur viæ longo vsu balnei aquæ dulcis, autore Gal. libro 11. methodi capite vltimo: aut longo vsu malacticorum, sed ra-
 3. tius. Robur partis mandantis etiam requiritur, & partium
 4. inferiorum imbecillitas. Hæc duo concurrant necesse est:

Distinso.

alterutra enim absente causa arthritis fieri non potest. Omnis articulorum imbecillitas, aut hereditaria est seu insita, aut asciticia. Insita prouenit ex vitio seminis parentum, nec vllus hoc morbo magis est hereditarius, vt colligimus ex Hipp. monumentis, videlicet ex lib. de genitura, & lib. de aëre, aquis & locis, & Gal. comment. in aphorismo 28. sectione 6. Negat Aristoteles libro primo de generatione animalium capite decimo octauo morbos hereditarios (arthri-

tim nempe) vitio seminis parentum posse fieri, eo quod semen à toto corpore procedit: sed potius ab articularum imbecillitate, & à parentum dispositione: cui si non succedit intemperata victus ratio secundum sex res non naturales ex qua fit excrementorum proventus non fieri arthritim. Huic opinioni subscripsisse videtur Gal. comment. in eundem aphor. 28. sect. 6. Ascititia causa, aut est externa, aut interna. Externæ causæ, sunt vinolentia, venus, balneum intempesium aquæ dul. vt dixi. Hinc non minus faceret quam eleganter Poëta quispiam cecinit: Balnea, vina, venus, sunt breue mortis iter. Anguria, aut succutiens equitatio, vt de Scythis loquitur Hip. lib. de aëre, aquis & locis. Statio diuturna sæpe arthritidis est causa: hac ratione aulici sæpe arthritide laborant. Labor vehemens mox à prandio, qui cibum semicoctum è ventriculo in articulos prolecat. His succrescit ciborum in vna mensa varietas, inde ingluuies: exercitationis intermissio: vini generosi & meracioris (ieiuno ventriculo) potus, frequens in frigida vrinatio, ingens pedum frigus: viscerum praua constitutio, capitis frigiditas, articularum imbecillitas, excrementorum prouentum gignit: sic somnus diurnus & consuetarum vacationum, vt mensium, & hæmorrhoidarum suppressio: vel diarrhœæ imminutio, aut cauterii ante debitum tempus clausio. Quinetiam diuturna quies, corpus ignauum & iners & excrementa omnis generis exaggerat. In summa, cruditates qualescumque fuerint, sunt arthritidis causæ effectrices. Animi quoque pathemata etiam arthritidis soboles existunt.

*De causis
ascititias.*

Causarum internarum rursus, aliæ sunt antecedentes, & aliæ coniunctæ: antecedentes sumuntur aut à capite (vt plurimum) ex Hip. lib. de adenis: Ἄλλη νόσος ἀπὸ φλεβῶν ἐπὶ νωτιαῖον ἀπὸ χειρῶν καὶ φελέης ἀρσενεὶ δὲ εἰς τὰ ὄσθα ἐπὶ ἱερὸν ὀστέον τῶν πλὴν ἐπιπέδου ὁ νωτιαῖος, καὶ εἰς πῆθεο τῆσι κοτύλησι τ' ἰσχίῶν. i. Alius morbus oritur ex defluxione capitis per venas in spinalem medullam. Inde autem in os sacrum penetrat, medulla eò fluxionem perducente, & in coxendicum acetabula deponente. Aut ab hepate, quum vena caua copia humoris grauatur, quem continere non potest; aut aliqua qualitate vitiosa ambo irritantur. Hinc fit vt ex plenitudine venarum defluxiones fiant in articulos.

*De causis
internis.*

Causa continens & proxima, est humor impactus mem-

branis, aut articulorum vinculis, unde dolor acerbissimus: qui ubi moram traxit, crassescit, & viscosior euadit, ut etiam tophos appellatos efficiat, testibus Oribasio 9. Sinop. cap. 58. & post eum Auic. lib. 3. cap. 78.

Arthritim fieri ex fluxione, & non congestione constat ex dolore, qui in hac sensim, & non atroos fit: quæ sensim & paulatim fiunt licet adsit partis imbecillitas, dolorem non inferunt. In arthritide verò humor atroos defluit: quæ atroos fiunt, diuellendo partem, dolorem gignunt. Ægrotantium relatio & experientia docent arthritim non solum ex pituita fieri, verum etiam ex vtraque bile, sanguine, sero, & ichore, ut docuerunt Hip. lib. de internis affectionibus, Arabes post Gal. & Latini omnes, cum experientia: ex tumore, dolore, calore, & rubore probatur, arthritim non tantum vnicam partem, sed omnes obrepere: veluti fluuiorum inundatio extra alueum: quod ita sit, interdum oculos, nares, aures, scapulas, maxillas, dentes, fauces, ventriculum, lienem, hepar &c.

Solutio

*nonnullorū
dubiorum.*

1. Obiectio.

Sunt nonnulli ex recentioribus, qui freti rationibus contra veterum mōnimenta, statuunt omnem arthritim fieri à pituita, eamque à capite deriuari, & hanc fluxionem à partibus internis esse non posse, quod tam cito fluat: At illi sui immemores, fatentur pus sanguini permixtum, aliquando per aluū, & vrinas emitti, quod longè est difficilius, ob puris crassitiam & lentorem: talem secretionem à natura fieri quotidie obseruamus. Illi rursus obijciunt in cachexia, ubi humor in partes externas fertur, cur non fit arthritis? Respondeo, id fieri, vel quia deest articulorum imbecillitas, vel humor foras fertur & non sese insinuat in membranas ossa tegentes, vel in vincula ossium communia.

2. Obiectio

3. Obiectio.

Præterea obijciunt; si fluxio esset sanguinea, fieret phlegmone, ut fatetur Gal. 10. catat. & suppuraretur. Huic obiectioni respondeo, quia calor naturalis articulorum est imbecillus, cuius imbecillitate suppurari nequit: adhæc humor qui defluit, vel aliò fertur, vel resoluitur, vel fit sarcoma cum rubore. Sarcoma autem & rubor omnis, oritur à sanguine & non à sola pituita. Igitur fluxio sanguinea, arthritim constituere potest. Denique experimur nullo prægresso capitis dolore percepto, arthritim fieri, & febres tertianas, & quartanas sæpè degenerare in arthritim, ex Hipocratis testimonio lib. de affect. ionibus, & sect. quarta lib. 6. Epid. Materiam febrium

Solutio.

intermittentium esse in partibus internis veluti in hepate tertiana & in liene quartana & non in capite nemo inficiabitur opinor. His succrescit Hip. autoritas loco citato, textu 3. & Gal. in comment. & Auic. fen 22. tertii, cap. 5. cum experientia rerum magistra. Nephritim & colicos dolores plerumque in arthritim degenerare (per methastasim humoris morbifici in articulos) nephritis est renum affectus, & colicus, coli intestini, & non capitis. Ergo omnis arthritidis non à capite, sed ab aliis partibus prouenire potest. Rursus pauca vrina, accessionis repetitionem minatur: contra, multa solutionem. Vrina non à capite, sed à renibus promanat. Igitur causa arthritidis interdum aliunde quàm à capite scaturire potest, vt neoterici scripserunt.

Signa sumuntur à causis antecedentibus, ab humore prædominante, & à dolore. Si ab aëre calidiore fundente humores, qui fusi facillè defluunt in partes debiliores scilicet articulos: vel ab aëre frigidior condensante eosdem humores qui in easdem partes fluxerunt: vel ab humidior, tendines, nervos, membranas, & ligamenta earundem partium replente & diuellente: vel sicciore humorem partium absorbente. Nam qualis est aër, tales sunt in corpore spiritus & humores. Vel à victu intempestiuo, & præpostero: qualis est potus frigidior & meracior: vel à venere, aut ab exercitio intempestiuo, & violento mox à cibo: vel à perenni aliqua vacuatione suppressa, siue ab hæmorrhoidibus, siue à mensibus, siue à cauterio fuerit: vel ab anni tempore, regione, & locorum mutatione è salubri in insalubrem.

Ab humore prædominante quoque signa sumuntur: si multus, partem distendit: si acris, erodit: si calidus, calfacit: si frigidus, refrigerat.

Si à sanguine præpollente, dolor est acutus, & rubor apparet, & pulsatio in parte obsessa, tumor quoque inest, non solum venarum, sed etiam partium vicinarum: neque iuuatur à multum refrigerantibus, aut calfacientibus, sed à temperatis: circa auroram dolores sunt solito mitiores, & accessiones sunt minus diurnæ quàm à pituita. Si à bile, tertio quoque die dolor exasperatur cum multo calore: irritatur à calidis, iuuatur à frigidis & mitigantibus: color subpallidus aut subrubens, quandoque flauo permixtus, nullus euidēs tumor: vrina subrubra: pulsus velox, si ægri temperies, & victus ratio

*De signis si
à causis
antecedentibus
veluti ab
aëre calidiore,
Frigidior,
Humidior
Siccior.*

*De signis si
ab humore
aliquo prædominante
A sanguine*

Si à bile.

biliosa fuerit: & si locus tangitur, sanguis facile subterfugit, citoque ab vna parte in aliam mutatur.

Si à pituita

Si à pituita, pars est decolor, aquæ inter cutem similis: tumor tactui cedens, dolor mediocris, sæpe nullus: exacerbationes quotidianæ sunt diuturniores, vrina est alba, ægri temperies, & victus ratio fuit pituitosa, senilis ætas, & hyems, & vt paucis expediam, quæcumque pituitæ soboles existunt.

Si à melancholia.

A melancholia, rarissimè accedit: quæ si fortè contingat, color partis videtur esse niger, frigoris sensus, dolor est profundus instar terebelli perforantis, exacerbationes quarto quoque die fiunt, si est autumnus, si victus ratio quæ præcessit fuerit frigida & sicca, & inclinans ætas, mensium aut hæmorrhoidarum suppressio.

Si à mixtis humoribus

Si à mixtis humoribus, omnia signa sunt confusa: colligenda tamen erunt ex ægri temperamento, & victus genere, à parte anni &c. Si sanguis cum pituita fuerit mixtus, calor est mediocris, neque ita intensus, rubedo erit moderata vergens ad albedinem, color subrubens ratione sanguinis, & tumor mediocris.

Signa si à capite,

Si à capite duxerit originem, capitis aut ceruicis grauitas præcessit, aut frigus, vel paruus horror sentitur. Si à venis internis, febris aliqua præcessit, aut colicus, aut nephriticus dolor, & si æger antea fuerit his affectibus vexatus, & nunc ab his liberatus, pars cito intumescit, rubet, dolet, & ab vna parte in aliam mouetur, raroque fluxio sincera est, & maximè si à venis fuerit, cum in his omnes humores continentur.

Signa coxendicis.

Si humor in ossis ischij acetabulum per rachitim defluerit, nullus apparet tumor, ob loci profunditatem, dolor exacuitur, quum æger moueri incipit, & extendit crus, & tibiam & vniuersum os latum. Auic. fen 22. tertii, tract. 2. cap. 5.

Qui propens.

Viri facilius in hunc morbum incidunt, & ex mulieribus agiliores: quæ si quando corripiantur, grauius quam viri afficiuntur: quia hoc malum illis non vsitatum neque familiare est, id si ab aliqua vrgente causa potestius euaserit, violentum quum sit, maiorem calamitatem infert. Aetas autè huic morbo subiecta, est à quinque annis supra triginta. Celerius quoque aut tardius prout cuiusque natura, aut victus ratio potestulat: Aretæus lib. 2. de signis & causis morborum diuturnorum cap. 12.

de prænosc.

Arthritide qui laborare cōsueuerunt, quoties vrinas tenues meciunt,

meiunt, accessionis futuræ breui, est indicium. Contra crassescences solutionem breui futuram denunciant: alio enim natura materiam transfert, vt annotaui in causis ex Hip. & Auic. testimonio. Arthritis ascititia adhuc recens curari potest diæta, & frequenti purgatione, modo æger obsequentem medico se reddat, secus difficillimè. Contra si inueterata fuerit, aut vitio alterius, aut vtriusque parentis, est immedicabilis. Arthritis quæ fit ex miscella humorum, cognitu & curatu est difficilis, & sæpe immedicabilis.

Quibuscumque viæ patent, leui occasione, (vt potu vini meracioris, aut nimio vsu veneris) facilè in arthritim incidunt: quia ambo genus neruosum & articulos enervant, & humidum primigenium exhauriunt, & homines senescere faciunt, inde mors consequitur. Digerentium, aut infrigidantium medicamentorum intemptius vsus, rophaccam vel nodosam arthritim parit (illorum scilicet tenuiore portione resoluta humoris morbifici) & de hac materia congelata Ouidius sic cecinit.

Soluere nodosam nescit Medicina podagram, libro de Ponto. Non tantum senes, verum etiam iuuenes valetudinarii, & pueri, & mulieres, si prauo vtuntur victu, & nimis indulgent genio, & eunuchi, arthritide vexari poterunt. Contra si sobriè viuunt, & bis in anno purgantur, & moderatè se exercent arthritide non corripientur: sic vera erit Hip. sententia aphor. 28. 29. & 30. sect. 6. Contra si diu congruam obseruent victus rationem, quamuis vitio seminis parentum sint nati, à quibus dispositionem tantum acceperunt (vt ex Aristotele retulimus) ab arthritide vel non vexabuntur, vel minus frequenter, si hæc dispositio in actum reducitur: podagra interdum degenerat in hydropem, alias in asthma: nisi rursus fiat podagra, ex Aretæo loco citato & Rhasi in prognosticis. Articulorum calor quo imbecillior fuerit, & materia morbifica crassior, eo diuturnior & grauior erit affectus. Et quo tenuiores & pauciores fuerint humores, eo mitior & curatu faciliior erit arthritidis, nisi Medicus aut æger in aliquo deliquerit, vt videre est comment. Gal. in aphor. 49. sect. 6. Hip. Qui podagræ morbi fiunt, sedata inflammatione, intra dies quadràginta desinunt.

Dolores podagræ, vere & autumno ferè mouentur: quia tunc temporis humores noxios in corpore cumulos, qui que

articulos grauant quantitate, aut qualitate, vt expellatur à natura mouentur, autore Gal. in comment. Quibus longo coxendicum dolore conflictatis, femoris summū coxa excidit, rursusque recidit, iis muccosa ibidem pituita colligitur. Et quibus diuturno dolore ischiadico vexatis, femoris caput coxa excidit, iis femur contabescit & claudicant, nisi vrantur, aphor. 59. & 60. eiusdem sect. quia per vstionem à cauterio actuali factam ad acetabulum vsque, pituita crassa & lenta quæ esset claudicationis causa absumitur: secus fiet atrophia partis, aut tabes.

Articulorum vitia si iuuenes tentarint, neque callum induxerint, solui possunt, si aluum fluidam habuerint, & sobriè viuant & laborem non fugiant vt docuerat Hip. sect. 4. lib. 6. epid. textu 22. & post eum Celsus lib. 2. cap. 8.

Senes si circa articulos callos rrophaceos concretos habuerint, aut ærumnosè viuant, & aluum siccam: nisi dysenteria aut diarrhœa superuenerit, hi arte Medicæ non curantur eodem Celso autore loco citato. Podagra valentior est omnibus eiusmodi morbis circa articulos, & diuturnissimus, ac ægrè cedens morbus, lethalis tamen non est, autore Hip. lib. de affectionibus. Senes qui ab aliquo morbo diuturno fuerunt tentati, aut qui ab alio morbo mox conualescunt, si prauo vtratur victu, arthritide facile corripuntur: Auic. loco citato. Iuuenes si arthritide corripiantur, longæui esse non possunt teste Rhasi in prognosticis. Quum tumor in arthritide apparet, morbi solutionem portendit, quia humor morbificus qui in articulis delitescerat, foras euocatur, qui sic diffusus mitior est seipso vnito. Interdum tamen tumor ab initio apparet, nempe à copia humoris. Arthritide laborantibus, si vrina crassa, multa & subiugalis, vel varices superuenerint, fit solutio morbi, ex Auic. loco citato. Ischias est summa doloris articulorum (vt terminis Auic. loquat, fen 22. tertii tract. 2. cap. 5.)

ὁ ἀρθριτις
καὶ ὁ
ἰσχιᾶς.

Morborum nonnulli sunt qui causam in quiete habent, & per interualla repetunt vel humoris copia, vel eius qualitate quibus debetur curatio, cuius generis est arthritidis de qua nunc agimus, cui etiam debetur præcautio quia per interualla repetit: debetur curatio quum laborantem diuexat. Aliter enim præsentente dolore, & aliter in eius intermissione medicamentis purgantibus est vtendum. Quod ita sit, vigete dolore, cathartica medicamenta mitiora esse debent quam in intermissione

cum leni astrictione: quia fortiora, exagitando humorem, dolorem augent, & maximè si à bile originem ducat: quæ picrocholis, & extenuatis sunt infensissima. Ante verò doloris accessionem, fortiora vsurpari possunt, quia constant vires, & non in fine accessionis, quia tunc ægri vires sunt deiectæ, quæ alimento euchymo sunt reficiendæ & non cathartici deijciendæ.

Προφυλάξις τῆς ὑγιεινῆς pars est Medicinæ quæ sanitatē in suo statu conseruat, & futuros morbos decernat. Fit fuga eorum, quæ in causarum enarratione superius annotaui, quia omnis generis excrementa exaggerant & arthritim pariunt: exempli gratia:

Arthritidis curatio prophylactica.

In pituitosæ arthritidis præcautione, vsurpabuntur remedia quæ paralyti & ventriculo frigidiori vsurpantur: in biliosa verò, quæ iecori calidiori etiam aptantur (quia huius mali origo hepar est) exceptis iis quæ acetum recipiunt articulis (& reliquis neruorum partibus) inimicum. Arthritidis igitur præcautio assequetur tribus remediorum generibus.

Victu nempe humori præpollenti contrario: vt si calidus, frigidus: si frigidus, calido &c. qualem in curatione febrium pituitosarum & biliosarum abundè diximus.

Secundum, vacuando & reuellendo per assumpta humores vitiosos qui in habitu corporis delitescunt. Præsentium & futurorum morborum eadem est curandi methodus, autore Gal. lib. quos, quibus & quando &c.

Tertium, roborando articulos qui suapte natura debiles per admota tantum vt in sequentibus innotescet. Primus igitur scopus curationis, erit de victu instituendo qui euchymus & concoctu facilis esse debet, nulloque modo excrementitius. Et si fuerit arthritidis pituitosa, pro potu vtendum erit hydromelle, aut ptisana, aut hydrofaccharo si diues, & bilis præpolleret. Verum si ægrotans à vino abstinere nequit, vtatur tortiuo aut oligophoro & minimè albo, tenui aut vaporoso.

De victu.
De potu.

℞. Aquæ fontis lb. x. mellis albi Galliz Narbonensis aut Brachatz vnc. x. coquantur ad aquæ tertiz partis consumptionem semper despumando: sub finem iniice coriand. præp. & sem. anisi, vtriusque ℥. β. ad flatus discutiendos, quibus abundant arthritici. Eo percolato vtatur loco vini tam in potu quam extra illos.

Forma hydromellis.

℞. Aquæ fontis lb. x. sacch. albi lb. i. plus minusue pro cu-

QQQ 99 11

Forma by- iusque palato. Extra iniice cinnamo. selecti integri, & non
dr. sacchari contusi. ℥. ii. aut ℥. ℞. Vel tantundem santali citrini, si æger est
diues, & bilis præpoller, quo utatur vt supra.

De vena
sectione 2.

Secundus scopus curationis versatur in euacuatione totius corporis per venæ sectionem, si corpus est plethoricum, & iuuenile, aut suppressa est perennis aliqua vacuatio, per menses aut hæmorrhoides fieri solita: secus non consulenda ne plus iusto refrigerentur articuli. Quinetiam bilis (detracto sanguine) in parte aliqua secreta magis efferuescit, quæ benigno sanguinis vapore mitigatur. Ante venæ sectionem nisi alius libera fuerit, sequenti clystere erit sollicitanda.

Clyster.

℥. Maluz, mercur. chamæpith. & primulæ. vel betonicæ, sing. m. i. stœch. Arab. vel melissæ m. ℞. sem. fœnic. ℥. ℞. centaury mi. flor. chamæm. meliloti, & hyperici, sing. p. i. coque in aqua ad ℔. i. colaturæ dissolve elect. indi maioris (si pituita dominatur) vel cassiæ cum sacch. (si bilis) vel diaphœnici (si bilis & pituita mixta fuerint) vel catholici, aut diasennæ. (si humor melancholicus) ℥. i. ℞. mellis rosati, & olei rosati, si bilis, vel si pituita horum ℥. loco mellis mercur. & olei chamæm. vteriusq; ℥. ii. fiat clyster, qui si acrior requiritur (vt in ischiade) vtere horum purgantium loco, hiera pachi. Deinde si æger est nauseabundus, & facillè vomit, iuuetur natura aliquo vomitu quo nihil est præstantius, non solum in præcautione, verum etiam in propria curatione suo loco declaranda, quod sursum humores (qui ad articulos deerrant) reuellat & maximè in pituitosa arthritide, & ischiade, Gal. autore lib. i. locorum affectorum. Contra turpe esset cogere eum qui non facillè vomuerit, aut pulmones debiles aut vitiatos habuerit: quales sunt phthifici, asthmatici, & qui tussi morbofa laborant. Aurelianus lib. 5. c. 2. cronion ad præcautionem per ternos singulos menses consuevit vomitum, qui etiam leucophlegmatix conuenire scripserat cap. i. eiusdem libri. Vt maiore necessitate quæ præsentia sunt, nos premunt: sic maiore securitate imminentibus occurratur. Nempe plethoræ debetur venæ sectio (vt dixi) caco-chymix verò purgatio, quæ commodè fit per medicamenta: neque aliter humores vitiosi emèdari possunt: sed priusquam educantur sunt præparandi seu coquendi, vt fluxiles euadant, & medicamento trahenti cedant, ex Hip. aphor. 9. sect. 5. hoc est (vt interpretatur Gal. in comment. humores crassi & lenti sunt tenuandi & detergendi. Contra, tenues sunt incrassandi.

De vomitu

Medicamenta cholagoga attenuantium permixtione, red-
duntur phlegmagoga: vt, si scammonio misceatur castorium,
quod pituitam crassam & lentam attenuat, potentius expur-
gabit. Sic agarico (cum per se pituitam liquidam & tenuem
educit) si zingiber miscetur pituitam crassam & viscidam
etiam euacuabit.

Forma pilularum huic negotio maximè competit: quia à
partibus distantioribus potentius humores educit quam li-
quida, veruntamen qui hac forma neque boli, vti nequeunt,
potione purgante vti licebit, modo dosis ℥. iii. aut 4. non ex-
cedat: maior enim quantitas liquoris vim medicamenti effrin-
git, & citius euomitur, & maximè vbi alterantibus magis est
opus: liquidior forma est conuenientior. Nunc de medica-
mentis quæ vnicuique humori aptantur, dicendum.

*Ad humo-
rem bilio-
sum.*

Syrupus rosatus ex pluribus infusionibus, & electuariū ro-
satum Mes. & Nic. elect. de citro sol. thamarindi, rhabarba-
rum, myrobalani citreæ, cassia fistularis &c. in bilioso humo-
re educendo conueniunt (raro pilulis vtimur) si ijs tamen
vtendum sit, vsurpandæ sunt pilulæ de rhabarbaro, aureæ,
lucis maiores, sine quibus, & imperiales, quibus addi possunt
grana aliquot scammonii si fortiores requiruntur.

Ad humorem melancholicum, conueniunt catholicum,
diasenna, diacarthamum confectio hamech: pilulæ indæ, de
lapide lazuli, syrupus de fumaris simpl. & compositus, de epi-
thymo, de pomis Saporis, &c. Sequentia etiam melancholix
aptari possunt. Ad humorem pituitosum vsurpantur diapho-
nicum, elect. indum maius, & minus, diacarthamum, dia-
turbith, benedicta lax. Nic. pilulæ de agarico, coctiæ, de hier-
modact. maiores, de arthritide, foetidæ, de myrobalanis &c.
Ad præcautionem fortioribus non est vtendum, neque me-
dicamentis aperientibus; ne si quid in venis contentum fue-
rit, in articulos imbecilliores deducatur, & dolorem accer-
sant. Præter multorum opinionem acorus vulgaris astrictione
blanda neruis opitulatur. Nunc de formulis vnicuique humo-
ri aptandis.

*Ad humo-
rem me-
lancholicū.*

*Ad humo-
rem pitui-
tosum.*

*Curatio si
ad bilem.*

℥. Cassiæ recens à canna extractæ, ℥. i. pul. rhabarb. ℥. i.
sem. ainfi ℥. i. cum saccharo, fiat bolus mane per sesquihoram
ante lotorium insulsus deuorandus. Vel

℥. Cinnamo. ℥. i. hab. optimi, ℥. iiii. thamarindorum ℥.

*Potio cho-
lagoga.*

QQQ99

ii. cassiæ recens extractæ, ℥. i. infundantur omnia simul in decocto cichorii, & chamæpit. per noctem super cineres cal. expressum dissolue syr. ros. sol. ℥. i. fiat potio. Vel,

Pil. cholagogæ. ℥. Massæ pil. imperialium, & aurearum, vtriusque ℥. β. aue
 ℥. ii. si æger est agrestis naturæ, adde diadacrydii grana iiii. cum melle rosato fiant pilulæ vi. deauratæ quas cap. post primum somnum cum obziliis aut pane missali.

His expurgata corporis prima regione sequenti decocto humor concoquatur.

Syrupus digestivus. ℥. Rad. acori vulg. ℥. ii. herb. cichorii, seriolæ, portul. end. & chamæpityos, singul. m. i. stœchadis, β. passul. mund. pa. x. sem. end. ℥. β. ocimi, ℥. ii. prunorum pa. vi. sem. 4. frig. ma. & anisi, singul. ℥. ii. florum ℥. cord. p. i. coquantur ex arte in aqua suffi. ad lb. i. syrupi stœch. & oxysacch. vtr. ℥. i. β. fiat syrupus clarificatus & aromat. santalo citreo pro 4. matutinis. Concocto humore,

Potio cholagogæ. ℥. Nardi ind. minutim incisæ, ℥. i. rhab. ℥. 3. β. diapruni sol. ℥. vi. infundantur simul per noctem super cineres cal. in parte vna decocti syrupi præscripti, expressioni dissolue syrupi rosati sol. ℥. i. fiat potio summo mane propinanda. Vel,

Carapotia ad idem. ℥. Massæ pil. de rhab. & aurearum cuiusque ℥. ii. diadacrydii, grana iiii. cum guttis aliquot aquæ cichorii, fiant pilulæ vi. deauratæ quas cap. vt supra.

Bolus. ℥. Conferæ rad. acori vulg. & florum cichorii, vtr. ℥. iiii. mithridatii, aut theriacæ, ℥. ii. cum sacch. fiat bolus postridie deuorandus horis 4. ante prandium.

Si corpus appareat esse cacochymum, & si hæc purgatio in vere & autumno non sufficiat, ex superioribus parietur syrupus magistralis purgatorius, de quo bis in mense cap. ℥. ii. cum decocto betonicæ, & chamæpit. cichorii: Vel parietur massa pilularum ex enunciatis, de qua etiam bis in mense capiet ℥. iiii. cum custodia: deinde veniendum ad particularia paulo post scribenda.

Curatio si ab humore pueroso. Pilula. ℥. Massæ pil. cocciarum, & de hermod. aut arthriticarum; vtr. ℥. β. agarici troch. ℥. i. troch. albandaal (si ægrotans est aluo duriore) grana ii. aut tria cum syrupo stœchadis aut aqua betonicæ forma pil. vi. aut viii. quas cap. post primum somnum eum custodia domus: qui si his vti nequeat, fiat sequens potio.

℞. Caryoph. grana vi. aut ꝑ. β. turbich, ꝑ. i. agarici troch. *Potio phleg magoga.*
 ꝑ. ii. elect. indi ma. aut diacarthami, ꝑ. vi. infundantur simul in decocto chamæpith. & chamædryos, per noctem etiam super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi rosati sol. cum agarico, ꝑ. i. fiat portio diluculo sumenda. Deinde vtere sequenti decocto.

℞. Rad. acori vulg. & rad. chinæ per taleolas diuisæ, vtr. *Apozema ad pituitosum humorem.*
 ꝑ. i. ligni sassafras, & cort. citri siccæ, vtr. ꝑ. β. herb. betonicæ, primulzu. chamæpit. & chamæd. mentæ siccæ, singul. m. i. absinthii ꝑ. & saluiæ, & stœchadis Arab. singul. m. β. glycyrrh. recentis rasæ & contusæ, ꝑ. vi. vuarum damasc. ab acinis purgat. ꝑ. 12. ficuum recentium, ꝑ. vi. sem. rutæ, ocimi, & gallitrici, aut siseleos, singul. ꝑ. ii. florum thymi, rorism. hyperici, & saluiæ, singul. ꝑ. i. hydromellis lb. v. bulliant singula quo decet ordine in fictilivitrato cooperto ad tertias: colatura clar. cum oxymellis scillitici, & syrupi stœchadis, vtriusque ꝑ. ii. & arom. nuce mosch. pro 4. matutinis, quibus finitis denuo purgabitur, aut pilulis præscriptis: sin minus, portione præscripta. Sequenti verò die

℞. Mithridatii veteris, & probati, ꝑ. i. conseruz florum lili conuallii si extiterit, aut florum stœch. aut saluiæ, aut rorism. ꝑ. ii. cum saccharo fiat bolus quem sequenti mane ab vltima purgatione capiet horis quatuor ante prandium. *Bolus.*

Si hyems fuerit & æger fuerit delicatus, paretur sequens iulepus.

℞. Syrupi de stœchade, & mellis rosati, vtriusque ꝑ. ii. *Iulepus ad idem.*
 stillaticii liquoris in alembico vitreo & non plumbeo distillati, chamæpith. betonicæ, & melissæ, singul. ꝑ. v. fiat iulepus pro 4. matutinis. Deinde purgabitur vt supra. Si sæpe arthritide corripitur, æstatis tempore vtatur sequenti syrupo.

℞. Decocti apozematis præscripti, q. l. in eo coque podii querni contusi, ꝑ. iii. sem. carthami, & sennæ mund. *Syrupus magistralis pro æstate.*
 vtr. ꝑ. ii. epithymi, ꝑ. i. sem. anisi, ꝑ. β. caryoph. integrorum ꝑ. i. colatura traicta super colum medicum pro omni clarificatione coquatur in syrupum cum mannæ Cal. & syrupi rosati sol. cum agarico, vtr. lb. β. & sub finem iniice expressum sequentis infusionis, & recoque lentis prunis vt seruari possit. Huius cap. bis aut ter in mense ꝑ. ii. cum paucò decocti chamæpith. aut betonicæ cum custodia domus.

℞ Turbith optimi, ℥. β. agarici troch. ʒ. ii. zingiberis, ʒ. i. infundantur simul per noctem super cineres cal. in sero lactis, expressum affunderetur syrupo vt dixi.

Massa pillularū pro hyeme.

℞. R habarb. selecti, & agarici trochiscati, vtr: ʒ. ii. hermodact. turbith, & myrobal. cepularum, singul. ʒ. i. pul. masticeis, caryophyl. & chamæpythi, & diadacrydii (si bilis) aut troch. alhandaal (si pituita) singul. ʒ. β. aloës socotorinz omnium par pondus, cum succo aut infusione rosarum fiat massa, cuius cap. bis in mense ʒ. i. aut ʒ. iiii. cum custodia domus præmissio clystere aut balano. A secunda, tertiaue purgatione si paroxisimi redeunt, optimum erit dietam quam vocant sudorificam, præparare ex decocto gaiaci si pituita præpoller, aut rad. chinæ si alterutra bilis præpoller in vere, aut autumni initio, per triginta aut 40. dies. Sic

Primum decoctum sudorificū.

℞. Rad. chinæ non cariosæ, sed recentis per talcolas diuisæ, ʒ. iiii. ligni sassafras minutim incisi, ʒ. i. aquæ fontis ℔. sex macerentur per noctem in fictili vitrato angusti oris operculato, & sequenti die in eodem fictili coque ad medias. Colatura dulcoretur saccharo pro cuiusque laborantis palato & aromat. cinnamomo. cap. mane hora 4. & secunda pomeridiana, ʒ. iiii. aut v. tegendo plus solito corpus sudabit per. susqui horam aut alteram admotis vasculis terreis aut vesicis suillis aqua plenis, articulis dolentibus, tunis prius capillis capitis, prandebit hora octaua, & cœnabit hora sexta: initio singulorum pastuum comedat pruna ex aqua & saccharo cocta, & carnes asfatas, panem biscoctum cum semine anisi: & in fine vuas damascenas ab arillis repurgatas, & nucleos pini recentes aut amygdala excorticata. Si æger non fuerit delicatus, in priore decocto si addideris rad. acori vulgaris & helenii, cuiusque ʒ. i. & herbæ chamæpit. m. ii. aut tantundem herbæ primulæ ueris erit efficacius.

Secundum decoctum.

• ℞. Sarzæ parillæ minutim incisæ, ʒ. ii. aquæ fontis ℔. viii. coque in eodem fictili ad quartæ aquæ partis consumptionem. Colatura dulcoretur sacch. vel vuis damascenis exacinaris, & glycyrrhiza. Deinde aromatizetur cinnamomo pro potu ordinario tam in pastu quam extra illos.

Iteretur vtrunque decoctum per mensem, aut 40. dies. Singulis octo diebus interdixandum cap. dosim vnã pillularum præscriptarum vt monui, & eo die non sudabit. Et in prandio poterit vti elixis, & non in cœna. Si forte æger pilulas deuorare

deuorare nequit, cap. portionem phlegmagogam præscriptam. His calorificis medicamentis humores præter naturam sic attenuati qui in neruis & ligamentis continebantur prorsus dissipantur & ægotantes melius se habent.

℞. Massæ pilularum indarum, ℥. iiii. cum syrupo de pomis Saporis aut fumarix forma pilulas 6. aut 7. cap. post primum somnum leui cœna præcedente. Vel

Curatio si ab humore melancholico.

℞. Polypodii querni contusi, ʒ. v. fol. sennæ mund. ʒ. iiii. sem. anisi, ʒ. i. rad. elleborinigri veri & non adulterini ℥. ii. Caryophyll. integrorum nu. iiii. coquantur in sero lactis ad ʒ. iiii. colaturæ infunde catholici, & diacarthami, vtr. ʒ. iiii. per noctem super cineres cal. expressioni dissolue syrui de pomis Saporis, aut de fumarix ma. ʒ. i. fiat potio diluculo sumenda.

Melanagogapotio.

℞. Syrui de succo fumarix, ʒ. iiii. aquarum stillatiarum primulæueris, & lupuli, & chamædryos, singul. ʒ. v. fiat iulepus pro 4. matutinis. Aut si plantæ vigent

Iulepus.

℞. Rad. acori vulg. & buglossi, vtriusque ʒ. i. β. cort. citrii siccx, ʒ. vi. herbarum lupuli, fumarix, melissæ, chamæpit. cichorii, & borrag. asplenii, singul. m. i. stœch. Arab. m. β. passul. exacinarum pa. x. sem. endiuix ʒ. β. cuscutæ, & portul. vtr. ʒ. ii. florum sambuci, hyperici, chamæcis, & bugl. eicerum rob. singul. p. i. coquantur in sero lactis ad lb. i. extra ignem iniice succi fumarix depurati, ʒ. iiii. colatura dulcoretur sacch. aut syrui violati, ʒ. iiii. & arom. pul. lætitix Gal. pro 4. matutinis. Concocto humore,

Apozema.

Iterentur pilulæ vt supra, vel potio præscripta, quam cap. finito apozemate, aucta dosi purgantium nisi ex priore aluus ex animi voto fluxerit, sequenti die.

℞. Theriacæ veteris, & probatæ ʒ. i. conseruæ rosarum, & buglossi, vtriusque ʒ. ii. cum saccharo fiat bolus quem sequenti mane cap. horis 4. ante primum pastum. Simili modo singulis annis in vere & autumno purgabitur. Et medio tempore vtetur in æstate, magistrali syrupo & in hyeme catapotiiis præscriptis.

Bolus cerebrum & partes nervosiores roborans.

Tertius curationis scopus versatur in particularibus remediis quæ sunt aut interna, aut externa. Interna sunt quæ cerebrum & ventriculum roborant per os sumpta. Externa quæ foris admouentur. Sumuntur pulueres, tabellæ, opiatæ, &c. Exempli gratia:

Tertius scopus curationis.

Pul.

℥. Pul. laticiz Gal. ʒ. i. coralli rub. super lapidem porphyrium tenuissimè triti, ʒ. β. pul. chamæpith. ʒ. i. cum omnium pari pondere sacch. rosati fiat pul. de quo quotidie mane cap. cochlear vnum superbibendo ʒ. i. aquæ stillatitz be tonicæ aut melissæ, horis tribus ante primum pastum, quo finito vtatur sequentibus

Tabella.

℥. Pul. rosatæ nouellæ, & diambra, vel diamoschi, vtr. ʒ. iiii. pul. iux arthetica rasure cornu cerui, vel eboris, vtriusque ʒ. ii. conferuz rad. acori vulg. & helenii vtr. ʒ. iii. sacch. albi aqua saluiz soluti, & cocti, ʒ. iiii. fiant tabellæ pondo ʒ. ii. cap. vnam alternis matutinis superbibendo parum aquæ saluiz, aut rorisism.

Opiata.

℥. Conferuz florum primulæ. aut lilii conuallii si extiterit, vel rorismarini, vtriusque ʒ. i. conser. rad. helenii, & cort. citrii conditæ, & mithridatii probati, singul. ʒ. β. nucis moschata conditæ, ʒ. ii. pul. diarhodi Ab. & diamoschi, vtr. ʒ. i. diamarg. frig. ʒ. i. cum syrupo conseruat. rad. acori vulg. fiat opiata de qua diebus intermediis mane cap. ʒ. tres aut quatuor ante pastum superbibendo parum vini rubri aqua saluiz diluti.

Conditum.

Si conditum parare cupis, loco syrapi substitue sacch. rosatum puluerizatum, & fol. auri num. vi. vtatur vt dixi. Vel huius loco vtatur theriaca, aut mithridatio, aut aurea Alexandrina, in parua quantitate sumpta veluti ʒ. iiii. superbibendo parum eiusdem aquæ. Commune præceptum in omnibus arthritidis speciebus, (vt tempore intermissionis) est articulos corroborare per externa sequentia.

*De exter-**nis.
Sacculi in
causa fri-
gida.*

℥. Milii, lb. i. salis, lb. β. bac. lauri, & iuniperi, vtr. ʒ. ii. sem. iiii. cal. ma. singul. ʒ. β. fol. saluiz, maioranæ, & lauendulæ, singul. m. i. torrefiant in sartagine: & in sacco ex panno cannabini reposita capiti admoueantur. Vel ex eadem materia diuisa parentur duo sacculi qui vicissim applicentur, rasis vel tunsis capillis calidè. Deinde muniatur stupis cannabinis suffitu sequenti suffumigatis hora somni. Hi sacculi deterfis sudoribus in diæta sudorifica, humorem in cerebro contentum discutiunt, & cerebrum roborant.

*Suffumigi-
um causa
eadem.
Empla-
strum.*

℥. Sem. nigellæ Romanæ, styracis cal. beniuiini, masticis, & succini, singul. ʒ. β. caryoph. ʒ. ii. fiat pul. crassus pro suffitu capitis, & stupatum. Vel

℥. Massæ emplastri de muccaginibus, ʒ. ii. sem. sinapi, ʒ. i. pul. pæ ficuum, & fermenti veteris, vtriusque ʒ. β. caryoph. ʒ. ii.

cum paucis terebinth. fiat massa ex qua paretur emplastrum super alutam, aut pannum densum capiti admodendum.

℞. Iux arthetice, salvia, & rosarum rub. singul. m. i. salis communis & aluminis, vtr. ℥ i. s. caryoph. & nucis moschata, vtr. ℥. s. his contusis parentur duo sacculi intersuti quibus mane fricentur articuli ad horum corroboracionem.

*Sacculi ad
artuum
corrobora-
tionem.*

℞. Salvia, primula, chamæpit. lauendula, rorism. & absinthii p. maioris, singul. m. i. nucum cupressi, malicorii, balaustiorum sumach, & rosarum rub. singul. m. s. salis communis, ℥. i. s. bulliant in æquis partibus aquæ fabrorum, & vini astringentis pro fotu articulorum cum spongiis mane & sero.

*Fotus ad
idem.*

℞. Cineris ossium equi aut alterius animalis, aut quercus, lb. i. salis communis, hermodactyllorum, & baccarum iuniperi, singul. ℥. ii. aluminis rupani, ℥. i. s. aquæ fabrorum, q. s. fiat lixiuum in quo artus diu maduerint bis in die tepidè per multos dies continuando. Deinde illinentur sequenti vnguento.

*Lixiuum
ad idem.*

℞. Lithargyrii aurei, cerusa, & boli armenæ, singul. ℥. s. olei lentisci aut alterius astringentis, & aceti rosati, vtriusque quantum ebibere poterunt instar vnguenti nutriti. Deinde iniice pulueris hypocistidis, acaciæ nostratis, & rad. bistortæ, singul. ℥. iii. pul. sorborum & mespillorum immaturorum, gallarum viridium, nucum cupressi, calycum glandium, myrtillorum, balaustiorum, malicorii seu psidiæ, & spongiæ bdegaris, singul. ℥. ii. fiat vnguentum quo articuli illinentur post lixiuum, aut fotum, continuando dum fluxio constituerit. Vel huius locovtere vnguento Comitissæ, quod in officinis prostat.

*Vnguentum
ad idem.*

℞. Dactyllorum, vel prunorum agrestium, vel cotoneorum, ℥. iii. medullæ panis albi, lb. s. coquantur in aceto. Demum tufis & cretis, adde pul. rosatum rub. balaustiorum, gallarum viridium, & rad. bistortæ, vel boli arm. singul. 4. i. olei mirthini, vel lentisci, vel rosati omphacini, quantum suffi. fiat cataplasma quod articulis admoueat tepidè & non frigidè.

*Cataplas-
ma ad idem.*

Si pauper fuerit vtatur oleo rosato omphacino, aut simili astringente cum sale nitri aut communi & alumine. Vel paretur sequens cothurnus.

℞. Terebinthinæ, lb. i. ceræ nouæ, lb. s. liqua igni lento, cum

Cothurnus

adde pul. thuris, masticis, rosarum rub. bac. myrthi, & boli armenæ singul. ʒ β. Huic liquori immergatur tela iam vetustate semitrita, ex qua paretur cothurnus commendatissimus, aut huius loco paretur pellis canina, cum alumine, galla & rhoë, i. sumach ex qua fit cothurnus. Huic negotio Rhasis commendat suum vnguentum vespertilionis. Balnea quoque naturalia, sulphurea, nitrosa, aut aluminosa, qualia sunt Aquigrani Allobrogum, plurimum proficua iudicamus, (præmissis vniuersalibus) mensibus Maij, Iunij, Iulij, Augusti & Septembris, si æris constitutio fuerit calida & sicca, & non pluuiosa aut frigida. Sulphurea mouent sudores, & humores siccant. Aluminosa verò cæteris omnibus artus roborant. Quibus verò non datur facultas, tempore vindemiarum, per multos dies vuas calcet: vel botris calidis sepeliantur, in quibus mane & ante cœnam per horam aut sesquialteram (exonerata prius aluo) sudabunt. Vel popliti, si pes: aut brachio, si manus afficitur cauterium potentiale admoueat.

De balneis naturalibus.

De vsu botrorum. De cauterio potentiale.

De genuina Arthritidis curatione à causa calida.

CVraturus arthritim veram, vt viter calumniam, præterita narret: præsentia cognoscat, & futura prædicat, vt consulit Hip. cap. 1. lib. 1. Prognosticorum. Vt sit voti compos considerare debet morbi causam, partem affectam, vires ægri & ætatem: anni & morbi tempora: si est plethoricus aut cacochymus: si morbus est recēs, aut inueteratus: si ex seminis vitio parentum scaturit, aut non. His neglectis, quæcunque tentabit erunt fortuita & sine ratione.

Causa morbifica, sunt humores 4. ichor & serum, simplices aut mixti: pars affecta, si omnes articulos, aut vnicam tantum obsidet. Si apparet plenitudo: aut suppressio perennis alicuius solitæ vacuationis, quæ plerumq; fit per nariū hæmorrhagiam, menses hæmorrhoides. Vires etiam sunt perpendendæ si constant, aut non, & anni tempus calidum, frig. aut temperatum si fuerit.

De venæ sectione.

Si plethoricus & sanguis præpoller, educatur per venæ sectionem seruata & i. autore Celso lib. 4. cap. vltimo: & post

eum Gal. lib. de sanguinis missione, præmisso clystere in præcautione superius descripto, si æger est aluo duriore. Si partes superiores sunt obsessæ, vena poplitis, aut tali aperiat: si inferiores, vena cubiti. Si à suppressis mensibus, interiori coxæ cucurbitæ cum scarificatione sunt affigendæ. Si à suppressis hæmorrhoidibus, podici sanguisugæ sunt admo- uendæ ad deriuationem. Si à narium hæmorrhagia, hepatis cucurbitæ sine scarificatione affigantur. Si à colico aut nephritico dolore, aut ab aliqua febre continua, aut intermit- tente tertiana, aut quartana scaturuerit, vena cubiti erit incidenda, modo quid eam non dissuadeat. Si vires sunt deie- ctæ, non semel tantum, sed partiatur: sic vires minus deij- ciuntur, quæ medio tempore refici possunt alimentis eu- chymis. Contra si arthritis est inueterata, venæ sectio officit, quia per eam articuli imbecilliores redduntur. At si comi- tem habet febrem, etiamsi inueterata fuerit, aperienda est vena, veluti si recens esset & sine febre. Si æger videtur caco- chymus potius quam plethoricus (vt sæpius accidit) ab ini- tio purgandus erit lenioribus catharticeis in præcautione de- scriptis, si materia deorsum vergit, deinde vtendum erit va- lidioribus. E diuerso si eadem materia in ventriculo contine- tur, ad reuulsionem, vomitione est educenda, qua nihil est præstantius, & præcipuè si æger facillè vomit & dolor imas partes obsidet autore Gal. lib. 8. *κατατόπῳ*. Et vt paucis ex- pediam, curabitur, si materiam minuas: si causam morbifi- cam excindas, si cruditatem auferas: & denique si fluxio- nem inhibeas. His 4. scopis perficietur curatio, victu nempe temperato ad frigiditatem inclinâte. Aër sit eiusdem naturæ: alimenta sunt boni succi, in parua quantitate, ne oneretur ventriculus. At si vires sunt deiectæ, vberius alédum ob mor- bi longitudinem ex Hip. doctrina aphor. 11. sect. 1. Alimen- ta assa, elixis sunt præferenda. Vitanda omnia salsa, piperata & acria, & quæcumque caput replent: qualia sunt nastur- tium, porrum, alium, cepa, sinapi, idque maximè quum inueterata est arthritis. Cibi & potus dimidium est circum- cidendum. Balnea quoque, vina, venus, sunt breue mortis *De vitiis* iter. A vino esse abstinendum docuit Trall. lib. 11. cuius lo- co vtendum prisana præparata ex sarza parilla cum passulis exacinaris & coriandro, vt redundantes humores sensim sic- centur. Vel huius loco vtatur hydrosaccharo. Et si vires sunt

plicant: quorum natura est ab extimis partibus ad interiores humores trahere.

Si arthritis fit vitio feminis parentum, nullo modo in accessionibus est purgandum, sed extra illas vel bis in anno veluti in vere & autumno, vt dixi post Hip. aphor. 55. sect. 6. aut omnino cessata accessione: sic tardius à doloribus vexabitur, modo ad vnguem obseruet victus rationem institutam, sine qua nihil proficiet.

In omni medicamento purgante aut digerente, nonnulla, astringentia sunt permiscenda, vel quæ astringendo purgant: *Canon obseruandus.* qualia sunt syrupus rosatus lax. rhabarbarum, myrobalani, necitius humor (qui adhuc in motu existit) corruat. Quinetiam ne humor parti inhæreat aliquid gummosum, & aliqua semina, aut quoddam aroma, quæ vim attenuandi & eliquandi habeant, quorum auxilio medicamentum facilius trahere possit, quod parti impactum erit. Inclinante igitur malo, & cessante fluxione, prima corporis regio purgabitur benignis cholagogis forma potionis (si fieri potest) vel pilularum in præcautione descriptis pag. 852. idque non semel, sed epicrasticè per syrupum magistralem.

Sic articuli à recrementis & fluxionibus tuti, æger incolu-
mis seruari poterit, vel minus cruciabitur, vel minus frequen-
tes erunt accessiones autore Trall. Quandoquidem permul-
tos videmus arthriticos qui sæpe repetitis purgationibus be-
nignis melius se habuerunt. Contra quamplurimos alios qui
vsu vehementiorum purgantium se habuerunt peius, pulsu
materix (quæ in dies cumulatur) in articulos. Medio tempo-
re alternatim vti poterit tabellis aut opiatis sequentibus.

℞. Pul. diamarg. frig. ℥. ii. pul. diatriasantali, ℥. 4. confer-
uæ florum cichorii, ℥. β. conferuæ rad. acori vulg. colati, ℥. i.
sacchari albi aqua stillatitia soluti & cocti ℥. iii. fiant tabellæ
pondo ℥. iii. cap. vnam alternis matutinis horis iiii. ante pran-
dium. *Tabella.*

℞. Pul. chamæpith. rasuræ eboris, & pul. diatriasantali, sing. *Opiata.*
℥. i. conferuæ rad. acori vulg & rosarum, & florum cichorii, sin-
gul. ℥. i. cum syrupo conferuat. radicis eiusdem acori, q. s. fiat
opiata de qua diebus intermediis mane cap. instar nucis iu-
glandis etiam horis tribus apte primum pastum: sic per multos
dies continuando.

Tertius curationis scopus erit de remediis externis, quæ *Tertius curationis scopus.*

variari debent pro arthritidis differentiis, ardore, & dolore, & 4. morbi temporibus: secus omnia erunt irrita. Alia in causa calida, & alia in causa frigida: alia in æstate & alia in hyeme. In æstate frigidè, in hyeme tepidè sunt admouenda: quia frigida neruis sunt inimica. Si inest calor ardorue refrigerantia cum leni astrictione sunt præscribenda: quia articulis exiguus inest calor qui est conseruandus & non extinguendus ne humor morbificus parti impingatur, & affectus fiat immedicabilis: ob id tutius erit mixtis calorificis hunc calorem fouere. Si dolor inest, videndum si sit sine calore, aut cum calore magno: si sine calore, ab initio anodynis, mixtis nonnullis *ἀποσπαστικῶν*. i. rarefacientibus & digerentibus vtendum. Anodynorum tres sunt differentia: alia sunt quæ dolorem cum calore repentè demulcent nostræ familiari, & hæc sunt verè anodyna, vt cassia recèns à canna extracta, lac recèns ab vberibus extractum, vitellum oui, oleum liliorum, medulla panis albi in lacte saturata, & crocus, pullus viuus columbinus recèns dissectus & parti malè affectæ appositus &c.

Anodynorum tres sunt differentia.

Alia sunt anodyna, quæ per accidens doloris causam auferunt, qualia sunt purgantia medicamenta. Quædam verò *ἁλαστρῶν*. i. abusiue dicuntur anodyna: qualia sunt narcotica quæ intus sumpta aut admota etiam per accidens dolores acerbissimos compescunt: exempli gratia: Si quis theriacæ recentis aut philonii Romani aut Persici ʒ. i. colico laboranti propinauerit remanente causa, per aliquod tempus dolorem sedabit. Aut si quis inflammatione labor & aut arthritide biliosa & ei folia hyosciami admoueat, dolorem stupefaciendo leniet: sunt quædam etiam quæ materiam parti impactam per halitum digerunt, de quibus in morbi declinatione sæpe vtimus, quæque in narcoticorum genere à nonnullis reponuntur. Si verò dolor est caloris particeps, remedia quæ defluxionem inhibent & ardorem temperant huic affectui maximè congruunt, qualia sunt muceago, sem. psyllii aut cotoneorum aqua plantaginis aut rosarum extracta: aut succus seridis, aut lentis palustris, portulacæ, aut papaueris, aut mandragoræ, aut solani, aut semperuiui, cum pauco aceti pro vehiculo. Non enim eadem est ratio in admotis quæ in assumptis. Aut horum loco vti licebit oxycrato, cum pauco croci, quum ardor est vehementior. Vel immergantur articuli in frigidam: vel aqua rosarum cum oui albumine aut lacte muliebri.

müliebri. Inter composita quæ in officinis extant parata, sunt oleum rosatum omphac. myrthinum, lentiscinum, cydoniorum, vnguentum rosatum, aut album Gal. cum tantillo caphuræ, & quæ ex tempore quisque suo marie componere potest quæ inhibendæ defluxioni plurimum valent. Hic non vtendum emplasticis qualia sunt bolus armena, amyllum &c. quod suo lentore meatus oblinunt, & sic humoris morbifici exhalationem impediunt, & partem iam debilitatam suo pondere aggrauant. Nunc de topicis in causa calida.

Si manus arthritide laborant, & æger est plethoricus, educatur sanguis ex opposito brachio: Si verò cacochymus, benigno pharmaco est purgandus, deinde fortiori est vtendum, vt dixi. Circa initium (& non in aliis temporibus) repellentia sunt adhibenda, non parti affectæ, sed axillari eiusdem partis seruata καὶ ἐξ, vt monet Hip. aphor. 23. sect. 5. *Εἰ τὸ ἄρθρον δὲ ἐν τῷ ἰσχυρῷ ἰσχυρῶς, ὀκότες αἱμορρογίαι ἢ μάλιν, μὴ ἐπαύται, ἀλλὰ δεῖ αὐτὰ ὀκότες ἄσπρη:* Frigido verò in his vtendum vnde fluit aut fluxurus sanguis est, non quidem eo loci, sed ad ea loca vnde influit admoto.

Si manus afficitur & causa est calida.

Si pes afficitur, eadem repellentia in præcautione descripta popliti sunt admouenda: si genu, internæ coxæ: si ischion, ossi sacro admouebuntur. Vcl

Si pes afficitur, aut genu, aut ischion.

℞. Aquæ fabrorum, ℥. viii. aquæ rosarum, & plantag. vtriusque ℥. 4. aquæ absinthii pont. ma. seu vulg. ℥. ii. in his coquantur in fistili buc. sumach. & myrthillorum, vtr. ℥. i. & cum spōgia foue non partem affectam, sed altius ad inhibendam fluxionem tepidè, & non calidè. In articulorum doloribus, per multa vagari oportet remedia, ne vni assueta natura eius vires contemnat, autore Gal. 4. sanit. tuendæ.

Pomentum ab initio vsurpandū

℞. Aquarum stillatitiarum solani, & pediculi rosarum, vtr. ℥. vi. in his macera sem. althææ, & cotoneorum, aut psyllii si magnus est ardor vtriusque ℥. s. Muccago expressa tepidè parti dolenti inducatur locis dolentibus cum stupis aut pannis lineis mundis, quæ cum arefcere incipient alia imponantur, vt pars semper madida appareat, dum rubor, calor, & dolor omnis sublatus fuerit. Hoc remedium strenuè sedat dolorem, & ardorem podagræ, gonagræ, & chiragræ, præsertim si addideris (pro vehiculo & calore partis insito) caphuræ, & croci, vtriusque ℥. i. erit efficacius. Incipientibus doloribus pinguia, & metallica aduersantur: inclinantibus vero vsur-

Aliud pro parte affecta.

pari possunt, vt pars roboretur, hoc modo.

*Inclinante
malo ad
partis cor-
roborationem.*

℞. Oleorum myrthini, lentischi, & rosati omphacini, sing. ℥. i. succi umbilici veneris, vel semperuiui ma. ℥. i. s. acer. rosati, ℥. s. croci, ℥. s. sine coctione in linimenti formam agitentur & cum penna pars affecta illinetur, frigidè si æstas, aut tepidè si hyems fuerit, ter aut quater in die panno lineo tenui apposito. Vel

Aliud.

℞. Vnguenti rosati, ℥. 4. succi cucurbitæ, aut melonis, & olei lentischi, aut alterius astringentis, vtriusque ℥. i. aceti rosati, ℥. s. fiat linimentum vsui dicto. Vel

*Aliud li-
nimentum.*

℞. Olei myrthini, ℥. ii. muccag. sem. psyllii aqua rosarum extracta, ℥. i. aceti, ℥. s. opii, ℥. i. croci, ℥. i. fiat linimentum vsui dicto. In capitis doloribus opium non esset castigandum, croco, (quia caput tentat, sed cum castorio quia materiam digerit parti impactam.

*Pro pau-
peribus.*

Si æger est pauper, parti affectæ admoueat folia hyoscyami, aut mandragoræ, cruda potius quam cocta, sæpe mutanda, dum calor, rubor & dolor extinguatur, & non insitus in ægri perniciem. Vel horum loco paretur sequens

*V. pro pau-
peribus.*

℞. Vnguenti populei, & rosati Mes. vtr. ℥. i. croci, ℥. i. misce pro litu partis malè affectæ. Vnguentum nutritum non conuenit ob lithargyrium.

*Vng. ano-
dynam.*

℞. Muccag. sem. psyllii, & cotoneorum, ex aceto, & aqua rosarum extracta, vtriusque ℥. ii. olei rosati omphacini, aut alterius astringentis, ℥. i. vitellos duos ouorum, croci, ℥. i. agitentur diu in mortario in linimentum, vsui dicto. Vel muccaginis loco, sume tantundem succi rasuræ cucurbitæ, vel melonis vel salicis, vel arundinis, quo illinetur pars tepidè (si sit hyems) aut frigidè si æstas. Vel

Aliud.

℞. Olei è sem. cucurbitæ, ℥. ii. vitellum vnum oui, croci, ℥. i. misce vsui dicto. Vel si hæc non sufficiunt ad extinguendum ardorem adde opii, ℥. i. Vel

*Cataplas-
ma.*

℞. Medullæ panis albi adhuc calentis, lb. i. macera in lacte vaccino aut capræ, deinde pistetur in mortario cum muccaginis sem. psyllii aqua ros. extracta, ℥. ii. cassiæ recens à canna extracta, & mundata, ℥. i. axungie gallinæ recentis, (si initium fuerit morbi) si verò status aut declinatio, veteris, vbi magis digerendum, & olei rosati, (si sit erysipelas) vel chamæmeli, si aliquid sit piritæ quantum suffi. vitellos duos ouorum. Si magis anodynum requiritis, adde rasuræ cucurbitæ vel melo-

nis, si æstas fuerit, ℥. β. & si hyems opii, ℥. i. Vel

℥. Medullæ cassiæ recens extractæ ℥. 4. muccag. sem. psyllii, *Aliud.*

& facis olei rosati omphacini, vtriusque ℥. ii. croci ℥. i. fiat catapl. vsui dicto. Si morbus fuerit in declinatione, discutere per halitum oportet reliquias humoris litu aliquo oleo discutiente, nempe vulpino, chamæmelino, irino, cheirino, lumbr. in quo, coxerint rana viua præmissa sequenti fotu. *Pro declinatione.*

℥. Abrotani, absinthii, betonica, sampsuchi, saluix, & chamæpit. singul. m. i. florum chamæm. meliloti, stœch. Arab. centaureii minoris, singul. m. β. coque in aqua, addendo sub finem vini optimi, ℔. i. & cum spongia noua foue partem, vel huius decocti excipiat vaporem in quo extincti fuerint silices igniti. Deinde eandem partem illine ex aliquo oleo ex præscriptis. Si adhuc fluxionis aliqua fuerit suspitio, vttere sequenti cataplasmate. *Fomentum.*

℥. Farinæ lupinorum, ℔. i. coque in sapa, aut melle, aut oxymelle simpl. & fiat cataplasma tepidè, & non frigidè partem admouendum. *Cataplasma*

℥. Pul. florum anethi, chamæmeli, meliloti, & sambuci, singul. ℥. ii. farinæ lini, fœnugr. & hordei, singul. ℥. vi. Excipiantur muccag. rad. althææ, & oleo liliorum in cataplasma: cui adde croci, ℥. ii. reliquias humoris discutit. *Aliud.*

Pauperes foueant partem affectam vrina pueri cum sale: aut succo ebuli cum oleo chamæmeli: aut pro cataplasmate admoueant stercus yaccinum recens. Aut emplastrum palmeum, aut diachyllum ircatum, aut ceroneum cum oleo cheirino aut irino, addendo pul. hermodact. & chamæpit. vtriusque q. s. *Remedia pro pauperibus.*

Si causa arthritidis à capite scaturit, iuuabunt frictions partium inferiorum, cum linteis calidis, & potiones sudoriferæ ex decocto rad. chinæ, aut sarzæ parillæ, cum ligno sassâfras, & non cum gaiaco ad humoris reliquias discutendas.

Curatio Arthritis si ab humore frigido scaturit.

HÆc Arthritis tribus etiam absoluetur scopis: nempe vitæ calfaciente & siccante qualis descriptus fuit cap. de paralyfi pag. 82. Deinde purgantibus medicamentis initio benignis cum quadam astrictione qualia descripta sunt pag. 856. & 857. vitando acria, attenuantia, diuretica & acetum recipientia, narcotica, & repellentia, vt in superiori curatione diximus: denique topicis postea describendis vtendum erit.

Imprimis ventriculo prospiciendum vnde mali labes, deinde cerebro, per agaricum trochiscatum, rhabarbarum, myrobalanos cepulas, detractis omnib. aromaticis tenuioribus (ab initio) eo quod caput replent & carinariam inducunt. At in morbi declinatione aromata vsurpari poterunt, eo quod humoris reliquias digerunt, & resoluunt. Purgato igitur corpore & tentatis sudorificis ibidem descriptis, ad topica sequentia deueniendum erit.

*Topica
quum à ca-
pitis fluxio
oriatur.
Suffims.*

℞. Rad. acori veri falso calami arom. in officinis nuncupati, cyperi, ligni aloës, corticis thuris, masticis, baccarum myrthi, gummi, iuniperi, rosarum rub. & stœchadis Arab. singul. ʒ. ii. caryophyl. macis, & ladani puri, singul. ʒ. i. β. styracis cal. & beniuini, vtriusque ʒ. i. pulueres excipiantur terebinthina & fiant pastilli lupinares, quibus siccatis (in umbra) & iniectis super prunas, aut cineres calidos suffiantur cooperimenta capitis nocturna, & inclinato capite, ore aperto, excipiat vaporem continuando.

Errhinum.

℞. Succorum anagallidis, caulem quadratum & florem purpureum ferentis, & sampsuchi, & rad. cyclæ depuratorum, singul. ʒ. i. β. vini albi, ʒ. ii. mellis rosati tantundem, fiat errhinum mane exonerata prius aluo (si fieri potest) tepidè per nares trahendum ore aqua pleno ieiuno ventriculo. Vel

*Aliud, sed
secum.*

℞. Pul. piperis longi, ʒ. i. nucis mosch. caryophyl. cardamomi, cubearum, & pyretri, singul. ʒ. β. cum melle despumato & cocto fiat massa solida qua parentur veluti turundæ naribus indendæ, quas nasalia vocant. Vel pul. excipiatur cera, & forma obeliscos vsui dicto. Vel pul. in nares iniiciatur cum aliquo calamo.

℞. Masticis, ʒ. iij. staphisagriæ, pyretri, & piperis longi, singul. ʒ. ii. cubearum, ʒ. i. fiat pulvis cum pulpa passularum, forma pastillos lupinares quorum quotidie mane masticabit vnū spatio horæ quadrantis expuendo saliuam in lāce quæ ab ore defluet. Aut sine pulpa passularum pul. excipiat in nodulos laxos cum serico rubro aut panno lineo tenui quorum mane masticabit vnum, vt supra etiam prius exonerata aluo diu continuando.

*Aphleg-
matis.*

Vel horum loco masticabit folia aliquot nicotianæ vel radicem tabaci.

Arthritica calida tam simplicia quam composita, toto morbi decursu sumenda, sunt, radices aristolochiæ, narcissi, ari, cyclamini, chrisanthemi. Diosc. vulgo sigilli beatæ Mariæ, seu vitis nigræ, Matth. ebuli, helonii, iridis, hermodact. Et si materia obduruerit, cucumeris agrestis, liliorum, althææ, &c. Herbarum chamæpith. chamædr. betonicæ, primulæ ueris, calaminthes, sampsuchi, saluiæ, melissæ, origani, pulegii, thymi. Semina, lini, fœnugræci, vrticæ, nasturtii, 4. sem. cal. ma. & minora, baccæ iuniperi, lauri, farinæ hordei, lupinorum, orobi, lentium, fabarum. Flores centaurii mi. anethi, chamæm. meliloti, stœchadis vtriusque, toris mar. hyperici, leucoi, sambuci, &c. Ex aromatis crocus, myrrha, castorium, euphorbium, thus, cespis, bdellium, opopanax, galbanum, sagapenum, ammoniacum: hæc neruorum nodos calfaciunt, discutiunt, & emolliunt.

*Arthriti-
ca calida
tam simpl.
quã comp.*

Composita, sunt olea chamæmeli, anethi, lumbricorum, vulpini, irini, cheirini, absinthii, narcissi, castorii, terebinthinæ, de croco, de cera, de melle, de ouorum vitellis, petrolei, euphorbii, de lateribus, de ranis. Axungia antiquæ apri, equi, taxi, marmotanæ, leonis, mulæ, & vrsæ. Vnguenta 4. calida Agrippæ, aregonis, althææ, martiati (martiani potius ab inuenteore quam martiati legendum censerem) & quamplurima alia ex quibus quisque pro arbitrato componat, vel vtatur sequentibus.

℞. Fol. absinthii p. maioris, sampsuchi, & chamæpit. singul. m. i. florum chamæm. & sambuci, centaurii mi. singul. m. ʒ. coque in aqua suffi. ad lb. i. colaturæ infundē micæ panis albi 4. tria. Deinde tere in mortario lapideo cum olei chamæmeli, & axungia gallinæ, vtr. ʒ. ii. & pul. croci, ʒ. ii. fiat catapl.

SSS ff iij

*Anodyna
pro initio
& augmē-
to.
Cataplas-
ma.*

Aliud.

℞. Panis cibarii è clibano mox exeuntis ℥. i. vino nigro saturetur, pistetur in mortario: deinde adde olei chamæmeli, ℥. ii. vitellos 4. ouorum & pulue. croci, ℥. ii. vel eadem mica calens excipiatur melle despumato cum vitellis ouorum & oleo de croco, & fiat cataplasma parti calidè admouendum & bis in die renouandum.

Aliud pro pauperibus

℞. Stercoris vaccæ siccati, & puluerizati, ℥. i. salis communis puluerizati, ℥. ii. pul. cymini, sulphuris, & aluminis, singul. ℥. i. sinapi, ℥. ℞. cum melle desp. fiat catapl.

℞. Muccag. rad. althææ, lini, & scœnugr. in aqua saluix extractæ, ℥. iii. oleorum lumbricorum, liliorum, & irini, vel sambuci, & pul. hermodact. singul. ℥. i. axungix vulpis, & anseris, medullæ cerui, aut vituli, singul. ℥. ℞. pul. iridis Flo. ℥. ii. croci, & castorij, vtriusque ℥. ℞. fiat vnguentum sine coctura, quo pars dolens si tumida est, bis aut ter in die illinetur, linteis calidis appositis diu continuando. Vel

Emplastrū

℞. Vnguenti præscripti, ℥. iii. pul. rad. aristolochiæ rotundæ, myrrha, thuris, galbani, opopanax, & terebinthinæ, singul. ℥. ℞. ceræ quantum suffi. fiat massa emplastri super alutam (iustæ magnitudinis) extendenda, parti admouendam & renouandam quoties videbitur. Sequentia statui & declinationi aptari poterunt.

℞. Oleorum terebinthinæ, & vitellorum ouorum, vel nucis indicæ, vel croci vtriusque ℥. ii. misce ad litum partis affectæ calidè bis aut ter in die. Vel

*Linimentū
Cataplasma.*

℞. Farinæ lupinorum, & fabarum, vtriusque ℥. ii. olei nucis indicæ, vel croci vtriusque ℥. ii. misce ad litum partis affectæ calidè bis aut ter in die. Vel

Vnguentū.

℞. Vnguenti aregonis, & martiati, vtriusque ℥. ii. olei vulpini, ℥. i. pul. hermodact. ℥. iii. pul. aristol. rot. & chamæpith. & sulphuris, singul. ℥. i. ℞. fiat vnguentum quo pars malè affecta calidè illinetur, addendo inunctionis tempore guttas aliquot aquæ vitæ pro vehiculo.

Aliud vnguentum.

℞. Butyri rancidi vetustate, æsopi humidæ, & axungix vrsi, vel traxi, singul. ℥. i. ℞. mucag. rad. althææ, lini, & scœnugræ, ci singul. ℥. i. pul. iridis Flo. gummi ammoniaci vino soluti, & ad mellis crassitudinem cocti, vtriusque ℥. vi. pul. castorii, ℥. iii. croci, ℥. iii. facis olei liliorum, vel lumbricorum quantum suffi. fiat vnguentum pro litu partis affectæ.

Si datur facultas & aëris constitutio permittit, balnea naturalia eaque sulphurea erunt ex usu; ad reliquias *De balneis sulphureis.* humoris morbifici discutendum. Deinde ad articulo- rum corroboracionem utatur balneo aluminoso quale extat Aquisgrani Allobrogum: vel in huius penuria tempore vinde- miarum calcet vas per multos dies, vel in earum botris sepe- liatur pars affecta in quibus sudabit per horam aut sesquialte- ram, exonerata prius alio per multos dies continuando.

℞. Galangæ crassioris, rad. cyperi, ebuli, & aristolo- *Thermas-*
chiæ longæ, sulphuris, singul. ℥b. β. herb. chamæpith. m. *ma/custia-*
iiii. origani, calamenti, betonicæ, saluæ, primulæu. sam- *pha & bal-*
puchi, & pulegii, singul. m. iii. salis, & fœnugræci, vtr. ℥. *neum.*
iiii. florum stœchadis, rorismar. hyperici, chamæmeli, me-
liloti, & rosarum rub. singul. p. iii. coquantur in æquis parti-
bus aquæ fabrorum & vini rubri pro balneo totius corporis,
vel foueatur tantum pars affecta cum spongia. Si in balneo
(ob eius debilitatem) ingredi nequeat, vel veretur, excipiat
vaporem cum silicibus ignitis in eo extinctis vel cū spongiis.

Si pars est roboranda, decoctioni adde aluminis rupani,
℥b. β. deinde inungantur artus oleo petrolei, vel de ranis, vel
oleo terebinthinæ: vel theriaca antiqua dissoluta in oleo
anethi, vel thymi, vel laurini, vel rutacci si adsunt flatus.

℞. Saluæ, chamæpithis & primulæueris, singul. m. i. *Oleum ar-*
β. origani, calamenti, sampuchi, pulegii, lauendulæ sin- *tificiale.*
gul. m. i. baccarum lauri, & iuniperi, sem. ebuli, & hermo-
daetyllosum, singul. ℥. i. β. aluminis, & salis, vtr. ℥. vi. flo-
rum chamæmeli, spicæ nostratis, stœcadis, & rorismarini,
singul. p. ii. caryophyl. contusorum, ℥. iii. vini optimi, &
olei rosati omphacini, vtriusque ℥b. i. macerentur horis 24.
in fictili vitrato diligenter obturato ne quid expiret, super ci-
neres calidos: Deinde in eodem fictili bulliant per horam:
rum colaturæ noua simplicia macerentur, & coquantur vt su-
pra, & ex hoc oleo ter in die illinentur artus. Vel huius loco
illinentur oleo ceræ vel è sem. ebuli. Vel fiat sequens

℞. Massæ emplastri diachylli iteati, & oxycrocci, vel de ra- *Emplastrum*
nis duplicato mercurio (si à lue venerea originem duxerit)
vtr. ℥b. β. stercoris capræ, & vaccæ sicci, & puluerati, vtr. ℥. i.
pul. hermodact. & chamæpit. vtr. ℥. β. cum pauco olei de late-
ribus, aut philosophorum, fiat ceratū aut empl. quod parti do-

Pro pauperibus
 lenti admoveatur. Vel huius loco illine partem dolentem succo saepe: deinde aspergatur pul. piperis nigri. Hoc remedio utantur pauperes.

Aliud empl.

℞. Gummi pini, picis naualis, & emplastri oxycrocei, singul. ℥. i. sulphuris vini & hermodact. puluerizatorum, vtriusque ℥. β. olei terobinthinae, q. s. fiat empl. parti admoveendum post purgationem.

De Articulorum Tophis curandis.

TOphus siue nodus, qui in Articulis generatur, fit initio ab humore tenui, qui tandem caloris nostri vehementia, aut medicamentorum appositorum vi, crassescit, & parte tenuiore dissipata, dissolutaque, sax quaedam terrena manet, quae in manifestum Tophum & calculum digitorum praesertim concretescit. Ea est arthritidis nodosa qua dissiliunt articuli, distorquentur, & pereunte motu incurvescunt. Hinc illud Ouidii, Soluere nodosam nescit medicina Podagram. Si quis hos curare cupit, priusquam ille humor in calculum profusus indurescat veluti tumor scirrhusus est sollicitandus medicamentis emollientibus & partim digerentibus.

Nam ubi contrariorum remediorum vsu utendum, nusquam altero utemur neglecto priore: sed vel temperatis vi oportet, vel ex mixtis contrariis: vel alternato contrariorum vsu, ut docuit Gal. 7. Meth. med. sic agendum in ventriculi frigidityte & hepatis caliditate, ubi contraria videntur vsurpanda esse remedia, hoc modo.

Fomentum
 digerens &
 emolliens
 Tophos.

℞. Rad. althææ, & liliorum, vtriusque ℥. β. bryoniae, & cucumeris asinini, vtriusque 4. i. foliorum maluae, violarum, & acanthi, singul. m. i. calamenti & chamæpith. vtriusque m. β. sem. lini, & foenugr. vtriusque 4. β. caricarum pinguium p. 4. florum viol. p. ii. chamæm. & meliloti, vtriusque p. i. coquantur in iure capitis, aut extorum veruccis, addendo olcorum liliorum, & amygd. dul. vel lini, vtriusque ℥. i. huius colaturae foveantur saepe tophi cum spongia: aut articuli (si fieri potest) maceant in iure mediocriter calente. Deinde illinetur pars axungia humana, aut taxi, aut vrsi, vel marmotanae, cum œsipo

aut

aut butyro recenti, vel vnguento dialthæas, aut resumptiuo, aut medulla cæri, aut vituli, addendo puluerem hermodactyl. & lumbricorum terrestrium vino lotorum & siccatorum, vtriusque plus minusue pro quantitate vnguenti quod scribetur. Vel

℥. Vnguenti resumptiuo, ℥. iiii. axingia humanæ, ℥. ii. *vnguentū.*
pul. hermodactyllorum, & lumbricorum terrestrium, vtriusque ℥. i. cum paucis olei cheirini, aut sambuci, fiat vnguentum quo illinentur tophi. Deinde admoue emplastrum præscriptum, aut quod sequitur.

℥. Vnguenti præscripti, ℥. iiii. gummium ammoniaci, *Emplastrū.*
sagapeni, & opopanacis, aceto solutor. cum bdellii & ad mellis spissitudinem coctorum, singul. ℥. β. ceræ quantum suffi. fiat massa emplatri, qua formentur emplastra iuxta magnitudinis partibus nodosis admouenda post vsum vnguenti præscripti. Gal. lib. 10. simpl. medic. commendat cataplasma ex caseo veteri in iure pernæ vel cruris suillæ salitæ, macerato & subactō, quo non vtendum nisi prius aliis tentatis remediis. Et vt paucis expediam, quæcunque scirthis conueniunt simili modo & tophis. Interdum succedente noua fluxione, rumpuntur per se & suppurantur. Euacuato humore lacteo, paulo post materia gypsea (tophorum effeatrix) subsequitur.

De Ischiade.

C A P. L X X X X I I I.

Ishias siue Coxendix, est morbus articularis qui à parte affecta nomen accepit, ex iisdem causis & causæ occasionibus quibus arthritidis excitatur. Omnium est vehementissima, quæ sedem habet, non in eo articulo quo femoris caput in coxendicem inseritur, sed altius summam natem, qua nerui lumbis & ab osse sacro emergentes feruntur in crura, & interdum vsq; ad extremos articulos. Post alios morbos & præcipue post febres quotidianas sæpe excitari solet. Rarè tumor inest conspicuus, rarius calor aut rubor, quod eius loci summa cutis, venis minimè conspersa sit. Ab initio si materia pauca defluerit, frictione sola dolor sedatur.

De Teeg.
πιδ.

Contra, si multa fuerit, curabitur victu, reuulsione, euacuatione, purgatione & topicis post scribendis.

1.
De victu.

Victus sit calidus & siccus, si causa morbifica est frigida: ut plerunque accidit: si calida, frigidus & humidus. Sorbitiones omnes fugiendæ, pisces, legumina, caseus; fructus fugaces, Venus, & vini potus immoderatus, & somnus diurnus. Carnibus assis est utendum: loco vini utatur prisana aut hydromelle, aut hydrosaccharo: sin minus ubi vites sunt deiectæ vino tortiuo aut oligophoro, potui parcendum: carnes sint boni succi & minimè excrementitæ, assæ potius quam elixæ, quales sunt auium in montibus, collibus, & dumetis viuentium, & non in aquis. Si veruece, capis, gallinis elixis interdum uti licet, alterentur saluia, maiorana, hysopo, herpillo, fœniculo, roremarino, & similibus.

Si interdum piscibus est utendum, sint marini, aut fluuiatiles, carne dura & friabili præditi, super crateram assi potius quam elixi aut fricti: inædia, somnus, vigilia, & exercitium sint moderata. Oua sorbilia, butyrum recens, vuz damascenæ, & corinthiæ, ficus recentes, nuclei pinei, &c. concedi possunt in sine pastus: & pruna ex aqua & saccharo cocta, in initio. Aluus libera esse debet, quæ si talis non fuerit glande, aut clysmate erit sollicitanda. Animi pathemata (excepto gaudio) quantum fieri poterit sunt fugienda.

Inædiam si ferre nequeunt, quæ corpora siccant, auctore Hipocr. aphor. 59. sectione 7. cibi offerantur qui parum nutriant, extenuent, & siccant, ex Aërii & Pauli consilio.

2.
De reuulsione.

Secundus curationis scopus commodè absoluetur vomitione quæ plus prodest, quam purgatio, eo quod sursum reuellit humores, & euacuat qui in ventriculo continebantur: & non tantum huic affectui, verum etiam nephritidi, & colico dolori.

3.
De vacuatione.

Si igitur vomitus non fuerit spontinus, sollicitetur vomitu in præcautione scripto: Vacuatio fieri debet per venæ sectionem si æger est iuuenis, aut plethoricus, ex axillari quæ ex directo fuerit ad purgationem: deinde ad deriuationem ex poplite aut talo calida existente materia. Iuxta malleolum arteria secta inueteratos coxendicum dolores lenit qui iamdiu inualuere, Fernelius lib. 2. Methodi capite 18. In frīgida causa axillaris vena non est aperienda, sed tantum poplitis, quum dolor est acerbissimus, idque in parua quantitate, ne à

superioribus partibus humores in partem affectam trahantur, & dolorem ingeminent. At Gainerius aperit tantum tali venam externam, vel annularem, quæ sita est inter minimum digitum & sibi vicinum. Quantitas decernenda pro viribus & cuiusque ætate & anni tempore, præmissis clystere acri in præcautione descripta si necessitas postulat.

Si vteri vitio fuerit, aut à suppressis mensibus, aut hæmorrhoidibus, interiori coxæ quæ è directo fuerit, cucurbita cum scarificatione, aut huius loco hirudo famelica & in aqua pura repurgata podici admoueat. Hip. li. de aère, aquis & locis & li. de genitura, & 6. epid. sect. 5. textu 22. non satis manifesta ratione in curatione coxendicis venas pone aures aperit, neque ex earum sectione homines steriles fiunt in Europa. Verum esse potest in Aethiopia & Scythia, in quibus regionibus aliter viuunt quam Europæi.

℞. Fol. maluz, mercur. betonica, & chamæpith. singul. m. i. stœchadis Arabica, melissæ, & centaurii mi. singul. m. β. bac. lauri, ʒ. vi. florum chamæmeli, & anethi, vtriusque p. i. agarici, ʒ. ii. coque in aqua ad ℥. i. colaturæ dissolue hieræ pachii, ʒ. vi. mellis anthosati, & olei chamæm. vtr. ʒ. i. β. fiat clyster supponendus loco eius qui descriptus fuit in præcautione ante venarum sectionem. Aut

℞. Polypodii querni contusi, ʒ. β. carthami, & sennæ mund. vtriusque ʒ. iii. hermodactyllorum, ʒ. i. β. sem. fœniculi, ʒ. iii. chamæpit. m. β. caryophyl. integrorum nu. iii. coque in aqua ad ʒ. iii. infunde elect. indi ma. si pituita: vel elect. rosati Mes. si bilis: vel diaphœnici si bilis, & pituita expurganda veniunt, ʒ. vi. agasici troch. vel myrobal. cepularum oleo amygd. dul. confriatarum si pituita: vel si bilis rhabarbari vel myrobal. citrearum vt supra confriatarum, ʒ. iii. per noctem super cineres cal. expressum detur summo mane. Vel huius loco ca. sequentes pilulas quæ potentiùs à longinquo trahunt.

℞. Troch. alhandaal (si pituita) vel diadaerydii (si bilis educenda) grana iii. massæ pilularij de hermodact. vel arthriticarum, & cocciarum, vtr. ʒ. ii. cum guttis aliquot syr. stœchadis forma pil. 6. aut 8. deauratas quas cap. post primû somnum. Expurgata corporis prima regione, humores crassi & lenti (qui ad summam partem qua nerui à lumbis, & ab ossæ sacro emergunt vt dixi) sunt incidendi, attenuandi, & detergendi, vt docuit Hip. apho. 9. sect. 2. & Gal. sequenti iulepo.

Iulepus.

℞. Syrupi stœchadis, mellis rosati colati, & syrupi conseruat. rad. acori vulg. singul. ℥. i. ℞. aquarum stillatitiarum betonicæ, & chamæpith. si pituita præpollet: vel endiuiz, (si bilis) & cichorii, vtriusque ℥. vi. fiat iulepus clarificatus, & si vis aromat. pul. pleris arcôticon ℥. ℞. pro tribus dosibus, vel post singulas doses cap. tabellam vnam diambraz. Vel

Apozema.

℞. Ligni indici (si pituita) vel sarzæ parillæ (si bilis) & rad. acori vulg. vtr. ℥. i. ℞. rad. helenii, & peoniæ, cort. citrii siccz, singul. ℥. ℞. herb. chamæpith. primulæ ueris, & betonicæ, maioranæ, singul. m. i. vel si causâ est calida, harum loco cichorii cum rad. m. ii. lupuli fumariz, scabiosæ, singul. m. i. ficuum pa. vi. sem. ocimi, & siseleos si pituita, vtriusque ℥. ℞. vel tantundem sem. acetosæ, portul. & endiuiz si bilis præpollet: florum thymi, stœchadis, & saluiz, si pituita: vel bugl. & rorism. si bilis, singul. p. i. coquantur in hydromelle, si pituita, vel in aqua, si bilis ad 4. v. Colatura dulcoretur sacch. & aromat. cinnamomo fiat apozema pro 4. matutinis.

Pilule pro astate.

℞. Massæ pil. artheticarum si bilis, vel de hermodact. ma. si pituita ℥. iiii. rhab. optimi ℥. ii. agarici troch. ℥. i. cinnamo. ℥. ℞. cum melle rosato fiat massa ex cuius media parte formentur pilulæ vi. deauratz quas cap. finito apozemate. Reliquum verò post 8. dies.

Pilula alia pro hyeme.

℞. Zingiberis, salis gemmei, & troch. alhandaal, singul. ℥. ℞. castorii, myrrhæ & sarcocollæ, singul. ℥. ii. rhabarb. selecti ℥. iiii. agarici troch. ℥. ii. aloës socotorinæ ℥. ℞. aut 3. vi. cum syrupo stœchadis forma massam, è cuius 3. i. aut ℥. iiii. fiant pilulæ vi. quas cap. bis aut ter in mense hyemis tempore. Vel

Massa pilularum.

℞. Aloës socotorinæ, ℥. ℞. agarici troch. ℥. ii. hermodactylorum, rhabarbari, myrobal. citrearum, & cepularum, oleo amygd. dul. confricatarum, singul. ℥. iiii. zingiberis ℥. ii. rosarum rub. masticeis, & scammonii, singul. ℥. i. cum oxymelle scillitico, fiat massa è cuius dragmâ fiant pilulæ sex quas cap. vt dixi. Vel si pilulæ displicent cap. sequentem potionem.

Portio purgans.

℞. Nardi Ind. minutim incisæ, ℥. ℞. agarici troch. 3. i. vel rhabarbari si bilis 3. ii. elect. de citro solutiui, vel elect. indima. aut diacarthami, 3. vi. infundantur simul in decocto chamæpith. saluiz, fructuum communi. & florum rorism. & buglossi, super cineres cal. Expressioni dissolue syrupi rosati sol. 3. i. fiat portio diluculo sumenda. Sequenti die mane cap. bolum sequentem.

2. Conserua florum lili conuallii si extiterit, vel florum primulæueris, ʒ. ii. theriacæ veteris & probatæ, aut mithridatii, aut aureæ Alexandrinæ, ʒ. i. cum saccharo fiat bolus horis 4. antè prandium deuorandus.

Præter arthritica calida tam simplicia quam composita, in curatione arthritidis à causa frigida cap. præcedenti enunciata: in officinis nonnulla extant parata quæ hic ascribenda duxi, ex quibus parari possunt electuaria, opiatæ, condita, mixtura, pro Medici studio & laborantis facilitate & palato: cuiusmodi est caryocostinum, diacorallium ab Alexandro Tralliano celebratum: aurea Alexandrina, mithridatiûm, theriaca, conserua rad. acori vulg. conserua rad. helenii, zingiber viride conditum, cortex citrii cond. & nux mosch. condita, & myrobalani conditæ, nux iuglans etiam saccharo aut melle condita. Conserua florum saluix, betonicæ, primulæueris, rorismar. stœchadis Arab. lili conuallii & rosarum, pul. diambrix, rosata nouella, diamoschum, pleres arconticum, diagalanga, & aromaticum rosatum Gabrielis, & multa alia antidota. His nonnulla alia ascribi possunt quæ à forma specifica agere creduntur: qualia sunt ossa humana & præcipuè eius partis cuius simili dolore tentatur, vel alterius animalis. Hæc enim siccando, humorem absorbunt & neruos roborant. Videmus enim plurima alia remedia quæ similitudine agunt, quorum nulla ratio probabilis dari potest. Nonnulli sunt qui lupi anhelitum (tametsi animal vorax sit) perutile esse probarunt: nunquam sum expertus. Hic affectus sæpe remediis arte paratis, & longa experientia probatis, non curatur: quia aut est hereditarius, aut inueteratus, aut ægrotantes sunt intemperati, aut Medicinæ præceptis parere recusant. Contra si Medicorum consilio obtemperant, & faciliè vtuntur remediis quæ illis præscribuntur, & ex præscriptis non sunt sanitati restituti quomodo non expertis? Si ob morbi contumaciam vtantur syrupo magistrali descripto in curatione prophylactica Arthritidis pag 848. & 849. Vel æger epicrasticè purgabitur massa pilularum supra descripta. Et si anni tempus, ætas, & vires consentiunt, per mensem vtatur decocto hydrotico, ex ligno gaiaci præparato (si humor pituitosus præpollet) vel ex rad. chinæ recentis & non cariosæ, vel zarzæ parillæ (si biliosus) vt loco citato annotaui. Vel hydro-

Bolus.
Flores lili
conuallii
valent ad-
uersus cè-
rebrî &
neruorum
morbos ex
intemperie
frig. & hu-
mida: sed
ingrati sũt
saporis ob
amarorem.

tici loco, consulat thermas sulphureas, aut nitrosas quales sunt Aquisgrani Allobrogū, & Borb. balnea artificialia aquæ dul. ab omnibus improbantur quia articulos relaxant, quibus laxatis, humores citatiore cursu in articulos ruunt. Vel interiori parti poplitis cauterium potentiale admouere oportet.

De topicis
s.

Topicorum hic non est eadem ratio, ut in cæteris arthritidis speciebus in quibus repellentia ab initio vsurpari possunt: in Ischiade verò nusquam, quia humor in profundo est situs: quinetiam repellentia sua frigiditate & astrictione sunt tardæ operationis, & partem quam attingunt stupefaciunt, ita ut ad partem affectam ubi est humor haud peruenire possunt, & sic horum vsu, dolor non leuatur. Sed initio areoticis siue digerentibus est utendum: qualia fuerint declarauimus in genuina arthritidis curatione pag. 858. quibus adde gummii caragnei. Emplastrum Ioannis Vigonis, oxycroceum, ceroneum, & diachyllum gummatum, & ireatum addendo quædam arthretica ibidem enunciata, radix cyclamini cissanthemi Diosc. quam sigillum Mariæ nuncupat vulgus, cruda & non cocta cum axungia veteri subacta & parti affectæ cataplasmatibus instar apposita, veluti miraculo quodam à centro ad circumferentiam humorem allicit & resoluit. Vel

Fomentum
ab intimis
partibus ad
extimas
trahens.

℞. Iuæ arthetice, rutæ, calamenti, orig. pulegii, saluie, singulorum pares portiones (ubi euocandum erit, herbæ siccæ sunt vsurpandæ, ut in hoc loco, ubi verò emolliendum, virides & recentes) fiant duo sacculi intersuti, qui vino aut aceto, & aqua cocti, & parum expressi, parti dolenti applicentur bis, ter, aut quater in die. Tutius hic vsurpatur acetum, quam in aliis arthritidis speciebus. Non enim considerandum quale est præsidium quum admouetur, sed quale futurum erit quum ad partem affectam peruenierit. A foru nisi dolor leuatur, parti carnosæ applicetur cucurbita sine scarificatione, ut docuit Hip. lib. de locis in homine, idque post vniuersales purgationes. Neque aliud præstantius excogitari potest remedium quod potentius illo, & ocyus ab intimis partibus ad extimas trahat. Pauperes vtantur radice sigilli Mariæ ut supra.

In aliis verò arthritidis speciebus cucurbitæ parti affectæ aut proximiori appositæ nullo modo conueniunt, quod materiam antecedentem à partibus distantioribus ad dolentem

magis attrahant, quod maximè est verendum. Ea per interualla reperenda dum dolor desinat, vel paretur quod sequitur.

℞. Rad. aristolochiæ longæ, & cyperi, vel helenii, vtriusque ℥. ii. baccarum lauri, & iuniperi contusarum, vtriusque ℥. i. foliorum chamæpit. rutæ, pulegii, abrotani, marrubii albi, polii montani, singul. m. i. centaurii minoris, & lauendulæ, aut spicæ nostratis, vtr. m. s. schœnanthi, & summitatum anethi, florum chamæmeli, singul. p. ii. coquantur ex arte in aqua suffi. ad ℔. iii. & extra ignem iniice aquæ vitæ, vel aceti acris, ℔. i. & cum spongia (in decocto macerata & expressa) foue partem dolentem bis aut ter in die spatio vnius horæ ante cucurbitæ appositionem. Deinde calidè eadem pars sequenti illinetur.

Aliud fomentum validius.

℞. Vnguenti aregonis, & martiati, vtriusque ℥. ii. oleorum vulpini, rutacei, & de ranis, descript. Mes. & succorum rad. ebuli, vrticæ, & chamæpit. singul. ℥. i. pul. lumbricorum terrestrium vino generoso lotorum, & siccatorum, ℥. s. pul. colocynthidis, ℥. ii. axungie gallinæ, & anseris, vtriusque ℥. i. fiat vnguentum quo pars dolens ante luculentum ignem calidè post cucurbitularum appositionem illinetur, vt longa frictione manus, eius vis intro subeat. Vel

Vnguentum.

℞. Oleorum costini, & vulpini, vtriusque ℥. ii. axungie taxi, vtriusque ℥. i. muli, vel serpentis, singul. ℥. i. pul. hermodact. ℥. s. agarici, iridis, cort. capparorum, & pyretri singul. ℥. ii. pul. centaurii minoris, chamæmeli, & anethi, singul. ℥. i. cum cera fiat vnguentum quo nates, emunctoria, & coxæ calidè ante luculentum ignem illinentur, addendo inunctionis tempore guttas aliquot aquæ vitæ, pro vehiculo, vt sit efficacius. Vel

Vnguentum.

℞. Sem. iuniperi, & piperis nigri, vtriusque ℥. ii. olei chamæmeli, & succi cepæ, vtriusque ℥. ii. s. fiat cataplasma sine coctione patii affectæ tepidè admouendum, affabrè sedat dolorem. Vel quod sequitur.

Cataplasma pro partibus.

℞. Vnguenti martiani, & olei de castorio, vel de thymo arte chymica extracti, singul. ℥. ii. œsypi humidæ, & farinæ lolii vel lupinorum & pul. iridis, axungie serpentis, & taxi, & succi narsturtii seu iberidis agrestis, sing. ℥. i. s. fiat catapl. quod natis applicetur. Vel paretur illud quod cōmendauit Damocrates Medicus, paratum ex rad. lepidi contusis cū pari

Aliud. Pro partibus.

quantitate adipis suilli veteris. Aut illud quod comparatur ex semine sinapi cum scibus in mortario pro pauperibus. Aut pars dolens illinetur pul. euphorbii, cum oleo chamæmelino. Aut huius loco dissolue scammonium cum aceto acri, & vtere vt supra. Vel paretur quod sequitur.

Ceratum. ℞. Galbani, opopanacis, & ammoniaci aceto solutorum & ad mellis crassitiem coctorum, singul. ℥. ii. medullæ cruris vituli, & axungie struthiocameli, vel anatis, vel equi, singul. ℥. i. β. pul. myrrhæ, ℥. i. masticis, & hermodact. vtriusque ℥. β. chamæpiti. & florum hyperici, vtr. ℥. ii. ceræ q. s. fiat ceratum ossi Ischio admouendum. Vel

Emplastrū ℞. Gummi caragnei ℥. 4. extende super alutam ad magnitudinem mediæ philuræ papyros fiat emplastrum eidem parti admouendum. Vel

Aliud pro diuisibus. ℞. Massæ emplastri diachylli cum gummis, & Apostolici Chirurgi, vtr. ℥. ii. pul. hermodact. iridis Flo. & terebinthinæ, singul. ℥. β. fiat magdaleon quo parentur emplastra renouanda quoties opus erit parti admouenda.

Aliud. ℞. Succorum saluix, & cucumeris agrestis, vel ebuli, vtr. ℥. ii. terebinth. ℥. i. β. pul. hermodact. & stercoris columbini, vel vaccæ, vel capratum sicci, & puluerizati, vtr. ℥. i. gummium pini, ammoniaci, galbani, & opopanacis, aceto solutorum & ad mellis crassitudinem coctorum, axungie anseris, vulpis, aut anatis, & picis naualis, singul. ℥. i. pul. myrrhæ, styracis rubri, aloës, aristol. longæ, & rotundæ, iridis Flo. & calami arom. officinarum, singul. ℥. β. castorii, fæcis aceti siccatæ, & vltæ, sing. ℥. ii. oleorum lumbricorum, & laurini, & ceræ flauæ quantum videbitur, fiat massa ex qua parabitur empl. commendatissimum ad euacuandam materiam in acetabulo contentam ossi sacro admouendum. Si ex superioribus nihil proficitur paretur phœnigmus.

Phœnigmus. ℞. Semen sinapis, & vrticæ, vtriusque ℥. i. β. sulphuris vini, spumæ maris, aristolochiæ rotundæ, bdellii veri, aut myrrhæ pellucidæ, & ammoniaci aceto acerrimo (hec duo postrema) dissolutorum singul. ℥. i. hermodactyllorum, ℥. β. olei lumbricorum, vel irini, & ceræ q. s. fiat emplastrum coxæ & ossi Ischio admouendum; huic malo profuturum iudico: vel huius loco admoueatut vesicatorium ex cantharidibus &c. paratum & descriptum in nostra Paraphrasi Gallica in gratiam pharmacopœorum, vel huius loco pauperes vtantur

vrantur radice iberidis vel vatrachij & similibus. Si os femoris præ humoris p̄uitosi copia luxatur, ferro rutilante inuratur vt docuit Hip. aphor. vltimo sect. 6. Quibus diuturno Ischiadico dolore vexatur caput femoris coxa excidit, iis femur contabescit, & claudicant nisi vrantur. Idem cecinit Hip. lib. de articulis, & v. epid. in Hist. 7. Eupalenii. Nunc statui claudere riuos quia tanto labore sum defessus, etiam sat prata biberunt. Si quis plura desiderat, à me prætermiffa persequatur.

Παρα τὴν ἀρετῆν.

FINIS.



VVVVV

RERVM ET VERBORVM.

- Anorexia.** i. Cibi fastidium quid, & eius causa. 497. signa, prognostica & curatio si a causa calida & frigida. 498. 499. 500. 501
- Αντίαδω.** i. Tonsillarum descriptio. 86. qui propensi, signa & curatio. 387
- Άνθαξ.** i. Carbunculus quid; signa & prognostica. 190. curatio empirica & dogmatica. 191. 192
- Απείψια.** Βεγδωπείψια & Απείψια. i. Cruditus ventriculi, causa, signa & prognostica. 512. 513. 514. curatio à causa calida & frigida. 517. 518. varia gastrica simplicia & composita. ibid.
- Αποπλειςία.** seu Attonitus quid, & eius diuisio. 297. à quibus symptomatis differt. 297. eius causa. 298. qui in ea sunt propensi, & signa. 298. prognostica & curatio. 300.
- Απορροα.** Vide in dictione Abortus. 730
- Ascitis** curatio à causa calida. 640. curatio à causa frigida. 645
- Asthmatis** descriptio & differentia. 412. qui propensi, & causa. 413
- Asthmatis** signa. 414. tuberculi signa & praesagia. 415. huius curatio. 425
- Asthmatis** curatio vniuersalis. 426. medicamenta tam simplicia quam composita illi aptanda. 419. 420. 421
- Asthmatis** curatio si a Catarrho aut à siccitate prouenerit. 424
- Arthritidis** variz sunt species quae denominationem sortiuntur à parte oblecta. 841. eius diuisio & causa externa & interna. 842. 843. solutio dubiorum de eius origine. 245. signa si a causa externa fuerit. 843. signa humoris dominantis. 845. signa si à capite, & signa coxendicis. 846
- Arthritidis** prognostica. 846. 847. curatio prophylactica. 848. 849
- Arthritidis** genuinae curatio. 858. 859. curatio si à causa frigida fuerit. 866. catalogus remediorum Arthriticorum simplicium & compositorum, & formulae secundum quatuor morbi tempora. 866. 867. 868. 869. de Arthritidis tophis curandis. 870
- Atrophia** quid, eius diuisio, & oculi Atrophia. 606. eius curatio. 606. 607
- Aurium** dolor quid, causa & signa. 343. prognostica & curatio. 344. 345. curatio à causa calida. 346
- ad Aurium** tinnitum empirica remedia. 346

B

- Bacca** hederæ non minus aquas hydropicorum, quam chamaelea educunt. 640
- Balnei** utilitas, & quibus morbis conuenit. 37
- Bechica** frigida incrassantia. 395. 396.
- Bechica** calida. ibid.
- Βεγδωπείψια** quid, 512. causa & signa. 512. 513. prognostica. 514.
- Βεγγυχος** quid, causa & signa. 366. 367. qui propensi. 368. prognostica & curatio. 368. 369. 370. eius curatio à causa calida. 372. 373. topica in causa calida. 374. 375
- Bubo** pestilens quid. 187. qui propensi, causa, signa, & prognostica. 187. 188. curatio. 189
- Βυλιμος.** i. magna Fames quid, eius causa externa & interna. 487. signa, prognostica & curatio à causa frigida. 488. 489. & sequentibus: curatio à causa calida. 493. curatio si a vermibus. 495.

I N D E X

C

- K** *Axiōma*. i. malus corporis habitus, causæ & signa. 623. 614. prognostica, & qui in ea sunt propensi. 624. 635. curatio in causa frigida. 625. in causa calida. 626.
- Calculus** renum & vesicæ quid, eius procreatio, & qui in eo sunt propensi. 625. signa distinctiva si in renibus aut vesicæ & prog. 677. curatio prophylactica. 6-8. genuina curatio. 681. catalogus medicamentorum quæ a qualitate manifesta & occulta calculos comminuunt. 683. 684
- Calor febrilis** est asciticus & non naturalis, qui est triplex, mitis, mordax seu acer, & malignus. 4.
- Caninus appetitus.** Vide in dictione Bulimos. 489
- Canon obseruandus** in componendis nephriticis remediis. 685
- Canon obseruandus** in componendis oxyrhodinis. 219. 239
- Canon obseruandus** in componendis stipticis & narcoticis. 411
- Canon Auicennæ** obseruandus in curatione diarrhææ. 532
- Canon obseruandus** in componendis remediis incidentibus quibus bechica sunt permiscenda. 420
- Canones medicatrices generales** qui in curandis febribus sunt obseruandi, & vnde sumuntur. 18. 29
- Canon obseruandus** in omni medicamento purgante & digerente: nonnulla astringentia sunt miscenda, vel quæ astringendo purgant.
- Canon obseruandus** in omnibus remediis internis & externis componendis. 712
- Capitis doloris differentia & causæ.** Vide in dictione Cephalææ. 232
- Caput multorum morborum** radix. 366.
- Carbunculus.** Vide in dictione Anthraxis. 190
- Catoches, Catalepsis, Cataphoræ & saporis differentia & curatio.** 223
- Catarrhus catachisticos** proprie quid; causæ & signa. 366. 367. prognosticum, 368. curatio a causa frigida. 369. curatio a causa calida. 371. 373. & seq.
- Cephalææ & Cephalalgie** descriptio & differentia. 232. causæ idiopathice & sympathice. 233. signa si ex intemperie, si consensu ventriculi, iecoris aut splenis. 234. 235 signa si consensu utrici, aut a vermibus, & præfagia. 235. curatio idiopathica a causa calida. 237. 238. curatio si a causa frigida. 242 curatio sympathica si vitio ventriculi. 243. si vitio hepatis, lienis, aut ex ebrietate, aut a morbo Neapolitano. 244
- Cerebrum leporis** a forma speculica tremorem sanat. 254
- Cibi fastidium.** Vide in dictione Anorexiæ. 457
- Cœliacæ & lientericæ differentia:** causæ utriusque symptomatis. 545
- Cœliacæ signa.** 546. signa lientericæ & prognostica. ibid. curatio si a pituita. 547. curatio si ab humore acri, aut ab ulcere ventriculi, & empirica remedia. 549
- Cœliacæ curatio** si ex paralyti, si a sumpto veneno, si ab inflammatione, si ex venarum meseraicarum obstructione. 551
- Cholera morbus** quid. 482. causæ & prognostica. 482. 483. curatio vniuersalis eius, ibid. curatio particularis. 484. si materia in ventriculo continetur quid agendū. 485. curatio si a venenato medicamento acciderit. 486

RERVM ET VERBORVM.

Colici & Ilei doloris descriptio. 573.
differentiæ à quibus distinguuntur, & causæ 573. qui propensiores, & horum signa 575. prognostica & curatio vniuersalis. 576

Constrictio oculi opponitur dilatationi. 340. prognostica & curatio. 341.

Conuulsio quid, & eius species. 245.
246. causæ & signa. 247. curatio. 249. 250.

Columella quid. 388. causæ, signa & curatio. 388. 389

Cordis palpitatio quid, causæ, & signa. 466. curatio in genere ibid. curatio si ab humore concluso in pericardio, si ab humoribus serosis in venis contentis; si à flatu, si consensu alicuius partis 467. cardiaca simplicia & composita 468. 469. curatio si ab epoto veneno aut ictu morsuue venenatæ ferz. 469. si ab vsu fungi venenati. 469. 470. curatio si à vermibus. 471. si à causa calida. 470

Coriza quid, causæ, signa, prognostica & curatio. Vide in dictione Catarrhi. 366. 367

Cruenta sputio quid. Vide in dictione Hæmoptisis. 400

Crisis in morbis salubribus & insalubribus fit sex modis. 46

Crisis imperfecta minatur recidivam. 34

D

Debilitas visus, Græcis *μωρία* duplex, insita & ascititia. 334. causæ & curatio. 334. 335

Delirium quid, & eius curatio. 214. 215.

Diaphragmatis curatio quomodo curanda. 176

Diarrhœa quid, & in quibus distat à reliquis fluxibus. 524

Diarrhœæ causæ & signa si ab aliqua intemperie, aut à ventriculo, aut ab hepate. 523. signa si à capite, aut ab ore, aut à lingua, aut à toto corpore, si est symptomatica aut cæca, si à vermibus, & prognostica. 526. qui in ea sunt propensi, & de curatione vniuersali. 527.

Diarrhœæ curatio si à toto corpore. 512. si à ventriculi cruditate aut vitio alimentorum. 514. si vitio hepatis, lienis, oris aut gingivarum. 516. curatio si à bile. 537. si ab humore melancholico, aut à colliqutatione, aut sumpto veneno, aut vitio vteri. 543. 544. 545

Diæresis, aut Diaurosis, Anastomosis & Diapedesis in quo differunt, & causæ. 400. 401. signa si à capite, aut à faucibus: si à gula: si ab arteria aspera; si à thorace, si à pulmone, si à ventriculo; si ab hepate, si ab arteriis aut à venis, si à ruptione, erosione, aut refudatione fuerit. 401. 401. præfagia. 403. curatio vniuersalis. 404. 405. specialis, si ab ore aut à faucibus. 408. curatio si ab erosione. 409. 410. si à tracheia arteria aut ab hirudine. 411. 412

Diariæ febris curatio à cutis densitate. 37. curatio si à crapula, frigore, obstructione, aut à catarrho, aut à bubone, & formulæ remedium. 38. 39

Diapedesis priuata curatio.

Dies decretorii qui, & de mense medico Gal. 24. 25. 26

Dilatatio pupillæ opponitur contractioni, quid, & eius causæ, prognostica & curatio. 342. qui in ea sunt propensi, ibid.

Dipsadis seu sitis immoderatæ descriptio & curatio. 522. 523

Diuisio febrium essentialium & symptomaticarum. 7. 8. 9. 10. 11

INDEX

in Diureticis describendis diffidentium conciliatio. [418](#)

Dolor aurium, Vide in dictione aurium dolor. [383](#)

Doloris capitis descriptio & diuisio, & causæ. [232](#). [233](#). signa si ab intemperie aliqua, aut à bile, aut à pituita, aut à melancholia, aut ex inflammatione, aut ex plenitudine, aut ex consensu ventriculi, aut iecoris, splenis, vteri, vel a vermibus. [134](#). [135](#). præfagia & curatio idiopathica à causa calida. [236](#). curatio a causa frigida. [241](#). sympathica, veluti vetriculi. [243](#). si ab ebrietate, aut vitio hepatis, lienis, aut à morbo Neapolitano si fuerit. [244](#)

Dosis pul. in componendis epithematis qualis esse debet. [479](#)

Dysenteriz descriptio & quotuplex, & in quo distat à reliquis alui fluxibus. [553](#). causæ & signa partis oblesæ. [554](#). [555](#). signa tinesmi, & a qua causa calida aut frigida: aut si ab obstructione, aut à colliuatione, & prognostica. [555](#). [556](#).

Dysenteriz hæpaticæ curatio, in causa calida. [558](#). eiusdem in causa frigida. [561](#). [563](#)

Dysenteriz genuinz curatio in genere. [562](#). [563](#). curatio si crassa intestina oblidet. [565](#). curatio tinesmi si a causa frigida fuerit. [570](#). [571](#). [572](#).

Dyspnææ descriptio. Vide in dictione Asthmatis. [418](#)

Dispensæ consideratio & curatio. Vide in dictione Bradipepsiz. [512](#).

Dysuriz delineatio, causæ & curatio. Quare in dictione stranguriz. [701](#).

E

Eκθύματα in morbis acutis quid portendunt. [46](#)

Εκρυσις quid, & in quo differt à partu aut ab abortu. [730](#)

Elementum stellarum quid. [145](#)

Επακμασικος febris quid. [46](#)

Επιλαδος πόρετος quid, causæ & signa. [190](#). [191](#). eius curatio. [192](#)

Επιλεψία quid, devatio eius nomine & diuisione. [256](#). [257](#). de causis. [258](#). Idiopathicis & sympathicis, [259](#). signa idiopathica. [260](#). sympathica. [260](#). [261](#). prognostica & curatio idiopathica. [262](#). curatio empirica, & methodica idiopathica. [269](#). curatio si ab humore melancholico. [266](#). [267](#). curatio puerorum. [269](#)

Epilepsiz sympathicæ curatio. [270](#). curatio si à vermibus. [272](#). si à maligno vapore. [274](#)

Empiematis delineatio, & à quibus causis oritur. [445](#). signa & prognostica. [446](#). [447](#). signa supurationum rumpendarum. [447](#).

Empiematis curatio si à causa interna. [448](#). curatio si à catarrho. [449](#) si à pleuritide aut à pulmone. [449](#). [450](#).

F

Febri definitio cur sit essentialis probatur. [34](#)

Febrilis calor diuisio, & eius etymologia. [ibid.](#)

Febrium differentiz sumuntur ab essentia caloribus, aut a subiecto, aut à caloribus motus modo, aut à causa efficiente, aut à materia, aut à symptomate. [567](#)

febris περιεχμασικος quid. [8](#)

februm diuisiones. [89](#)

R E R V M E T V E R B O R V M .

- Febris omnis aut est essentialis aut
symptomatica. *ibid.*
- Febris Epialos est de genere quoti-
dianarum à quibus distat, quòd
hæ sunt ab excrementitia pitui-
ta: Epialos verò à pituita vitrea.
10.
- Febris ex rheumate in quo genere
censetur. *ibid.*
- Febris quintana, sextana, septena &
nonana est de genere quartana-
rum. 10. quintana à ceteris distat,
quia fit ab atra bile. *ibid.*
- Febris hectica est de genere febrü
simplicium, quæ diuiditur in tres
gradus. 11
- Febris leipyria & colliquans & pe-
stilens, licet sint malignæ, in gene-
re simplicium reponuntur. 11
- Febris diaria quâdo longa, & quan-
do breuis. 22
- Febris diariæ descriptio specialis,
causæ, signa. 35. qui in ea propen-
si, prognostica & curatio. 36
- Febris synochus non putris quid, &
eius causæ. 40. eius diuisio, signa:
qui in ea sunt propensi, & cura-
tio. 41. 42
- Febris synechis à synocho in quo
differunt, & diuisio, causæ, signa &
prognosis. 45. curatio. 47. 48
- Febris causus & tertiana conti-
nua est duplex. 49. causæ
vtriusque. 50. signa. 51. prognosti-
ca. 52. signa crîsum antecedentia.
53. curatio. 54. 55. 56
- Febris quotidianæ continuæ confi-
deratio. 60. 61. causæ & si-
gna. *ibid.* prognostica & curatio.
61. 62.
- Febris quartanæ consideratio &
causæ. 64. 65. signa, prognostica, &
curatio. 65. 66. 67
- Febris quotidianæ intermittentis
descriptio duplex. 82. eius causæ &
signa exquisita. 83
- Febris quotidianæ spurix signa &
curatio 84. 85. 86
- de febris Epialos nomine, causis, si-
gnis & prognosticis. 91. curatio.
91. 92.
- Febris quotidianæ à pituita falsa, no-
men & curatio. 93
- Febris quartanæ nomen, diuisio
& causæ. 94. prognostica. 95. cu-
ratio. 96. 97
- Febris quartanæ curatio si a bilis
assatione, aut à pituita falsa, &
remediorum formulæ. 99. 100.
101. 102.
- Febris semitertianæ signa, progno-
stica & curatio. 111. 112
- Febris homotonos quid. 41
- febris symptomatice curatio si fue-
rit vitio splenis. 171. 174
- febris curatio si ex inflammatione
meningum, faucium aut pulmo-
num. 174
- febris curatio si ex inflammatione
membranæ succingentis costas
stomachi aut ventriculi. 175
- febris curatio si ex diaphragmate.
176.
- febris symptomatice curatio si ex
obstructione fuerit. 176. si ex tu-
more musculorum abdominis.
178.
- febris curatio ex renum inflamma-
tione. 178. si ex vesica inflammata.
179. 180. si ex vtero inflammato.
180. 181.
- febris lentæ curatio. 173
- febris hectice descriptio & diuisio.
115. 116. de causis. 116.
117.
- febris hectice signa & prognosti-
ca. 118. 119. curatio hectice solita-
riæ. 120. 121. 122
- febris hectice compositæ curatio.
125.
- febris leipyricæ descriptio & curatio.
ibid.

INDEX

- Febris aſtodes, elodes, typhodes & ſyncopalis.** [127.128.129](#)
Febris cardiacæ deſcriptio, cauſæ & curatio. [132](#)
Febris colliquantis deſcriptio, cauſæ, ſigna. [134](#)
Febris ex cruditate, ſigna & prognostica. [135. curatio. 136.137](#)
de Febribus compositis, confuſis & erraticis. 108. harum cauſæ. 109. earum ſigna. [110](#)
Febres intermittentes quomodo ſunt. [9. 10](#)
Februm intermittentium quatuor tempora, & phlegmones, & ophthalmiz, vlceris, & catarchi ve diſtinguenda ſunt proponuntur. [18.19.](#) quibus ſignis hæc quatuor tempora ſunt diſtinguenda. [22](#)
Februm intermittentium frigus quomodo curatur. [252.253](#)
Februm intermittentium in genere delineatio, & tertianæ intermittentis in ſpecie. 71. eiusdem cauſæ & ſigna, & qui in ea ſunt propenſi, 72. prognofis & curatio exquiſitæ intermittentis. [73.74.75.](#) tertianæ ſpuriz curatio. [76.77.78.](#)
Februm compositarum, confuſarum & erraticarum deſcriptio. [11](#)
Februm circuitus, anticipatio aut tardatio ſumuntur ab humoris ſpecie, aut à quantitate, qualitate, habitu corporis, à viſcerum diſpoſitione, & februm implexu [12.13.14.](#)
Februm conſtitutio ſeu duratio quid, & in quot tempora diuiditur. [16.17](#)
Februm quatuor temporum ſigna vnde ſumuntur. [16. 17. 18](#)
Febris peſtilentis veria nomina, & in quo differt ab Epidemiis, Endemiis & diſperſis, & cauſæ. [339. 340.](#)
de Febribus ſymptomaticis in gene-
- re.** [171.172](#)
G
Gonorrhœa quid, & eius cauſæ. [722.](#)
Gonorrhœæ ſigna, prognostica & curatio. [723](#)
Gargareonis & Gurgulionis cauſæ, ſigna & curatio. [388.389](#)
Gurte ſerenæ ſigna, prognostica & curatio. [333.](#)
H
Hæmorrhoidarum deſcriptio, earum cauſæ, præſagia & curatio. [593. 594. 595](#)
Heberudo oculorum. Vide in diſtione *αυαίπορις.* [333](#)
Hepatis obſtructi cauſæ, ſigna & prognofis. [610.611.](#) curatio eius. *ibid.*
Hepatis inflammati cauſæ & ſigna, [651.652.](#) præſagia & curatio. [653. 654.](#)
Hepar lupi præparandum vt pulmo vulpis. [462](#)
Hederæ baccæ non minus aquas educunt quam chamelea. [640](#)
de Hepatis ſcirrho, cauſis & ſignis. [662.](#) præſagis & curatione. [663. 664.](#)
Hepatis tumoris deſcriptio & curatio. [611](#)
Horror februm intermittentium quomodo curandus. [61.62](#)
Hdragoga medicamenta tam ſimplicia quam composita, [640](#)
Hydromellis forma componenda. [850.](#)
Hydrosacchari forma componenda. [851](#)
Hydrops deſcriptio, & differentia. [627.](#) cauſæ & ſigna. [628.](#) prognostica. [630](#)
Idiæri

Icteri varia nomina. 615. de cau-
sis & signis. 615. 616. de pro-
gnosi. 617. eius curatio si fuerit ab
ictu virulentarum bestiarum.
618. si fuerit ab epoto veneno.
619. si ex imperfecta crisi. 620. si
ab obstructione. ibid.
Icteri nigri curatio. ibid.
Iecoris imbecillitas. 599. signa, prae-
sagia & curatio à causa calida.
600. 601. curatio à causa frigida.
601.
Iecoris abscessus quid, differentia,
causæ & signa. 658. curatio. 659
Iecoris tumoris descriptio & cura-
tio. 659
Ilei doloris descriptio & curatio. Vi-
de in dictione Colici doloris. 573
Indicatio medicatrix sumitur à mor-
bo, à causa & à symptomate. 165
Inflammatiō Scroti & Testium,
causæ, prognostica & curatio. 838
839.
Inflammatiō & dolor renum, causæ
& signa. 670. præsagia & curatio.
671.
Inflammatiō vesicæ, signa, prognos-
tica & curatio. 693. 694
Inflammatiō vteri, causæ & signa.
808. prognostica & curatio. 810.
811.
Ischomata tam simplicia quam com-
posita & empirica. 407. particula-
ris curatio si ab ore aut ex faucibus,
aut columella. 408. curatio si ab
erosione. ibid. & 419. 411. si ab hi-
rudinibus. 411. 412. qui in ea sunt
propensi. ibid.
de Ischomatis medicamentis pro-
diuicibus & pauperibus tam simpl.
quam comp. 407
de Ischiadis curatione. 871. 872
de Ischuriz, dysuriz & stranguriz
causis & signis. 701. præsagis.

L

de **L**achrymis inuoluntariis. 337.
de earum causis & cura-
tione à causa calida. 337. 338.
de earum curatione à causa fri-
gida. 339. 340
Lactis præparatio ne acescat in ven-
triculo, & vsus. 460
Lethargiæ descriptio, causæ, signa
prognostica & curatio. 217. 218.
& seq.
Lienteriz & Cœliacæ considera-
tio & curatio. 545. 546. &
seq.
Leipopsichiz & syncopes delinea-
tio & causæ. 471. signa. 472. cura-
tio vniuersalis. 473. particularis.
473. 474. 475.
Linguz nigredo, causa & signa 206.
eius curatio. 207
Linguz fissura quomodo curanda.
205. 206.

M

Malaciæ curatio. 495
Maniz seu furoris descriptio,
signa & prognostica. 301. curatio.
302.
de Medicamentis Diarresi, Diapede-
si & Anastomosi aptandis. 357
de Medicamentis in lecto meienti-
bus congruis à facultate occulta.
710.
de medicamentis Asthmatis idoneis.
412.
Medicandi ratio sumitur à morbo, à
causa & à symptomate. 165
de Melancholiæ differentiis, causis
& signis. 303. 304. prognostica.
306. curatio idiopathica. 307. 308.

I N D E X

curatio sympathica si vitio fuerit hepatis aut lienis. 309. 310. curatio hypochondriacæ. 312. 313. si vitio vteri. ibid.

de Mensium suppressionis nomine & causis: de signis & prognosticis. 760. & seq. de curatione. 764. si à pituita. 766. si ab humore melancholico. 772. curatio si à bile incrassata. 774.

de Mensium fluxus immoderati nomine & causis. 782. 783. de signis & prognosticis. 783. 784. curatio. 786. 787. 788.

Mola quid. 778. eius causæ & signa. 779. præfagia & curatio vniuersalis. 780. particularis. 781.

Morborum quatuor tempora specialia quæ. 26.

de Morbis splenis in genere. 665. de causis, signis, progn. & curatione. 666. 667.

de Morbillis puerorum. 194. de differentiis & causis. 195. qui propensi. 196. de signis & progn. 197. curatio puerorum. 198. curatio adultorum. 199. 200. & seq.

de Muliebri stillicidio & huius differentiarum. 794. de causis. 795. quæ propensæ, & de signis. 796. de prognosticis & curatione idiopathica. 797. 798. curatio si à pituita. 804. si ab humore melancholico. 805. si à bile. 802. vterum corroborantia calida. 806.

de Mydriasi. Vide in dictione Dilationis pupillæ. 340.

N

Nausea quid, causæ & signa. 493. progn. 495. curatio in genere. 495. 496.

Nauseæ curatio in specie à causa fri-

gida. 497. 498. si à vermibus. 500. à causa calida. 500.

de Nephritide. 675. de eius causis. 676. de prognosticis. 678.

Nephritidis curatio prophylactica. 679. 680.

Nephritidis medicamenta quæ à qualitate manifesta & occulta tam calida quàm frigida calculos comminuunt. 683. 684.

O

OCuli constrictio opponitur dilatationi. 340. prognostica & curatio. 341.

Oculorum obscuritas & curatio. 333.

Opium recipientia purgationi officiant. 321.

Ophthalmiz descriptio, eius causæ, signa, prognostica & curatio in genere. 315. 316. eius curatio specialis. 319. 320.

de Οπαλμία. Vide in dictione, Aurium dolor. 343.

de Orthopncea. Vide in dictione Asthmatis. 412.

Oxyporos Græcorum, vulgò pulvis digestius dictus. 267. 311.

Ozenæ causæ, signa & curatio in genere & specie. 362. 363. & seq.

P

Pαραμυδένος febris quid. 8.

Paralysis quid, & in quibus distat à reliquis symptomatis. 276.

Paralysis diuisio. 278. eius signa. 279.

Paralysis curatio vniuersalis. 282.

283.

RERVM ET VERBORVM.

- Paralyſi medicamenta ſimplicia & compoſita accommodanda. 285.
286.
in Paralyſi linguæ curatio. 290
in Paralyſi curatio veſicæ & podicis. 291.
Paralyſis penis. 292
Paralyſis curatio ſi à caſu aut percuffu. 293
Paralyſis manuum pedumque. 293.
324.
παιδοφιλία & *ἀφιλία* ſunt affectus Anginis proximi, & curatio. 386
Paraphimofis & Phimofis conſideratio & curatio. 729
Partus difficilis cauſæ. 733. præſagia, curatio ante Partum, & quid agendum iſtante Partu. 734.
735. 736.
Partum iuuantia. 736. 737. præſidia fœtum mortuum & ſecundinas expellentia. 740
παραφροſίμ. i. Delirii curatio. 214.
Parotis quid, cauſæ, differentiæ, prognofis & curatio. 349. 350
Peripneumonix conſideratio à quibus morbis diſtat. 427. eius cauſæ & ſigna. 428. qui in ea ſunt propenſi, & progn. 430. curatio. 431
Peſtis futuræ ſigna ſi à terra ſcaturerit. 147
Peſtis empirica ſigna. 148
Peſtis compoſitæ ſigna. 148
Peſtis cauſa occulta, & quare. 142.
143. & ſeq.
Peſtis ſigna ſi venenum agit in ſpiritibus, aut in humoribus, aut ſi agit in cordis ſubſtantiam, aut ſi i. aëre fuerit. 150
in Peſte ſigna proſperæ valetudinis. 150. 151.
Peſtis curatio prophylactica pertinet ad Magiſtratum. 151. 152.
tempus ſtatutum in quo Peſtiferitudo in ciuitatem admitti poſ-
- ſunt.* 153. de Sacerdotibus & Chirurgicalibus deligendis in Peſte. *ibid.* & 154.
Peſtis priuata cautio: quæ fugienda & proſequenda. 155. 156. de amuletis frigidis & calidis. 157
ad Peſtis præcautionem formulæ remediorum. 160. 161. 162. & ſeq.
Peſtis genuina curatio. 164. formulæ. 166. 167
Peſtis curatio prophylactica. 151.
152.
Phrenitidis curatio. 213.
214.
Phthiſis quid, & qui in ea ſunt propenſi: eius cauſæ. 452. 453. ſigna. 454. progn. 456. curatio. 456
457. 458. & ſeq.
Pleuritis quid, eius cauſæ. 434.
435. ſigna & prognoftica. 437.
Pleuritidis curatio, & qui in ea ſunt propenſi. 437. 438. 439
Polypideſcriptio & eius curatio. 362. 363. 364.
Priapiſmi & Satyriæſis deſcriptio & curatio. 727. 728
Pterygia aqua ſtillatitia perſanans. 331.
Pulmonis vulpis optima præparatio. 462
Pulmonia quid. Vide in diſtione Peripneumonix. 427
Putredo quid. 141. qui in ea propenſi. *ibid.*

Q

Quartanæ febris deſcriptio, & de eius annexis. 64. 65. & 106
Quotidianæ febris continua & intermittentis deſcriptio, & de eius annexis. 60. 61. 62

I N D E X

Quid intelligendum sit per *admo-
uenda, educenda, facienda & su-
menda.* 10

R

Renum affectiones, dolores &
inflammationes. 670. 671.
causa & signa. 670. 671. prælagia
& curatio. ibid.
Renum ulceratio & causa. 688.
signa, prognostica & curatio.
688. 689. 690.

S

Sarcocolla cur in lacte muliebri
preparatur. 322
Satyriasis & Priapismi curatio. 727.
728.
Scabritiei linguæ in febris. conti-
nuis curatio. 207
Scotodini. 1. Vertiginis descriptio,
causa & signa. 124. 125. prognos-
tica & curatio idiopathica &
sympathica. 115. 126
Scroti & Testium descriptio, cau-
sa, signa & curatio. 838
Semitertianæ febris delineatio &
curatio. 111
Singultus causa. 504. signa &
prognostica. 505. curatio uni-
uersalis. 506. si ab inanitione.
ibid.

Singultus curatio ex plenitudine à
causa frigida. 507. curatio à causa
calida. 509. curatio a vermibus.
511.

Sitis vitiosa consideratio & cura-
tio. 522. 523

Somni diuisiones, causa, signa,
prognostica & curatio. 116.

217.

de Soporosis affectibus & eorum
curatione. 122. 123

Sagapenum potentius aquas hy-
dropicorum educit, quam sol-
danella. 633

Splenis & hepatis morbi in quo
differunt. 637

Spuitio cruenta quomodo curan-
da. 404. 405. &
seq.

de Sternuramenti delineatione &
causis. 480. de prognostico & cu-
ratione. 481

Stranguriæ causa, & signa. 701.
702.

Stranguriæ prognost. 703. curatio.
704. 705. & seq.

de Stuporis nomine, causis & cura-
tione. 211

de Sudoris morborum descriptione,
diuisione & causis. 208. de signis
& prognosticis. 210. de curauone.
ibid.

de Suffusione duplici. 327. de dif-
ferentiis, signis & prognosticis.

328. de curatione vniuersali &
particulari. 329

330.
de Syncopes delineatione & causis.

471. de signis & prognosi, & cu-
ratione vniuersali & particula-
ri. 471. 472. 473. &
seq.

T

Tabis descriptio & curatio:
quare in littera Phthisis.

452.

Tempora morborum salub. & in-
salub. 20

Tempora februm quot, & quales.
20. 21.

Tempus quid. 20

RERVM ET VERBORVM.

Tempus statutum in quo pestiferi
in ciuitatem admitti possunt.

353.

Thermasina seu stupa seu bal-
neum. 869

Tenesmi consideratio & curatio.

555.

Tenesmi signa, & à qua causa. 555.

556.

Tianiti & sibili aurium curatio.

344.345.

de Tonsillis. Vide in dictione Pari-
sthemiz. 386

Tremoris causæ, progn. & curatio.

252.253.

Tussis morbosæ descriptio. 390. de
causis. 391. signis. 392. pro-
gnosi. 393. de curatione à cau-
sa calida. 394. de curatione
ab humore frigido. 396. de cura-
tione à vermibus. 397

Tympanitis curatio. 648

V

de **V**ariolis & Morbillis pue-
rorum. 194. de diffe-
rentiis & causis. 194.195. qui pro-
pensi. 196

Variolarum signa & prognostica.
197. de curatione nuticum &
puerorum. 198. de curatione
adulorum. 199.200

Variolarum tubercula & vestigia
quibus remediis sunt delenda.
204.205.

Ventriculi cruditas, diuisio, causæ,
signa, prognostica & curatio. 512.
513.

Vermium differentia, species, cau-
sæ & signa. 585.586. prognostica.
587. curatio. 588.589

de Vertigine duplici, & à quibus

symptomatis differt. 224. de
prognostico & curatione vniuer-
sali. 225.226

Vertiginis curatio idiopathica. 226.

227. curatio sympathica.

229.

Vesicæ inflammatio, signa, pro-
gnosis & curatio. 693. catalo-
gus medicamentorum simpli-
cium & compositorum quæ huic
affectui aptari possunt. 694

de Vesicæ calculo, causis, signis,
prognosticis & curatione. 695.

696.

de Vesicæ ulcere, signis, prognosi
& curatione. 697

Vrethri ulceratio quomodo curan-
da. 214. 215. &
seq.

de Visus debilitate, causis & cura-
tione. 333.334.335

de Vomitu & nausea & eius causis,
signis & curatione. 403. cura-
tio à causa frigida. 425. à causa
calida. 427

de Urinæ incontinentia, cau-
sis & curatione. 717.
718.

Vteri cancer quid differt à scir-
rho, & de eius diuisione &
causis. 824. quæ propensæ, si-
gna, & curatio. 825

de Vteri inflammatione, causis &
signis. 808.809. de curatione. 810.
811. & seq.

Vteri procidentia, causæ, prognos-
ticum & curatio. 835

de Vteri scirrho duplici, & eius
causis. 818. de eius causis, & cura-
tione. 820

de Vteri strangulatus nomine.

742. de eius motu triplici, &
definitione. 743. propensæ.


744.

Vteri causæ. 744. signa quæ futu-
rum aut præteritum paroxysmum


I N D E X

denotant.	<u>745-746</u>	Vteri vlcerati curatio.	ibid.
Vteri prognosticum & eius curatio.	<u>747.</u>	Vterum corroborantia calida.	<u>806.</u>
Vteri curandi variz formulz.	<u>750.</u>	Vnguenti aduersus luem veneream	
<u>751. & seq.</u>		descriptio & præcautio ne in eam	
Vteri vlcerati causz.	<u>835</u>	incidat homo.	<u>245</u>
Vteri vlcerati prognostica.	<u>832.</u>		

F I N I S.











INDEX

curatio sympathica si vitio fuerit
 hepatis aut lienis. 309.310. cura-
tio hypochondriacæ. 312.313. si
 vitio vteri. ibid.
 de Mensium suppressionis nomine
 & causis: de signis & prognosticis.
760. & seq. de curatione. 764. si
 à pituita. 766. si ab humore me-
lancholico. 772. curatio si à bile
incrassata. 774
 de Mensium fluxus immoderati no-
 mine & causis. 781.783. de si-
gnis & prognosticis. 783.784. cu-
ratio. 786.787.788
 Mola quid. 778. eius causæ & signa.
779. præstigia & curatio vniuer-
salis.780. particularis. 781
 Morborum quatuor tempora spe-
 cialia quæ. 26
 de Morbis splenis in genere. 665. de
causis, signis, progn. & curatione.
666.667.
 de Morbillis puerorum. 194. de dif-
ferentis & causis. 195. qui pro-
pensi. 196. de signis & progn. 197.
curatio puerorum. 198. curatio
adultorum. 199.200. & seq.
 de Muliebri stillicidio & huius dif-
 ferentia. 794. de causis. 795. quæ
 propensæ, & de signis. 796. de
 prognosticis & curatione idiopa-
 thica. 797.798. curatio si à pitui-
ta. 804. si ab humore melancho-
lico. 805. si à bile. 802. vtrum
corroborantia calida. 806
 de Mydriasi. Vide in dictione Dila-
 tationis pupillæ. 340

N

Nausea quid, causæ & signa.
423. progn. 425. curatio in
 genere. 425.426
 Nauseæ curatio in specie à causa fri-

gida. 497. 498. si à vermibus. 500.
à causa calida. 500
 de Nephritide. 675. de eius causis.
676. de prognosticis. 678
 Nephritidis curatio prophylactica.
679.680.
 Nephritidis medicamenta quæ à
 qualitate manifesta & occulta
 tam calida quàm frigida calcu-
 los comminuunt. 683.684

OCuli constrictio opponitur di-
 lationi. 340. prognostica
 & curatio. 341

Oculorum obscuritas & curatio.
333.

Opium recipientia purgationi offi-
 ciunt. 321

Ophthalmiæ descriptio, eius causæ,
 signa, prognostica & curatio in
 genere. 315. 316. eius curatio spe-
 cialis. 319.320

de Ὀταλγία. Vide in dictione, Au-
 rium dolor. 741

de Orthopneæ. Vide in dictione
 Asthmatis. 412

Oxyporos Græcorum, vulgò puluis
 digestius dictus. 267. 331

Ozenæ causæ, signa & curatio in
 genere & specie. 362. 363. & seq.

P

Pαραμυδένος febris quid. 8
 Paralysis quid, & in quibus di-
 stat a reliquis symptomatis. 276

Paralysis diuisio. 278. eius signa.
279.

Paralysis curatio vniuersalis. 282.
283.

R E R V M E T V E R B O R V M.

- Paralyſi medicamenta ſimplicia & compoſita accommodanda. 285.
283.
 in Paralyſi linguæ curatio. 290.
 in Paralyſi curatio veſicæ & podicis. 291.
 Paralyſis penis. 292.
 Paralyſis curatio ſi à caſu aut percuffu. 293.
 Paralyſis manuum pedumque. 293.
294.
 παροξυſμὸς ἀνιάδης ſunt affectus Anginis proximi, & curatio. 386.
 Paraphimofis & Phimofis conſideratio & curatio. 729.
 Partus difficilis cauſæ. 733. præſagia, curatio ante Partum, & quid agendum iuſtante Partu. 734.
735. 736.
 Partum iuuantia. 736. 737. præſidia foetum mortuum & ſecundinas expellentia. 740.
 παραφροſίῳν. i. Delirii curatio. 214.
 Parotis quid, cauſæ, differentiæ, prognofis & curatio. 349. 350.
 Peripneumonix conſideratio à quibus morbis diſtat. 427. eius cauſæ & ſigna. 428. qui in ea ſunt propenſi, & progn. 430. curatio. 431.
 Peſtis futuræ ſigna ſi à terra ſcaturerit. 147.
 Peſtis empirica ſigna. 148.
 Peſtis compoſitæ ſigna. 148.
 Peſtis cauſa occulta, & quare. 142.
143. & ſeq.
 Peſtis ſigna ſi venenum agit in ſpiritibus, aut in humoribus, aut ſi agit in cordis ſubſtantiam, aut ſi i. a. aëre fuerit. 150.
 in Peſte ſigna proſperæ valetudinis. 150. 151.
 Peſtis curatio prophylactica pertinet ad Magiſtratum. 151. 152. tempus ſtatutum in quo Peſtiferitas in ciuitatem admitti poſ-
- ſunt. 153. de Sacerdotibus & Chirurgis deligendis in Peſte. ibid. & 154.
 Peſtis priuata caurio: quæ fugienda & proſequenda. 155. 156. de annuletis frigidis & calidis. 157.
 ad Peſtis præcautionem formulæ remediorum. 160. 161. 162. & ſeq.
 Peſtis genuina curatio. 164. formulæ. 166. 167.
 Peſtis curatio prophylactica. 151.
152.
 Phrenitidis curatio. 213.
214.
 Phthiſis quid, & qui in ea ſunt propenſi: eius cauſæ. 452. 453. ſigna. 454. progn. 455. curatio. 456. 457. 458. & ſeq.
 Pleuritis quid, eius cauſæ. 434.
435. ſigna & prognoftica. 437.
 Pleuritis curatio, & qui in ea ſunt propenſi. 437. 438. 439.
 Polypideſcriptio & eius curatio. 362. 363. 364.
 Priapiſini & Satyriæſis deſcriptio & curatio. 727. 728.
 Pterygia aqua ſtillatitia perſanans. 331.
 Pulmonis vulpis optima præparatio. 462.
 Pulmonia quid. Vide in diſtione Peripneumonix. 427.
 Putredo quid. 141. qui in ea propenſi. ibid.

I N D E X

Quid intelligendum sit per *admo-
uenda, educenda, facienda & su-
menda.* 10

R

Renum affectiones, dolores &
inflammationes. 670. 671.
causæ & signa. 670. 671. præfagia
& curatio. ibid.
Renum ulceratio & causæ. 688.
signa, prognostica & curatio.
688. 689. 690.

S

Sarcocolla cur in lacte muliebri
preparatur. 322
Satyriasis & Priapismi curatio. 727.
728.
Scabritici linguæ in febris. conti-
nuis curatio. 207
Scotodini. 1. Vertiginis descriptio,
causæ & signa. 124. 125. prognos-
tica & curatio idiopathica &
sympathica. 125. 126
Scroti & Testium descriptio, cau-
sæ, signa & curatio. 838
Semitertianæ febris delineatio &
curatio. 111
Singultus causæ. 504. signa &
prognostica. 505. curatio vni-
uersalis. 506. si ab inanitione.
ibid.

Singultus curatio ex plenitudine à
causa frigida. 507. curatio à causa
calida. 509. curatio à vermibus.
511.

Sitis vitiosæ consideratio & cura-
tio. 522. 523

Somni diuisiones, causæ, signa,
prognostica & curatio. 216.
217.

de Soporosis affectibus & eorum
curatione. 111. 123

Sagapenum potentius aquas hy-
dropicorum educit, quam sol-
danella. 635

Splenis & hepatis morbi in quo
differunt. 637

Sputio cruenta quomodo curan-
da. 404. 405. &
seq.

de Sternutamenti delineatione &
causis. 480. de prognostico & cu-
ratione. 481

Stranguriæ causæ, & signa. 701.
702.

Stranguriæ prognost. 703. curatio.
704. 705. & seq.

de Stuporis nomine, causis & cura-
tione. 211

de Sudoris morborum descriptione,
diuisione & causis. 208. de signis
& prognosticis. 210. de curatione.
ibid.

de Suffusione duplici. 327. de dif-
ferentis, signis & prognosticis.
328. de curatione vniuersali &
particulari. 329
330.

de Syncopes delineatione & causis.
471. de signis & prognosi, & cu-
ratione vniuersali & particula-
ri. 471. 472. 473. &
seq.

T

Tabis descriptio & curatio:
quare in littera Phtisis.
452.

Tempora morborum salub. & in-
salub. 20

Tempora febrium quot, & quales.
20. 21.

Tempus quid. 20

R E R V M E T V E R B O R V M.

Tempus statutum in quo pestiferi
in ciuitatem admitti possunt.

153.

Thermaska seu stupha seu bal-
neum, 869

Tenesmi consideratio & curatio.

555.

Tenesmi signa, & à qua causa. 555.

556.

Tinniti & sibili aurium curatio.

344.345.

de Tonsillis. Vide in dictione Pari-
sthemiz. 386

Tremoris causæ, progn. & curatio.

252.253.

Tussis morbosæ descriptio. 390. de

causis. 391. signis. 392. pro-
gnosi. 393. de curatione à cau-
sa calida. 394. de curatione
ab humore frigido. 396. de cura-
tione à vermibus. 397

Tympanitis curatio.

648

V

de **V**ariolis & Morbillis pue-
rorum. 194. de diffe-
rentiis & causis. 194.195. qui pro-
pensi. 196

Variolarum signa & prognostica.

197. de curatione nutricum &
puerorum. 198. de curatione
adulorum. 199.200

Variolarum tubercula & vestigia
quibus remediis sunt delenda.

204.205.

Ventriculi cruditas, diuisio, causæ,
signa, prognostica & curatio. 512.

513.

Vermium differentia, species, cau-
sæ & signa. 585.586. prognostica.

587. curatio.

588.589

de Vertigine duplici, & à quibus

symptomatis differe. 224. de
prognostico & curatione vniuer-
sali. 225.226

Vertiginis curatio idiopathica. 226.

227. curatio sympathica.

229.

Vesicæ inflammatio, signa, pro-
gnosis & curatio. 693. catalo-
gus medicamentorum simpli-
cium & compositorum quæ huic
affectui aptari possunt. 694

de Vesicæ calculo, causis, signis,
prognosticis & curatione. 695.

696.

de Vesicæ vlcere, signis, prognosi
& curatione. 697

Vrethri ulceratio quomodo curan-
da.

214. 215. &

seq.

de Visus debilitate, causis & cura-
tione. 333.334.335

de Vomitu & nausea & eius causis,
signis & curatione. 493. cura-
tio à causa frigida. 495. à causa
calida. 497

de Vrinæ incontinentia, cau-
sis & curatione. 717.

718.

Vteri cancer quid differt à scir-
rho, & de eius diuisione &
causis. 824 quæ propensæ, si-
gna, & curatio. 825

de Vteri inflammatione, causis &
signis. 808.809. de curatione. 810.
811. & seq.

Vteri procidentia, causæ, prognos-
ticum & curatio. 835

de Vteri scirrho duplici, & eius
causis. 818. de eius causis, & cura-
tione. 820

de Vteri strangulatus nomine.

742 de eius motu triplici, &
definitione. 743. propensæ.

744.

Vteri causæ. 744. signa quæ futu-
rum aut præteritum paroxysmum

I N D E X

denotant.	<u>745.746</u>	Vteri vlcerati curatio,	ibid.
Vteri prognosticum & eius curatio.		Vterum corroborantia calida.	
<u>747.</u>		<u>806.</u>	
Vteri curandi variz formulz.	<u>750.</u>	Vnguenti aduersus luem veneream	
<u>751. & seq.</u>		descriptio & pręcautio ne in eam	
Vteri vlcerati causę.	<u>832</u>	incidat homo.	<u>245</u>
Vteri vlcerati prognostica.	<u>832</u>		

F I N I S.

